Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

KW 224
E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

BELLARMINVS ENERVATVS,

SIVE

Diſputationes Anti-Bellarminianæ,

In Illuſtri Friſiorum Academia, quæ eſt Franekeræ, publice habitæ

A

GVILIELMO AMESIO,
Theologiæ Doctore.

In quatuor Tomos diviſus.

Editio nova, ab Auctore recognita, & multis in locis aucta.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

LONDINI,
Apud IOANNEM HVMPFR.DVM.
CIↃ IↃC XXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Illuſtriſſimis & Præpotentibus Dominis,

D. D.

ORDINIBVS GENERALIBVS

Provinciarum Fœderatarum Belgii.

Dominis meis ſumme honorandis.

Illuſtriſſimi Ordines,

E*St adeo famoſus Bellarminus, ut nomine ejus audito, cogitare ſtatim ſoleant omnes de Pheliſthaorum duellatore Goliath, qui lorica, galea, cæteriſque armis terrificis munitus probro affecit acies Iſraelitarum, exercitus Dei viventis. Nullam tamen unquam conſternationem aut trepidationem ſenſimus propter ipſum in caſtris noſtris. Certatim contra quam primum egreſſi ſunt fortiſſimi viri, & regiis armis induti* Whitakerus, Reinoldus, Iunius, *&c. qui palam facientes duellatorem iſtum facile vinci poſſe, opprobrium omne ſtatim amoliti ſunt ab Iſraele. Quia tamen ſic uſu venire ſolet in diſputantium prælijs, ut à multis victus, poſtea tamen aliis minus paratis poſſit eſſe gravis; & multi reperiuntur inter noſtros, quibus arma graviora minus conveniunt, quoniam (ut David olim ſeſe apud Saulem excuſabat)* non ſunt experti: *tentare viſum eſt, an non inſtitui poſſint etiam tyrones noſtri gregarii (quorum nonnulli hoc ipſum flagitabant) ut ſolis lapidibus ex rivulis Dei collectis inſtrumento paſtorali impoſitis, & funda paſtorali intortis, iſtiuſmodi vincerent hoſtes, ad exemplum Davidis. Quæ etenim teſtæ hiſce lapidibus adjiciuntur, ex ratione, Scholaſticis, & ipſo Bellarmino acceptæ, nihil aliud ſunt quam gladius Goliæ in caput ejus retortus. Tentamentum hoc placuit multis, qui etiam graviſſimis iſtis temporibus, quibus Apoſtaſia Papiſtica novum diluvium multis regionibus minatur, utile futurum judicabant auxilium, iis qui in copioſioribus quibuſdam ſcriptis ut in alto pelago abſque Cynoſura verſantes, viam vix inveniunt quæ ducit ad portum: iis etiam qui à bibliothecis, tam mutis quam loquentibus, abeſſe coguntur, & tamen non abſunt à periculo ſeductionis, niſi enchyridio aliquo ſuccurratur ipſis: nec non ii ad quos majora volumina, quæ latiorem portam requirunt, aditum habent obſtructum: & iis inſuper omnibus, quorum vel occupationes, vel properationes, nihil prolixum in iſto ge-*

nere ferunt. Hæc hominum judicia opellam iſtam in lucem publicam elicuerunt. Quod porro ad veſtram uſque præſentiam (Illuſt. DD.) graſſetur, hoc inde fit, quod eadem cauſa, ex parte (ſi fas ſit parva componere magnis) hic tenui calamo agatur, quam vos gladio propugnatis; quod ſub veſtro patrocinio, & beneficio veſtro, poteſtas fiat hæc libere ſcribendi; quod denique hujus generis qualemqualem conatum benigne olim acceptaſtis; ut atque adeo non ingratum vobis futurum hoc officium ut ſperarem effeciſtis. Deum Opt. Max in Chriſto Ieſu ex animo veneror, ut veſtra conſilia dirigere, veſtramque poteſtatem confirmare uſque & uſque dignetur, ad Eccleſiam ſuam in iſtis Provinciis, tanquam hoſpitio ſelecto, confirmandam, & hinc etiam in aliis terris erigendam, ac propagandam.

V. I. A.

Addictiſſimus,

GVILIELMVS AMESIVS.

INDEX

INDEX CAPITVM
ET
CONTROVERSIARVM
quæ hoc opere tractantur.

TOMO I. LIBRO I.

De verbo Dei.

Cap. I.	De Confeſſione Bellarmini circa ſacram Scripturam.	pag. 1
II.	De libris Canonicis, & Apocryphis.	5
III.	De editionibus ſacræ Scripturæ.	12
IV.	De Scripturæ perſpicuitate.	30
V.	De Iudice Controverſiarum.	34
VI.	De ſufficientia Scripturæ.	45

LIBRO II.

De Chriſto.

I.	De ſcientia animæ Chriſti.	64
II.	De deſcenſu Chriſti ad inferos.	68
III.	De Chriſto Mediatore.	92

LIBRO III.

De Pontifice Romano.

I.	De Regimine Eccleſiæ.	100
II.	De Monarchia Petri.	112
III.	De Monarchia Pontificis Romani.	127
IV.	De Antichriſto.	140
V.	Contra Antichriſtum, Argumenta Proteſtantium.	152
VI.	De Infallibilitate Papæ.	170
VII.	De coactiva Papæ poteſtate.	181
VIII.	De Iuriſdictione à Papa derivanda.	192
IX.	De temporali Papæ poteſtate.	198

TOMO II. LIBRO I.

De Conciliis.

I.	De Concilii Convocatione.	3
II.	De ſuffragatoribus in Concilio Generali.	10
III.	De Iudicio Concilii, Quale ſit.	14
IV.	De Præſide Concilii.	17
V.	De certitudine ſententiæ à Concilio pronunciatæ.	19
VI.	De comparatione Conciliorum cum ſacris Scripturis.	28
VII.	De cōparatione authoritatis Papæ, & Concilii Generalis.	32

LIBRO II.

De Eccleſia.

I.	De Eccleſiæ definitione.	36
II.	De Eccleſiæ viſibilitate.	43
III.	De Eccleſiæ Notis.	44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

LIBRO III.

De Clericis.

I. De nomine Clericorum. 5

II. De vocatione Miniſtrorum. 6

III. De Ordinibus Miniſtrorum. 8

IV. De diſtinctione Epiſcopi & Presbyteri. 8

V. De Cælibatu. 9
ubi de digamia. 10

VI. De exemtione Clericorum à jugo poteſtatis ſecularis. 10

LIBRO IV.

De Monachis.

I. De vita Monaſtica. 11
ubi de origine Monachorum. 11

II. De Conciliis. 11

III. De Votis Monaſticis. 13

LIBRO V.

De Purgatorio.

I. Argumenta Bellarmini. 14

II. Argumenta Proteſtantium. 15

LIBRO VI.

De cultu Sanctorum.

I. De Canonizatione. 16

II. De Adoratione Sanctorum. 16

III. De Invocatione Sanctorum. 16

IV. De Reliquiis Sanctorum. 17

V. De Imaginibus. 18

VI. De Cruce. 19

VII. De Templis. 20

VIII. De Peregrinationibus. 21

IX. De votis quæ Sanctis nuncupantur. 21

X. De diebus Feſtis. 21

TOMO III. LIBRO I.

De Sacramentis.

I. De Sacramenti Natura & definitione.

II. De cauſis Sacramenti.

III. De effectu Sacramentorum. 1

IV. De Sacramentorum comparatione. 2

V. De charactere. 3

VI. De numero Sacramentorum. 3

VII. De comparatione Secramentorum Nov. Teſt. inter ſe. 3

VIII. De Cæremoniis. 3

LIBRO II.

De Baptiſmo.

I. De neceſſitate Baptiſmi. 4

II. De Miniſtro Baptiſmi. 5

III. De fide quæ requiritur in Baptiſmo. 5

IV. D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

V. De effectu Baptiſmi. 53
. De Baptiſmo Iohannis. 55

LIBRO III.

De Confirmatione.

. An ſit verum Sacramentum. 59
I. De materia & forma Sacramenti. 62
II. De effectu Sacramenti Confirmationis. 64
V. De Miniſtro hujus Sacramenti. 65
. De Cæremoniis Confirmationis. 66

LIBRO IV.

De Sacramento Euchariſtia.

. De præſentia corporis & ſanguinis Domini in hoc Sacram. 86
I. De poſſibilitate corporis & ſanguinis Domini ſub ſpecie panis & vini. 94
II. De tranſſubſtantiatione, quid ſit? 107
V. De natura Sacramenti Euchariſtiæ. 117
. Quid proprie ſit Sacramentum Euchariſtiæ. 120
I. De materia, forma, miniſtro, & effecto Sacram. Euchariſt. 122
II. De integritate Sacramenti Euchariſtiæ, ſive de Communione ſub una vel utraque ſpecie. 123
III. De Veneratione Euchariſtiæ. 131
X. De Sacrificio Miſſæ. 132

LIBRO V.

De pœnitentia.

. An pœnitentia ſit Sacramentum. 150
I. An vis Baptiſmi ad omnia peccata totius vitæ ſe extēdat. 155
II. De partibus pœnitentiæ. 160
V. De ſatisfactione, quid ſit. 168

LIBRO VI.

. De Indulgentiis. 186
I. De Sacramento extremæ Vnctionis. 194

LIBRO VII.

. De Sacramento Ordinis. 198
I. De Matrimonio. 201
II. De Impedimentis Matrimonii. 217

TOMO IV. LIBRO I.

I. De gratia primi hominis. 223
II. Argumenta Bellarmini. 225
Ibid. Argumenta Proteſtantium. 227

LIBRO II.

I. De Peccato Veniali. 229
II. De Cauſa Peccati. 239
III. De Peccato Originali. 247

LIBRO III.

De Gratia.

I. De Gratiæ ſignificatione, & diſtributione. 257

II. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

II. De Gratia ſufficiente. 258
III. De Gratia efficace. 264
IV. De Communicatione Gratiæ. 270
V. Argumenta quædam Proteſtantium contra propoſitiones Bellarmini quibus docuit, neminem eſſe qui non habeat auxilium ſufficiens loco & tempore ad converſionem à peccatis commiſſis.

LIBRO IV.

De Libero Arbitrio.

I. De natura liberi arbitrii. 281
II. De concordia providentiæ vel cooperationis divinæ cum libero arbitrio. 283
III. De Viribus liberi arbitrii. 285

LIBRO V.

I. De fide juſtificante. 294
II. Argumenta Bellarmini. 295
III. Argumenta noſtra. 304
IV. An ſola fides juſtificet. 307

LIBRO VI.

De Iuſtificatione.

I. De Iuſtificatione formali cauſa. 322
II. De certitudine Iuſtitiæ. 341
III. De certitudine Electionis. 357
IV. De certitudine perſeverantiæ Sanctorum. 359
V. De diſcrimine legis & Euangelii. 364
VI. De neceſſitate operum ad ſalutem. 365
VII. De obſervatione Legis. 367
VIII. De Operum bonorum imperfectione. 374
IX. De Operum juſtificatione. 387

LIBRO VII.

De Meritis.

I. An Opera Iuſtorum recte vocentur merita. 38
II. An Opera bona Iuſtorum ſunt vere ac proprie merita vitæ æternæ. 38
III. Quatenus fiducia in Meritis collocari poſſit. 39
IV. De non Ente. 39

BEL

BELLARMINVS ENERVATVS.

LIBER PRIMVS,

DE VERBO DEI.

CAPVT I.

De Confeſſione Bellarmini, circa Scripturam ſacram.

THESIS I.

INSTITVENTIBVS nobis compendiarium quoddam examen eorum quæ ex Scripturis aut ratione Bellarminus oppoſuit Proteſtantium confeſſioni, occurrit primo confeſſio illa Bellarmini diligenter expendenda, per modum ingreſſus: *Prophetici & Apoſtolici libri, ſunt verum verbum Dei, & certa ac ſtabilis regula fidei. l.* 1. *c.* 1. quæ & per ſe, & in ejus probationibus cap. 2. annexis, Pontificiorum cauſæ variis rationibus plurimum adverſatur.

2. Illud enim (cum tota ſcriptura hic diſtribuitur *in libros Proph. & Apoſt.*) inprimis aſſumimus: Libri illi, qui vulgo apud nos Apocryphi dicuntur, neque ſunt Prophetici, neque Apoſtolici: ergo non ſunt partes Scripturæ ſacræ, vel verbi Dei ſcripti.

3. Apoſtolicos eſſe nemo affirmabit. Propheticos autem non eſſe probatur. I. Ex eo quod Iudæis non fuerunt traditi, quibus omnia eloquia Dei per Prophetas propoſita fuerunt credita. *Rom.* 3. 2. neque enim Hebræis traditi fuerunt libri alii quam Hebraice ſcripti, quod de iſtis libris non poteſt oſtendi: neque unquam fuerunt in Canone Hebræo, cujus fideliſſima depoſitaria fuit Eccleſ. Iudaica. II. Quod non fuerunt inter libros illos Propheticos, quos Chriſtus ſuo teſtimonio comprobavit ut ſolos veros & genuinos. *Luc.* 24. 44. *Mat.* 13. 35. & 24. 15. & 27. 35. hi enim non alii fuerunt quam illi ex quibus Iudæi putabant ſe vitam æternam habere, quod de iſtis libris nunquam putabant.

4. Sua etiam ſponte ſequitur, ſi iſti libri ſint verbum Dei quia ſunt *Prophetici* & *Apoſtolici*, hoc idcirco ita ſe habet, quia verbum à Deo revelatum eſt iis per Spiritum. *Eph.* 3. 5. qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

etiam loquuti ſunt, & ſcripſerunt, acti ab eodem Spiritu ſancto, 2. *Pet.* 1. 21. & 3. 2. Verbum igitur Pontificis Romani, aut hominum quorumcunque, qui ſimili modo à Spiritu Dei non aguntur, pro verbo Dei non eſt habendum. Si autem ſimili modo agerentur Pontifices Romani à Spiritu Dei cum Prophetis, & Apoſtolis, tum nulla cauſa dic poteſt, cur non reſcripta Pontificum & epiſtolæ eorum decretales ſint pars Canonis, & Scripturæ ſacræ. Si etiam eſſet verbum Dei non ſcriptum penes Pontificem Romanum depoſitum, tum ab eodem Spiritu ageretur ad idem verbum ſcripto mandandum, Eccleſiæ bono, ad Prophetarum & Apoſtolorum exemplum.

5. Aſſumimus ſecundo in loco de *regula*. I. Quod regula vel menſura rei debet eſſe *nota*, & *facilis*. *Suar. metaph. p.* 2. *d.* 11. *ſ.* 3. quia accommodari debet ad rei notificationem. quum igitur Scriptura ſit regula; non eſt obſcura, & difficilis, ut Pontificii volunt. II. Regula proportionis paritatem habet cum illa re cujus eſt regula. ſi igitur Scriptura ſit regula fidei, fides non extenditur ultra Scripturam: atque adeo traditiones non ſcriptæ nihil pertinent ad fidem. III. Regula quæ ſua natura talis eſt, habet in ſeſe rationem cauſæ exemplaris, atque adeo prior eſt natura ſuo regulato. Si igitur Scriptura ſit regula fidei, eſt etiam prior fide: ſi fide prior ſit, tum & fidelibus: ſi autem fidelibus, tum Eccleſia quæ cœtus eſt fidelium, atque ita Eccleſia Romana, excidet ſuperiore illo loco, in quo ſeſe nefaria quadam præſumptione collocare ſolet, quaſi eſſet ante & ſupra Scripturam. IV. Regula conſiſtit in indiviſibili, id eſt, ita conſtituta eſt, ut nec minimũ augeatur, aut minuatur. Scripturas igitur violant, qui traditiones ſuas ipſis adjiciunt, aut tollunt quidquam ab iis præſcriptum: Cujus utriuſque ſceleris Pontifices Romani manifeſto tenentur. V. Si Scriptura ſit regula fidei, tum qui in Scripturæ expoſitione poſſunt errare, poſſunt etiam errare in fide, & falſam regulam fidei aliis commendare. Pontificem autem, & Eccleſiam Romanam, inſulſe & impie multas partes Scripturæ interpretari, manifeſtius eſt quam ut egeat probatione. Pontifex igitur Romanus in ſuis decretis, etiam ad fidem & mores ſpectantibus, turpiter poteſt errare. VI. Quum talis ſit natura hujus regulæ, ut ſit præceptio; quicquid admittitur abſque hujus regulæ directione, quamcunque alias habeat ſpeciem, anomalia eſt, & aberratio: Atque adeo, tam ſupererogationes omnes Pontificiorum, quam pleraque eorum dogmata (de imaginum & creaturarum cultu, de Purgatorio, de Miſſa ipſa, & Pontifice Romano) errata ſaltem neceſſario debent agnoſci. VII. Quum etiam Scriptura non ſit unum præceptum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ceptum, ſed ſyſtema præceptorum eodem ſpectantium (ut ſc. Deo bene vivamus;) neceſſe eſt ut contineat in ſeſe totam doctrinã Theologiæ: Quidquid igitur à Pontifice Romano abſque Scriptura obtruditur, à Theologia vera alienum ſit oportet. VIII. Quum denique ſit regula fidei, fidelium debent eſſe hoſtes, qui regulam iſtam è manibus eorum extorquent.

6. Qualitates etiam illas aſſumimus à Bell. Scripturæ conceſſes, quod ſit *certa ac ſtabulis regula fidei.* Nam I. Si ſit in ſeſe certa regula, tum certos nos reddere poteſt de voluntate Dei, ſine definitionibus Eccleſiæ. II. Tum incerta omnia mendacium hominum decreta ſunt ad iſtam regulam examinanda. III. Tum varios & incertos ſenſus non admittit. IV. Tum omnium controverſiarum quæ circa fidem excitantur certa determinatio ex Scripturis eſt petenda. V. Si etiam ſit ſtabilis regula, tnm nihil nobis eſt creditu neceſſarium, aut utile, quod Apoſtolorum ęvo fuit ignotum. VI. Tum diſpenſationes Pontificiæ ſunt pernicioſæ impoſturæ. VII. Tum denique ſtabilitas Eccleſiæ ex eo tota pendet, ſi huic regulæ conſtanter adhæreat.

7. In pleriſque rationum quibus illa confeſſio firmatur, Bell. cauſam expreſſe magis jugulari, ex brevi hac collatione ſtatim apparebit. Bell. *Moſes, Propheta, Chriſtus ipſe, Iohannes, Apoſtoli, vel divina dogmata ex Scripturis ipſi confirmabant, vel certe ad Scripturas legendas alios hortabantur.* P. Sed Pontificii ſuam ſanctorum cœlitum invocationem, ſacrarum imaginum cultum, incruenti ſacrificii pro vivis & mortuis oblationem, & ſimilia dogmata, factaque ſua, nulla Scriptura ſe poſſe confirmare fatentur. *Azor. inſt. mor. p.2. l.4. c.18.* Neque hortantur alios ad Scripturas legendas, ſed potius arcent, atque deterrent.

8. Bell. *Sanctus Moſes controverſias exortas in populo Dei, ex lege Domini dijudicandas docet ſatis apertè. Deut. 17.* P. Aperte igitur Pontificios noſtros condemnat, qui exScripturis controverſias finiri nolunt, & fieri id poſſe negant.

9. Bell. *Chriſtus Phariſæos non ad ſpiritum aliquem internum, ſed ad Scripturas divinas rejicit. Ioh.5.* Prot. Non igitur Chriſtum ſequuntur, qui vel ad Pontificem Romanum, vel ad Patres, vel ad Concilia, aut aliud quidquam præter Scripturas rejiciunt dubitantes.

10. Bell. *Iohannes Baptiſta teſtem legationis ſuæ non ſpiritus interni judicium, ſed Iſaiam Prophetam adhibuit. Ioh. 1.* Prot. Proferant igitur Pontifices Romani Prophetam aut Apoſtolum aliquem tranſcendentis illius poteſtatis quam ſibimet arrogant teſtem, ſed ſine fraude, ac fallaciis, & ſine joco ſuo, & auditorum riſu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

11. Bell. *de Bœroenſibus non ſine laude commemoratur, quod cum Paulum Apoſtolum audiviſſent, ſcrutabantur quotidie Scripturas ſi hac ita ſe haberent. Act.* 17. Prot. Sine maximo igitur pudore non poteſt commemorari, quod Pontificii pauciſſimis permittunt Scripturæ lectionem, fidem implicitam, obedientiam cœcam, & ignorantiam devotam tantopere commendant, neque Scripturæ examen ullo modo ſuſtinere poſſunt.

12. Bell. *Apoſtoli Scripturarum authoritatem univerſe prædicant.* Prot. Illi igitur Pontificii ſunt nihil minus quam Apoſtolici, qui Scripturam blaſphemant, tanquam *mutam magiſtram, literam mortuam, & occidentem, mortuum atramentum, Theologiam atramentariam, naſum cereum, aut nauticas braccas.*

13. Bell. *Quis mihi fidem faciet non mentiri Anabaptiſtam, cum ſe à Spiritu afflatum dicit?* Prot. Quis etiam nobis fidem faciet non mentiri Pontificem Romanum cum ſuis Pontificiis, quando dicunt ſe viva voce à Domino accepiſſe grandem illum doctrinarum ac rituum acervum, cum omni Scripturæ teſtimonio nudi ſunt prorſus ac deſtituti?

14. Bell. *Scripturas certiſſimas atque veriſſimas eſſe, teſtis eſt veritas vaticiniorum: incredibilis earum conſpiratio: Deus ipſe: ipſa Scriptura: miracula infinita.* Prot. Sunt aliæ igitur rationes quibus fides in nobis excitatur, & Scripturæ certitudo firmatur, præter Eccleſiæ authoritatem, imo in ipſis Scripturis multa ſunt indicia ſapientiæ, veritatis, & perfectionis Divinæ, Eccleſia prorſus tacente.

15. Bell. *Cum ſacra Scriptura regula certiſſima tutiſſimaque ſit, ſanus profecto non erit, qui ea neglecta ſpiritus interni, ſæpe fallacis & ſemper incerti, judicio ſe commiſerit.* P. Si ſit tutiſſima regula, tum graviter & pernicioſe mentiuntur Pontificii, cum hæreſes omnes & malos multos mores à plebe diſci clamitant ex lectione Scripturæ: Si etiam iſta regula ſit tutiſſima, cui bono obtrudunt nobis alias? nunquid ludere amant in re tam ſeria, & cum periculo tanto? Si denique inſania ſit ſi quis committat ſeſe fallaci & incerto judicio, quis poteſt eos ab inſania excuſare, qui fidem ſuam à Pontificis Romani arbitrio ſuſpendunt?

16. Concluſio igitur illa quam Bellarminus in Libertinos dirigit, æque etiam ad Pontificios videtur ſpectare. *Cum Moſe pugnant, cum Prophetis, cum Apoſtolis, cum Chriſto ipſo, ac Deo Patre, qui ſacras literas contemnunt.* Cui etiam alteram addimus:

Pontificiorum ſcilicet religionem nullam certam & ſtabilem habere regulam.

CAP. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP. 2. *De libris Canonicis & Apocryphis.*

THESIS I.

PRoteſt. Scriptura ſacra continetur illis libris, qui ſcripti fuerunt à ſanctis Dei hominibus, infallibiliter actis à Spiritu ſancto, tam quoad materiam, quam quoad formam ſcriptionis, 2.*Petr.*1.21. & Eccleſiæ traditi, ut ſint ipſi regula fidei, & morum: unde etiam per excellentiam *Canonici* vocantur, *Sacri*, & *Divini*. Hi autem libri ſunt vel Teſtamenti Veteris, qui à Prophetis traditi fuerunt Eccleſiæ veteri, vel Novi Teſtamenti, qui ab Apoſtolis traditi fuerunt Eccleſiæ Chriſtianæ. De libris Canonicis N.Teſt. cum Bellarm. nullam controverſiam habemus. Neque de Vetere Teſtamento dubitatur, an illi libri ſint vere Canonici, quos Iudæi olim, & in præſentia Eccleſiæ Reformatæ recipiunt. Sed quia alii quidam libri, in Græcis Bibliorum verſionibus primo, & poſtea in Latinis, poſt tempora Prophetarum cum iſtis temere conjuncti fuerunt ab imperitis & incautis hominibus, & in aliquo honore habiti, idcirco à Pontificiis nuper fuerunt canonizati: idque jure merito factum eſſe Bellarminus (reclamantibus non paucis inter ipſos Papiſtas doctiores) affirmat. A nobis rejiciuntur, quia non ſunt ſcripti à Prophetis, neque ab iis probati: non Hebraice: non Eccleſiæ Iudaicæ traditi, aut ab iis recepti, non à Chriſto aut Apoſtolis ulla ratione approbati, ſed à Canone approbato tacite ſecluſi, quia non referunt majeſtatem Scripturæ ſacræ: quia denique in pleriſque eorum varia continentur, quæ cum libris Propheticis, cum ſemetipſis & cum veritate manifeſte pugnant.

2. Bell. *Veteres Patres ex iſtis libris teſtimonia petunt.*

Proteſt. Quartus etiam Eſdræ citatur non ſemel ab Ambroſio, & tamen ſine dubio non eſt Canonicus; & tertius à multis patribus, (ſunt verba Bellarm. *cap.*20.) ab aliis etiam Patribus eundem & alios libros, (Bellarmini confeſſione Apocryphos) citari oſtendit Genebrardus acerrimus Papiſta, in Chronolog. An. 3749.

3. Bell. *Ex quibuſdam iſtorum librorum citarunt teſtimonia Patres, tanquam ex Scripturis, Sacris, Divinis, & Canonicis.*

Proteſt. I. Multi veterum, ut Melito, Epiphan. Hilar. Hieron. Ruffin. in Canone exponendo Teſtamenti Veteris, aperte ſecuti ſunt Hebræos, apud quos hi libri non ſunt in Canone. *Confeſſio eſt Bellarm. cap.*20. & 10. Hi tamen ſunt inter illos qui ſub iſtis titulis aliquando citarunt quoſdam ex libris controverſis. II. Iidem iſti tituli tribuuntur etiam à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

veteribus quibuſdam inter citandum aliquando ſcriptis Patrum, Pontificum & Conciliorum. *Affirmat & probat hoc Bellarminus cap.4. & lib.2, cap.12.* Vbi etiam Gratianum epiſtolas Pontificum *Scripturas ſacras vocare dicit, ut diſtinguantur à prophanis, & Canonicas, alio ſenſu quam ſunt Euangelia & Pſalmi.* Quidni igitur Patres etiam hos libros *Sacros, Divinos,* & *Canonicos* vocarint, ut diſtinguantur à prophanis, alio ſenſu quam ſunt Euangelia & Pſalmi? Bellarmini ipſius hæc ſunt verba etiã, in libello de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Liber qui inſcribitur Paſtor, quamvis nomine Scripturæ à Sancto Irenæo lib.4. cap.37. citetur, & ab aliis antiquiſſimis ſcriptoribus, ut Clemente Alexandrino, & Origene, in teſtimonium adducatur, tamen nunquam fuit in Canone ſanctorum & divinorum librorum. III. Fide divina non potuerunt credere hos libros eſſe vere Canonicos; quia non habuerunt hoc ſibi propoſitum ab Eccleſia, quod (ex Pontificiorum ſententia) abſolute neceſſarium eſt ad fidei objectum conſtituendum. Sed quia cum Canonicis conjungebantur, & à rudioribus quibuſdam tales habebantur, idcirco, vel cum vulgo populariter loquentes *Canonicos* aliquando vocabant, ut & alios libros Apocryphos, Eſdræ, Hermetis Paſtoris, vel ſecundario, improprie, & proportione quadam *Canonicos* eſſe volebant.

4. Bell. *Apoſtolica traditione confirmatur authoritas horum librorum. cap.10. & 20.*

Proteſt. Mirum eſt, Apoſtolos ſub Novo Teſtamento, alium Canonem Veteris Teſtamenti tradidiſſe, quam fuit unquam illi Eccleſiæ traditus. II. In ſcriptis Apoſtolorum nihil tale apparet; Sed contrarium potius, dum Scripturas probant tanquam perfectas, prout ab Eccleſia Iudæorum erant receptæ. III. Nemo Patrum tradit hos libros Canonicos habitos fuiſſe ex traditione Apoſt. IV. Si talis traditio fuiſſet in Eccleſia recepta, ut Apoſtolica, tum multi Patres in Canone Veteris Teſtamenti exponendo, non ſecuti fuiſſent Hebræos, qui huic traditioni adverſantur: quod tamen feciſſe illos Bellarm. audivimus antea confitentem.

5. Bell. *Conciliorum decreta declararunt,* hos libros eſſe Canonicos.

Proteſt. Hieronymo vivente nondum generale Concilium ſtatuerat aliquid de libris Tobiæ, Sapientiæ, Eccleſiaſtici & Macchabæorum: Hieronymus igitur aſſerit illos non eſſe Canonicos. *Sunt verba Bellarm. cap.* 10. Auguſtinus etiam ſciebat rem non fuiſſe adhuc à generali Concilio definitam. *Bellarm. ibid.*

6. Bell. *Concil. Carthagin. tertium hoſce libros in Canone ponit.*

Proteſt. I. Concil. hoc Carthag. fuit tantum Provinciale. II. Canon

II. Canon ejus 26. *(primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut Summus Sacerdos, aut aliquid hujuſmodi)* à Pontificiis non probatur. III. Vnica ratio, quam reddit Concilium illud, hujus ſententiæ eſt, quod iſtos libros à Patribus acceperint in Eccleſia legendos; Æquivoce igitur Canonicos dicunt, quatenus recipi volunt cùm Canonicis, ut in Eccleſiis legantur. IV. Si vere Canonicos intellexit, tum Concilio Laodiceno contradixit. tum tertium & quartum Eſdræ poſuit etiam in Canone, quos Apocryphos eſſe Bell. fatetur: quia in editione illa Græca, & Latina, quæ tunc fuit recepta, partes fuerunt librorum veri Ezræ. tum denique temere admodum fecit, quod ſine ulla ſingulari ratione, libros illos retulit in Canonem, quingentis aut ſexcentis annis poſtquam editi fuerunt, quos & Eccleſia Veteris Teſtamenti, & Concilia omnia antecedentia & Apoſtoli, extra Canonem reliquerunt.

7. Bell. *Eccleſia poteſt declarare quis liber ſit Canonicus. I. Ex veterum teſtimoniis. II. Ex ſimilitudine cum Canonicis aliis. III. Ex communi ſenſu, & quaſi guſtu populi Chriſtiani. Iam hæc tria in his libris declarandis Canonicis Eccleſia obſervavit, Concilium ſcilicet Tridentinum.*

Proteſt. Hæc tria æque nota fuerunt Melitoni, Hilario, Epiphanio, Hieronymo, Ruffino, Concil. Loadiceno, cum multis aliis qui iſtos libros extra Canonem reliquerunt, atque Concilio Tridentino. II. Nullum teſtimonium proferri poteſt, vel unius authoris, qui illo ſæculo vixit quo iſti libri editi fuerunt, & quemquam horum librorum Canonicum eſſe teſtatur. III. Veterum Patrum de iſtis libris teſtimonia varia eſſe fatetur Bellarm. quomodo igitur potuit Concilium ex eorum teſtimoniis magis declarare hos libros eſſe quam non eſſe Canonicos? præſertim quum illi, qui negant eſſe Canonicos (ut Hieronymus) expreſſe loquuntur, id ipſum ſibi proponentes tractandum, & firmas rationes reddunt ſententiæ ſuæ. IV. Non major eſt ſimilitudo quorundam iſtorum librorum cum Propheticis, quam eſt tenebrarum cum luce: & illa ſimilitudo quæ aliqua ex parte in cæteris habetur, non ſufficit ad eorum Canonizationem. V. Si guſtus populi Chriſtiani tantum valeat in libris Canonicis diſcernendis; nimis petulantes & profani ſunt Pontificii, qui illum guſtum toties irrident, ſub nomine *ſpiritus privati.* VI. Populus Chriſti non habet alium Chriſtianum guſtum nunc, quam habuit olim in Concilio Laodiceno, & antea cum iſtos libros extra Canonem reliquit. VII. Quum omnia iſta declarandi media ſint incerta, declaratio Eccleſiæ Romanę, quæ iis ſubnititur, non poteſt habere certitudinem fidei divinæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

8. Bell. *Concilia & Patres librum Eſtheræ qualem ipſi legere conſueverunt, in ſacrum Canonem retulerunt: Sed eorum exemplaria, ſeptem capita controverſa continebant: ergo & ſeptem iſta capita in Canonem retulerunt.*

Proteſt. I. Duo libri Eſdræ, quos Pontificii Apocryphos eſſe agnoſcunt, in iiſdem exemplaribus continebantur, cum veris libris Eſdræ conjuncti, *ut Bell. ipſe fatetur cap.* 20. non tamen ſequitur, (ait ipſemet ibidem) Concilia antiqua, & Veteres Patres, qui in Canone poſuerunt duos libros Eſdræ, intelligere nomine duorum noſtros tres. II. Quia ſpuria iſta capita cum veris conjuncta fuerunt, hinc factum eſt, (ut obſervat Sixtus Senenſis) quod graviſſimi ſcriptores, totum librum Eſtheræ extra Canonem poſuerint, *Quod Bell. etiam notat capite ſeptimo:* vel hoc igitur nomine rejiciendæ ſunt adjectiones ex Canonicorum librorum exemplaribus, quia talem ſuſpicionem libro Canonico aſperſerunt. III. Qui librum aliquem ſimpliciter in Canonem referunt, non ideo omnes lacinias illi aſſutas habent pro divinis. IV. Si qui partem ſpuriam præter veram admiſerint, eodem id fecerunt errore, quo alii veram partem propter ſpuriam rejecerunt.

9. Bell. *Probabile etiam eſt, iſta capita fuiſſe aliquando in textu Hebraico, deinde caſu aliquo excidiſſe.*

Proteſtat. Non eſt probabile, quod nullis conjecturis confirmatur, & multis rationibus improbatur. I. Quare iſta capita exciderent de Canone Hebraico magis quam alia? II. De Hebraico Canone quibus potius fides habenda quam Hebræis? at illi negant, & Hieronymus cum illis. III. Non potuerunt excidere ſine graviſſima Eccleſiæ culpa. Iudaicæ autem Eccleſiæ, talis incuriæ nota ſine atroci injuria non poteſt inuri; Chriſtianæ, Catholicæ, Romanæ præcipue, Bellarminus tale crimen non impinget.

10. Bell. *Objicitur, capita iſta poſtrema non cohærere cum prioribus, & cum illis etiam pugnare.*

Proteſt. Objiciuntur in iſtam ſententiam varia, quæ Bell. diluere nunquam tentavit. I. Quæ ſemel narrata ſunt in primis capitibus, ea denuo ſine cauſa narrari in additamentis. II. Qui Aſſuerus perpetuo vocatur in Eſther, Artaxerxem ſemper appellari in additamentis. III. In additamentis inſidias adverſus Regem ſtructas & detectas dici, poſt ſomnium quoddam Mardochei habitum anno ſecundo. *cap.* 11. *verſ.* 2. 10. *cum* 12. 1. Sed in Eſther accidiſſe dicuntur anno ſeptimo. *cap.* 2. 16. Quod vero Bell. huic tertiæ objectioni reſpondet, ſomnium fuiſſe anno ſecundo, & inſidias anno ſeptimo, hoc merum inſomnium eſſe cuilibet locum inſpicienti ſtatim apparebit. IV. Virum magnum fuiſſe Mardocheum in aula Regis (ſecundum adjectiones *cap.* 11. 2.)

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

etiam antequam ſomniavit de inſidiis Regis, id eſt triennio antequam factæ erant, cum contrarium plane appareat ex libro *Eſther*. V. Ptolomæi & Cleopatræ mentionem fieri *cap.* 11. 1. quod nulla ratione convenit tempori Mardochei, aut Prophetarum. VI. Mardocheum in additamentis donaria propter inſidias indicatas accepiſſe dici ſtatim poſt indicium factum, & antequam in odium Hamanis inciderat. *cap.* 12. 5. 6. Quod plane repugnat hiſtoriæ authenticæ. VII. In adjectionibus Hamanem infenſum fuiſſe Mardocheo propter Eunuchos. *cap.* 12. 6. Cum in vera hiſtoria alia cauſa narretur. VIII. In adjectionibus Hamanem dici Macedonem. *cap.* 16. 10. in authentica Agagæum. *cap.* 8. 3. Neque denique illud quod dicitur de ira Regis adverſus Eſtherem *cap.* 15. 7. conſentire cum hiſtoria vera *cap.* 5. 2. Neque argumentum literarum quod habetur *cap.* 8. cum epiſtola illa quæ exprimitur *cap.* 16.

Quod dictum eſt de conjunctione ſeptem illorum capitum in iiſdem exemplaribus cum libro Eſther, accommodari debet ad librum Baruch, Ieremiæ additum, & adjectiones ad Danielem, quas Hieronymus in præfatione ad Danielem fabulas appellat.

11. Bell. *Hieronymus narrationes iſtis capitibus comprehenſas fabulas appellat, quia hiſtoriæ fuerunt à Iudæis fabulæ vocatæ.*

Proteſt. I. Negat expreſſe apud Hebræos extare. II. Imperitos appellat, qui partem Danielis eſſe putant. III. Dicit ſe maluiſſe iſta in Scripturis vertendis prætermittere. IV. Noluit edere niſi antepoſito veru jugulante. V. Refert etiam de Origene, Apolinari, aliiſque Eccleſiaſticis viris, & Doctoribus Græciæ, quod negarint ſe debere Porphyrio reſpondere pro his, quæ nullam Scripturæ ſacræ authoritatem habent. Cum igitur fabulas appellet, & congruenter ſibimet ipſi loquitur, & narrationes fictas aut comœdias Iudaicas eſſe affirmat.

12 Bell. *Objiciunt, quod in hiſtoria Suſannæ Daniel introducitur tanquam puer.*

Proteſt. Neque hoc ſolum contra hiſtoriam illam objicitur. Sed I. Quod Iudæis tribuit conventus juridicos, cum poteſtate vitæ, & necis, tempore captivitatis. II. Puerulo tribuit illam authoritatem in terra Babyloniæ, quam nemo privatus unquam exercuit in Iudæa, revocandi ſcilicet damnatum in judicium, & novam cauſæ cognitionem inſtituendi. III. Quod Danielem puerulum iſtum faciunt, qui dum adhuc puer fuit, educabatur in palatio Regis, ſeorſim à Iudæis. IV. Quod ſeniores adeo pueros facit in cauſæ cognitione, & in ſubita totius cauſæ delatione ad judicium pueruli junioris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

13 Bell. *Non pugnant narrationes illæ de Daniele in lacu leonum una tantum nocte manente. cap. 6. Et ſex diebus ibi manente. cap. 14. quia 1. Daniel bis fuit miſſus in lacum, ſemel à Dario Medo, & iterum à Cyro. 2. Non eſt improbabile duos fuiſſe Danieles, & hunc Danielem qui Suſannam liberavit, Bel deſtruxit, & Draconem interfecit, ac ſex diebus in lacu Leonum fuit, non eſſe eundem cum eo, de quo agitur ſuperioribus capitibus.*

Proteſt. I. Bis fuiſſe Danielem in lacu Leonum non eſt veriſimile. cum prima vice, tam male ceſſit illa machinatio ſuis authoribus, & edictum etiam promulgatum fuit à Dario de reverendo Deo, qui liberaverat Danielem à Leonibus, *cap.* 5. non eſt ullo modo probabile, vel inimicos Danielis, hoc rurſus tentaturos vel Regem ipſum permiſſurũ. II. Non convenit fabulæ perſona Cyri, qui neque Babyloniæ manſit, & Danieli magnopere favebat. III. Mirum etiam eſt, quod cum Darius proximo mane, ſumma aurora quæſiverit Danielem, Cyrus non niſi poſt ſex dies quid Danieli factum eſſet quærebat, aut ab aliis intelligebat. IV. Si Daniel iſte, de quo agitur in adjectionibus, alius fuit à Daniele Propheta, tum adjectiones ipſæ ſunt alius etiam liber à Canonico libro Danielis Prophetæ, atque adeo Apocryphus. V. Fieri non potuit, ut novus iſte Daniel viveret tempore Cyri, & prandium acciperet à Propheta Habakuk, ut *cap.* 14. narratur.

14. Bell. *Adverſus Tobiam objicitur, quod cap. 5. Sara dicitur habitaſſe in Rages civitate Medorum, poſtea tamen cap. 9. cum Tobias veniſſet ad locum ubi erat Sara, inde dicitur miſiſſe Angelum ad Gabelem in Rages: ſed reſpondetur, vel duas fuiſſe Rages in Media, vel Rages vocari non ipſam civitatem, ſed locum vicinum.*

Proteſt. I. Duas fuiſſe Rages dum fingit Bell. ſine ulla probabili ratione, idem facit ad inficias redactus, quod antea quum duos finxit Danieles: neque patitur textus, ut per Rages intelligatur locus aliquis vicinus civitati Ragis. Expreſſe enim dicitur, in Rages civitate Mediæ. Objicitur II. Quod Tobias mendacium tribuit angelo Dei, dum affirmare eum facit ſe eſſe ex filiis Iſrael Azariam filium Ananiæ ex tribu Nephthalim ex captivitate Ninives. *cap.* 5. 7. Objicitur III. Quod Tobias Angelo eidem tribuit, & approbat ipſe commentum illud magicum, fumum cordis cujuſdam piſcis extricare omne genus Dæmoniorum, ſive à viro, ſive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. *cap.* 6. Objicitur IV. Falſo affirmari *cap.* 14. incenſam fuiſſe domum Dei vivente Tobia: ſicut liquido apparet *Tob.* 1. 2. *Reg.* 17. 18. inter ſe comparatis. Ad hæc & ſimilia conſultiſſimum viſum eſt Bellarmino, nihil omnino reſpondere.

15. Bell. *Liber Iudith egregium teſtimonium habet à Synodo Nycena, teſte Hieronymo.*

Proteſt.

Proteſt. I. Hieron. dicit tantum tale quid *legi*, fidem relinquit penes authorem. II. Hieron. ipſe qui approbavit decreta hujus Synodi, librum Iudith improbavit, ut Bellarm. fatetur *cap*.10. III. Si hoc ita fuiſſet, Synodus Laodicena non reliquiſſet hunc librum extra Canonem. IV. Si approbavit hunc librum, talem approbavit, qualis tum extabat in editione Græca; ſed in editione Græca continebat mendacium, de templo tum temporis everſo. vel igitur non approbavit, vel mendacium approbavit. Propoſitio eſt *Bellar. cap*. 7. Aſſumptio eſt ejuſdem, *cap*. 12. Concluſionem igitur non poteſt repudiare.

16. Bell. *Difficillima eſt objectio adverſus hunc librum, de tempore, cui hæc hiſtoria poſſit convenire; ſed dicendum videtur, hiſtoriam Iudith incidiſſe in tempora Manaſſæ poſtquam reverſus fuerat ille ex captivitate.*

Proteſt. Repugnat I. Quod *cap*.5. Holofernes de Iudæis quærit tanquam de gente ignota. II. Quod in tota hiſtoria Iudith nulla fit mentio Manaſſis. Neque in hiſtoria Manaſſis fit ulla mentio vel Iudith, vel Holofernis, aut hujuſmodi invaſionis.

17. Bell. *Eccleſiaſticus tribuitur Salomoni.*

Proteſt. Salomonem non fuiſſe authorem illius libri certum eſt. I. Quia liber ipſe alium authorem fuiſſe teſtatur. *cap*.1. & 50. 28. II. Quia Græce ſcriptus fuit. III. Quia mentionem facit Ieremiæ, Ezekielis, & Zerubabelis. *cap*. 49.

18. Bellarm. *Macchabæorum libri honorifice producuntur à multis.*

Proteſt. Non negatur. Sed I. Græce ſcripti fuerunt. II. Ioſephum habuerunt authorem, Hieronymi judicio. III. Quiſquis author fuit, fatetur ſe in epitomen redegiſſe quinque volumina Iaſonis Cyrenæi hominis profani. *lib*. 2. *cap*. 2. IV. Quæſivit lectorum delectationem, & ſuam laudem ex hiſtoriæ ornatu. ibid. V. Concludit denique cum excuſatione & veniæ deprecatione de modo ſcriptionis. Hæc autem (ut nihil dicatur de aliis rebus cum Scriptura pugnantibus) ſatis oſtendunt proveniſſe Scriptum hoc à ſpiritu humano.

19. Bell. *Apocryphus cenſendus eſt liber Hermetis qui inſcribitur Paſtor, tametſi divinitus inſpiratum eſſe putaverit Origenes, & ex eodem teſtimonia proferant Tertullianus, Irenæus, Clemens Alexand. Athanaſius, Caſſianus; ſic etiam tertius & quartus Macchabæorum, nec non tertius & quartus Eſdræ, quamvis quartus Eſdræ citetur ab Ambroſ. & tertius ab Athanaſio, Auguſt. Clemente Alexandr. authore operis imperfecti, & à Cypriano.*

Proteſt. Ludebat nos igitur Bellarm. hactenus, cum libros alios controverſos, ex eo probare voluit Canonicos, quia ex ipſis Patres aliquando teſtimonia citarent. Neque eſt ulla ra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tio firma adverſus libros confeſſione Papiſtarum Apocryphos, quæ non valeat etiam adverſus reliquos.

20. Bell. *Non habentur neque Hebraice, neque Græce.*

Proteſt. Neque cæteri libri controverſi ſcripti fuerunt Hebraice. Græca autem lingua non magis pertinet ad Vetus Teſtamentum quam Latina.

21. Bell. *A nullo Concilio referuntur in Canonem.*

Proteſt. Neque cæteri ab ullo antiquo Concilio generali fuerunt unquam in Canonem relati, ſicut Bellarm. fatetur expreſſe verum eſſe de Conciliis quæ Auguſtino ſunt antiquiora: & facile concedit de reliquis, dum nullum generale Concilium urget in horum librorum omnium approbationem, præter miſerum ſuum Tridentinum; quod perinde eſt, ac ſi rationem Ieſuiticam proferret iſtos libros approbantem.

22. Bell. *Quartus liber Eſdræ continet cap. 6. quædam fabuloſa, de piſce Henoch, & Leviathan, quos maria capere non poterant.*

Proteſt. I. Fabulas etiam ex Hieronymo oſtendimus antea, quæ in adjectionibus ad Danielem habentur, de Suſanna, Bele, & Dracone. II. Fabula etiam eſt manifeſta, quod *Machab. lib.* 2. *cap.* 2. narratur: Ieremiam ſcilicet juſſiſſe tabernaculum & arcam, & altare ſuffitus, ſecum iter facere in montem Nebuntis, qui eſt in terra Moabitarum, & ibi abſcondiſſe in ſpelunca quadam, quem locum incognitum futurum pronunciavit, donec Deus iterum congregaret populum ſuum, tunc autem Dominum eum demonſtraturum. Vt concedamus enim hæc à Ieremia fieri potuiſſe, quod nullo modo convenit hiſtoriæ; quomodo excuſabitur à mendacio, quod Ieremias promiſiſſe dicitur arcam cum cæteris denuo inveniendam eſſe quando iterum congregaretur populus? Reſpondet Bell. *Non intelligendum eſſe de illa congregatione quæ fuit tempore Cyri, ſed vel de tempore noviſſimo paulo ante diem Iudicii: vel myſtice, ut per arcam intelligatur Chriſtus.* At vero, prima interpretatio infert, Iudæos congregandos eſſe ante diem judicii, ad cultum illum cæremonialem qui pendebat ex tabernaculo, arca, & altari ſuffitus, quod eſt alienum à fide Chriſtiana. Myſtica autem interpretatione, defendi etiam poteſt fabula illa de Henoch & Leviathan. Gregorius enim in moralibus, gloſſa ordinaria, Thomas Aquinas in ſumma, *p.* 1. *q.* 64. *a.* 3. *ad* 2. & *p.* 3. *q.* 8. *a.* 7. Et omnes Pontificii, in ſuis allegoriis, per Behemoth & Leviathan *Iob* 40. & 41. Diabolos intelligi volunt. Quam facile eſt autem adjicere, Diabolos omnes non potuiſſe mari contineri, vel propter tumultus quos ibi excitarent, vel quia terra fuit iis peragranda ad homines ſeducendos.

CAP. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP. 3. *De editionibus ſacræ Scripturæ, lib.2.*

1. De Hebraica, cap.2.

THESIS I.

BEllarm. *Hæretici hujus temporis, odio editionis vulgatæ, nimium tribuunt editioni Hebraicæ. Volunt enim omnia examinari & emendari ad Hebræum textum.*

Proteſt. I. Ex odio editionis vulgatæ hoc nos non facere, apparet ex eo, quod alias omnes editiones Veteris Teſtamenti ad Hebræum textum æque emendandas eſſe contendimus, atque vulgatam. II. Nemo unquam ſanæ mentis nimium eſſe duxit, exemplum exſcriptum ἔκτυπον examinare ad exemplar primum πρωτότυπον. III. Vel ad Hebræum textum examinanda eſt editio vulgata, vel ad aliam aliquam editionem, vel ad nullam: aliam non dabunt Pontificii: nullam autem ſtatuere, eſt Latinam facere primam, & ſine ulla ratione inſanire.

2. Bell. *Hebraica editio eſt corrupta Iſaiæ 9. 6. ubi legitur vocabit, pro vocabitur: Ier. etiam 23.6. vocabit, pro vocabunt. Pſal.22. 17. ſicut Leo, pro foderunt. Pſal.19.5. delineatio, pro, ſono. ut Rom.10. citatur. Exod.2. poſt verſ.22. deeſt verſiculus*

Proteſt. Iſai.9. ſenſus idem eſt, ſive *vocabit*, ſive *vocabitur* legatur. Nihil etiam uſitatius eſt apud Hebræos, quam tertiam perſonam verbi imperſonaliter uſurpare, ita ut aliquando active, aliquando paſſive poſſit reddi. Similis eſt ratio *Ier.*23. *Pſal.*22.17. Nulla eſt corruptio, ſed varia lectio, in quibuſdam exemplaribus errore ſcribarum, ut *Bellar.* poſtea fatetur. De *Pſal.*19. reſpondet Genebrardus in illum locum, Apoſtolum ſenſum potius verbi, quam ſignificatum genuinum ac proprium expreſſiſſe. *Verſiculus ille Exod.*2. in Latinis editionibus errore aliquo infartus eſt, ex *Exod.*18.4. Cum igitur in iſtis quinque locis quæ *Bellarm.* elegit ad corruptionem Hebraici textus demonſtrandam, nihil tale reperiatur, pro confeſſo habendum eſt Hebraicum fontem manere purum & incorruptum.

3 Bell. *Alii ſunt, qui zelo quidem bono, ſed neſcio an ſecundum ſcientiam, contendunt Iudæos ſtudioſe corrupiſſe multa loca Scripturæ.*

Proteſt. Quam perverſus hic eſt *Bellarm.*? textus Hebraici puritatem defendi antea dicebat ex *odio* malo: eandem autem temere impugnari vult ex *zelo bono.* Hebraicum textum authenticum Dei verbum eſſe, aut fuiſſe, ſaltem nemo negat Chriſtianus. Zelus autem bonus, qui poteſt eſſe, qui adverſus honorem verbi Dei contendit? legimus in Scripturis de

hominibus accenſis *zelo bono* erga Legem Dei, ſed zelus bonus contra Legem, hic proprius eſt Pontificiorum.

4. Bell. *Scripturæ Hebraicæ non ſunt in univerſum depravatæ opera vel malitia Iudæorum: ſed habent ſuos quoſdam errores, qui partim irrepſerunt negligentia, vel ignorantia librariorum: & poteſt etiam fieri, ut ex pravo affectu & odio in Chriſtum, ea lectio interdum ipſis magis probata ſit, quæ minus Chriſtianis favebat. In iis tamen, quæ ad fidem & bonos mores pertinent, ſunt integræ.*

Proteſt. I. Non ſyncere agit *Bellarminus*, cum illud tantummodo negat, Scripturas non eſſe *in univerſum* corruptas: hac enim ratione tradit totam cauſam adverſariis, qui non in univerſum, ſed in multis locis corruptas eas volunt. II. Errores, qui in quædam exemplaria irrepſerunt, non reddunt editionem omnium exemplarium corruptam: præſertim cum illi ipſi errores à peritis poſſint diſcerni. III. Eccleſiæ demandata eſt cura Scripturæ: qui fit quod Romana Eccleſia non conſervarit eam puram ab omni errore? quare etiam non reſtituendi curam ſuſcipit, cum in eo non poteſt errare? IV. Quod fieri poſſe dicit, ut ex odio in Chriſtum ſint alicubi à Iudæis corruptæ, hoc ipſemet in ſecunda ſententia ſatis refutabit, aliis argumentis, & præcipue illo, *ab incredibili religione Iudæorum erga ſacros libros. De veteribus ſcribit Philo, quod per ſpatium duorum millium annorum, ne verbum quidem fuit unquam in lege immutatum: & quemlibet Iudæorum centies potius moriturum, quam ut pateretur legem in aliquo mutari: recentes autem Iudæi legem fere ut numen adorant.* Refutat etiam hoc ipſo in loco, dum integram eſſe Scripturam Hebraicam concedit in iis, quæ pertinent ad fidem. Si enim quidquam corruperunt Iudæi ex odio in Chriſtum, pertinebat illud proculdubio ad Chriſtum, atque adeo ad fidem. Hoc ipſum eſt Bellarmini arg. antea: *Si Iudæi falſare voluiſſent divinas Scripturas, in odium Chriſtianorum, ſine dubio præcipua vaticinia ſuſtuliſſent: id autem minime fecerunt, imo ſæpe codices Hebræi magis Iudæos vexant, quam Græci, aut Latini.*

2. De verſione 70. Interpretum. C. 6.

5. Bell. *Certiſſimum eſt, 70. Interpretes optime tranſtuliſſe, & peculiari modo Spiritum ſanctum habuiſſe aſſiſtentẽ, ne qua in re errarent.*

Proteſt. Qualis olim fuerit perfectio & authoritas hujus verſionis, noſtra non multum intereſt, cum *Bellarm.* ipſe fatetur, eam jam non haberi, niſi adeo corruptam & vitiatam, ut omnino alia eſſe videatur.

3. De Editione Græca Teſtamenti Novi.

6. Bell. *Græci codices non ſunt fontes puriſſimi, ut neceſſario quicquid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quid ab eis diſſentit corrigendum ſit, ut falſo exiſtimat Calvinus, &c.

Proteſt. I. Si neque Hebraici Veteris, neque Græci N. Teſtam. Codices ſint fontes puri, tum nulla eſt pura Scriptura in Eccleſia Dei. II. Cum magna infamia Eccleſiæ Romanæ hoc affirmatur, quæ depoſitariam ſe dicit unicam hujus theſauri, & eã tamen in puritate ſua non conſervavit. III. Si nunc aliquid in hac editione deſideretur, quod olim exſtabat, annumerari ſaltem debet traditionibus Apoſtolicis, quas Eccleſia Romana habet in numerato, atque adeo reſtituere nobis facile poteſt ac debet. *Sacra enim Scriptura præcipue eſt in corde Eccleſiæ, ſecundario vero in Libris. Bannes in p. 1. Thom. q. 1. a. 8.*

7. Bell. 1. *Cor.* 15. 47. *Græce legitur, ſecundus homo Dominus de cælo, ex corruptione Marcionis, ut patet ex Tertulliano adverſus Marcionem l. 5. Cum legi debet ſecundus homo ex cœlo cœleſtis.*

Proteſt. I. Idem eſt ſenſus, ſive *Dominus*, ſive *Cœleſtis* legatur, quia Dominus deſignatur cœleſtis ὁ κύριος. II. Vehementior eſt antitheſis & efficacior ſenſus ſi Dominus legatur. III. Hæc lectio eſt approbata & ab antiquiſſimis Patribus aliis, & ab ipſo Tertulliano, quem falſo citat *Bell.* in contrarium, eodem ipſo *lib.* 5. *cap.* 10. *Primus* (inquit) *homo de humo terrenus, ſecundus Dominus de cœlo. Nunquid & primus Dominus, ſi & ſecundus?* Vbi ex hac lectione Marcionem revincit.

8. Bell. 1. *Cor.* 7. 33. μεμέρισται *quod Latina verſione legitur diviſus eſt, Græce conjungitur cum ſequentibus, diſcretæ ſunt uxor & virgo.*

Proteſt. I. Eadem lectio eſt Syra & Arabica. II. Senſus per hanc lectionem eſt concinnior: & redundantia vitatur, quę per alteram lectionem neceſſario admittitur, vel *innuptæ*, vel *virginis*.

9. Bell. *Rom.* 12. 11. *Græci non habent* κυρίῳ *Domino ſervientes, ſed* καιρῷ *tempori.*

Proteſt. Hoc aperte falſum eſt, ſi de omnibus Gręcis exemplaribus affirmetur, ſi de quibuſdam tantum, vanum.

10. Bell. *In plurimis Græcis Codicibus deſunt multæ veræ Scripturæ partes: ut hiſtoria adulteræ Ioh.* 8. *Marci caput ultimum:* 1. *Ioh.* 5. *verſus ſeptimus.*

Proteſt. I. Sic concedatur hæc in plurimis Codicibus deeſſe, non inde ſequitur omnia Græca exemplaria eſſe corrupta. II. Non deſunt in illis Græcis Codicibus, quos nos pro authenticis habemus.

11. Bellarm. *Matth.* 6. 13. *illa verba, quia tuum eſt regnum & potentia, & gloria, in ſecula, non ſunt de textu, ſed addita à Græcis. I. Quia varii Patres Latini Græce intelligentes, in expoſitione Orationis Dominicæ, nullam eorum faciunt mentionem. II. Quia in liturgia Græca non continuantur hæc verba cum Oratione Dominica.*

Proteſt. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Hæc verba non ſunt adjecta Græco textui, ſed detracta verſioni Latinæ, ut obſervat Valla. II. Sine iſtis verbis, nullum eſt exemplar Deum laudandi in Oratione Dominica. III. Tam ſancte conveniunt ipſi Orationi, ut humano ingenio majus aliquid ſapiant. IV. Græcorum loquentium authoritas, præſertim de textu Græco, major eſt quam Latinorum nihil dicentium. De liturgia autem Græca viderint Græci recentiores.

4. De Latina Editione vulgata.

12. Bell. *Editio vulgata, quamvis maxima ex parte Hieronymi ſit, tamen non eſt illa pura, quam ipſe ex Hebræo convertit, ſed eſt aliquo modo mixta, additis non paucis ex verſione 70. quæ in Hebræo non inveniuntur. cap.9.*

Proteſt. Quanta ex parte ſit Hieronymi, non multum refert. Accipimus quod *Bell.* dat, & inde inferimus. I. Si tota non ſit Hieronymi, tum Hieronymi authoritate non debent Pontificii abuti (ut ſolent) ad totius hujus editionis authoritatem firmandam. II. Si non ſit tota Hieronymi, tum illæ partes quæ ſunt aliorum, vel accuratius verſæ ſunt, quam Hieronymus eas vertit, vel magis depravate: Si accuratius, tum Hieronymus non optime vertebat: ſi magis depravate, tum tota hæc editio non eſt optimæ notæ inter verſiones Latinas. III. Quum nos contendimus multas in Eccleſiam paulatim irrepſiſſe mixtiones & corruptiones doctrinæ & rituum, urgent Pontificii, ut demonſtremus accurate, quando, à quo, quibus contradicentibus, hæc facta ſint: dicant igitur ipſi, quando hæc mixtura verſionis Latinæ fuit introducta? à quibus? quo repugnante?

13. Bellarm. *Editionem vulgatam Latinam habendam eſſe pro authentica, ſecundum decretum Concilii Tridentini, his argumentis comprobamus. cap.10.*

Proteſt. Sed ratio poſtulat, ut prius explicaretur nobis quid ſibi velint Pontificii per *authenticam* editionem, & quouſque illud tribuant Latinæ vulgatæ. Inſtrumentum *authenticum*, in jure civili, illud ipſum eſt proprie quod vulgo dicitur *originale*; *unde authentica tabula*, *in l.4. d. famil.* Hoc autem neutiquam ſuſtinebunt affirmare de editione Latina. Dicent tamen eſſe exemplum authenticum, quia ex originali, ſine errore tranſumptum fuit. Vbi videndum primo, an Tridentini illi homines fuerint Notarii publici, à Deo conſtituti, ut exemplis vel copiis (ut appellant) fidem certam facere poſſint, præſertim verſionibus exemplorum. Deinde, an fecerint hoc ex certa cognitione, examine idoneo inſtituto, & collatione facta cum authenico & originali exemplari, quod ne ipſi quidem Pontificii affirmabunt. Hoc etiam explica-

explicatione indiget, utrum nullum omnino errorem in illa admiſſum volunt interpretis ignorantia, aut vitio, an vero nullum contra fidem & bonos mores; de iſtis enim variant Pontificii, & inter ſeſe digladiantur. *Bellarm.* autem non explicans quo ſenſu authenticam editionem capit, authenticam tamen vulgatam eſſe ſatis inepte aggreditur probare. Videamus quales ſint probationes quas adfert.

14. 1. Bell. *Longo ſaculorum uſu fuit hæc editio probata.*

Proteſt. I. Vſus rei nihil aliud probat, quam eam utilem eſſe aut videri: quod de iſthac editione non negatur. II. Vſa eſt Eccleſia per aliquot ſecula aliis editionibus Latinis, quas tamen depravatas fuiſſe Hieronymus oſtendit, & Pontificii non negant. Sed uſus, utilitas, & conſuetudo cœca, primarium locum habuit in decretis Tridentinis dirigendis. Libri igitur Canonici probantur, *prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt:* & editio illa authentica pronunciatur, *quæ longo tot ſæculorum uſu in Eccleſia probata eſt. Concil. Trident. ſeſſ.* 4. III. Quod non niſi poſt longum uſum habita fuit authentica, vel inde evincitur eam jam non eſſe authenticam: quia ſi tantæ perfectionis & authoritatis fuiſſet, antiquior Eccleſia, Lamaſus Epiſcopus Romanus, qui Hieronymi conatibus favebat, & proximi ejus ſucceſſores, talem eam jam olim, cum ſyncerior fuit, declaraſſent; quod tamen non factum eſſe conſtat.

15. 2. Bell. *Teſtimonium habet veterum.*

Proteſt. Non vetuſtiſſimorum omnino, neque veterum, quod ſit æque authentica ac Hebraica & Græca.

16. 3. Bell. *Hebræi habuerunt ſua lingua authenticam Scripturam, & Græci Græce: ergo etiam Latini ſuam Latine.*

Proteſt. I. Hac ratione ſequetur, Germanos, Gallos, Anglos, ſuis etiam linguis authenticam habere Scripturam. II. Græca verſio Veteris Teſtamenti nunquam fuit adeo authentica, quin emendanda fuerit ad Hebraicum textum. Hieronymi ſunt hæc: *danda* 70. *Interpretibus venia ut hominibus, juxta Iacobi ſententiam, dicentis, Multa peccamus omnes. Ad Pammach. Longum eſt evolvere quanta Septuaginta de ſuo addiderint, quanta dimiſerint.* III. Hinc etiam ſequeretur, authenticas fuiſſe alias editiones omnes Latinas, quibus uſa eſt Eccleſia Latina ante Hieronymi ætatem.

17. 4. Bell. *Male proviſum eſſet Eccleſiæ, ſi in rebus gravibus non poſſit fidere Latinæ editioni: quia in Conciliis generalibus, aut pauciſſimi, aut interdum nulli inveniuntur linguæ Hebraicæ periti.*

Proteſt. I. Si ſic ſe res habeat, non eſt idcirco providentia Dei accuſanda, ſed hominum ſocordia. II. Sic tamen proviſum eſt Eccleſiæ, ut ſemper habuerit verſiones, quæ in rebus gravioribus ſanæ fuerunt, quibus ſuo modo & gradu fides

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

du fides potuit haberi: diligentia etiam adhibita, potuit ſemper Eccleſia aliqua ratione conſulere fontes. III. Si talia ſint Concilia, tum non ſunt idonea ad authenticas editiones diſcernendas & definiendas.

18. 5. Bell. *Hæretici adeo diverſas & inter ſe diſſentientes editiones cudunt, ut nihil fere certi ex eorum editionibus haberi poteſt.*

Proteſt. I. Ergone ſequitur vulgatam editionem eſſe authenticam? II. Nihil hac in re novi accidit. Prope innumerabiles fuiſſe editiones Latinas ante tempora Hieronymi teſtatur Auguſtinus *lib.* 2. de doctrina Chriſtiana *cap.* 11. citantur verba ejus à *Bell. cap.* 8. non inde tamen concludebat Auguſtinus, ut *Bell.*, nihil certi poſſe haberi, nedum vulgatam fuiſſe authenticam, ſed hiſce verbis, *quæ quidem res plus adjuvit intelligentiam, quam impedivit.*

Miſera videmus argumenta eſſe quibus editio vulgata authentica probatur. Germana plane ſunt reſponſa quibus ab argumentis oppoſitis vindicatur.

19. *Proteſt.* Hieronymus ipſe multa reprehendit quæ ſunt in editione vulgata.

Bell. cap. 9. *Quatuor ſunt cauſæ, quod quædam in noſtro textu ſint, quæ Hieronymus reprehendit: Error librariorum: varia ſignificatio vocabulorum: quod Hieronymus in quibuſdam ſententiam mutavit: quod Eccleſia quædam judicavit non eſſe mutanda, quæ Hieronymus voluit mutari.*

Proteſt. I. Conceditur igitur totum illud quod fuit objectum, Hieronymum ſcilicet reprehendere multa quæ ſunt in editione vulgata. II. Oſtendant nobis Pontificii quænam fuit Eccleſia quæ contra Hieronymum pronunciavit? in quo Concilio? non ſatis eſt dicere cum Bell. *Certe non videtur caſu factum, ſed judicio poſteritatis, vel potius ipſius Eccleſiæ,* cum nullum tale judicium poſſit oſtendi.

20. *Proteſt.* Latina editio eſt variorum interpretum, qui errare potuerunt.

Bell. *Interpretes potuerunt errare: Hieronymus enim agnoſcit ſe erraſſe: & Theodotion cui pars hujus editionis debetur, fuit hæreticus: ſed non errarunt in illa verſione quam Eccleſia approbavit. cap.* 11.

Proteſt. I. Mira hic narrat *Bellarm.* Hieronymus potuit errare, agnoſcit ſe erraſſe, ſed tamen non erravit. Theodotion fuit hæreticus: ſed Eccleſia ejus verſionem approbavit, idcirco in illa verſione non erravit. II. Concilii Tridentini approbatio non potuit efficere, ut illi Interpretes, qui mille annis vixerunt ante iſtud Concilium habitum, non errarent. Si tantum declarârint eos non erraſſe, tum tamen per ſingularem aliquam directionem & inſtinctum Dei, correcta imbecillitate humana, hoc opus perfeciſſe debent interpretes ipſi, & hoc ipſum notum fuiſſe Tridentinis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

dentinis, quamvis ipſis interpretibus fuerit ignotum: Grande certe paradoxum. Sed mitigatur aliquo modo à *Bellarm.* dum oſtendit quouſque Tridentini hanc verſionem approbarunt.

21. Bell. *Non authores iſtos canonizavit Eccleſia, ſed tantum hanc verſionem approbavit: nec ita tamen approbavit, ut aſſeruerit nullos in ea librariorum errores reperiri: ſed certos nos reddere voluit, in iis præſertim quæ ad fidem & mores pertinent, nulla eſſe in hac verſione interpretum errata.*

Proteſt. I. De canonizandis authoribus iſtis in eorum perſonis, non agitur hoc in loco: ſed an eorum verſio non ſit canonizata, hoc quæritur; quod *Bellarm.* neque negare audet, neque affirmare. II. De librariorum erroribus nulla eſt quæſtio, ſed interpretum erratis. III. Quod *Bellar.* dicit Eccleſiam ſtatuiſſe eos non erraſſe, *præſertim* in iis quæ ad fidem & mores pertinent, ambigue nimis loquitur. Diſtrahuntur enim Pontificii in duas partes, circa mentem decreti Tridentini. (quæ etiam diſſenſio fuit inter ipſos decernentes.) Quidam ſic decreti verba intelligunt, ut editionem vulgatam, per omnia, etiam minima, accuratam & authenticam pronunciatam fuiſſe putent. Alii vero talem eam decretam fuiſſe contendunt, tantum in rebus ad fidem & mores pertinentibus. *Bannes in Thom. p.* 1. *q.* 1. *a.* 8. Priori ſententiæ adhærent ſimpliciores & qui erga Eccleſiæ placita ſunt maxime ſuperſtitioſi: poſteriori favent plerique doctiores: tanto autem ardore & motu animorum, odioque partium implacabili agitata fuit iſta quæſtio, in Hiſpania præſertim, ut à probris & contumeliis quibus ſe mutuo fœdabant, ad tribunalia ventum ſit, coactique ſunt multi eorum qui liberius ſentiebant è vinculis cauſam dicere, ac tandem in aliorum caſtra tranſire. *Mariana pro editione vulgata. cap.* 1. *Bellarminus* igitur caute magis quam caſte agit, dum innuit quidem quarum ſit partium, ſed ſibimet interim de effugio proſpexit, in illa voce *præſertim.* Sic enim poſſunt ejus verba accipi, quaſi interpretes iſti immunes quidem fuiſſent ab errore in omnibus partibus & particulis ſuæ verſionis, ſed extra periculum erroris magis adhuc poſitos fuiſſe in iis quæ ſpectant ad fidem & mores. IV. Tridentini homines ſine ulla limitatione loquuntur, (*in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, pro authentica habeatur, ita ut nemo eam quovis prætextu rejicere audeat, vel præſumat*) cum tamen hujuſmodi limitationem per *præſertim* facile potuiſſet adjicere. non eſt diſtinguendum, ubi lex nõ diſtinguit. V. Quænã ſint illa omnia quę ad fidem & mores pertinent, quis judicabit? VI. Si nihil aliud velit, quam nullam hæreſin in hac verſione doceri, tum alias etiam verſiones,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſiones, Latinas, & vernaculas, præſertim eas quas Pontificii homines ediderunt, authenticas eſſe *Bellar.* ipſe non negabit.

22. *Proteſt.* Patres paſſim docent editiones Latinas emendandas eſſe ad fontes Hebræos & Græcos.

Bell. *Quatuor ſunt tempora ad fontes illos recurrendi. I. Si ſit error librariorum. II. Quando variant codices Latini. III. Quando verba aut ſententia in Latino eſt anceps. IV. Ad energiam & proprietatem vocabulorum intelligendam.*

Proteſt. I. Hæc eadem ſunt tempora ex Pontificiorum ſententia ab Hebræis & Græcis codicibus ad Latinos recurrendi: nihil igitur continent quod proprium eſt fontium. II. De iſtis occaſionibus fontes critice conſulendi, non agitur, ſed cum aliquid dicitur aut ſignificatur in verſione, quod in fonte non dicitur: & cum in fonte aliquid reperitur, quod in verſione non habetur, quænam editio tum præferenda? Patres hic pro fontibus pronunciant, ſicut omnis ratio ſuadet.

23. In ſingularibus locis immorari ut editio hæc Latina oſtendatur multa Scripturæ loca depravaſſe, hoc eſſet in re non dubia probationes accumulare nonneceſſarias. Doctiores Pontificii quibus aliquid eſt frontis, hoc nequaquam diffitentur. Cajetanus, Iſidorus Clarius, Mariana, Iohannes Benedictus, Lovanienſes, Arias Montanus, &c. quibus addi poteſt ipſe Clemens VIII. Pont. Rom., qui ex editione Lovanienſi, mille locis vulgatam verſionem correxit ad fontes, etiam contra lectionem à Sixto V. confirmatam. Communis etiam experientia docet, Græcos omnes authores qui Græce extant, Homerum, Platonem, Ariſtotelem, Hippocratem, Galenum, (ut nihil dicamus de Patribus Græcis,) purius multo & accuratius in editionibus Græcis conſervatos eſſe quam in verſionibus Latinis. *Num Boves curæ ſunt Deo?* certe valde inſenſatus ſit oportet, qui non eundem ſaltem locum & gradum tribuet Scripturæ textui originali, ſupra omnes verſiones, quem habent hominum monumenta prophana.

De editionibus vulgaribus.

24. Bellarm. *Catholica Eccleſia non prohibet omnino vulgares tranſlationes, ſicut patet ex indice librorum prohibitorum à Pio IV edito, Reg. 4. prohibetur tamen, ne paßim omnibus ſine diſcrimine concedatur hujuſmodi lectio, & ne in publico & communi uſu Eccleſiæ, Scripturæ legantur vel canantur vulgaribus linguis.*

Proteſt. I. Ingratas eſſe Eccleſiæ Romanæ editiones vernaculas inde apparet, quod in illis locis ubi maxime obtinent ejus placita, ut in Hiſpania, non procurant Pontificii homines tales editiones, & ab aliis procuratas ferro & flammis per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mis perſequuntur. II. De indice Pii IV. & de mente Eccleſiæ Romanæ circa hoc negotium, luculentum teſtimonium habemus apud Azorium Ieſuitam, inſtitut. moral. lib. 8. cap. 26. *In indice recens edito, juſſu Clementis VIII, addita eſt hæc obſervatio: Animadvertendum eſt circa ſupra ſcriptam quartam regulam Pii IV, nullam per hanc impreſſionem & editionem de novo tribui facultatem Epiſcopis, aut aliis, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandato & uſu Sanctæ, Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis, ſublata eis fuerit facultas concedendi hujuſmodi licentias.* Addit poſtea Azorius: *Primo aſpectu, in prædicta quarta regula, ſolum prohibetur, ne ſacra Biblia vulgari lingua paſſim ſine diſcrimine concedantur.* (ſub hujus primi aſpectus fallacia *Bellar.* imponere voluit lectori incauto.) *In Hiſpania tamen prohibentur Biblia vulgari lingua cum omnibus ſuis partibus: & in indice Clementis VIII.* & deinde: *Euangelia & Epiſtolæ, quæ per totum anni curſum inter Miſſarum ſolemnia publice leguntur & decantantur, in indice Hiſpanienſi non permittuntur vulgari lingua ſeparatim & ſeorſim typis mandari. Prohibentur etiam libelli precationum horariarum vulgari lingua conſcripti, in quibus continentur Pſalmi & Cantica ex Bibliis excerpta: & inſuper ſummaria & compendia etiam hiſtorica eorundem Bibliorum ſeu librorum ſacræ Scripturæ quocunque vulgari idiomate conſcripta.*

25. Bell. *Contenti ſimus illis tribus linguis quas Dominus titulo crucis ſuæ honoravit.* Ioh. 19. *quæ omnibus aliis præſtant. Quibus ipſi libri Divini ab auctoribus ſuis initio ſcripti fuerunt, Hebræa, Græca, Latina.*

Proteſt. I. Dominus non honoravit iſtas linguas titulo crucis, ſed Pilatus eas hoc abuſu potius contaminavit. II. Idcirco hæ linguæ adhibitæ fuerunt in titulo crucis, ut omnes præſentes intelligerent mentem Pilati. hac igitur ratione illæ omnes linguæ, quæ maxime ab hominibus intelliguntur, debent præ aliis adhiberi. III. Præſtantiam nullam talem habent iſtæ linguæ, quin ab aliis vulgaribus linguis ſuperentur in aptitudine ad intelligentiam, & uſum eorum, qui alias linguas intelligunt, & non has. alias præſtantias Grammaticis relinquimus conſiderandas. Gladius aureus præſtantior eſt ferreo: ſed in acie ferreum poſcet miles. IV. Neque libri Divini ab authoribus ſuis ſcripti fuerunt lingua Latina, & ab eiſdem authoribus aliæ etiam linguæ fuerunt ſanctificatæ ad ſacros uſus. *Actor.* 2. 6.

26. Bell. *A tempore Eſdræ, Hebraica lingua deſiit eſſe vulgaris. Populus enim nihil ex Lege intelligebat ſine interpretatione. Nehem.* 8. *Tempore etiam Chriſti loquebantur Iudæi Syriace, ut ex Euangel. apparet, & tamen Hebraice tantum Scripturam in Templis ac Synagogis publice legebant, aut canebant, ſicut hodie etiam Iudæi faciunt in Synagogis, huc etiam pertinet Ioh.* 7. 49.

Proteſt. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Aperte falſum eſt, quod dicitur de tempore Hezræ, populum tunc non locutum aut intellexiſſe Hebraice. Haggeus enim, Zacharias, & Malachias, Hebraice ipſis concionabantur poſt reditum ex captivitate, ſicut libri ipſorum teſtantur. Nehemias de eo conqueritur, quod liberi quidam Iudæorum ex fœminis Asdodæis nati, neſciebant loqui Iudaice, id eſt, Hebraice, *cap.* 13. *verſ.* 24. Interpretatio autem illa, cujus mentio fit *cap.* 8. non fuit tranſlatio, ſed expoſitio concionalis. II. Ad poſteriora ſæcula quod attinet, quamvis pure Hebraice non loquebantur Iudæi, ſed idiomate utebantur mixto, quod etiam tanta ex parte fuit Hebraicum, ut eo nomine ſimpliciter deſignetur, *Ioh* 19.20. *Act.* 21.40. & 22. 1. & 26. 14. Script. tamen Hebraice ſcriptas intelligebant: ſicut hodie Scoti, quamvis pure Anglice non loquantur, Scripturæ tamen verſionem Anglicanam ſolam habent, eamque intelligunt. III. In loco *Ioh.* 7. 49. Sophiſtam agit *Bellarm.* nimis aperte. Plebs ibi dicitur non noviſſe legem, non quia literas & ſyllabas ejus ignoravit, ſed quia ſenſum ejus ipſos latere Phariſæi ex arrogantia pronunciabant. Comparatio enim inſtituitur ibi inter Phariſæos & turbam populi: hæc autem non fuit laus Phariſæorum in qua gloriabantur, quod verba legis potuerint legere, ſed quod ſciebant mentem legis. Neque igitur illud objicitur aut exprobratur ab iis plebi, quod neſcierint legere Hebraice, ſed quod ſenſum legis neſcierint, quem potuiſſent etiam ſine lectione ex Phariſæorum inſtitutione (eorum ſaltem judicio) perſpectum habere.

27. Bell. *Apoſtoli per totum orbem Euangelium prædicarunt, & tamen non ſcripſerunt in linguis earum gentium, quibus prædicabant.*

Proteſt. I. Non poteſt certo demonſtrare, Apoſtolos nihil ſcripſiſſe in linguis vulgaribus; Barbaris debitores fuerunt æque, atque Græcis. II. Si illud ipſi non fecerint, non ſequitur, noluiſſe eos, ut alii id facerent. Imo hoc aliquo modo mandarunt, cum omnia dona Chriſtianorum ad maximam ædificationem Eccleſiæ voluerunt applicari. III. Si ad aliquod tempus caruerunt Eccleſiæ quædam vernaculis verſionibus, non igitur ſemper debent carere. tunc admodum diſpar eſſet conditio Eccleſiarum Dei, in iis quæ faciunt ad ſalutem. IV. Proxima ſaltem poſt Apoſtolos ætate transfuſa fuit Scriptura in varias linguas vulgares, Syriacam, Arabicam, Æthiopicam, &c. quod cum factum ſit à viris ſanctis, illi certe Apoſtolorum mentem ſe ea in re ſecutos eſſe putabant. V. Summa Dei providentia factum eſt ne Apoſtolorum ipſorum ſcripta propria alia lingua, quam una extarent, ſicut & Veteris Teſtamenti libri Prophetici, in una lingua extant, quia contentiones alias exortæ fuiſſent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

inter variarum gentium Eccleſias de authoritate ſuorum exemplarium.

28. Bell. *Vniverſa Eccleſia ſemper Hebræa, Græca, & Latina lingua uſa eſt, in communi & publico uſu Scripturarum.*

Proteſt. Hoc certiſſime falſum eſſe, vel ex eo apparet, quod in tot linguas Script. fuerunt converſæ. Quorſum enim converterent publice, ſi illis verſionibus publice non uterentur? neque alio fuco ſpecies aliqua probabilitatis contrariæ ſententiæ poteſt induci, niſi ex eo, quod nobiliſſimæ Eccleſiæ inter primitivas, vel Græcæ fuerunt, vel Latinæ, & reliquarum pauca extant monumenta. Quæ tamen non adeo ſunt pauca, quin falſitatem illius opinionis arguant ac teſtentur.

29. Bell. *Convenit omnino ad Eccleſiæ unitatem conſervandam, ut publicus uſus Scripturarum ſit in aliqua lingua communiſſima: niſi ita ſit, tolletur communicatio Eccleſiarum: nemo frequentabit Eccleſias, niſi in ſua patria: non poterunt fieri generalia Concilia. Cum igitur nunc nulla lingua ſit communis toti Occidenti, niſi Latina, certe in ea Scripturæ divinæ legendæ ſunt.*

Proteſt. I. Vnitas Eccleſiæ conſervata fuit, cum Iudæi converſi ſua lingua in Sacris publicis utebantur, Græci autem Græca, & Latini Latina. II. Communicatio Eccleſiarum in variis linguis à quibuſdam intellectis, majori cum ædificatione poteſt exerceri, quam communicatio omnium membrorum unius Eccleſiæ in una lingua omnibus ignota. III. Si nemo frequentaret Eccleſiam, niſi in ſua patria, propter varietatem linguarum, nullam certe cauſam habent Pontificii plebeii Miſſam frequentandi in propria ſua patria, propter peregrinitatem linguæ quæ ibi uſurpatur. IV. Concilia generalia pleraque omnia habita fuerunt non obſtante varietate linguarum, etiam in ſacris publicis, inter Græcos & Latinos.

30. Bell. *Si Scripturæ legerentur in lingua vulgari, populus tamen non intelligeret.*

Proteſt. I. Si nihil populum intelligere velit ex Scripturæ lectione in lingua vulgari, tum experientiæ communi contradicit, fidelium praxin pientiſſimam & antiquiſſimam damnat, Dei etiam ipſius mandatum futilitatis arguit, illud ſcilicet *Deut.* 31. 11. *Legito hanc legem coram toto Iſraele, ut audiant, & diſcant, timeantque Iehovam.* Si vero omnia neget à populo intelligi, tum verum eſt quod dicit, ſed pro ipſo nihil facit.

Bell. *Imo populus detrimentum magis, quam fructum caperet ex Scripturis, quia facillime acciperet occaſionem errandi.*

Proteſt. I. Accepit etiam populus occaſionem errandi & blaſphemandi ex humiliatione Chriſti. II. Hac ratione ne Latina quidem Biblia publice vendi permitterentur: quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

multi Latine intelligentes ex eorum lectione capiunt occaſionem errandi. III. Major habenda eſt ratio electorum Dei, qui ex Script. lectione ædificantur, quam eorum, qui eas detorquent. IV. Petrus hac ratione excitat fideles ad majori cum religione legendam Scripturam. 2. *Pet.* 3. 14. 15. 16. 17. V. Hæc ratio æque valet adverſus linguam Hebraicam, Græcam, & Latinam, ubi ſunt aut fuerunt populares: niſi illos populos negarit poſſe accipere occaſionem errandi.

13. Bellarm. *Linguæ vulgares ſingulis ſeculis magna ex parte mutantur: & ſic mutandæ eſſent tranſlationes.*

Proteſt. I. Non ita mutari ſolent linguæ, quin illa ſcripta quæ in publico & perpetuo uſu habentur (ſi ſine interruptione perſonent in auribus populi) facile intelligantur. II. Nullum eſt periculum, aut incommodum, ſi vocabula quædam obſoleta in familiaria commutentur.

32. Bell. *Videtur majeſtas divinorum officiorum requirere linguam magis gravem quam ſunt vulgares, præſertim cum in ſacris myſteriis multa ſecreta eſſe debeant. Latina autem lingua eſt gravior & magis reverenda, quia non eſt vulgaris.*

Proteſt. I. Simili ratione concludere quis poſſit, Biblia & liturgias, non debere excudi typis vulgaribus, aut in charta vulgari. II. Tanta eſt majeſtas rerum ſacrarum, ut quamlibet linguam afficiant gravitate quadam reverenda. III. Quamvis multa ſint pudenda (& eo nomine ſecreta habenda) in Miſſali Romano, in ſacris tamen officiis Scripturæ conſentaneis nihil tale reperitur. IV. Si Latina lingua ideo ſit gravior & magis reverenda, quia non eſt vulgaris, tum Anglicana lingua in Italia gravior erit quam Italica.

Argumenta noſtra.

33. *Proteſt.* Ex 1. *Corinth.* 14. hæc argumenta offerunt ſeſe Lectori. I. Sacra publica non debent celebrari illa lingua, quam nullus audit. Sed linguam ignotam nullus audit, *verſ.* 2. II. Debent etiam celebrari illa, qua poſſint auditoribus prodeſſe, & eos ædificare, *verſ.* 26. ſed in lingua ignota non ædificant auditores. *verſ.* 4. neque iis proſunt. *verſ.* 6. III. Non debent ita celebrari, ut incertum ſonum dent, & à nemine cognoſcantur, ſed in aërem ſpargantur: atqui in lingua ignota ſic ſe res habet, *verſ.* 7. 8. 9. IV. Non debent ita celebrari, ut ille qui celebrat ſit Barbarus auditoribus, & auditores ſint illi etiam Barbari: Sed in lingua ignota ita eſt, *verſ.* 11. V. Non debent ita celebrari, ut infidelitatis notam Chriſtianis auditoribus inurant. Sed lingua ignota hoc facit, *verſ.* 22. VI. Preces publicæ non ſunt ita proferendæ, ut ad illas populus non poſſit dicere *Amen.* Sed in lingua ignota, non poteſt, *verſ.* 16. VII. Sine illa quidem lingua ignota, quæ à miraculoſo

culoſo Spiritus dono proficiſcebatur, atque adeo ſingularem honorem Dei pariebat, licebat in Eccleſia uti ſine interpretatione, multo certe minus licet uti lingua ignota, hominum induſtria informata.

Bellar. 1. *In magna parte hujus capitis, non agitur de lectione Scripturarum, nec de officiis divinis, ſed de exhortatione ſpirituali, ſive collatione.*

Proteſt. Rationes Apoſtoli ſunt generales, & ad omnem ſermonē publicū qui in Eccleſia habetur ſpectant ex æquo.

Bell. 2. *Apoſtolus verſ. 14. 15. 16. agit de canticis ſpiritualibus, factis ad laudandum Deum, & ſimul ad conſolationem & ædificationem. Vult igitur ut fiant lingua, quæ intelligatur.*

Proteſt. I. Apoſtolus expreſſe dicit *verſ.* 15. ſe non tantum de cantionibus agere, ſed etiam de orationibus. II. Si velit Apoſtolus cantiones haberi lingua nota, quia faciunt ad conſolationem & ædificationem, tum vult etiam, ut omnia, quæ publice fiunt ad conſolationem & ædificationem, lingua nota fiant, (alioqui nulla eſſet conſequentia illius rationis.) Sed omnia officia publica fiunt ad conſolationem & ædificationem. *verſ* 26.

Bell. 3. *Officia divina tum temporis fiebant lingua Græca, quam multi de populo intelligebant, & hoc ſatis erat, non enim volebat Apoſtolus, ut omnes poſſint reſpondere Amen.*

Proteſt. I. Apoſtolus vult expreſſe quemlibet idiotam intelligere, *verſ.* 16. ſecundum illud legis, *totus populus dicent Amen, Deut.* 27. II. Apud Pontificios illa lingua fiunt ſacra, ut ſæpe nemo ex populo poſſit cum intelligentia dicere Amen.

Bell. 4. *Tum quia pauci fuerunt, omnes pſallebant & reſpondebant: poſtea diviſa ſunt officia.*

Proteſt. I. Si omnes tum reſpondebant, tum falſum eſt quod modo affirmavit Bellarminus, Apoſtolum non voluiſſe ut omnes reſponderent. II. Paucitas Chriſtianorum non fuit hujus rei cauſa. Nam longe ante hoc tempus animæ ter mille additæ fuerunt Eccleſiæ uno die, *Act.* 2. 41. & Deum ita laudabant, *verſ.* 47. III. Diviſionem illam factam eſſe poſtea, nemo ignorat: ſed quo jure ſublata ſit praxis Apoſtolica & inſtitutio divina, nemo adhuc oſtendit.

Bell. 5. *Finis præcipuus illorum canticorum fuit inſtructio & conſolatio populi; qui finis periiſſet, niſi lingua nota facta fuiſſent, vel cum interpretatione: at divinorum officiorum finis præcipuus non eſt inſtructio vel conſolatio populi, ſed cultus Dei; & quæ populum ſcire oportet ex divinis officiis, à Paſtoribus explicantur.*

Proteſt. I. Bell. ipſe antea dixit, cantica iſta ſpiritualia facta fuiſſe *ad laudandum Deum, & gratias ei agendas, & ſimul ad conſolationem*, &c. Finis igitur eorum præcipuus fuit cultus Dei, æque ac reliquorum officiorum. II. Abſurde disjungit iſtos

git iſtos fines, cultum Dei, & conſolationem populi, quos Deus conjunxit. III. Non debet in Eccleſia committi, ut ſacrorum officiorum vel minus præcipuus finis periret. IV. Paſtores Pontificii in celebratione Miſſę nihil ſolent populo explicare: neque poſſunt plerique eorum quidquam explicare, nedum quæ populum ſcire oportet.

Bell. 6. *Prodeſt oratio iis, à quibus non intelligitur: etiam à quibus non auditur: imo iis qui nolunt pro ſe orari: Deus enim intelligit.*

Proteſt. I. Oratio publica duplici ratione prodeſt auditoribus: Primo, ut medium directionis & excitationis, quo ipſi juvantur ut & ſimul in præſentia precentur, & alias etiam ſimilia concipiant vota: & hic fructus eſt omnis orationis illius, quæ cum aliis habetur: Secundo, ut medium impetrationis, quo benedictiones Dei obtinentur: & hic fructus eſt petitionis tantum, neque illam reſpicit proprie quæ cum aliis habetur, ſed convenit etiam petitioni ſolitariæ. Iam vero nos cum Apoſtolo, 1. *Cor.* 14, priorem utilitatem perire affirmamus: Bellarminus ſecundam negat excludi. Sophiſtam igitur agit, non Theologum. II. Hac ratione, non magis prodeſt præſentibus, quam abſentibus.

Bellarm. 7. *Iudæi non fruſtra colebant Deum cæremoniis, quas non intelligebant.*

Proteſt. I. Intelligebant omnes pii inter Iudæos illas cæremonias eſſe à Deo imperatas. II. Intelligebant etiam, quomodo pleræque earum, ſigna fuerunt vel confeſſionis peccatorum, vel gratiarum actionis. III. Intelligebant aliquo modo, reſpicere eas ad Meſſiam venturum. IV. Major intelligentia requiritur jam in Chriſtianorum cultu, quam olim inter Iudæos. V. Major etiam Iudæis ipſis fuit intelligentia verborum, quam cæremoniarum.

Bellar. 8. *Multa occurrunt dum pſallimus, quæ non intelligimus.*

Proteſt. I. Verba omnia intelligimus. II. Per verba contendimus ad cognitionem rerum. III. Res ipſas ex parte intelligimus. IV. Meditando inter pſallendum ampliorem intelligentiam quærimus.

Bell. 9. *In loco illo ad* 1. *Cor.* 14. *non reprehenditur oratio, quæ non intelligitur, ſed ei anteponitur illa, quæ intelligitur.*

Proteſt. I. Aperte reprehendi, antea probavimus. Expreſſe etiam prohiberi, apparet *verſ.* 28. II. Si anteponatur oratio quæ intelligitur, tum deteriori parti adhærent Pontificii, cum magno damno populi Chriſtiani.

Bell. 10. *Qui non intelligunt, proficiunt affectu, etſi non mente.*

Proteſt. I. Proficere poſſunt affectu cæco, confuſo, incerto, quod ſæpe eſt deficere: ſed affectus illos non poſſunt induere, quos occaſio poſtulat, niſi rem propoſitam aliquo modo intelligant. II. Per ſpiritum & mentem, *verſ.* 14. & 15,

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

non intelligitur affectus & mens loquentis, ut Bellarm. vult, ſed interna operatio ſpiritus in homine per ſe, & ejuſdem etiam communicatio cum aliis, ad eorum intelligentiam inter ſe comparantur.

Bellarm. 11. *Fructus mentis qui deeſt idiotis, compenſatur utilitatibus multis linguæ Latinæ.*

Proteſt. Fructus mentis qui deeſt, eſt ædificatio, conſolatio, exhortatio, glorificatio Dei, ſalus denique, & vita æterna: ſi linguæ Latinæ uſus poſſit compenſare horum fructuum defectum, plus certe poteſt quam linguæ Angelorum, 1. *Corinth.* 13. 1.

Bellarm. 12. *Inſtructio, conſolatio, & ædificatio, non ſunt præcipui fines: ſed cultus Dei.*

Proteſt. I. Disjunguntur illa quæ Deus conjunxit. II. Finis præcipuus lectionis Scripturę in iſtis conſiſtit: Scriptura enim hominibus legitur, non Deo.

Bellarm. 13. *Qui non ſunt imperitiſſimi, ii Latine ſciunt, & inſtruuntur; cæteri non inſtruerentur, etiamſi vulgari lingua omnia agerentur; non enim in verbis, ſed in ſenſu inſtructio eſt.*

Proteſt. I. Numquid omnes igitur qui non ſunt ſtupidi Latine ſciunt? II. Num omnes qui Latine ſciunt, percipiunt ſenſum Scripturæ? III. Annon multi ſunt Latinæ linguæ ignari, qui in lingua vulgari æque intelligerent Scripturam, ac multi Latine ſcientes intelligunt in lingua Latina?

Bellarm. 14. *Scripturæ ſunt conſolationi indoctis, dum à concionatoribus explicantur.*

Proteſt. Cum Paulus epiſtolas ſuas ad Eccleſias mittebat, ut coram omnibus legerentur, intendebat conſolationem omnium, etiam ex ipſa lectione percipiendam. 1. *Theſſ.* 4. 18. & mirum eſſet, ſi Apoſtolus, qui factus eſt omnia omnibus, & rudioribus ſcribebat ut infantibus, 1. *Cor.* 3. 1, nihil potuit ad indoctos ſcribere, ex cujus lectione perciperent aliquam conſolationem.

34 *Proteſt.* Qua linguâ prædicatur verbum Dei, ſcriptum quoque extare eadem opus eſt, ſed prædicatur linguis vernaculis. Ergo.

Bellarm. *Negatur conſequentia. I. Quia Apoſtoli non ſcribebant iiſdem linguis quibus prædicabant. II. Quia prædicatio explicationem continet, quam omnes facile capiunt: ſed in ſcriptione verbum eſt nudum; ibi eſt panis diſſectus & præmanſus; hic integer & ſolidus.*

Proteſt. De Apoſtolis antea dictum eſt. Quoad rem ipſam, I. Sequitur inde, Majeſtatem verbi Dei conſiſtere poſſe cum linguis vulgaribus. Sequitur, magnalia Dei linguis vulgaribus populo eſſe exponenda, *Actor.* 2. 11. Sequitur, ipſam Scripturam cum ejuſmodi explicationibus, quales in

prædicatione ſua Apoſtoli uſurpabant, utiliter proponi in lingua vulgari. Quid autem mali eſt in ſcriptione, magis quam in ſermone? II. Falſum eſt, verbum Dei totum in Scripturis nudum eſſe, ſine ulla explicatione. III. In Scripturis non tantum cibus ſolidus, ſed lac etiam proponitur. IV. Quare non æque poſſint ſimplices homines proficere ex lectione Scripturæ in aliis linguis, atque olim Iudæi in Hebraica, & Græci in Græca?

35. *Proteſt.* Tempore Eccleſiæ Veteris, Scriptura ſacra in multas linguas vulgares fuit transfuſa.

Bellar. 1. *Non negamus poſſe Scripturas verti in linguas vulgares: ſed negamus, debere eas publice legi lingua vulgari, aut paßim omnibus permitti legendas.*

Proteſt. I. Contrarium oſtendimus antea ex Azorio. II. Si non debeant paſſim legi à vulgo, tum offendiculum ponunt ante cœcos qui vertunt in linguas vulgares, ita ut poſſint paſſim legi. III. Ex Scriptura nuſquam apparet, editionem unam Scripturæ deſtinatam fuiſſe publico uſui, & aliam privato.

Bellarm. 2. *Si Hieronymus & alii verterunt Scripturam in linguas vulgares, fecerunt hoc ad conſolationem eorum hominum qui illis verſionibus ſine periculo uti poterant, quemadmodum & apud nos hoc tempore, certis quibuſdam conceditur.*

Proteſt. I. Hieronymus dicit expreſſe, ſe tranſlationem dediſſe *linguæ ſuæ hominibus*, ad Sophroniam: Scripturas lectas fuiſſe à populis omnibus, ut *omnes* intelligant, in *Pſalm.* 86. Theodoretus affirmat, in linguas omnes converſas fuiſſe Scripturas, & *nationes* illis uti; de *Græcorum affectibus*, lib. 5. Divina plane ſunt illa verba Baſilii, in ἀσκητ. quæſt. σε. Τὸ πρὸς τὴν χρείαν ἑκάστου, ἕκαστον ἐκμανθάνειν ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀκόλουθον καὶ ἀναγκαῖον, εἰς τὴν πληροφορίαν τῆς θεοσεβείας, καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ προσεθισθῆναι ἀνθρωπίναις παραδόσεσιν. *Neceſſarium eſt unicuique, ex Scripturis diſcere quæ ipſi ſunt uſui, ad plenam fidei perſuaſionem, & ultra non aſſuefieri humanis traditionibus.* II. Deus vult & imperat, ut omnes qui poſſunt legant Scripturas, aut audiant lectas: Pontificii *concedunt & permittunt* hoc quibuſdam. Annon bene de Deo merentur, qui permittunt quibuſdam mandatum ejus obſervare? III. Quid ſibi volunt iſta, *permittere, & concedere*? Sic ſonant iſtæ voces quaſi res mala eſſet legere Scripturas, ſed quibuſdam tamen certas ob cauſas permiſſa. Oſtendant nobis Pontificii vel rem vel phraſim hujuſmodi apud ullum Scriptorem antiquum, quod ſcilicet ex permiſſione, conceſſione, & indulgentia hominum, Chriſtiani quidam præ cæteris legebant Scripturas.

Bell. 3. *Chaldaica editio non tam verſio quam paraphraſis eſt.*

Proteſt. Si paraphraſis talis in lingua vulgari ſit admittenda, quid

da, quid ni & verſio? ſed verſiones etiam fuerunt Syriacæ & Arabicæ.

Bell. 4. *In Græcam & Latinam linguam verſæ fuerunt Scripturæ, non quia hæ linguæ fuerunt vulgares, ſed quia communiſſimæ fuerunt.*

Proteſt. Si communiſſimæ linguæ quærantur in editionibus & verſionibus Scripturæ, hoc fit propter communem uſum, talis autem uſus nulla ratione facilius introducitur, quam per linguas vulgares. Præterea, ſi editio Græca & ejus lectio conceſſa fuit Ptolomæo, homini Ethnico, ſcelerate injurioſi ſunt in Chriſtanos, qui non patiuntur eos eadem uti libertate.

36. *Proteſt.* Chryſoſtomus ſæpiſſime hortatur plebem ad lectionem Scripturarum.

Bellarm. 1. *Perpetuo hortabatur omnes ad lectionem Scripturæ, quoniam eo tempore dediti erant homines theatris, ſpectaculis aliiſque nugis.*

Proteſt. I. Annon jam etiam Romæ, & alibi, dediti ſunt homines iiſdem nugis, & lupanaribus etiam, (quæ publice permittuntur à Pontifice Romano, ubi Scripturæ uſus in lingua nota non permittitur) æque ac olim? cur igitur nunc non perpetuo excitantur homines ad lectionem Scripturæ? II. Hic igitur eſt magnus ille honor quem Pontificii tribuunt Scripturæ, ut in earum lectione potius occupent ſeſe homines, ad tempus fallendum, quam in theatris, ſpectaculis, & aliis nugis: ſicut lupanaria permittunt potius quam fœdiores libidines. III. Impudentiſſimum eſt commentum iſtud quo pias Chryſoſtomi exhortationes eludit: ille enim non à theatrorum ludicris, ſed ab utilitatibus graviſſimis, argumenta ſua ducit. In Epiſt. ad Coloſſ. hom. 9. *Si acciderit mœſtitia, ſive damnum, ſive mors, ſive amiſſio domeſticorum, hinc tibi ſume ſolamen mali.* De Lazaro hom. 3. *Mentem veſtram inſtructiorem reddetis ad audienda ea quæ poſt differentur: armaturam hinc ſumite adverſus omnia mala.* Cum autem objicit ſibimetipſi impedimenta illa, quibus auditores ejus à lectione Scripturæ detinebantur, nihil dicit de theatris, ſed graviora profert, quæ tamen frigida verba appellat: *ego forenſibus cauſis affixus ſum, publica gero negotia, artificium exerceo, uxorem habeo, alo liberos, familiæ curam gero, &c.*

Bell. 2. *Non voluit Chryſoſtomus, ut omnes omnino, etiam rudiſſimi, legerent Scripturas, ſed ut ii ſaltem id facerent, qui cum fructu poterant.*

Proteſt. Reſpondet ipſe Chryſoſt. hom. 3. de Lazaro. *Spiritus ſanctus ſic diſpenſavit illas temperavitque, ut Publicani, Piſcatores, tabernaculorum opifices, Paſtores, & Apoſtoli, idiotæ, illiterati, per hos libros ſalvi fierent: ne quis idiotarum ad hanc difficultatis con-*

fugere poſsit excuſationem : ut omnibus facilia conſpectu eſſent ea quæ dicuntur : ut & opifex, & famulus, & vidua mulier, & omnium hominum indoctiſsimus, ex audita lectione aliquid lucri utilitatiſque reportaret.

CAP. 4. *De Scripturæ perſpicuitate. Lib.3. cap.1. & 2.*

THESIS I.

BEllarm. *Scriptura non eſt tam aperta per ſe, ut ſine explicatione ſufficiat ad controverſias fidei terminandas.*

Proteſt. Neque hæc eſt noſtra ſententia, ſi omnes controverſiæ circa fidem intelligantur. Scriptura enim nihil omnino loquitur de variis controverſiis, niſi implicite, atque adeo non poteſt eas terminare ſine aliqua explicatione: Sed prætoriam & judicialem explicationem, neceſſariam eſſe negamus.

Bellarm. *Quæſtio eſt, ſintne Scripturæ ſacræ per ſe facillimæ, atque apertiſſimæ, an vero interpretatione indigeant.*

Proteſt. Indiget enim iſta quæſtio ſua interpretatione. Nemo enim noſtrorum unquam cogitabit, omnes partes Scripturæ æque eſſe faciles & apertas : aut ullam partem æque omnibus eſſe facilem : aut interpretationem illam quam Deus miniſtris Eccleſiæ mandavit, eſſe ſupervacaneam. Sed concedentes, I. res quaſdam in Scripturis contineri difficiles, vel propter majeſtatem ſuam, ut myſterium S. Trinitatis, vel quia ſunt alia ratione à noſtro ſenſu remotæ, ut prædictiones rerum futurarum : II. carnalibus hominibus ſpiritu Dei deſtitutis res omnes ſpirituales eſſe difficiles & obſcuras, atque adeo ex parte etiam regenitis, quia ſunt ex parte adhuc carnales : III. iis etiam qui ſenſus non habent in Scripturis exercitatos, varias phraſes eſſe ſuboſcuras : IV. ſpiritum ſanctum quædam minus neceſſaria ſcitu, minus clare explicaſſe : Contendimus tamen, 1. Omnia illa quæ ſunt intellectu neceſſaria ad ſalutem, apertiſſime in Scripturis proponi. 2. Nullam talem obſcuritatem eſſe in Scripturis, ut propter illam ſimpliciores abſtineant ab earum lectione, quaſi nullum fructum inde percipere poſſint. 3. Pleriſque omnibus difficilibus Scripturæ locis lucem adferri ab aliis apertioribus. 4. Nullam interpretationem Scripturæ eſſe admittendam, quæ quoad ſententiam ſaltem non poteſt clare probari Scripturæ ipſi conſentire.

2. Bell. 1. *David Pſalm.* 119. *Orat pro intellectu, & revelatione oculorum ſuorum, &c.*

Proteſt. I. Nihil opus fuit hac oratione, ex ſententia Pontificiorum, cum præſto fuit Pontifex Maximus, à quo potuiſſet

tiiſſet facile David eorum omnium interpretationem habe-re, quorum fuit ignarus. II. Quia David ex parte tantum fuit illuminatus, idcirco majorem lucem menti ſuæ petit in-di, ut penitius adhuc voluntatem Dei ex verbo ejus percipe-ret. Quid hoc ad rem?

Bell. 2. *Lucæ ultimo, Dominus interpretabatur Scripturas diſci-pulis ſuis.*

Proteſt. I. Nemo negat Scripturas eſſe interpretandas. II. Illæ ipſæ Scripturæ quæ tum diſcipulis fuerunt diffici-les, fidelibus nunc per eoſdem illos diſcipulos redditæ ſunt apertæ.

Bell. 3. *Eunuchus Act.* 8. *negat ſe poſſe intelligere Scripturam, niſi aliquis oſtenderit ipſi.*

Proteſt. Illum locum accurate non potuit intelligere ſine auxilio: non tamen abſtinebat à lectione, neque prætorium interpretem ullum quærebat.

Bell. 4. *Petrus epiſt.* 2. *cap. ult. dicit, in epiſtolis Pauli quædam eſſe difficilia intellectu.*

Proteſt. Idem tamen Petrus ſermonem Propheticum lucer-nam ſplendentem appellat, quam omnes fideles debent at-tendere, 2. *Pet.* 1. 19. tantum abeſt, ut propter quarundam rerum difficultatem abſterruerit homines à Scripturis le-gendis. Neque quiſquam patrum (quorum ſententias Bellar-minus ſubjungit) talem obſcuritatem Scripturis affingit, ut earum lectionem propterea inutilem eſſe plebi dicat.

3. Bellarm. *Scriptura agit de rebus longe altiſſimis.*

Proteſt. I. Si neceſſarium hoc ſit, ut ubicunque agitur de rebus altis ibi ſit obſcuritas, tum Conciliorum decreta & Pontificum reſcripta ſunt maxime obſcura: agunt enim de rebus altiſſimis. II. Facile poteſt res alta explicari, quate-nus neceſſarium eſt ad fidem, quæ difficile explicatur ad ſcientiam. III. Non requiritur, ut omnia illa quæ in Scri-pturis traduntur accurate intelligamus, ſed ut credamus.

4. Bellarm. *Sunt in Scripturis plurima quæ prima fronte viden-tur contraria. Sunt quædam ambigua. Sunt orationes imperfectæ. Sunt orationes præpoſteræ. Sunt phraſes propriæ Hebræorum. Sunt de-nique orationes figuratæ plurimæ.*

Proteſt. I. Nihil horum eſt quod non in ſcriptis humanis, in Conciliis, in Pontificum reſcriptis, in commentariis Pa-trum reperitur. Nullam igitur ſingularem obſcuritatem in Scripturis oſtendunt, propter quam à plebe non legerentur. II. Si in iſtiuſmodi rebus obſcuritas Scripturę conſiſtat, tum non opus habet alio interprete, quam qui in iſtis eſt exerci-tatus. Quorſum igitur Pontificis Romani judicialis poteſtas? III. Figuræ illæ quæ in Scripturis adhibentur, non obſcu-ritatem ſemper pariunt, ſed eo ſæpe ſpectant, ut facilius in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

telligatur quod docetur, ſecundum illud Chriſti, *Iohan.* 3. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis.*

Argumenta noſtra.

5. *Proteſt.* I. Præceptum non eſt occultum à te, &c. *Deut.* 30. 11.

Bellarm. *Quidam hunc locum intelligunt de facilitate implendi mandata, non intelligendi Scripturas. Alii tamen intelligunt de facilitate cognitionis præceptorum Decalogi, quæ facillime intelliguntur.*

Proteſt. I. Si facile ſit implere mandata, tum facile eſt intelligere: conjunguntur iſta in textu. *verſ.* 12. *Quis enunciet nobis ut faciamus?* neque poteſt quis ex obedientia implere quod ignorat. II. De præceptis Decalogi per ſe non loquitur Moſes, ſed de toto libro Legis, *verſ.* 10. III. Si Decalogus facile intelligatur, tum tota Scriptura non eſt obſcura: tum neque tropi neque phraſes Hebraicæ pariunt obſcuritatem: tum denique controverſiæ poſſunt eſſe circa res facillimas, ut de imaginibus quę prohibentur in ſecundo præcepto.

6. *Proteſt.* Scriptura eſt lucida, lucerna, lux, &c. *Pſalm.* 19. & 119. *verſ.* 6.

Bellarm. 1. *Non agitur in iſtis locis de univerſis Scripturis, ſed de præceptis Dominicis.*

Proteſt. I. Apoſtolus Petrus expreſſe hoc affirmat de libris Propheticis. 2. *Pet.* 1. 19. II. Agitur *Pſal.* 19. de tota doctrina illa quæ convertit animam, *verſ.* 8. Bellarminus ipſe in commentariis, in *verſ.* 9. ſub Lege etiam cæremonias comprehendit: & de *Pſal.* 119. in hoc ipſo capite paulo ante, hæc ſunt verba Bellarmini. *David nomine Legis non intelligit decem illa præcepta ſolum, ſed omnes divinas Scripturas.*

Bellarm. 2. *Scriptura dicitur lux & lucerna, non quia facile intelligitur, ſed quia, intellecta cum fuerit, mentem illuſtrat.*

Proteſt. I. Hæc duo inter ſeſe non pugnant, ſed maxime conſentiunt. II. Apoſtolus expreſſe dicit, Euangelium eſſe illuſtrationem in ſeſe, quamvis non intelligatur, 2. *Cor.* 4. 4. & Pſalmiſta affirmat, talem eſſe lucem Scripturæ, ut aditus ejus illuminet ſimplices, id eſt, faciat ut intelligant. *Pſalm.* 119. 130.

7. *Proteſt.* Apoſtoli ſunt lux mundi, *Matth.* 5. 14. Ergo & eorum doctrina, id eſt, Scriptura.

Bellarm. 1. *Agitur ibi de luce vitæ & morum.*

Proteſt. I. Vita ſine doctrina non eſt lux. II. Doctrinæ lux magis propria Apoſtolorum, quam vitæ. III. Paulus interpretatur de doctrina, 2. *Cor.* 4. 6. IV. Chriſtus ipſe conjungit iſta, verſ. 19. *Quiſquis fecerit & docuerit.*

Bellarm. 2. *Doctrina Apoſtolorum intellecta illuſtrat.*

Proteſt.

Proteſt. Sed ad Apoſtolorum munus pertinebat etiam omnem operam navare ut eorum doctrina intelligatur. 1. *Cor.* 3. 2. & in illa parte ſui muneris, fuerunt etiam lux.

8. *Proteſt.* Sermo Propheticus eſt lucerna lucens, 2. *Pet.* 1. 19.

Bellarm. *Quia intellectus illuminat.*

Proteſt. Sed Apoſtolus dicit attendendum eſſe illi ſermoni tanquam lucernæ: ita ut illuſtratio intellectus ex illo ſit quærenda.

9. *Proteſt.* Si opertum eſt Euangelium noſtrum, iis qui pereunt opertum eſt, &c. 2. *Cor.* 4. 4.

Bellarm. *Apoſtolus non loquitur de intelligentia Scripturarum, ſed de cognitione & fide in Chriſtum.*

Proteſt. I. Apoſtolus diſerte loquitur de ſua doctrina & prædicatione, qua declaraverat veritatem apud omnem conſcientiam hominum. *verſ.* 2. II. Sine intelligentia doctrinæ Scripturarum, nulla eſt cognitio aut fides in Chriſtum. Apoſtolus iſta conjungit, Bellarminus disjungit.

10. *Proteſt.* Summa totius Scripturæ, Decalogus, Symbolum, Oratio Dominica, & Sacramenta, apertiſſima teſtimonia habent in Scripturis.

Bell. 1. *Non ſequitur igitur totam Scripturam eſſe apertam.*

Proteſt. Neque nos hoc inferimus, ſed ſequitur, neceſſaria ad ſalutem in Scripturis aperte explicari.

Bell. 2. *Si tam clara teſtimonia extarent de omnibus iſtis, tum omnes controverſiæ eſſent finitæ.*

Proteſt. Quaſi perverſi homines non poſſint controverſias movere de rebus claris? dixit antea Bellarminus, Præcepta Decalogi facillime intelligi. Pro imaginum tamen cultu diſputat poſtea, contra expreſſa verba ſecundi præcepti.

11. *Proteſt.* In Novo Teſtamento Scriptura eſt aperta.

Bell. *In Novo Teſtamento, etſi multi non intelligant ſententias Scripturarum, intelligunt tamen ipſa myſteria redemptionis etiam Ruſtici & Mulieres.*

Proteſt. Hoc eſt, intelligunt res ipſas quæ dicuntur in Scripturis, ſed non ſententiam Scripturæ. Quaſi fieri ullo modo poſſit, ut qui intelligit res ipſas, non intelligat ſententias illas res declarantes in lingua nota enunciatas.

12. *Proteſt.* Patres primæ Eccleſiæ ſine commentariis Scripturas legerunt.

Bell. *Primi Patres adierunt commentaria viva, id eſt, Apoſtolos & eorum Diſcipulos: poſtea cœperunt commentaria ſcribere.*

Proteſt. I. Apoſtolis & Apoſtolicis viris non vacabat ſingulis adeuntibus commentaria tradere in integros libros: neque omnibus Paſtoribus vacabat ipſos adire. II. Origenes primus glaciem ſcidit (ut Beatus Rhenanus loquitur) in enarrandis Scripturis, qui circa finem ſecundi ſeculi vixit: is

autem ſuis commentariis ita tractavit magnam partem Scripturæ, ut illi non tam lucem attuliſſe, quam tenebras offudiſſe videatur. Ex ipſo tamen hauſerunt qui proxime ſequebantur. Ita ut certiſſimum ſit, fuiſſe tempus quando Scripturæ legebantur ſine commentariis; & fuiſſe etiam tempus quando difficilius intelligebantur propter commentaria.

CAP. 5. *De judice controverſiarum, lib.3.cap.3. &c.*

THESIS I.

BEllarm. *Quæſtio eſt, num Scripturæ interpretatio ab uno aliquo viſibili & communi judice petenda ſit, an uniuſcujuſque arbitrio relinquenda?*

Proteſt. Statum quæſtionis iſta verba involvunt, non declarant. Nam I. Nemo quiſquam noſtrorum ſcripſit, dixit aut cogitavit unquam, interpretationem Scripturæ uniuſcujuſque arbitrio eſſe relinquendam. II. Iudicium diſtinguimus in publicum & privatum. III. Publicum etiam judicium dicimus eſſe vel ſimpliciter & abſolute authenticum, ac definitivum, conſcientias hominum ad fidem habendam aſtringens: vel limitatum, ex miniſteriali vocatione declarans, quid per debitam inquiſitionem reperit eſſe definitum, non ulterius ad fidem aſtringens, quam poſſit oſtendere Dei verbum eſſe quod proponit. IV. Privatum judicium dicimus eſſe ſingulorum hominum pro ſemetipſis diſcernentium & probantium quod proponitur, non aliis quidquam ex ſingulari aliqua vocatione declarantium. Tota autem controverſia in iſtis duobus verſatur. 1. An ſit inter homines viſibilis judex controverſiarum illarum, quæ ſunt de religione, in cujus ſententia omnium conſcientiæ acquieſcere debent. 2. An non ſinguli privati homines debeant cum judicio diſcernere illa, quæ publice ipſis proponuntur, utrum ſint à Deo nec ne?

2. Bellar, *Prænotandum eſt de ſenſibus Scripturæ. I. Hoc proprium eſſe Scripturæ, quod ſæpenumero contineat duos ſenſus, literalem, & ſpiritualem ſecundum illud,* 1.Cor.10.11. *Omnia acciderunt iis in figura. II. Spiritualem ſenſum eſſe triplicem, allegoricum, cum aliquid ſignificatur in Novo Teſtamento ad Chriſtum & Eccleſiam ſpectans: tropologicum, cum aliquid ſignificatur quod pertinet ad mores: anagogicum cum vita æterna ſignificatur. III. Non eſſe improbabile interdum plures literales ſenſus in eadem ſententia reperiri. IV. Convenire inter nos & adverſarios, ex ſolo literali ſenſu peti debere argumenta efficacia, quia ille ex verbis immediate colligitur, & certum eſt eum eſſe ſenſum Spiritus ſancti: ſed ſenſus myſtici varii ſunt, & non ſemper conſtat, an ſint à Spiritu ſancto intenti.*

Proteſt. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Significatio illa quorundam locorum Scripturæ, qua reſpiciuntur typi, & res typis adumbratæ, non continet duplicem ſenſum verborum, ſed unum ſenſum verborum, & alium typorum, qui cum ad res alias ſignificandas accommodantur, ſecum ferunt verba quibus explicantur. Pontificii contendunt unum & eundem cultum in imagine & exemplari terminari: quidni igitur & unus ac idem ſenſus verborum ad typum poſſit referri, & ad rem typo adumbratam? II. Quamvis proprium ſit Dei, res gerendas ordinare ad alias res certo futuras præſignificandas, ut ipſa tamen ſignificatio quorundam verborum, & ad rem repræſentantem, & repræſentatam ſimul referatur, tam vulgare eſt, ut etiam in ludis ſcenicis quotidie fiat. III. Apoſtolus 1. *Cor.* 10. 11. nihil agit de typicis repræſentationibus: ſed ut Bannes in *Thom.* *p.* 1. *q.* 1. *a.* 10. recte explicat, *dicit in figura ipſis contigiſſe ſupplicia, id eſt, in exemplum noſtrum.* IV. Abſurdum plane eſt, triplicẽ facere ſenſum myſticũ, quia tria myſteria ſignificantur. Sic enim centuplex erit ſenſus literalis, quia centum res variæ per literam ſignificantur. V. Si varii ſint ſenſus literales unius & ejuſdem loci Scripturæ, tum æquivocatio in Scriptura invenitur: quod quamvis non poſſit à blaſphemia excuſari, à Pontificiis tamen quibuſdam affirmatur, Bannes *ibid.* VI. Nimis familiariter nobiſcum agit Bellarminus, cum dicit, nos cum ipſis in eo convenire, quod ex ſolo literali ſenſu peti debent argumenta efficacia: quamvis enim nullam vim tribuimus ſenſibus myſticis ab hominibus fictis, ſi tamen certo appareat, Spiritum ſanctum myſticum aliquid intendiſſe, firmiſſima argumenta inde ducuntur: Nulla enim eſt vera ſententia, ex qua aliæ veræ non ſequantur. Senſum autem Scripturæ vocare, quod Spiritus ſanctus non ſentit aut intendit, hoc alienum eſt ab omni ſenſu.

3. Bellarm. *Nos dicimus; Spiritum ſanctum Scripturas interpretantem, certo inveniri in Eccleſia, id eſt, in Concilio Epiſcoporum confirmato à ſummo Eccleſiæ totius Paſtore: ſive in ſummo Paſtore, cum Concilio aliorum Paſtorum.*

Proteſt. Vos igitur nihil omnino dicitis certi. Nam I. Summus aliquis Eccleſiæ totius Paſtor præter Chriſtum, nullus eſt. II. Concilium non dicitis quale vultis, generale, an provinciale. III. Nec cujus generis Paſtores & Epiſcopos intelligitis, declaratis. IV. Nec quo fugiendum ſit indicatis, ſi Concilium & ſummus veſter Paſtor diſſentiant. V. Neque certiores nos facitis utrum hæc interpretatio proficiſcatur ab extraordinaria revelatione, an pendeat à mediis ordinariis.

4. Bell. *Hæretici docent Spiritum ſanctum Scripturæ interpretem non eſſe alligatum Epiſcopis, vel ulli hominum generi, & ideo unum-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quemque judicem eſſe debere, ſive ipſe donum interpretationis habeat, ſive alicui alteri adhærendo, quem eodem dono præditum viderit.

Proteſt. I. Non adeo grave crimen eſt, affirmare, Spiritum ſanctum libere ſua dona diſtribuere, quibus vult. 1.*Cor.* 12. 1. & non alligari Papæ cum ſuis Conciliis. II. Cum unumquemque judicem eſſe dicimus, intelligimus judicium diſcretionis: quo ſenſu Pontificii ipſi Inquiſitores tantumdem tribuunt hominibus privatis. Sic enim Silveſtrina ſumma, in voce *Scrupulus: Sexta regula, obſervanda à ſcrupuloſis, eſt, uti virtute epieikiæ, interpretando diſcrete præcepta non ſolum humana, ſed etiam divina, maxime affirmativa: quæ interpretatio, licet in foro contentioſo, ad eum ſpectet, ad quem eſt editio legis, tamen ſecundum Archiepiſcopum, in foro conſcientiæ, pertinet ad quemlibet, pro facto ſuo.*

Argumenta Bellarmini.

5. Bell. *Exod.* 18. *Moſes ad omnia dubia circa legem Domini exorta reſpondebat.*

Proteſt. I. Ad Scripturæ interpretationem hic locus nihil omnino ſpectat. Nam Scripturæ nullæ tum temporis exſtabant, teſte Bellarmino, cap. 2. hujus libri. II. Moſes tum extraordinario munere fungebatur: immediate enim referebat multas cauſas ad Deum, *verſ.* 19. quod Pontifex Romanus non ſolet facere. III. Apparet ex conſilio Iethronis, Iudicium illud, quod exercuit Moſes, magna ex parte potuiſſe ab aliis exerceri, & aliis etiam fuiſſe poſtea delegatum conſtat ex *verſ.* 25.

6. Bell. *Deut.* 17. *Remittuntur dubitantes ad Sacerdotem.*

Proteſt. I. Non agitur ibi de interpretatione Scripturæ, ſed de judicio inter cædem & cædem, litem & litem, aut inter plagam & plagam, id eſt, de quæſtionibus facti, aut accommodatione juris ad facta, non ſimpliciter de jure. Sic Cajetanus in illum locum, *perſonales percuſſiones dubiæ inſinuantur, &c.* II. Non agitur de Sacerdotibus tantum, ſed & de Iudice civili, *verſ.* 9. *&* 12. III. Agitur de judicio ex loco tabernaculi, ubi Deus fuit conſulendus, ut recte obſervat Cajetanus. IV. Ibi habetur Lex expreſſa de conſulendis Sacerdotibus, & judicibus ſummis in certo loco: ſed de Romano Pontifice conſulendo nullam legem habemus.

7. Bell. *Eccleſ.* 12. *Verba ſapientum, &c. data à Paſtore uno: his amplius, fili mi, ne requiras. acquieſcendum eſt igitur in ſententia ſummi Paſtoris.*

Proteſt. I. Hoc eſt, Chriſti, vel Dei, ut Hieronymus interpretatur. II. *His amplius ne requiras* non eſt in textu. III. De verbis fidelibus ſapientum hominum, qualis fuit Salomon, diſerte agitur, Quis autem tam excors eſt, ut credat, Salomo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nem in ſuis ſcriptis conſuluiſſe ſummum Sacerdotem Iudaicum, aut ex ejus ore locutum fuiſſe?

8. Bell. *Aggai 2. & Malach. 2. apparet ad Sacerdotes pertinere ex officio explicare ſententiam Dei.* *Proteſt.* Quis negat.?

9. Bell. 2. *Paral.* 19. *Ioſaphat diſtinguit officium Pontificis ab officio Regis.*

Proteſt. Neque debent confundi. quid hoc ad interpretationem Scripturæ?

10. Bell. *Matth.* 16. *Dicitur Petro, tibi dabo claves regni cœlorũ.*

Proteſt. I. Nihil hic dicitur de Concilio Epiſcoporum. II. Nihil de ſingulari aliquo ſucceſſore Petri, aut ſummo Paſtore ordinario. III. Nihil proprie de Scripturis, ſed de peccatis, ut explicatur *Matth.* 28. 18. 19. *Ioh.* 20. 21. 22. IV. Si per *quidquid ſolveris*, intelligatur interpretatio Scripturæ, tum per *quicquid ligaveris*, neceſſario etiam debet intelligi Scripturæ obſcuratio, ita ut hæc etiam ad officium Petri ſpectaret: quam ſane partem ſibimet elegiſſe videntur, qui ſucceſſores ejus audire volunt.

11. Bell. *Matth.* 18. *Hæretici ſunt ad Eccleſiam deferendi.*

Proteſt. Neque per Eccleſiam ibi intelligitur Pontifex Romanus cum Concilio: neque neceſſe eſt ut omnes illi, ad quos Hæretici deferuntur, infallibilem habeant poteſtatem Scripturas interpretandi.

12. Bell. *Matth.* 23. *Super Cathedram Moſis ſedent Scribæ, & Phariſæi, &c.*

Proteſt. I. Dicent igitur Pontificii, Scribas & Phariſæos habuiſſe infallibilem poteſtatem Scripturas interpretandi? conſulant *Matth.* 16. 12. & 23. 16. 17. 18. 19. *&c.* II. Si ipſi Sacerdotes agniti fuiſſent judices controverſiarum, Phariſæorum & Saducæorum ſectæ inter Iudæos non duraſſent. III. Errarunt ſaltem in ſententia, quam tulerunt adverſus Chriſtum: quamvis ſint inter Pontificios, qui contrariam blaſphemiam defendunt. Quod autem annotari vult Bellarminus, nunquam Dominum, neque Apoſtolos, reprehendiſſe Pontifices & Sacerdotes nominatim, ne viderentur reprehendere Cathedram & Sacerdotium, non eſt notatu dignum. Nam 1. Prophetæ Domini in Veteri Teſtamento ubique condemnant Sacerdotes ſub nomine Sacerdotum. 2. Scribę & Phariſæi nomina fuerunt maximæ perfectionis, & in maximo honore apud populum tempore Chriſti. 3. Sacerdotes ipſi maxima ex parte fuerunt Phariſæi: niſi quod aliquando magis impię ſectę Saducæorum favebant. *Act.* 5. 17.

13. Bell. *Iohan. ult. Chriſtus dicit Petro, Paſce oves.*

Proteſt. Omnes igitur, quorum officium eſt paſcere oves, (hac ratione) ſunt infallibiles Iudices controverſiarum: & eorum etiam ſucceſſores,

14. Bellarm. *Luc.22. Rogavi ut non deficiat fides tua.*

Proteſt. Cujus fides non plane deficit igitur in tentatione, is eſt infallibilis Scripturæ interpres. Sic tot judices controverſiarum habebimus, quot ſunt fideles perſeverantes.

15. Bellarm. *Act.15. Quæſtio de fide defertur ad Concilium Hieroſolymitanum.*

Proteſt. In Apoſtolis fuiſſe Spiritum ſanctum Scripturas interpretantem abſque errore, fatemur. Sed ab extraordinariis interpretibus ad ordinarios nulla eſt conſequentia, in iis quæ ſpectant ad certitudinem directionis.

16. Bellarm. *Gal.2. Paulus aſcendit ad Apoſtolos, ne forte in vanum curreret.*

Proteſt. Non ut controverſiam aliquam ad Petrum deferret, tanquam ad ſummum Paſtorem: neque ut confirmationem ſuæ doctrinæ quæreret à Petro, tanquam à judice: ſed ut omnibus oſtenderet ſe conſenſum colere cum reliquis Apoſtolis Chriſti.

17. Bellarm. 1.*Cor.*12. *Interpretatio ſermonum quibuſdam tantum dicitur dari.*

Proteſt. I. Agitur ibi de interpretatione linguarum, quod donum Pontifici Romano & Conciliis convenire negavit antea Bellarminus. II. Quomodo hoc ſequitur, non datur omnibus, ergo Pontifici Romano? III. Sequitur in textu, *Spiritus diſtribuit privatim ſingulis ſicut vult.* non igitur alligatur Cathedræ Romanæ.

18. Bellarm. 1.*Ioh.*4. *Iubemur Spiritus probare.*

Proteſt. I. Cum omnes fideles debent Spiritus probare, tum non permittitur tantum iis, ſed imperatur etiam judicium diſcernens, quę doctrina ſit à Deo, & quę non. II. Cum etiam regula probationis hujus ſingulis fidelibus traditur quaſi in manus, *verſ.*2. & 3: judicium hoc à ſingulis pro ſemetiſis ferendum eſſe, & non à Pontifice, cum ejus Conciliis, exſpectandum eſſe, manifeſto indicatur.

19. Bellarm. *Idem probatur ex Eccleſiæ praxi, & teſtimoniis Pontificum, Imperatorum, ac Patrum, cap.*6.7.8.

Proteſt. Oſtendunt hæc. I. Iudicia publica de rebus Eccleſiaſticis, ab Eccleſiaſticis hominibus, ex vocatione publica in Synodis eſſe tractanda. II. In iſtis magnam olim fuiſſe authoritatem Epiſcoporum Romę, propter eorum, & urbis cui præfuerunt, dignitatem. III. Quoſdam inter Epiſcopos Romanos, plus nimio ſibimet arrogaſſe, & paulatim obtinuiſſe: quæ omnia à nobis conceduntur: Aliud nihil probant quod ad rem ſpectat. Neque revera quidquam poſſunt de jure probare in Theologia abſque Scriptura.

20. Bellarm. *Probatur ratione: nam non ignorabat Deus multas exorituras difficultates circa fidem; debuit igitur judicem aliquem*

quem Eccleſiæ providere: hic autem non poteſt eſſe alius, quam princeps Eccleſiaſticus, vel ſolus, vel certe cum Concilio. Scriptura varios ſenſus recipit: eſt lex, quæ in omni bene inſtituta Republica à judice diſtinguitur: iſte ipſam interpretari non poteſt?

Proteſt. I. Neque etiam ignorabat Deus multas exorituras difficultates circa principem ipſum, & judicem Eccleſiaſticum: debuit igitur judicem hujus judicis providere. II. Princeps iſte Eccleſiaſticus, Pontifex Romanus, non tollit omnes difficultates, quæ circa fidem oriuntur, ne quidem inter ſuos ſubditos. Fervent enim hodie controverſiæ inter Ieſuitas & Dominicanos, de decretis divinis, prædeſtinatione, gratia, ac libero arbitrio: & inter totas fere gentes, de Poteſtate Pontificis Romani, tam in temporalibus ſupra principes, quam in ſpiritualibus ſupra Concilia generalia, atque adeo de ipſo judice controverſiarum. III. Providit Deus per Scripturas & Doctores ac Paſtores, quos Eccleſiæ dedit, quantum ſatis eſt ad fidelium ac piorum ſalutem: aliorum curioſitati, ac perverſitati non debuit providere. IV. In rebuſpublicis mundanis, ubi agitur de rebus externis, quæ vi coactiva ordinantur, opus eſt judice externo tali vi armato. Sed fides non cogitur, atque adeo principatus judicis externi in rebus fidei nullum habet locum. V. Etiam in rebus humanis bene obſervat Ariſtoles Rhet. lib. 1. cap. 3. *Leges debere, quantum fieri poteſt, omnia diſerte declarare, & quam pauciſſima judicum poteſtati relinquere.* Et Polit. lib. 3. cap. 7. *Leges Reip. dominas eſſe oportere: Principes autem vel Iudices eorum tantum moderatores eſſe, de quibus leges cavere non poſſunt.* Et ejuſdem lib. cap. 12. *Quæ lex explicare non poterit, ne homo quidem explicare poterit. Qui legem dominari jubet, is Deum & leges dominari jubet: qui vero hominem jubet eſſe principem, is hominem & belluam principes eſſe jubet.* Non eſt igitur cogitandum in perfectiſſima Lege Dei, tantam poteſtatem relinqui Pontificibus, aut ut Ariſtotelis phraſi utamur, belluis Romanis. Quantum detrahitur Scripturæ, quæ eſt Lex Dei, tantum detrahitur ipſi Deo legiſlatori.

Argumenta noſtra à Bellarmino memorata.

21. *Proteſt.* Iſai 54. Dabo omnes Filios tuos doctos à Deo.

Bellarm. *Senſus eſt, tales futuros Chriſtianos, ut non ſolum audiant magiſtrum exterius explicantem verbum Dei, ſed etiam audiant intus Deum ſuadentem, ut faciant quod audiunt per gratiam Spiritus ſancti.*

Proteſt. Quæſtio eſt de intelligentia veritatis: doctrinæ inſtitutio proprie & immediate pertinet ad intelligentiam: agitur autem in hoc loco de inſtitutione in doctrina: Hęc igitur intelligentia æque pendet à gratia Spiritus ſancti, ac praxis.

22. *Proteſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

22. *Proteſt.* Hieremiæ 31. Dabo legem meam in cordibus eorum, &c.

Bell. 1. *Id eſt, ut non ſolum ſciamus, ſed etiam impleamus.*

Proteſt. Dabit igitur Deus ut ſciamus : nihil amplius hoc in loco poſtulamus.

Bell. 2. *Illis verbis; non docebit ultra vir proximum ſuum, ſignificatur vita futura.*

Proteſt. Apoſtolus ad Hebr. 8. diſerte explicat de correctione Veteris Teſtamenti, quæ in iſthac vita habetur.

Bell. 3. *Intelligitur de cognitione unius Dei, quam Iudæi & Turcæ habent.*

Proteſt. Iudæi igitur & Turcæ cognoſcunt, Deum condonare iniquitatem eorum, & peccata ipſorum non recordari amplius: hæc enim ſunt verba textus.

23. *Proteſt.* Matth. 23. Vos autem nolite vocari Rabbi.

Bell. *Affectatio tantum hujus honoris prohibetur.*

Proteſt. Nulla ratione poteſt hic honor magis affectari, quam à Pontificibus Romanis fit, dum contendunt ſe ſolos judices eſſe omnium controverſiarum.

24. *Proteſt.* Ioh. 5. Teſtimonium ab homine non accipio: nec igitur verbum Dei eget hominum teſtimonio.

Bell. *Scriptura pro ſe non eget hominum teſtimonio, ſed propter nos.*

Proteſt. Si Scriptura erga nos nullam habere poſſit efficaciam, niſi per teſtimonium hominum, tum ipſa Scriptura, pro ſe, id eſt, pro ſuo fine, eget hominum teſtimonio. Sed prius eſt Pontificiorum : ergo & poſterius.

25. *Proteſt.* Ioh. 7. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, qui miſit me, agnoſcet de doctrina mea, *&c.*

Bellarm. *Id eſt, carebunt impedimentis quibuſdam, propter quæ alii quidam fidei veritatem intelligere non poſſunt.*

Proteſt. I. Si hoc totum ſit quod ibi illis verbis continetur, tum nullam habent promiſſionem, ſed nudam tantum aſſertionem rei futuræ, quod eſt manifeſto falſum. II. Hæc impedimenta non removentur à multis Pontificibus, quos improbos homines fuiſſe conſtat: ſed removentur à multis privatis: ergo multi privati facilius intelligere poſſunt Scripturas, quam Pontifices ipſi.

26. *Proteſt.* Iohan. 10. Oves meæ vocem meam audiunt.

Bellarm. 1. *Loquitur Dominus de prædeſtinatis.*

Proteſt. Prædeſtinati igitur vocem Domini norunt. *verſ.* 4.

Bellarm. 2. *Chriſtus loquitur ſuis ovibus per Scripturam, per inſpirationem, & per os vicariorum ſuorum apertiſſime.*

Proteſt. Quaſi vicariorum os magis aperte mentem Domini poſſit explicare, quam os ipſius Domini! Certum eſt, Chriſtum tum temporis locutum eſſe Iudæis per ſemetipſum ſine vicariis, & verba ejus in Scripturis extare: ſicut igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

igitur oves ejus, qui tum adfuerunt, intelligebant ipſius vocem ſine interprete, ſic etiam & hodie poſſunt ex Scripturis.

27. *Proteſt.* Act. 17. Berœenſes ſcrutabantur Scripturas, an ita ſe haberent quæ Paulus prædicabat.

Bell. I. *Berœenſibus non conſtabat Apoſtolum non potuiſſe errare, & ideo merito ſcrutabantur Scripturas. Sed Chriſtiani quibus conſtat Eccleſiam non poſſe errare in doctrina fidei prædicanda, tenentur eam recipere, & non dubitare an hæc ita ſe habeant.*

Proteſt. I. Berœenſes, igitur, quamvis Laici, legebant Scripturam ſine ſpeciali aliqua conceſſione. II. Potuerunt etiam legendo intelligere: alias non potuiſſent judicare, an hæc ita ſe haberent, ſed fruſtra legiſſent. Hoc autem illud eſt quod hoc in loco quæritur, non quatenus homines credere tenentur, aut non tenentur. III. Hac ratione, illis quibus nondum conſtat, quænam ſit Eccleſiæ prærogativa non errandi, licitum & utile eſt legere Scripturas, & illas etiam intelligere datur, ſed non aliis: quod nemo ſanæ mentis affirmabit.

Bell. 2. *Hæreticus dum dubitat de authoritate Eccleſiæ, non male facit, ſcrutando & examinando, an loca Scripturæ à Concilio Tridentino probata ita ſe habeant, modo id faciat intentione inveniendi veritatem.*

Proteſt. I. Dum dubitat quis igitur de Concilio Tridentino, poteſt veritatem invenire per lectionem Scripturæ: cum fidem illi habet, non poteſt. Nihil verius. II. Sunt tamen variæ dubitationes circa fidem etiam inter eos, qui credunt Eccleſiam Romanam non poſſe errare: an illi male facerent, ſi ſcrutarentur Scripturas?

28. *Proteſt.* Rom. 12. Sive prophetiam, ſecundum rationem, vel menſuram, vel ἀναλογίαν fidei.

Bellarm. *Nihil hinc colligitur adverſus nos.*

Proteſt. Non ſolemus iſtum locum urgere in cauſa præſenti. Sed hoc tamen colligitur, fidelibus à Deo diſtribui ſecundum varias menſuras, donum Scripturas intelligendi & interpretandi, atque adeo poſſe illos cum fructu in lectione Scripturæ verſari, quamvis cum Pontifice Romano nihil habeant commune.

29. *Proteſt.* I. Cor. 2. Spiritualis judicat omnia.

Bell. *Non tamen ad ſpirituales & perfectos pertinet judicium definitivum controverſiarum. I. Quia non ſumus certi ex fide quinam ſint tales, ſicut certi ſumus Papam regi à Spiritu ſancto. II. Quia quædam ignorant. 2. Reg. 4. 27.*

Proteſt. I. Non agitur in textu de ſpiritualiter perfectis, ſed de omnibus qui habent Spiritum: ſicut apparet ex oppoſitis *animalibus* vel *ſenſualibus*. II. Non dicimus judicium definitivum ad iſtos pertinere, ſed judicium diſcretivum.

III. Im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

III. Impudentia ſola certat Bellarminus, cum certiores nos eſſe vult Papas omnes regi à ſpiritu ſancto, quam Prophetas eſſe Prophetas. IV. In eo etiam Papæ judicium plane evertit, quod Elizeum idoneum judicem controverſiarum eſſe negat, quia dicit in materia facti, *dominus celavit hoc à me.* 2.*Reg.*4.27. Papam enim non decet omnia facta aut res geſtas habere perſpectas.

30. *Proteſt.* 1.Cor. 12. Vnus & idem Spiritus dividit ſingulis prout vult. Non eſt igitur alligatum hoc donum Concilio vel Papæ: ſicut experientia etiam docet.

Bellarm. 1. *Loquitur Apoſtolus de particularibus hominibus: ſed alia ratio Concilii & Pontificis.*

Proteſt. Pontifex eſt particularis homo, & Concilia conſtant ex particularibus hominibus.

Bellarm. 2. *Non ſequitur, hoc donum dari omnibus, quia datum eſt quibuſdam.*

Proteſt. Neque hæc eſt noſtra conſequentia, ſed quoniam variis datum fuit non Pontificibus, idcirco non alligari Cathedræ Pontificum, ſed voluntati Dei.

Bell. 3. *Revelationes nova data fuerunt Prophetis: ſed explicatio doctrina accepta, & judicium de dogmatibus ſemper ſpectavit ad Pontifices.*

Proteſt. Quaſi Prophetæ non explicaverint doctrinam traditam à Moſe! aut non judicarint etiam de dogmatis! Iudicabant ipſos Sacerdotes, qui dicebant *ſapientes ſumus, & Lex Iehova penes nos eſt: Ier.*8.8.9. quæ eadem ſunt verba Papæ Romani.

31. *Proteſt.* 1.Theſſ.5. Omnia probate. 1.Iohan.4. probate Spiritus, ſi ex Deo ſint.

Bellarm. *Paulus & Iohannes non volunt ut omnes de Eccleſia hac faciant, ſed ii ad quos pertinet.*

Proteſt. Pertinet autem ad omnes illa probare quæ ad ſuas conſcientias ſpectant, æque ac *retinere quod bonum eſt, & ab omni ſpecie mali abſtinere,* quæ in text. 1.Theſſ.5. priori mandato ſubjunguntur, tanquam fines probationis imperatæ. Pertinet etiam ad omnes illos, probare ſpiritus, qui non debent credere cuivis ſpiritui, & qui regulam ſpiritus probandi habent ſibi in manus traditam: ſed hæc conveniunt omnibus fidelibus. 1.Iohan.4.1.2.3.

Bellarm. 2. *Agitur in utroque loco de doctrina dubia, ſed doctrina Conciliorum non eſt dubia.*

Proteſt. I. Dubium eſt de quo dubitatur: per ſe enim nulla una doctrina magis dubia eſt quam alia: ſed de doctrina Papæ & Conciliorum multi dubitant. Vnde etiam nobis conſtabit, Papę & Conciliorum doctrinam non eſſe dubiam, niſi per aliquod examen? II. Si dubiæ doctrinæ ſint à dubitantibus exa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

bus examinandæ ad Scripturæ amuſſim, tum certe debent illi dubitantes aliquam intelligentiam habere Scripturarum, & per illas judicium aliquod de controverſiis ferre, quod totum illud eſt quod ex iſtis locis à nobis infertur.

32. *Proteſt.* 1. Ioh. 2. Vnctio docet vos de omnibus.

Bellarm. *Loquitur de iis tantum dogmatibus quæ jam acceperant ab Apoſtolis.*

Proteſt. Nihil amplius poſtulamus: Vnctio Spiritus ſancti docet fideles intelligere illa quæ ab Apoſtolis acceperunt: ergo intelligere Scripturas in iis quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria: illa enim acceperant iſti fideles ab Apoſtolis.

33. *Proteſt.* Epheſ. 2. Ædificati eſtis ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum: Papa & Concilia non ſunt fidei fundamentum.

Bellarm. *Verbum Dei per Prophetas & Apoſtolos adminiſtratum, eſt primum fundamentum fidei: ſed ſecundarium fundamentum de illo verbo teſtificans, eſt Eccleſia, Petrus, Pontifex Romanus.*

Proteſt. I. Fundamentum hoc ſecundarium non ædificatur ſupra fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum: quia nihil de eo docuerunt. II. Non omne illud quod certo nos ſcire facit quid Deus revelavit, eſt fidei fundamentum. Ipſi Iudæi hodie certos nos aliquo modo reddunt de magna parte revelationis divinæ, qui tamen non ſunt fidei fundamentum. III. Eccleſiæ teſtimonium neque unicum, neque primarium eſt medium quo certi reddimur de revelatione Dei. IV. Eccleſia, Petrus, Pontifex, non poſſunt conſtituere unum fundamentum ſecundarium; Eccleſia ædificatur ſupra illud quod eſt fundamentum, ſive ſit primarium, ſive ſecundarium. Petrus fuit Apoſtolus, atque adeo doctrina ejus eſt pars fundamenti primarii. Pontifex ſæpe incertus eſt ipſe de multis. Sacerdotes certe tempore Ieremiæ non certos reddebant homines de revelatione Dei per Ieremiam, ſed eidem ſeſe opponebant. Ier. 26. Neque à Lino & Clemente expectabant homines certitudinem illius doctrinæ quam Iohannes Apoſtolus ipſis prædicabat.

34. *Proteſt.* Si Pontifex judicat de Scripturis, ſequitur, Pontificem eſſe ſupra Scripturam.

Bellarm. *Vera eſſet conſequentia, ſi Pontifex judicaret, verumne ſit, an falſum, quod Scriptura docet: ſed judicat tantum quæ ſit vera Scripturæ interpretatio.*

Proteſt. Sed I. Si Scriptura aperte dicat aliquid, puta cœnam Dominicam communicantibus adminiſtrandam eſſe in utraque ſpecie, & Pontifex judicet contrarium, nonne ita judicat de Scripturis, ut ſibimet illas ſubjiciat? II. Si interpretatio Pontificis abſolute ſit recipienda, quia ab illo proficiſcitur, ſine ulla alia cauſa: tum ſenſus Scripturæ qui eſt ipſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Scriptura, ſaltem quoad nos, ſubjicitur Pontificis authoritati. III. Non deſunt inter Pontificios, qui & conſequentiam & conſequens ipſum defendunt. *Pighius Hierar. lib. 1. cap. 2. 3. 4. Cardinalis Cuſanus ad Bohemos, epiſt. 7. Cocleus, Hoſius, & alii ejuſdem farinæ.*

35. *Proteſt.* Si à judicio Eccleſiæ pendet fides noſtra, pendet igitur à verbo hominum.

Bellarm. *Verbum Concilii, vel Pontificis docentis ex Cathedra, non eſt omnino verbum hominis, ſed aliquo modo verbum Dei.*

Proteſt. Aliquo modo eſt verbum Dei, quod cum verbo Dei conſentit, quamvis ab uno aliquo privato proponatur: à tali autem verbo, quâ eſt tale, non pendet fides. Si vero abſolute ſit verbum Dei quod vel Pontifex pronunciat ex Cathedra, vel Concilia decernunt, tum tot volumina habemus verbi Dei, quot ſunt tomi Conciliorum, Decretorum, ac decretalium epiſtolarum, eaque omnia paris authoritatis cum Vetere & Novo Teſtamento.

36. *Proteſt.* Patres in Scripturis exponendis, non uſurpant Prætoriam judicandi poteſtatem.

Bellarm. *Fungebantur officio Doctorum, non Iudicum.*

Proteſt. I. Munus Doctorum & Paſtorum, ſummum eſt, inter ordinaria munera, quæ Chriſtum Eccleſiæ dediſſe Scriptura teſtatur. Eph. 4. 11. II. Si in docendo potuerint Patres & Pontifices errare, tum non gubernantur à Spiritu ſancto, ſicut Apoſtoli gubernabantur.

QVÆST. Vtrum fides noſtra, an Pontificia, certiore nitatur fundamento?

Bellarm. Lib. 3. cap. 10. *Sciendum eſt, propoſitionem fidei concludi tali ſyllogiſmo: Quicquid Deus revelavit in Scripturis, eſt verum: hoc Deus revelavit in Scripturis: ergo hoc eſt verum. Ex propoſitionibus hujus ſyllogiſmi, prima certa eſt apud omnes: ſecunda apud Catholicos eſt etiam firmiſſima: nititur enim teſtimonio Eccleſiæ, Concilii, vel Pontificis, de quibus habemus in Scripturis apertas promiſſiones, quod errare non poſſint. Act. 15. viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, Luc. 22. rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. At apud Hæreticos, nititur ſolis conjecturis, vel judicio proprii Spiritus.*

Proteſt. I. Pontificii hominis fides (ſecundum hanc analyſin) eſt hujuſmodi. 1. *Quicquid Deus revelavit in Scripturis, illud eſt verum*: ubi traditiones omnes non ſcriptæ in primo principio fidei excluduntur. 2. *Deus aperte revelavit in Scripturis, Eccleſiam, Concilium, Pontificem Romanum non poſſe errare. Act. 15. Luc. 22.* ubi Eccleſiæ propter Scripturam credendum eſſe docetur, non propter Eccleſiam Scripturæ. 3. *Eccleſia, Concilium, Pontifex teſtatur, in Scripturis revelari, Chriſtum eſſe mundi Redemptorem. Ego igitur credo, Chriſtum eſſe Redemptorem mundi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mundi. Noſtra autem fides agnoſcitur eſſe talis: *Quicquid Deus in Scripturis revelavit, illud eſt verum. Sed Deus in Scripturis aperte revelavit, Chriſtum eſſe mundi Redemptorem. Ego igitur credo Chriſtum eſſe mundi Redemptorem.* Nos igitur eadem fidei certitudine credimus Chriſtum & omnia quæ credimus ut neceſſaria, qua Pontificii dicunt ſe credere principium ipſum credendorum, Eccleſiam ſcilicet, Concilium, Pontificem non poſſe errare. Illam enim fidem non reducit Bellarminus ad autoritatem Eccleſiæ, ſed immediate ad Scripturam. Sic autem nos credimus omnia credenda. Noſtra igitur fides ex Bellarmino ipſius confeſſione eſt certiſſima. Non negabit enim quiſquam opinor ſanæ mentis, quin æque ſaltem aperta ſint Scripturæ teſtimonia de Chriſto, ac de Pontifice Romano. Neque ullam aliam conjecturam aut Spiritum privatum ſequimur, cum Chriſtum Redemptorem eſſe credimus immediate propter teſtimonium Scripturæ, quam illos ſequi neceſſe eſt, cum primo credunt, Eccleſiam, Concilium, Pontificem non poſſe errare. II. Noſtra fides nititur illo teſtimonio quod nunquam eſt falſum. Sed fides Pontificiorum teſtimonio nititur Pontificis, quem in multis errare & falli poſſe, ipſi fatentur: Noſtra igitur eſt certior. III. Noſtra fides illo teſtimonio nititur, quo primi fideles, qui primam Eccleſiam Chriſtianam conſtituebant, adducebantur ad credendum, qui nullum Concilium, Pontificem, aut Eccleſiam ut fidei ſuæ rationem ſpectabant. Pontificii autem alio teſtimonio nituntur, quod illis defuit. Noſtra igitur, non illorum, vero nititur fundamento.

CAP. 6. *De ſufficientia Scripturæ, lib. 4.*

THESIS I.

Bellarm. *Controverſia in duobus* (tria tamen facit membra) *conſiſtit.* 1. *Nos aſſerimus, in Scripturis non contineri expreſſe totam doctrinam neceſſariam, ſive de fide, ſive de moribus: & proinde præter verbum Dei ſcriptum, requiri etiam verbum Dei non ſcriptum, id eſt, divinas, & Apoſtolicas traditiones. At ipſi docent, in Scriptura omnia contineri ad fidem & mores neceſſaria: & proinde non eſſe opus ullo verbo non ſcripto.* 2. *Illi exiſtimant Apoſtolos quidem quædam inſtituiſſe præter Scripturam, quæ ad ritus & ordinem Eccleſiæ pertinent, quæ tamen non ſunt neceſſaria, nec præcepta, ſed libera: nihil autem tradidiſſe præter Scripturam, ad fidem aut mores neceſſario pertinens. Nos autem agnoſcimus traditiones Apoſtolicas omnium generum, id eſt, de fide, de moribus, perpetuas, temporales, univerſales, particulares, neceſſarias & liberas.* 3. *Illi putant, traditiones Apoſtolicas, ſi quæ fuerunt, nunc non poſſe certo demonſtrari: Nos è contrario*

aſſerimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

aſſerimus, non deeſſe certas vias & rationes quibus Apoſtolicæ traditiones oſtendantur.

Proteſt. In iſthoc ſtatu quæſtionis nihil fere deſideramus, tantum in primo membro vox *expreſſe* ambigue ponitur: quia non quæritur, an totidem verbis omnia neceſſaria in Scripturis continentur, ſed vel ſententia expreſſa, vel per neceſſariam conſequentiam inde colligenda. In ſecundo etiam membro, qui negant quædam ab Apoſtolis inſtituta eſſe *neceſſaria*, intelligendi ſunt de neceſſitate perpetua & univerſali: quicquid enim ab Apóſtolis inſtitutum fuit, fuit etiam neceſſarium pro illo tempore, & pro illis Eccleſiis, pro quibus fuit inſtitutum. Illud quoque quod in tertio membro dicitur de *certitudine*, intelligi debet de certitudine fidei divinæ, non alia.

Argumenta Pontificiorum.

2. Bell. *Bis mille annis, ab Adamo uſque ad Moſen, conſervata eſt religio ſola traditione. Non eſt igitur Scriptura ſimpliciter neceſſaria.*

Proteſt. I. Simili ratione argutari licet, diu conſervatam fuiſſe religionem, non tantum ſine Pontifice Romano, ſed etiam ſine Baptiſmo, & Cœna Dominica, cum ſimilibus inſtitutis, ergo non ſunt ſimpliciter neceſſaria. II. Falſum eſt, toto illo tempore conſervatam fuiſſe religionem ſola traditione ordinaria, è manu quaſi unius hominis in manum alterius: viva Dei vox perpetuo fere ſonabat in Eccleſia, cui paulatim ceſſanti ſcriptio poſtea ſuccedebat, & eandem jam habet neceſſitatem quam antea habuit viva vox.

3. Bellarm. *Scripturæ cum poſtea exſtabant, erant ſolæ Iudæorum, aliis interim ad Eccleſiam pertinentibus, utentibus ſola traditione, ut Iob & amicis ejus. Ipſi etiam Iudæi magis utebantur traditione quam Scriptura.*

Proteſt. I. Si qui pii vivebant extra Eccleſiam viſibilem, cum illis extra ordinem egit Deus. Quæritur autem de ordinaria neceſſitate Scripturæ in Eccleſia Dei. II. Iob & amici ejus vixerunt ante Legem ſcriptam, & habuerunt vivam vocem Dei, ſicut apparet ex libro Iob. III. Alii qui poſt Legem ſcriptam adjungebant ſeſe Eccleſiæ Iudaicæ, habuerunt uſum Scripturarum: ſicut apparet ex hiſtoria Eunuchi, *Act.*8. IV. Illud autem eſt manifeſto falſum, quod Iudæi magis utebantur traditione quam Scriptura. officium eorum fuit verba Legis perpetuo habere in oculis, in corde & in ore, *Deut.*6.6.7.8.9. Narrationes illæ quarum mentio frequens eſt in Scripturis, intime pertinent ad uſum Scripturæ, tantum abeſt ut eum excludant.

4. Bellarm. *A Chriſti adventu per annos multos fuit Eccleſia ſine Scripturis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Sine omni Scriptura non fuit Eccleſia. II. Quod ſine ſcriptis Apoſtolicis aliquandiu fuit, hoc inde erat, quia viva voce debuerunt primo Euangelium prædicare, & poſtea ſcribere. III. Quod ſapientiſſimus Deus voluit Apoſtolos Euangelium viva voce prædicatum quam primum ſcriptis conſignare, eo ipſo oſtenditur neceſſitas Scripturæ.

5. Hactenus conatus eſt Bellarminus oſtendere Scripturas non eſſe neceſſarias, ſed traditiones: jam probare vult Scripturas non eſſe ſufficientes ſine traditionibus, quamvis traditiones ſufficientes fuerint ſine Scripturis: ſic duplici blaſphemia traditiones extollit ſupra Scripturas.

Bellarm. *Vel totus canon ſimul ſumptus eſt ſufficiens, vel ſinguli libri per ſe: non ſinguli, ut conceditur: neque totus canon, quia multi libri vere canonici perierunt.*

Proteſt. I. Non eſt ſufficiens enumeratio in disjunctione. Illi enim libri Scripturæ qui exſtant, conjunctim conſiderati, neque ſunt unus liber ſingularis, neque (ut Bellarminus judicat) totus canon: iſtos tamen ſufficientes affirmamus. II. Si etiam ex iſtis qui jam exſtant unus aut alter liber periiſſet, (ut epiſtola 2. & 3. Iohannis) reliqui tamen eſſent ſufficientes ad Eccleſiæ ſalutem; Deus enim, in toto canone, non ſufficienter tantum, ſed abundanter ſaluti noſtræ proſpexit. III. Negamus ullum librum canonis periiſſe, idque ob illas rationes, quibus Bellarminus ipſe *lib.* 2. *cap.* 2. *&* 7. probavit codices Hebraicos & Græcos non eſſe in univerſum & omnino corruptos. Neque enim omnia illa quæ Prophetæ aut Apoſtoli ſcripſerunt ſunt ſtatim canonica, ſed quæ Deus in illum finem ſanctificavit. IV. Si perierunt libri canonici, Pontificum hæc lata culpa fuit, qui etiam poſſunt ac debent nobis, ex plenitudine ſcientiæ infallibilis quam habere dicuntur, eoſdem Eccleſiæ reſtituere.

6. Bellarm. *Si Chriſto & Apoſtolis fuiſſet propoſitum verbum Dei reſtringendi ad Scripturam, tum appareret ex Scripturis, Apoſtolos ex Domini mandato ſcripſiſſe. Sed id nuſquam legimus: imo ad ſcribendum non niſi neceſsitate quadam coacti animum applicuerunt.*

Proteſt. I. Negatur conſequentia, ſi de externo aperto mandato intelligatur. II. Internum mandatum habuiſſe Apoſtolos, ſequitur ex eo quod Bellarminus ipſe fatetur *cap.* 3, Deo ſcilicet volente, ſuggerente, & inſpirante eos ſcripſiſſe. III. Iohanni duodecies in Apocalypſi mandatur, ut *ſcribat.* Quod autem de uno exprimitur, de cæteris intelligitur, ſicut in Veteri Teſtamento: unde etiam Auguſtinus idem de omnibus affirmat, de conſenſu Euangeliſt. *lib.* 1. *cap.* 35. *Quicquid Chriſtus de ſuis factis & dictis nos legere voluit,*

hoc ſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

hoc ſcribendum illis tanquam ſuis manibus imperavit. IV. Non magis coacti fuerũt Apoſtoli ſcribere quam prędicare. V. Inſtantia Eccleſiarũ, quas Bellarminus dicit quoſdam Apoſtolorum obteſtatas eſſe ut ſcriberent, ſatis oſtendit neceſſitatem Scripturæ fuiſſe tum temporis Eccleſiæ notam. VI. Neque propter mandatum Dei, neque propter intentionem ſcribentis, quæ in Moſe non poſſunt negari, concedit Bellarminus ſufficientiam Scripturæ ab ipſo exaratæ: hæc igitur tota ratio nihil ſpectat ad quæſtionem.

7. Bellarm. *Si doctrinam ſuam literis conſignare voluiſſent, certe Cathechiſmum aut ſimilem librum confeciſſent, vel omnes ſimul communem aliquem librum edidiſſent.*

Proteſt. I. Quis hoc ſibi arrogabit, ut Spiritui ſancto ſit à conſilio, & modum agendi præſcribat? II. Moſes doctrinam ſuam literis conſignare voluit, & tamen hiſtorice ſcripſit ſicut Euangeliſtæ. III. Tam abſurde hic loquitur Bellarminus, ac ſi concludere vellet, Apoſtolos non voluiſſe doctrinam ſuam literis conſignare. IV. Inepte etiam, ſi non blaſpheme agit, dum innuit majorem ſufficientiam futuram fuiſſe in uno Cathechiſmo, quam jam reperitur in omnibus ſcriptis Apoſtolorum.

8. Bellarm. *Multa ſunt quæ ignorari non poſſunt, & tamen in Scripturis non continentur.*

Proteſt. Nihil tale.

Bellarm. I. *Temporis Veteris Teſtamenti, fœminæ remedium aliquod habebant quo à peccato originali purgarentur, ſicut pro maſculis inſtituta erat circumciſio ſecundum multorum opinionem: quid autem eſſet pro fœminis, nuſquam habet Scriptura.*

Proteſt. I. Si fuit remedium aliquod omnibus fœminis neceſſarium ad ſalutem, tum in Scripturis habetur ex confeſſione Bellarmini *cap.* II. ubi dicit, *Omnia ſcripta eſſe quæ ſunt omnibus neceſſaria.* Remedium enim fœminis neceſſarium, æque eſt omnibus neceſſarium, ac illud neceſſarium eſt maſculis. II. Si ſingulare fuit remedium Sacramentale proprium fœminarum, nulla ratio ne fingi quidem poteſt quare non in Lege ſcripta poneretur, æque ac minutiora illa quæ pertinent ad puerperæ purgationem, *Levit.* 12. III. Ex ſententia Bellarmini, de effectu Sacram. *lib.* 2. *cap* 13, neque circumciſio, neque ullum Sacramentum Veteris Teſtamenti purgabat à peccato, aut juſtificabat. Non eſt igitur ferenda Sophiſtica ejus impudentia, cum hoc in loco dicit, *ſine dubio* tale remedium purgans à peccato neceſſarium fuiſſe fœminis, & tamen viris Circumciſionem in illum finem inſtitutam affirmat ſolummodo *ſecundum multorum opinionem*: præſertim cum ipſemet fateatur multos veterum contra ſentire, de ſacr. Bapiſmi *lib*, I, *cap* 4. IV, Falſum eſt, Circumciſionem

onem inſtitutam fuiſſe tantum pro maſculis: quamvis
nim in maſculis tantum fiebat, non tamen pro maſculis
ntum, ſed pro toto ſemine Abrahæ. *Gen.* 17. 9. 10. 5.
on ignoravit Bellar. Scholaſticos cum Lombardo *lib.* 4.
ſt. 1. purgationem fœminarum à peccato, ad fidem ſo-
m præcipue & proprie referre: de fidei autem virtute
ırgante & juſtificante non ſilet Scriptura.

Bell. 2. *Non eſt ullo modo credibile non fuiſſe remedium ullum pro aſculis morientibus ante diem octavam: & tamen nihil exſtat de hac in Scriptura.*

Proteſt. I. Æque eſt credibile, nullum fuiſſe remedium
ro infantibus Iudæorum ante octavum diem morienti-
us, ac illud quod à Pontificiis creditur, nullum eſſe re-
edium pro infantibus Chriſtianorum morientibus an-
quam poſſint Baptizari. II. Bellarm. Ipſe alibi incer-
m eſſe dicit, quod hic nullo modo credibile eſſe affir-
at. Hæc enim ſunt ejus verba, de Sacram. Baptiſmi
. 1. *cap.* 4. *ad arg* 4. quod petitur ab iſtis infantibus: *totum
gumentum conſtat ex rebus incertis. Non ſcimus an ante octavum
em haberent infantes Iudæorum aliquod remedium.* III. Ale-
ander Halenſis, in ſumma, *part.* 4. *q.* 4. *art.* 3. parvulos
nte octavum diem decedentes, ſalvatos aſſerit per fidem
rentum, cum oblationibus & ſacrificiis. Thomas etiam
rte 3. *quæſt.* 70. *art.* 4. non dubitat affirmare, *ſolam fidem in
hriſtum tam illos parvulos, quam alios etiam adultos, tam ante quam
ſt circumciſionem datam ſervaſſe.*

Bellarm. 3. *De Gentilium juſtificatione, tempore veteris Teſta-
enti, ut Scripturis nihil habetur.*

Proteſt. Quaſi non diſerte ſcriberetur, benedicendas om-
es familias terræ in Abrahamo *Gen.* 11. 35. quod pro-
iſſum accipiendum fuit per fidem *Gal.* 3. 14. & accipien-
bus valebat ad juſtificationem, *Rom.* 4. 16.

Bell. 4. *Libros aliquos vere divinos exſtare, neceſſe eſt noſſe, ſed
ullo modo ex Scripturis haberi poteſt: Alcoranum enim idem de ſe af-
mat, quod Scriptura de ſeſe.*

Proteſt. I. Bene eſt quod tandem, ex contentionis ſtu-
o, Bellarm. concedit neceſſarium eſſe noſſe Scripturas.
I. Sacras Scripturas vere & certe divinas eſſe multis
gumentis probat ipſe Bell. *lib.* 1. *cap.* 2. quæ ex ipſis Scri-
uris petit, nulla mentione facta traditionum, neque hic
egat hanc doctrinam in Scripturis contineri, nihil igi-
r hoc argumento continetur de doctrina non ſcripta.
II. Impia plane eſt comparatio Sacræ Scripturæ cum
lcorano, & homine Chriſtiano indigna. Cum autem
ahumetanorum in eo plane ſimiles ſunt Pontificii, quod
aditiones jactant, & Scripturas accuſant, tanquam cor-

 ruptas,

ruptas, & imperfectas, non mirum eſt, ſi talem fid[e]
habeant de Scripturis, qualem illi de Alcorano.

Bellarm. 5. *Oportet ſcire quæ ſit Scriptura.*

Proteſt. Iiſdem argumentis quibus oſtenditur aliqu[o]s libros eſſe Scripturam divinam, ſimul etiam oſtendit[ur] (maxima ſaltem ex parte) quinam ſint illi. Neque eſt h[æc] doctrina non ſcripta, ſaltem de toto vetere teſtament[o], & magna parte novi.

Bell. 6. *Oportet ſcire iſtos libros qui ſunt in manibus eſſe illos.*

Proteſt. Hoc etiam iiſdem argumentis confirmatur, [ac]cedente evidentia omnium veterum ſcriptorum co[m]muni.

Bellarm. 7. *Neceſſe eſt Scripturas intelligere.*

Proteſt. I. Senſus Scripturæ eſt in Scriptura, & non [in] doctrina non ſcripta. II. Non eſt neceſſarium ad ſal[u]tem omnia quæ ſunt in Scripturis intelligere. Pontifi[ci] cum ſuis traditionibus illud ſibi non arrogabunt. Q[uæ] ſunt neceſſaria ex ipſis Scripturis intelligi poſſunt. *Obſ[cu]riſſimas autem, quæſtiones non habere teſtimonium traditionis in [a] Eccleſia receptæ, ut plurimum*, fatetur Bellar. cap. 11.

Bell. 8. *Credendum eſt Beatam Mariam ſemper fuiſſe Virgin[em].*

Proteſt. Credendum eſt ut Baſilius credidit, *lib. de [hu]man. Chriſti generat: Donec diſpenſabatur Chriſti generatio, neceſſ[aria] erat virginitas: quid vero poſtea ſit factum, ad myſterii hujus doc[tri]nam non anxie conjungendum eſt.*

Bellarm. 9. *Credendum eſt in Novo Teſtamento Paſcha eſſe [ce]lebrandum die Dominico.*

Proteſt. De Paſchatis neceſſitate in Novo Teſtamen[to] nihil omnino credendum eſt, humana inſtituta non ſ[un]t objecta fidei divinæ.

Bellarm. 10. *Oportet credere Baptiſmum parvulorum eſſe rat[um].*

Proteſt. Ex Scripturis hoc probat ipſe Bellar. *de ſacr[.] Bapt. lib* 1. *cap.* 8. fatetur etiam hujus libri *cap.* 11. *Om[nia] ſcripta eſſe ab Apoſtolis quæ ſunt ſimpliciter omnibus neceſſaria: [Ba]*ptiſmum autem ſtatuit maxime neceſſarium.

9. Bell. *Ex Scripturis demonſtratur eſſe aliquas veras traditi[one]s.*

Proteſt. Illas videlicet quæ in Scripturis ipſis trad[un]tur: aliis teſtimonium nullum præbent Scripturæ.

Bellarm. 1. *Ioh.* 16. *Multa habeo vobis dicere, ſed non po[teſ]tis portare modo. Et Iohan. ult. Sunt alia multa quæ fecit Ieſus, &c.*

Proteſt. I. Locus ille prior fuit olim quaſi communis [lo]cus Hæreticorum Sic enim Auguſt. *in Ioh tractat* 97. *[Om]nes inſipientiſſimi Hæretici qui ſe Chriſtianos vocari volunt, aud[aci]as figmentorum ſuorum quas maxime exhorret ſenſus humanus, hac [occa]ſione Euangelicæ ſententiæ colorare conantur, ubi Dominus ait, a[dhuc] multa &c.* II. Non magis facit pro Pontificiis, quam [pro]

veter[ibus]

veteribus illis Hæreticis, quia non magis iſti quam illi poſſunt oſtendere illa quæ præter Scripturas tradunt, ea eſſe quæ tunc Dominus docere differebat. Neque poſſunt ullo modo probare illa eadem non eſſe ab Apoſtolis ſcripta. Nullam ſpeciem conſequentiæ habet iſta ratio, ante reſurrectionem Apoſtoli quædam non potuerunt portare, ergo poſtea illa non ſcripſerunt. III. Non dicit Chriſtus multa habeo vobis dicenda, quæ nullo modo dixi, dixerat enim omnia neceſſaria, *Ioh.* 15. 15. & 17. 8. Sed quæ vos nunc non poteſtis portare, id eſt, quorum intelligentiam non poteſtis capere cum fructu, antequam Spiritum acceperitis: pleniorem igitur inſtitutionem à Spiritu exſpectandam eſſe docet, ſed circa res illas quas ipſe docuerat. *v.* 13. *& c.* 14. 26. 4. Si tamen concedatur, alia fuiſſe revelanda, tum dicimus illa omnia in Scriptis Apoſtolorum exſtare. 5. *Ioh. c. ult, v.* 30. diſerte loquitur de factis, non de dogmatis: & addit etiam *v.* 31. omnia illa facta eſſe ſcripta quorum cognitio eſt neceſſaria ad vitam.

Bellarm. 2. 1. *Cor.* 11. 2. *Sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. & v.* 23. *Accepi à Domino, quod & tradidi vobis*

Proteſt. Niſi Pontificii poſſint demonſtrare. I. Omnia quę Apoſtolus præcepit Corinthiis eſſe univerſaliter neceſſaria ad ſalutem. II. Illa quæ præcepit & tradidit nuſquam eſſe ſcripta. III. Se jam certo ſcire, quænam illa ſint quæ Apoſtolus tradidit, & non ſcripſit; nihil poſſunt ex iſtis verbis extorquere, in patrocinium ſuarum traditionum.

Bellarm. 3. *Tenete traditiones quas accepiſtis ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.* 2. *Theſſ.* 2.

Proteſt. Nulla ſpecies conſequentiæ eſt in hac ratione, Apoſtolus Theſſalonicenſes quædam docuit per ſermonem, & quædam per epiſtolam: ergo quædam docuit neceſſario, quæ in nulla parte Scripturæ continentur.

Bellarm. 4. 1. *Tim. ult. O Timothee depoſitum cuſtodi. Vbi per depoſitum intelligitur ſenſus Scripturarum, & aliorum dogmatum.*

Proteſt. De ſenſu ſcripturæ non negatur: alia autem dogmata adjicere eſt petere principium. Senſus vero Scripturæ conſervatur. I. In ipſis Scripturis ſine adjectione aut detractione conſervandis: qua in re Pontifices Romani agnoſcunt ſe infidos fuiſſe, dum Scripturas corruptas eſſe contendunt. II. In retinenda earum fide. 1. *Tim.* 1. 18. 19. 3. In eadem fide apud alios tuenda, promovenda, & propaganda. 2. *Tim.* 2. 2. Hæc igitur verba non pertinent ad traditiones, ſed illa quæ proxime ſequuntur: *averſari profanos de rebus inanibus clamores, & appoſitiones falſo nominatæ notitiæ.* Et quæ alibi habet de fabulis vitandis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 5. *Ioh. in epiſt. 2. & 3. Multa habens ſcribere vo[illegible] nolui per chartam & atramentum.*

Proteſt. Hac conſequentiæ ratione concludere licet, nu[illegible] lam doctrinam in tota Scriptura contineri, quam Ioha[illegible] nes in duabus illis poſterioribus epiſtolis non exarav[illegible] Non Scripturæ tantum, ſed & rationi vim faciunt, q[illegible] hunc in modum argumentantur.

10. Bellarm. *Idem oſtenditur teſtimoniis Pontificum, Conci[illegible] rum, & Patrum.*

Proteſt. Illud *idem* quod fuit probandum, eſt, *doctrin[illegible] aliquam neceſſariam eſſe quæ in Scripturis non continetur.* Hoc a[illegible] tem iſtis teſtimoniis non probatur, neque poteſt prob[illegible] ri. Veteres ſæpe traditiones approbant quæ in Scriptu[illegible] continentur, ſecundum illud Cypriani ad Pomp. *Si i[illegible] in Euangelio præcipitur, aut Apoſtolorum Epiſtolis, aut Actibus con[illegible] netur, obſervetur certe hæc ſancta traditio:* præſertim ſi totide[illegible] verbis in Sacris literis non exprimantur: Formulas qu[illegible] dam verborum traditioni tribuunt, quorum ſenſum [illegible] Scripturis ipſimet oſtendunt. Maxima tamen ex pa[illegible] ritus & cæremonias ſine Scripturis receptas, de quib[illegible] non diſputatur, per traditiones deſignāt. In iis autem pl[illegible] ſatis fuerunt faciles & liberales: ſecundum illud Hier[illegible] nymi ad Lucium: *Vnaquæque Provincia abundet in ſenſu ſuo, præcepta majorum Leges Apoſtolicas arbitretur.* Cum tamen Scripturis judicium ferunt, traditiones non ſcriptas p[illegible] ne damnant: ſicut idem Hioronymus in Hag. *cap.* 1. Q[illegible] *abſque authoritate & teſtimoniis Script. quaſi traditione Apoſt. ſpo[illegible] reperiunt & confingunt & percutit gladius Dei.*

11. Bellarm. *Idem probatur quatuor aliis argumentis.*

Proteſt. Argumenta debent eſſe firma, quæ adverſ[illegible] Scripturas valerent.

Bellarm. 1. *Hæretici omnium ætatum rejecerunt traditiones: [illegible] go non ſunt rejicienda.*

Proteſt. I. Perpendatur ſimilis ratio, Hæretici omniu[illegible] ætatum rejecerunt gentium idolatriam: ergo non eſt r[illegible] jicienda. II. Manifeſto falſum eſt, omnes Hæretic[illegible] omnes traditiones rejeciſſe. *Irenæus lib.* 3. *c.* 2. *Cum argu[illegible] tur ex Scripturis in accuſationem convertuntur ipſarum Scripturarum &c. quia non poſſit ex his inveniri veritas, ab his qui neſciunt tra[illegible] tionem. Tertull. de reſurrect. Aufer Hæreticis quæ cum Æthnicis [illegible] piunt, ut de Script. ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, ſtare non poterunt.* E[illegible] ſebius teſtatur Papiam quendam errores varios prop[illegible] ſuiſſe, *tanquam ex traditione non ſcripta. lib.* 3. *cap. ult.* Marci[illegible] etiam jactare ſolebat ſe ſua commenta non à ſeſe, ſed [illegible] ipſis Apoſtolorum diſcipulis habuiſſe, iis nempe qui M[illegible] thiæ auditores fuerunt. *Clemens lib.* 7. *ſtromat:* Viventi[illegible]

adh[illegible]

dhuc Apoſtolis incipiebant impoſtores fingere ſermones
c Epiſtolas tanquam ab Apoſtolis provenirent. 2. *Theſſ.*
.2. Quantum traditionibus tribuerit Montanus, apparet
x Tertulliano de corona militis, qui tum deflexerat ad
jus hæreſin. cum illum libellum ſcribebat.

Bellarm. 2. *Mores omnium gentium, & rerum profanarum*
probant leges non ſcriptas.

Proteſt. I. Antiquiſſimæ leges Romanorum fuerunt in
bulis ſcriptæ. II. Communis eſt ſententia interpre-
um juris civilis, Scripturam neceſſario requiri ad Legem
umanam: quibus etiam ſuffragantur Albericus, Salice-
s, Gloſſa, & Archidiaconus: teſte Azorio Ieſuita, *inſtit.*
*or. l.*5. *c.*2. imo definitio legis ex Iure Canonico. *cap. lex,*
ſt. 1. ex Iſidoro deſumpta, eſt, *lex eſt conſtitutio ſcripta.*
II. Mores gentium & profanorum hominum non ſem-
er conſonant viis Dei. Neque tantum eſt periculum in
gum humanarum, ac in voluntatis Dei ignorantia.

Bellarm. 3. *Si omnia eſſent aperte ſcripta, nullum eſſet privile-*
um Eccleſiæ ſupra Hæreticos, Paganos & Iudæos. Cum tamen Eccle-
credita ſunt eloquia Dei, Rom. 3.

Proteſt. Objectio ridicula ſimul & profana. Scriptura
im longe alia ratione eſt in Eccleſia, quam apud alios:
ccleſia eſt lex vitæ, & ipſa vita *Deut.*32. 47. Præterea,
oſes expreſſe dicit, legem ſcriptam fuiſſe ſapientiam,
rudentiam, & dignitatem Eccleſiæ, ſupra omnes gen-
s, ante oculos populorum, qui audirent ejus ſtatuta.
*eut.*4 6.

Bell. 4. *Dignitas myſteriorum multorum ſilentium requirit, nec*
cet ut in Scripturis explicentur: ut tremenda myſteria Miſſæ.

Proteſt. I. Hac ratione dignitas traditionum extollitur
pra dignitatem Scripturæ, & doctrinæ non ſcriptæ
agis divinæ pronuntiantur, quam doctrinæ ſcriptæ. Ar-
na Miſſæ ſunt magis reverenda, quam magna illa my-
eria pietatis, 1.*Tim.*3. 16. II. Omnia myſteria Veteris
eſtamenti etiam illa, quæ inſpicere non licuit niſi Sa-
rdotibus, fuerunt tamen in lege ſcripta & deſcripta
II. Chriſti mandatum eſt, in novo teſtamento ut quæ
ſcipuli ab ipſo didicerant, *in luce & in ſolariis*, id eſt, pro-
lam docerent, *Matth.*10.27. tremenda igitur & tegenda
yſteria Miſſæ, neque ſunt myſteria veteris, neque No-
Teſtamenti, ſed pars myſterii illius impietatis, cujus
entio fit, 2.*Theſſ.*2.7. & profunditatum Satanæ, *Apoc* 2.
. Hæc ipſa tamen tremenda myſteria Miſſæ, in Miſſa-
Romano & ſimilibus futiliſſimis libris reperiuntur ex-
icata, quid igitur prohibet, quo minus in ſacris literis
ſtarent, ſi fuiſſent ex Deo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

12. Bellarm. *Regulæ quibus in cognitionem verarum traditionu*
Apoſtolorum devenitur, ſunt quinque. 1. Quando univerſa Eccle
aliquid tanquam fidei dogma amplectitur, quod non invenitur in div
nis literis. 2. Quando univerſa Eccleſia aliquid ſervat quod nemo co
ſtituere potuit niſi Deus. 3. Quando aliquid in Eccleſia univerſa om
nibus retro temporibus ſervatum eſt, etiamſi illud tale ſit, ut potue
ab Eccleſia inſtitui. 4. Cum omnes Doctores Eccleſiæ communi conſe
ſu docent aliquid ex Apoſtolica traditione deſcendere. 5. Cum aliqu
pro traditione Apoſtolica habetur, in illis Eccleſiis, ubi eſt integra
continuata ſucceſſio ab Apoſtolis, qualis ſucceſſio nunc defecit in om
bus Eccleſiis, præterquam in Romana.

Proteſt. I. Omnium harum regularum baſis eſt un
Eccleſiam ſcilicet in traditionibus Apoſtolicis, definien
dis, nullo modo labi aut decipi poſſe: ad quam una
quaſi generalem regulam quinque iſtas ſpeciales non in
merito revocavit Azorius, *inſtitut. moral. lib.* 8. *cap.* 5. Ho
autem nihil aliud eſt, quam incertum per incertius pro
bare. II. Illa autem eſt turpiſſima ſimul impudentiſſ
ma petitio principii, Eccleſiam Romanam ut regula
traditionum obtrudere, quæ maximi ſceleris poſtulatu
propter ſuas factas & ementitas traditiones. Sed ſic e
revera. Conciliorum, Patrum & Primitivæ Eccleſiæ no
mina ad ſpeciem & pompam à Pontificiis proferuntu
cum interim Eccleſiam Romanam præſentem omniu
regulam eſſe volunt. Sic enim diſerte Bell. *de Sacr. lib.*
cap. 25. *Omnium Conciliorum veterum & omnium dogmatum firmit*
ab authoritate præſentis Eccleſiæ dependet. III. Nulla harum re
gularum potuit olim locum habere, cum Eccleſiæ vari
contraria plane ſibi ab Apoſtolis tradita fuiſſe contend
bant, quod etiam vere fuiſſe ab iis affirmatum defend
Azorius, *inſtit. moral. lib.* 8. *c.* 4. *Diverſæ* (inquit) *traditiones*
Apoſtolis promanarunt. Per orientem enim, traditione ab Apoſtolis d
rivata, ſabbatum, ſicut dies dominica, pie & religioſe colebatur? & t
men per Occidentem ſabbato jejunium ſervabatur, traditione (ut
exiſtimo) à Petro Apoſt. accepta. Vnde diverſi ritus & mores per Orie
tem & Occidentem retenti & obſervati ſunt. IV. Nihil omnin
eſt quod ab univerſa Eccleſia per omnia ſæcula fuit rec
ptum, ut neceſſarium creditu aut obſervatu, quod in ſ
cris literis non continetur. V. Si traditiones eadem fi
ſint recipiendæ cum iis quæ in Scripturis continentu
propter Eccleſiæ teſtimonium, & Patrum conſenſu
tum hæc teſtimonia Eccleſiæ & Patrum, eandem cert
tudinem & authoritatem habent cum ſacra Scriptur
tum credendum eſt ſcriptis Patrum eadem fide qua ſcr
ptis Propheticis & Apoſtolicis credimus: tum ſive P
tres loquantur ex Scriptura, ſive abſque Scriptura, nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eſt differentia, quod ad fidem ipſis habendam: quæ omnia ſunt plane abſurda, & à pietate prorſus aliena.

Argumenta noſtra.

13. *Protest.* *Deut.* 4. 2. Ne addite ad verbum illud quod ego præcipio vobis, neque detrahite de eo.

Bell. 1. *Non agitur ibi de verbo ſcripto, ſed tradito viva voce.*

Proteſt. I. Non agitur igitur de decalogo qui ſcriptus fuit à Deo ipſo: Neque de legibus illis, quas ex ore Domini acceptas Moſes ſcripſerat, & in libro fœderis & populo audiente legerat, *Exod.* 24, 47, 2. Si agitur ibi de verbo tum temporis à Moſe viva voce tradito, tum agitur de verbo ſcripto. Moſes enim eadem verba legis quæ viva voce tradidit, *abſolvit ſcribere in libro, uſque ad finem eorum. Deut.* 31. 24.

Bellarm. 2. *Vera expoſitio ejus loci eſt, quod Deus non vult dicere, non ſervabitis aliud quam id quod nunc præcipio: ſed, in hoc quod præcipio, nihil mutabitis, addendo, vel minuendo. Alioqui peccaſſent Prophetæ & Apoſtoli, qui tam multa poſtea addiderunt.*

Proteſt. I. Si ſingulis præceptis legis non licuit aliquid addere, certe toti legi nihil fuit addendum. II. Nulla ratio reddi poteſt, quare additio in præcepto, non ſit æque licita, ac additio extra præceptum. III. Moſes ipſe, 12, 30, 31, 22. Manifeſte oſtendit hanc legem pertinere ad additiones extra aut ultra legem: *Ne facito ſic Iehovæ Deo tuo, ſicut gentes fecerunt diis ſuis. Vnamquamque rem quam ego præcipio vobis, eam obſervantes facite, ne addito ei.* Hac etiam ratione iſtiuſmodi additiones damnantur à Prophetis: *quod non præceperam, neque ſubierat in animum meum Ier.* 7. 31. IV. Quod ad Apoſtolos attinet, quicquid addiderunt, id non tam illi quam Deus per illos fecit: idque tum quum etiam per eoſdem abrogationem multarum legum Moſis induxit. Pophetæ autem nullum omnino mandatum novum addiderunt legi: ſed explicationes & accommodationes tantum. Non autem ideo Prophetarum ſcripta dicuntur interpretationes Moſis, quia Moſes commendat authoritatem Prophetarum, ſicut Bellarm. dicit traditiones in Scripturis laudari, & Eccleſiæ authoritatem commendari, atque adeo iſtas etiam traditiones eſſe quodam modo explicationes verbi ſcripti: ſed quia ſenſum legis expoſuerunt & accommodarunt ad uſum populi in unaquaque generatione.

14. *Proteſt.* *Apoc. ult. Si quis appoſuerit ad hæc, &c.*

Bell. *Certum eſt Iohannem ibi prohibere corruptionem libri illius.*

Proteſt. I. Quamvis hoc non ſit adeo certum, Iohannem tantum ad illum librum reſpexiſſe, imo veriſimile admodum ſit, eum totum canem hac denunciatione gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

viſſima obſignaſſe, hoc tamen conceſſo, cum eadem ſit ratio cæterorum canonicorum librorum, & illi qui tradunt doctrinas, quæ in iſtis libris non continentur, apponunt aliquid iis, comminatio illa pertinet etiam ad traditionum authores. II. Si Pontifices Romani prophetias quaſdam proferrent de ſtatu Eccleſiæ, aut Antichriſti myſterio, & dicerent ſe illas accepiſſe à Iohanne, atque adeo ejuſdem eſſe fidei cum illis prophetiis, quæ in Apocal. continentur, manifeſto rei eſſent appoſitionis ad illum librum: non poſſunt igitur à ſimili crimine excuſari, cum dogmata quædam proferunt, tanquam Apoſtolica, quæ in ſcriptis Apoſtolorum non continentur.

15. *Proteſt. Gal.* 1. Si Angelus de cœlo Euangelizet vobis, præterquam quod Euangelizavimus vobis anathema ſit.

Bellarm. 1. *Apoſtolus loquitur de omni verbo, ſive ſcripto, ſive non ſcripto.*

Proteſt. Loquitur Paulus de verbo à ſe prædicato: nihil autem prædicabat, quod in Scripturis non continebatur, *Actor* 26 22. Neque Chriſtianus quiſquam negabit Euangelium illud totum, quod Paulus Galatis prædicaverat in Novo Teſtamento ſcriptum exſtare.

Bell. 2. *Per illud* præter *Apoſtolus intelligit* contra. *Apoſtolus enim ipſe multa alia poſtea docuit, & Iohannes in Apocalypſi. Agit etiam his adverſus contrariam doctrinam. Sic præter accipitur pro contra, Rom ult.* 17.

Proteſt. I. In Theologia verum eſt, *præter* Scripturas, eſt *contra* Scripturas: quia Scriptura prohibet additiones, quamvis autem quod adjicitur ſit *contra* præceptum illud generale, eſt tamen ſolummodo *præter* dagmata illa ſingularia, quibus adjicitur. II. Apoſtoli alibi nihil quicquam in dogmatico genere ſcripſerunt quod Paulus inter Galatas non prædicaverat. III. Agit hic Apoſtolus adverſus contrariam doctrinam per argumentationem vel à minore ad majus, vel à genere ad ſpeciem: *præter* enim ſtricte ſumptum eſt *minus*, & late acceptum eſt *generalius* quam *contra*. IV. Eadem ratione *præter* includit *contra*, *Rom. ult.* 17.

16. *Proteſt. Ioh.* 20. 3. Hæc ſcripta ſunt ut credatis, & credentes vitam habeatis.

Bellarm. 1. *Iohannes ibi loquitur de ſolis miraculis Chriſti, non de dogmatis fidei & præceptis morum.*

Proteſt. Non ſola miracula intelligi, inde apparet, quod miracula ſine doctrina, non ſufficiunt, *ut credamus, & credendo vitam habeamus.* Neque Iohannes de miraculis ſcripſerat in Euangelio ſuo vel tantum, vel præcipue.

Bell. 2. *Si res à Iohanne ſcripta ſufficiant, ſuperflua erunt omnes alia Scriptura.*

Proteſt. I. Eadem ratione concludere poſſit, ſi cæteri
uangeliſtæ ſufficienter ſcripſerant de paſſione Chriſti,
ım quicquid Iohannes de illa ſcripſit fuit ſuperfluum.
ːd ſic viſum in ſapientiæ divinæ, non ſufficienter
ntum; Sed & abundanter conſulere noſtræ fidei ac ſa-
ti. II. Non excluduntur hac ſententia reliquæ Scri-
uræ, ſed ſupponuntur: Iohannes enim, ultimo ſcri-
:ns, oſtendere voluit, ad finem uſque mundi nullos a-
os libros canonicos eſſe exſpectandos: neque neceſſa-
um eſſe quidquam, quod in ſuo Euangelio una cum re-
quis libris ante à Prophetis & Apoſtolis conſcriptis,
on continebatur.

17. *Proteſt.* 2. *Tim.* 3.15.16.17. Sacræ literæ poſſunt te
pientem reddere ad ſalutem: tota Scriptura eſt utilis,
:c. ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum, per-
:cte inſtructus.

Bellarm. I. *Scriptura ſufficienter inſtruit, & perficit hominem*
'ei, quia multa expreſſe continet, & quæ non continet, oſtendit omnia
ıde ſint petenda.

Proteſt. I. Apoſtolus oſtendit omnia peti poſſe, ac debere
x Scripturis, quia poſſunt hominem ſapientem reddere
d ſalutem, & perfecte inſtructum ad omne opus bonum.
ellarm. invertit plane ſenſum, & dicit Scripturam per-
cere hominem, quatenus oſtendit illa, quæ ipſa non ha-
et eſſe aliunde petenda, videlicet ab Eccleſia vel Pontifi-
e Romano. II. Hac ratione prima epiſtola ad Timo-
heum, vel uno illo tertio capite perfecte inſtrueret ad
mne opus bonum: multa enim expreſſe continet, &
uæ non continet, oſtendit (Bell. interprete) unde ſint
etenda: à *columna* ſcilicet *& ſtabilimento veritatis.* III. Si
oc ſit *perficere*, oſtendere unde perfectio ſit petenda, tum
ohannes Baptiſta perfecit ſuos diſcipulos. *Ioh.* 3. imo lex
erfecit Chriſtianos, *Gal.* 3.24. quod Apoſtolus expreſſe
egat, *Heb* 7.

19. Bellarm. 2. *Paulus ne hanc quidem ſufficientiam Scripturæ*
ribuit: quia cum dicit omnis *Scriptura, non ſolum toti corpori Scri-*
turæ tribuit eam laudem, ſed etiam ſingulis libris.

Proteſt. Rectiſſime hoc dicitur, laudem aliquam iſtis
'erbis tribui, & toti corpori Scripturæ, & ſingulis ejus
ibris. Inde vero nihil minus ſequitur, quam ne iſtam
uidem ſufficientiam tribui Scripturæ, quam variis li-
ris per ſe convenire modo oſtendi. Imo ſequitur po-
ius, omnem ſufficientiam toti Scripturæ tribui, & ſe-
:undum proportionem ſingulis libris ſuam. Si quis enim
liceret, Logicam poſſe aliquem peritum reddere bene
diſſerendi, quia omnia ejus præcepta utilia ſunt ad inve-

niendum & judicandum, ut qui in iis ſe exercet, perfecte inſtruatur ad bene diſſerendum, ille magnam ſufficientiam tribueret illi arti & ejus partibus: ſic eſt in eo quod Apoſtolus hic de Scripturis affirmat. Sed aliud eſt quod Bell. vult, videlicet, non totum corpus Scriptutæ hic intelligi, ſed quemlibet librum: quod vaniſſimis rationibus probare conatur. I. *Iudicio omnium Latine ſcientium, quod dicitur de omni Scriptura, dicitur de ſingulis libris.* Sed Iudicio omnium Græce ſcientium vox πᾶσα quæ hic in vetere verſione redditur *omnis*, ſæpe ſignificat idem quod ὅλη *tota* ut *Matth.* 8, 32. 34. *Epheſ.*4 16. *Act.*20.27. Iudicio etiam omnium qui attente verſati fuerunt in vulgari interpretatione, *omne* idem ſæpe notat quod *totum* ut *Matth* 26. 59. *Marc.*1.33. & 14. 55. *Act.* 1. 47. & 7. 10. & 15. 22. *Phil.*1.3. *Hebr.*3.2. *Omnis plebs, omnis domus, civitas omnis, omnis Eccleſia, omne Concilium, omne prætorium.* In hoc autem loco per τὰ ἱερὰ γράμματα, *ſacras literas*, neceſſario intelligitur corpus Scripturæ Sacræ, & Iudicio omnium Theologice ſcientium, quilibet unus Scripturæ liber non intelligitur per illam Scripturam, quæ *perfecte inſtruit hominem Dei ad omne opus bonum.* II. *Cum hæc epiſtola ſcriberetur, aliquid adhuc deerat ex corpore Scripturarum.* Sed tota Scriptura quoad eſſentiales partes legis & Euangelii, vet. ac novi Teſtam. exſtabat, quamvis Apocalypſis & Euangeliũ Iohannis, u[t] integrales partes adhuc deerant: & illi ipſi libri tamen qu[i] deerant per analogiam includuntur. Sicut Paulus dicen[s] *totum corpus Chriſti myſticũ animari & ali ſancto ejus Spiritu*, includit etiam illa membra quæ neq; tum temporis exſtabant neque adhuc exſtant. III. *Apoſtolus ex eo quod tribuit omni Scripturæ, concludit in particulari de Scripturis Vet. Teſtam.* Saltem igitur in præmiſſis hujus ratiocinationis agit de alia etiam Scriptura præter vetus Teſtamentũ, quod etiam in concluſione eum facere apparet ex illis verbis, *v.* 15. *per fidem quæ eſt in Ieſu Chriſto.* Si vero totum hoc demus, argumentum fortius ſtringit. Si enim Scripta veteris Teſtam. poterant reddere homines ſapientes ad ſalutem, & perfecte inſtructos ad omne opus bonum; quanto id magis præſtabit univerſa Scriptura veteris ac novi Teſtamenti ſimul.

Bellarm. 3. *Vtilis eſt, non ſignificat ſufficiens eſt, ſaltem non ſola ſufficiens eſt, ſed hunc habet uſum, ad hoc refertur & ordinatur, aut aliud ſimile. Sicut qui dicit, cibus eſt utilis ad nutriendum hominem, dicit quidem cibum ad hoc eſſe inſtitutum, ut nutriat, ſed non dicit ſufficere ſolum cibum: nam ſi calor naturalis deficiat, aut aliquod inſtrumentum corporis ad nutritionem neceſſarium, cibus non nutriet.*

Proteſt, I. Quamvis *utilis eſt*, non ſignificet *ſufficiens eſt*, tamen *utilis eſt ad omnia neceſſaria*, & *perfecte inſtruit ad omne bon[um]*

na, tantum ſaltem ſignificat quantum *ſufficiens eſt*. Hæc
item utilitatis magnitudo quam Paulus in ſummo gra-
ı tribuit Scripturæ, hæc (inquam) utilitas illud eſt
ıod à nobis urgetur. II. Si Scriptura ſit à Deo in illum
nem ordinata, ut perfecte inſtruat ad omne opus bo-
ım, & ut poſſit quemlibet ſapientem reddere ad ſalu-
m, quod Bellarm. concedit, tum certe quilibet conten-
ıs eſſe poteſt Scriptura tanquam ſufficienti regula fidei
: morum. III. Exemplum illud de cibo ſophiſtice &
dicule adhibetur. Sicut enim ille qui dicit cibum poſſe
ominem nutrire, & utilem eſſe ad perfectam nutritio-
em, ſignificat cibum eſſe ſufficientem materiam nutri-
onis, quamvis calor naturalis & alia concurrant ut ef-
cientes cauſæ: ſic Paulus dicens, Scripturam poſſe ho-
ıinem ſapientem reddere ad ſalutem, & utilem eſſe ad
erfecte inſtruendum, ſignificat Scripturam eſſe ſuffi-
entem materiam nutritionis ſpiritualis, quamvis Spi-
tus ſanctus & fides neceſſario debent concurrere, ut
ficientes cauſæ ſalutis. Bene eſt, quod Bellarm. conce-
it Scripturam ita eſſe ſufficientem ad ſalutem, ſicut ci-
ıs eſt ad nutriendum, nihil enim comedendum præter
bum: nihil igitur credendum præter Scripturam. Sed
ıter Pontificios, quum homines petunt Script. tanquam
ınem, dant illis traditionem tanquam lapidem aut ſer-
entem, quod patres ergo filios ſuos facturos negat Chri-
us, *Matth.* 7.9.10.

18. *Proteſt.* Traditiones in Scripturis ubique damnan-
ır. *Iſ.* 29. *Matth.* 15. *Gal.* 1. *Coloſſ.* 2. 1. 1. *Tim.* 1. 1. *Pet.* 1.

Bellarm. *Chriſtus & Apoſtoli non reprehendunt traditiones quas
ceperant Iudæi à Moſe & Prophetis: ſed illas quas acceperant à qui-
ıſdam recentioribus, quarum aliquæ inanes erant, aliquæ pernicioſæ,
contra Scripturas.*

Proteſt. I. Nunquam quemquam in tota Scriptura eo
omine reprehenſum legimus quod traditiones non ſcri-
tas negligebat. Imo vita promittitur facientibus quod
riprum eſt *Gal.* 3.10. *tum.* 12. 2. Damnantur illæ tradi-
ones quas Scribæ & Phariſæi dicebant eſſe Moſis &
rophetis. Non eſt enim dubitandum quin à recentiori-
ıs illis, à quibus obſervationes illas acceperant, accepe-
ınt etiam aut illas à Moſe eſſe, vel in particulari, vel ſal-
em in univerſali. III. *Moſes & Prophetæ*, apud Chriſtum
: Apoſtolos, idem ſonat quod Scriptura veteris Teſta-
ıenti. Non agnoſcebant igitur ullum verbum Dei ab
ıſis Eccleſiæ traditum præter verbum ſcriptum: non
ıirum eſt igitur ſi eorum traditiones nuſquam nomina-
m perſtringant. IV. Nulla ratio fingi poteſt, quare Iu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

dæorum traditiones vel pernicioſæ fuerunt, vel inanes, ſi omnes aut pleræque Pontificiorum traditiones ſint probandæ.

19. Teſtimonia illa quæ ex Patribus adferri ſolent à noſtris, adeo ſunt luculenta, ut ad illa dum nonnihil Bellarm. coactus fuerit reſpondere, neceſſe habuerit totam cauſam nobis tradere. Nam præter multa turpiſſima ſubterfugia quibus utitur, hæc eſt ejus confeſſio cap. 11.

1. *Illa quæ ſunt ſimpliciter omnibus neceſſaria Apoſtoli conſueverunt omnibus prædicare: & aliorum quæ ſunt omnibus utilia.*

2. *Omnia illa ſunt ſcripta ab Apoſtolis quæ ſunt omnibus neceſſaria, & quæ ipſi palam omnibus vulgo prædicaverant.*

3. *Non ſunt ut plurimum obſcuriſſimæ quæſtiones illæ, quæ teſtimonium habent traditionis in tota Eccleſia receptæ.*

4. *Exſtant in Scripturis teſtimonia eorum omnium quæ ad naturam Dei pertinent, vel unionem naturam in Chriſto indicandam: & poſſumus nos, circa ea dogmata, plane & plene inſtrui ex Scripturis, ſi eas recte intelligamus.*

5. *Nullum eſt vitium ad quod ſanandum non invenitur in Scriptura aliquod remedium.*

6. *Quæ habentur in Symbolo Apoſtolico, & Decalogo aperte poſita ſunt in Scriptura.*

7. *Profeſſio viduitatis, quale bonum ſit, ſatis expoſuit Apoſtolus.*

8. *Clariſſima Scripturarum teſtimonia ſine dubio, anteponenda ſunt omnibus Conciliorum teſtimoniis.*

20. Ex prima & ſecunda confeſſione ſic argumentamur: 1. Si illa omnia quæ Apoſtoli palam omnibus prædicaverant, ſint ſcripta, tum *ſermones* Apoſtoli, de quibus loquitur, 2. *Theſſ.* 2.15. ſunt ſcripti: fuerunt enim toti Eccleſiæ prædicati, ſicut Epiſtola fuit ad omnes ſcripta. Nequiter igitur facit Bell. cum illam voculam toties urget ad traditiones non ſcriptas ſtabiliendas.

2. Si omnia omnibus vel neceſſaria, vel utilia ſint ſcripta, tum tota Dei voluntas ad ſalutem hominum revelata eſt ſcripta: eſt enim tota omnibus utilis, quia facit ad omnium ſalutem.

3. Si illa quæ ſunt omnibus utilia, ſint ſcripta, tum illa etiam quæ ſunt Epiſcopis & Presbyteris neceſſaria. Nam præterquam quod præcipua pars officii miniſtrorum eſt docere illa quæ ſunt omnibus neceſſaria & utilia: norunt omnes Scripturam totam ubique: non minus inculcare eorum officia quam plebis: & Apoſtolum Paulum tres integras epiſtolas in illo argumento præcipue collocaſſe. In Veteri etiam Teſtamento Sacerdotum & Levitarum officia magis accurate deſcribuntur, quam hominum privatorum.

4. Ex

4. Ex 2. & 3. ſic: Si traditiones non ſint de rebus generaliter neceſſariis, aut utilibus, neque de quæſtionibus obſcuriſſimis, tum certe nullæ ſunt: Nulla enim excogitari poteſt ratio, quare & res illæ quæ ſunt omnibus vel neceſſariæ, vel utiles, & quæſtiones obſcuriſſimæ ſcripto ab Apoſtolis conſignarentur, & aliæ neſcio quales omitterentur. niſi forſitan cum blaſphemia dicent Scripturam temere fuiſſe exaratam, & non ſumma Dei providentia.

5. Ex 4. ſic: Si omnia quæ ad naturam Dei pertinent in Scripturis contineantur, tum falſo antea *cap.* 8. pro fundamento traditionum poſuit, quædam eſſe myſteria quæ digniora ſunt, quam ut in Scripturis explicentur: non ſunt enim majora myſteria, quam in natura Dei, & unione naturruam in Chriſto.

6. Ex 5. ſic: Si in Scripturis deſcribantur remedia adverſus omnia vitia, tum etiam media ibi habentur ad omnes virtutes comparanda. Nihil igitur deeſt quod ſpectat, vel ad fidem, vel ad mores: illa enim omnia ad alterutrum horum debent referri.

7. Ex 6. ſic: Si omnia quæ ſunt in Symbolo à Decalogo, aperte poſita ſunt in Scriptura, tum ibi habemus perfectam regulam fidei & morum.

8. Ex 7. ſic: Si talia minuta, qualis eſt profeſſio viduitatis in Scripturis exponantur, nihil certe neceſſarium omittitur.

9. Ex 8. ſic: Si teſtimonia Scripturæ ſine dubio ſint anteponenda teſtimoniis Conciliorum, tum falſum eſt quod Bellarm. antea poſuit, verbum Eccleſiæ eſſe ſemper verbum Dei. Nam omne verbum Dei eſt unius & ejuſdem authoritatis. Neque certe habent Concilia talem directionem Spiritus decernendo, qualem Prophetæ & Apoſtoli habuerunt in ſcribendo. Tum etiam certior eſt fides, quæ nititur claris Scripturæ teſtimoniis, quam quæ nititur authoritate Conciliorum.

21. Impoſſibile videtur potuiſſe tam diu conſervari puras traditiones non ſcriptas: propter hominum oblivionem, imperitiam, negligentiam, & perverſitatem.

Bellarm. 1. *Cura iſta non incumbit præcipue hominibus ſed Deo, quia ſua Providentia conſervavit Eccleſiam, Scripturam, & etiam traditiones ab Adam uſque ad Moſem.*

Proteſt. I. Deo nulla cura incumbit, quam ipſe non ſuſcepit. Sed traditionum non ſcriptarum cura nuſquam in Scripturis revelavit à ſe ſuſceptam: tunc enim quænam illæ traditiones eſſent, ſimul etiam revelaſſet, atque adeo traditiones non ſcriptæ eſſent ſcriptę. II. De conſervatio-

ne Eccleſiæ, & Scripturæ, apertas habemus promiſſiones, de traditionibus, non ſic. III. Bellarm. contendit *cap.* 4. Scripturam totam non eſſe conſervatam, ſed multas ejus partes periiſſe. IV. Ab Adam dum pura conſervata fuit doctrina non ſcripta, per vivam Dei vocem, & extraordinarios Prophetas fuit conſervata, qualis diſpenſatio ab Apoſtolorum temporibus non exſtat. Ad Moſem vero non fuit pura conſervata, viva voce ceſſante: & idcirco à Moſe fuit ſcripto conſignata, & ſic deinceps ut ab humanis illis corruptelis vindicaretur, quibus traditiones ſunt obnoxiæ.

Bellarm. 2. *Quatuor cauſæ adjuvantes fuerunt traditionum conſervandarum: 1. Libri Eccleſiaſtici, in quibus ſunt ſcripta. 2. Vſus earum continuus. 3 Monumenta externa, ut templa, & ſimilia. 4. Hæreſes, quæ excitarant doctos ad inveſtigandas traditiones antiquas, & eaſdem aliis commendandas.*

Proteſt. I. Iſta omnia ſunt obnoxia, oblivioni, negligentiæ, imperitiæ, & perverſitati illis quibus debent occurrere. II. Si Dei voluntas fuiſſet, ut doctrinæ iſtæ non ſcriptæ æque ſancte conſervarentur, ac illæ quæ ſunt in Scripturis, à ſanctis proculdubio Apoſtolis curaſſet illas conſcribi, & non reliquiſſet eas ab hominibus mendacibus, pro ſuo arbitrio, ſcribendas. III. Neque ulla traditio non ſcripta, in omnibus Eccleſiaſticis libris exſtat, neque omnes in ullo uno, neque omnes illæ quæ exſtant in quibuſdam, à Pontificiis approbantur. IV. Continuus uſus ne linguam quidem vulgarem cujus uſus eſt maxime frequens, poteſt puram conſervare; *linguæ vulgares* (inquit Bellarminus *lib.* 2. *cap.* 15) *ſingulis ſeculis magna ex parte mutantur.* Continuatus etiam uſus harum traditionum, à tempore Apoſtolorum non magis poteſt oſtendi, quam traditiones ipſæ. V. Neque uſus, neque lapides, & parietes templorum conſervare poſſunt dogmata aut doctrinas. VI. Hæreſes excitare debent pios & doctos, ad ſcrutandas Scripturas, quæ voluntatem Dei continent indubitatam.

22. *Proteſt.* Literæ divinæ ſcriptæ ſunt, ut habeamus regulam & normam perfectam fidei & morum.

Bellarm. 1. *Scripturæ finis proprius & præcipuus non fuit, ut eſſet regula fidei: tum enim contineret omnia & ſola illa quæ ex ſe ad fidem pertinent: & eſſet unum opus continuum: ſed ut eſſet commonitorium quoddam utile, ad conſervandam & fovendam doctrinam ex prædicatione acceptam.*

Proteſt. I. Regula, & commonitorium non ſunt oppoſita: Scriptura eſt regula commonefaciens. II. Proprius & præcipuus finis legis eſt ut ſit regula. Scripturam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ram autem eſſe legem Pontificii concedunt. III. Voluntas Dei ideo fuit in Scripturis revelata, ut ſecundum illam vivamus, ſicut Moſes qui inter ſcriptores ejus primus fuit ubique teſtatur. IV. Leges autem præſcribere Deo, ut regulam iſtam nude traderet, in uno opere continuo ſine ullis appendicibus, applicationibus, aut declarationibus, quibus infirmitati noſtræ conſulere poſſit, hoc eſt hominis Deo ex adverſo reſponſantis. V. Si Scriptura ſit commonitorium tantum prædicationi inſerviens quænam erit regula ipſius prædicationis. VI. Non poteſt ut ſufficiens commonitorium, conſervare doctrinam ex prædicatione Apoſtolorum acceptam, niſi totam doctrinam ab iis prædicatam contineant.

Bellarm. 2. *Scriptura eſt regula, non totalis, ſed partialis.*

Proteſt. I. Nulla omnino ratio, ne fingi quidem poteſt quare quædam doctrinæ neceſſariæ haberent regulam ſcriptam, & aliæ æque neceſſariæ, non haberent. II. Si ſit partialis regula, tum non perfecte dirigit: & qui perfecte faceret voluntatem Dei Scripturis revelatam, nondum eſſet perfectus. III. Si Scriptura ſit partialis regula, tum tenentur homines ſupra id quod ſcriptum eſt ſapere, id eſt, ſupra Legem & Euangelium.

23. *Proteſt.* Si recipienda ſint dogmata non ſcripta, dabitur occaſio multis, fingendi, & introducendi in Eccleſiam multa falſa, ſub nomine traditionis.

Bellarm. 1. *Hoc argumentum æque valet adverſus Scripturas, quia multi falſi libri ornati fuerunt olim titulo librorum Canonicorum.*

Proteſt. Non eſt eadem ratio: Scripturæ enim canonicæ aliis argumentis dignoſcuntur, non inſcriptione ſola titulorum. Experientia ipſa docet, inter Iudæos, varias traditiones falſas introductas fuiſſe, nullam tamen Scripturam falſam fuiſſe in Canonem admiſſam. Neque poſtea in Eccleſia Chriſtiana fuiſſet ullus Apocryphus liber pro ſacra Scriptura admiſſus, niſi traditionum authoritas viam illi feciſſet. Communis etiam ſenſus oſtendit, quod non tam facile ſit librum falſum obtrudere Eccleſiæ pro canonico, ac falſam traditionem pro vera.

Bellarm. 2. *Eccleſia & authoritatem habet, & certam etiam viam diſcernendi veras traditiones à falſis.*

Proteſt. Nullam viam aut rationem habet veras traditiones non ſcriptas dogmaticas diſcernendi, præter ſuam propriam authoritatem: & authoritatis illius nullum oſtendere poteſt idoneum authorem.

24. *Proteſt.* Proprium eſt hæreticorum abſcondere ſua dogmata, ac dicere Apoſtolos quædam palam omnibus prædicaſſe, quędam occulte tantum quibuſdam tradidiſſe.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *Hæretici myſteria ſua abſcondunt, quia ſunt turpia: ſed noſtra abſconduntur à quibuſdam, vel quia non eſt opus ut ſciantur ab omnibus, vel quia non ſunt omnes capaces.*

Proteſt. Si quiſquam Hæreticorum dixit ſua myſteria fuiſſe turpia, aut non dixerit omnes non eſſe eorum capaces, tum hoc eſt reſpondere, non garrire.

LIBER SECVNDVS

De Chriſto.

CAP. I. *De Scientia animæ Chriſti.*

THESIS I.

IN tribus primis libris controverſiæ ſecundæ Bellarminianæ, nulla pars confeſſionis noſtræ proponitur impugnanda, niſi *lib.2. cap.* 19. ubi hæreſeos arguitur, quod quidam noſtrorum Chriſtum αὐτόθεον, id eſt, Deum à ſe ipſo exiſtentem appellare ſolent. Sed & hac in re maligna potius Bellarmini vitiligatio, quam gravis aliqua controverſia reperitur. Nam Bellarminus ipſe primo dubitanter noſtros accuſat: *neſcio* (inquit) *an hæreſis ſit in re, an ſolum in verbis.* Secundo, fatetur, & probat, Calvini ſententiam eſſe, *quod filius ſit à ſe reſpectu eſſentiæ, non reſpectu perſonæ.* Addit etiam tertio in loco, tam Patrem, quam Filium poſſe dici αὐτόθεον id eſt, *veriſſime Deum*, & ſic ab Epiphanio appellari. Modum tantum loquendi reprehendit: cum tamen ipſemet oſtendat, modum ipſum loquendi neceſſarium fuiſſe ad refutandum Valentinum Gentilem, qui perpetuo jactabat, ſolum Patrem eſſe αὐτόθεον. huic igitur criminationi ſufficiat opponere Calvini brevem illam apologiam, *Epiſt.* 35. 1. *Cum de Chriſti divinitate ſermo eſt, quæ Dei propria ſunt, jure etiam illi deferantur, quia tum in unius Dei eſſentiam reſpicitur, præterita diſtinctionis mentione quæ eſt inter Patrem & Filium, qua ratione vere dicitur, Chriſtum eſſe Deum unicum & æternum à ſeipſo exiſtentem. Neque huic ſententiæ illud obſtat, quod vere quoque ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus eſt traditum, verbum, ſeu filium Dei à Patre eſſe, etiam ſecundum ſuam eſſentiam. Quin hæc perſonarum notatio locum habet, ubi Patris & Filii diſtinctio commemoratur. Nomen autem Iehova eſt divinitatis elogium, quod non minus Patrem, Spiritum, quam Filium complectitur. Sic Cyrillus, qui ſæpius Patrem Filii principium vocare ſolet, pro ingenti tamen abſurdo ducit, Dial.* 3. *de Trin. niſi Filius à ſeipſo vitam & immortalitatem habere credatur. Idem docet, ſi ineffabili naturæ proprium eſt, ut ex ſe ipſa ſit, in Filium id jure competere. Quin-etiam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tiam, lib. Theſaur. 10. *ratiocinatur, Patrem à ſeipſo nihil habere, niſi Filius etiam à ſeipſo habeat.*

2. In libro quarto occurrit primo quæſtio (non maxime neceſſaria) de ſcientia animæ Chriſti, breviter expedienda: an ſcilicet Chriſti anima ita repleta fuerit omni ſcientia ab ipſa ſua creatione, ut nullo modo in ſcientia profecerit. Pontificii affirmant: nos negamus.

Bellarmini argumenta.

3. Bell. *Iſ.* 11. *Requieſcet ſuper eum Spiritus ſapientiæ. Pſal* 44. *Vnxit te Deus. Sicut & Iſ.* 61. *Act.* 4. *&* 10.

Proteſt. I. Concedimus Chriſtum fuiſſe unctum Spiritu ſapientiæ ab ipſa conceptione, (fruſtra enim ſophiſtice occupatur hujus temporis negatio à Bellarm. quaſi eſſet noſtra defenſio.) Sed ſicut divina natura in ipſo comprimebat aliquo modo & occultavit ſuam majeſtatem in humilitatione Chriſti, ne exerceret illam dignitatem, quæ poſtea apparuit in exaltatione; ſic etiam cohibebatur Spiritus ille ſapientiæ, ne ſtatim in perfectione, ſed paulatim pro ratione ſtatus Chriſti exereretur. II. Spiritus ſapientiæ eſt ubi facultas adeſt omnia facile percipiendi quæ ſunt neceſſaria ſcitu, prout occaſio fert, quamvis omnia ſingularia actu non ſciantur. III. Sapientia illa quæ intenſive, & actu primo eſt perfecta, poteſt actu ſecundo augeri, per extenſionem ad objecta nova.

4. Bellarm. *Chriſtus accepit gratiam ſine menſura, Ioh.* 1. *Ep.* 4. *Ioh ult. Coloſſ.* 2.

Proteſt. I. Reſpondet Bartholomeus Medina in *Thom. part.* 3. *q.* 7. *a.* 12. *In Chriſto eſt infinita gratia, ſed ſcientia creata in anima Chriſti non eſt infinita. Ratio hujus differentiæ eſt, quia dignitas perſonæ infinitæ cauſat gratiam infinitam, ſed dignitas perſonæ parum aut nihil conducit ad rationem ſcientiæ, menſuratur namque ſcientia cum lumine illuſtrante veritates ſcientiæ, & quoniam lumen ſcientiæ in anima Chriſti eſt creatum, & habet menſuram, hinc etiam provenit, quod ejus ſcientia non eſt infinita.* II. Illi ipſi qui aliquam ſcientiam ab initio plenam & perfectam Chriſto tribunt, fatentur tamen de ſcientia acquiſita, quod Chriſtus in illa non tantum profecit ſecundum effectum, nec tantum ſecundum experientiam, ſed etiam eſſentiam vel habitum ipſius ſcientiæ, Thomas in ſumma, *p.* 3. *q.* 12. *a.* 2. ubi ad ob. 2. reſpondet etiam *ſcientiam Chriſti ſemper fuiſſe perfectam ſecundum tempus* (hoc eſt, pro ratione ætatis) *ſed non ſimpliciter & ſecundum naturam.*

5. Bellarm. *Probatur noſtra ſententia ex doctrina Patrum.*

Proteſt. I. Fatetur Medina, *in Thom. p.* 3. *q.* 10. *a.* 2. Ambroſium, Dionyſium Carthuſianum, Epiphanium, Euthimium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

thimium, & Bedam aliter docuiſſe. II. Plerique eorum quos Bellarm. citat, vel de perſona Chriſti loquuntur, cujus operationes & perfectiones anima ejus ſuo modo participat, vel illa teſtantur quæ nos non negamus.

6. Bellarm. *Non eſt credibile, ut verbum perſonaliter factus ſit homo, & non ſimul effuderit, in ipſa incarnatione, in illam humanitatem, omnia dona quorum capax erat.*

Proteſt. I. Iſta dona de quibus agitur non naturaliter & neceſſario ſequebantur ex unione, ſed ex libera communicatione. Credibile eſt igitur potuiſſe certo conſilio paulatim communicari. II. Æque credibile eſt quædam dona, vel donorum gradus, non fuiſſe in ipſa incarnatione, effuſos in animam Chriſti, ac in corpus non fuiſſe ſtatim effuſam gloriam illam quam à reſurrectione accepit.

7. Bellarm. *Sapientia & gratia Chriſto homini naturalis fuit.*

Proteſt. I. Non quod fluebat ex principiis naturalibus humanæ naturæ, aut naturaliter & neceſſario communicabatur à divina: ſed quia ratione perſonæ in qua natura illa ſubſiſtebat, & muneris ſuſcepti, fuit ipſi quaſi natura. II. Naturalia dona non ſolent hominibus ſimul & ſemel in ſummo gradu adeſſe.

8. Bellarm. *Chriſtus fuit filius Dei, ab incarnatione, & hæres omnium bonorum paternorum, neque debuit expectare ſucceſſionem ex morte Patris: ergo tunc debuit repleri omnibus donis.*

Protect. I. Debuit igitur ab initio incarnationis tam corpore quam anima glorificari. Hæc enim gloria pertinet ad bona paterna. II. Ad omnia iſta jus habuiſſe Chriſtum ab initio fatemur: ſed poſſeſſione quorundam ex voluntaria diſpenſatione ad tempus carebat.

9. Bellarm. *In ipſa incarnatione factus eſt caput hominum & angelorum: caput autem non debet eſſe minus ornatum, aut minus ſapiens quam ſint membra.*

Proteſt. I. Hac eadem ratione concludere licet, corpus Chriſti fuiſſe ab initio glorificatum, quia angeli boni, quanti quanti ſunt, ſunt gloria ornati. II. Caput fuit in utraque natura conjunctim, ut θεάνθρωπος: ſic autem ſapientia excelluit omnes Angelos.

10. Bellarm. *Adam creatus eſt ſapientiſſimus: multo magis ſecundus Adam.*

Proteſt. I. Quidni igitur & in perfecta ſtatura viri naſcebatur Chriſtus, quia Adam ita fuit creatus? II. Secundus Adam, ut erigeret nos ab illa ruina quæ per primum Adamum nos oppreſſit, deſcendere voluit in eundem ſtatum (excepto peccato) in quo nos ille reliquit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Argumenta noſtra.

11. *Proteſt. Hebr.* 2. 17. Debuit per omnia fratribus ſimilis fieri. & 4. 15. Tentatus in omnibus ſimiliter abſque peccato.

Bellarm. *Cum excipitur peccatum, intelliguntur excepta non ſolum peccata, ſed etiam omnes illi defectus qui non erant utiles redemptioni. Et cum dicitur per omnia aſſimulari, nomine omnium intelliguntur omnia quæ ad perfectionem naturæ pertinent, vel ad redemptionem conducunt.*

Proteſt. I. Ad redemptionem conducebant communi ratione, ut partes humiliationis Chriſti etiam illi defectus ab illo ſuſcepti, quorum ſingularem utilitatem non percepimus. II. Progreſſus in ſcientia æque conducebat ad redemptionem, ac progreſſus in ſtatura. III. Sub redemptione comprehenditur ejus applicatio, ad quam ſingulariter conducit, ſcire Chriſtum hujuſmodi infirmitates noſtras expertum eſſe.

12. *Proteſt. Luc.* 2. 40. Creſcebat, & corroborabatur Spiritu, implebaturque ſapientia, & Dei gratia erat ſuper eum, & *verſ.* 52. proficiebat ſapientia, & ſtatura, ac gratia apud Deum & homines.

Bellarm. 1. *Vox Græca* πληρέμενος *verſ.* 40. *aliquando ſignificat redundans.*

Proteſt. I. Non eſt hæc germana aut propria hujus vocis ſignificatio. II. Non convenit huic loco propter interpretationem quæ ſequitur, *v.* 52. 3. Continetur hæc redundantia in eo quod dicitur impletus aut repletus: ſed aliud etiam ſignificatur.

Bellarm. 2. *Tum ſenſus eſt, organa corporea magis repleta fuiſſe indies ſapientia, & aptata ad opera excellentiora.*

Proteſt. Hoc aliquid eſt, ſed non totum, Euangeliſta enim affirmat eum corroboratum fuiſſe ſpiritu non corpore ſolo, quatenus implebatur ſapientia, ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρέμενον σοφίας.

Bellarm. 3. *Replebatur ſapientia acquiſita, per experimentum, proprium, practice, earum rerum quas non ignorabat theorice.*

Proteſt. I. Neque in Scripturis, neque uſquam alias, reperitur hæc phraſis, tali ſenſu, ut quis dicatur ſapientia impleri, eo quod experitur illa quæ antea perfecte ſciebat. II. Hac ratione creſcebat in ſapientia etiam poſt reſurrectionem non minus quam in pueritia: tunc enim primum expertus eſt, quid ſit in cœlum aſcendere, ſedere ad dextram Patris, & alia ſimilia.

Bellarm. 4. *Proficiebat Chriſtus ſapientia & gratia, opinione hominum, quibus in dies magis aperiebat ſapientiam ſuam.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Verum hoc eſt de perſona Chriſti: ſed humana natura etiam humano more proficiebat. II. Eodem ſenſu dicitur profeciſſe in *ſapientia*, quo proficiebat in *ſtatura*, conjunguntur enim à Luca: ſed reipſa creſcebat ſtatura, non opinione ſolum. III. Thomas ipſe in ſumm. *p.* 3. *q.* 12. *a.* 2. affirmat & probat ex hoc loco ipſum habitum ſcientiæ acquiſitæ ſuſcepiſſe incrementa una cum corporis ætate ac ſtatura. Cui etiam aſſentiuntur multi veterum, ut Medina in illum locum oſtendit.

13. *Proteſt. Marc.* 13. 32. De die illo & hora, neque ipſe filius ſcit.

Bellarm. *Filius dicitur neſcire quia non ſciebat ad dicendum aliis, & quia eos neſcientes faciebat.*

Proteſt. I. Hac ratione licebit etiam dicere Deum ipſum neſcire diem judicii. Neque potuit Chriſtus dicere Patrem ſolum ſcire, qui ficto hoc ſenſu magis ignarus eſt illius diei quam homines varii, qui omni modo ſatagunt, ut aliis eum demonſtrent. II. Hac expoſitione, turpiſſimæ & fallaciſſimæ illius æquivocationis quæ Ieſuitis eſt in uſu auctor & approbator conſtituitur Chriſtus. Sic enim quod quis certiſſimum eſſe novit, poteſt rogatus negare ſe ſcire ſimpliciter & abſolute quoad verba, modo intelligat mente, negare ſe tantum quod ſciat ut dicat. Sic omne fere diſcrimen tollitur inter verum teſtimonium & mendacium falſum. III. *Multi veteres Patres* (ut fatetur Maldonatus in hæc verba) *Athanaſius, Greg. Nazian. Theodor. Cyrillus, author operis imperf. in Matth. docuerunt Chriſtum quatenus hominem diem judicii ignoraſſe.*

Quod à Bellarm. huic quæſtioni admiſcetur de oratione Chriſti corrigenda & correcta futilis eſt, & invidioſa calumnia Calvino illata, non controverſia ſerio tractanda.

CAP. II. *De Deſcenſu Chriſti ad inferos. Contr.* 2. *Lib.* 4. *cap.* 6. 7. *&c.*

THESIS I.

Pontificii inferna, vel animarum receptacula ſubterranea (pro familiari illa quam habent infernalium rerum notitia) quatuor eſſe ſtatuunt: 1. Carcerem damnatorum. 2. Purgatorium. 3. Limbum juſtorum Patrum. 4. Limbum puerorum cum peccato originali, vel ſine circumciſione aut baptiſmo diſcedentium. Chriſti autem animam vere, proprie, ac per realem præſentiam deſcendiſſe ad limbum Patrum, contendit Bellarm. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

addit etiam probabile eſſe eam etiam ad omnia loca inferni deſcendiſſe, quamvis nullos liberaverit, vel ex inferno damnatorum, vel ex limbo puerorum, ſed tantum ex limbo Patrum, & forſitan etiam quoſdam ex purgatorio, *cap.* 16.

Nos autem (unicum infernum agnoſcentes) dicimus deſcenſum iſtum localem animæ Chriſti ad inferos, otioſum eſſe figmentum. Chriſtum tamen vere dici ad inferos deſcendiſſe, ſecundum Scripturas, duplici modo: 1. Ante mortem, dum dolores aut cruciatus infernales in anima ſuſtinuit, quod eſt metaphorice deſcendere ad inferos. 2. Poſt mortem, dum in ſtatu mortis detinebatur, corpore in ſepulchro manente, & anima ab illo ſeparata, quod eſt proprie generali ſenſu, ad inferos deſcendere. 3. Quandam impiam ſententiam nonnullis noſtrorum affingit Bellarm. *cap.* 7. ſed calumnia manifeſta, & plane infernali. Bellarm. noſtras interpretationes primo refutare conatur, & poſtea ſuam ſtabilire: ſed utrumque fruſtra.

De doloribus animæ Chriſti.

Argum. Pontificiorum.

2. Bellarm. *Scriptura totam ſalutem noſtram tribuunt ſanguini & morti corporali Chriſti, nulla mentione facta dolorum aut cruciatuum infernalium in anima.*

Proteſt. Scripturæ ſalutem noſtram tribuunt *morti* Chriſti non ſimpliciter & ſingulariter quia fuit *corporalis*, ſed qua habuit ſpiritualem maledictionem Dei & legis conjunctam. *Gal.* 3. 13. & quatenus conſummatio fuit obedientiæ ejus & humiliationis totius, quæ partim corporalis fuit & partim ſpiritualis. *Ph.* 2. 8. Mortem enim illam ſubivit Chriſtus tanquam ſponſor noſter, quæ Adamo fuit denunciata, & nobis debita: illa autem non fuit ſola corporalis. Expreſſe denique dicitur dolores noſtros bajulaſſe. *Iſ.* 53. noſtri autem dolores, id eſt, noſtris defectionibus debiti, non ſunt corporales tantum, ſed & ſpirituales: eoſque in anima ſua tuliſſe Chriſtum, ut partem illius mortis quam pro nobis paſſus eſt, teſtatur ipſe, *Matth.* 26. 38. *Vndiquaque triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem.*

5. Bellarm. *Si ab oratione illa in horto, uſque ad reſurrectionem, Chriſtus fuit in inferno, & Deum ut ſibi adverſum & iratum apprehendebat, tum non dediſſet tot ſigna confidentiæ, fidei, & fiduciæ.*

Proteſt. I. Quod Chriſtus dolores iſtos ad reſurrectionē uſque ſuſtinuerit nos negamus. Alteram etiam phraſin (*fuit in inferno*) repudiamus. Suam igitur imaginationem, non noſtram ſententiam refutat hic Bellarm. Quod vero

vero ad alteram illam phraſin attinet, (*Deum ut ſibi adverſum & iratum apprehendebat*) nos eo ſenſu non admittimus, quaſi fidem & fiduciæ apprehenſionem Chriſtus amiſiſſet, (ſicut Bellarm. ipſe paulo poſt agnoſcit) ſed quod gaudium illud non ſentiebat, quod ex fide & fiducia ſolet emanare, & loco ejus, preſſuram & vexationem ſentiebat proficiſcentem ab ira Dei, non adverſus ipſum, abſolute, ſed quatenus ſponſor noſter fuit. II. In iſta etiam preſſura, fuit moderatio & mitigatio quædam per intervalla, ut locus interim eſſet officiis illis quæ ante mortem ejus erant peragenda.

4. Bellarm. *Si redemti eſſemus per infernales pœnas Chriſti, deberent figuræ præceſſiſſe: deberet etiam aliquod ſacramentum ejus reſtare: item feſto die deberet celebrari, & in tabulis depingi: at nihil tale factum eſt.*

Proteſt. I. Dicant nobis Pontificii, quibus figuris, ſacramentis, diebus feſtis, aut picturis agonia illa Chriſti declaratur, quæ in Scripturis diſerte commemoratur, *Luc.* 22. 44. & ad illa eadem deferemus ipſos pro declaratione ſpiritualis Chriſti preſſuræ. II. Expreſſa nulla figura eſt divinæ Chriſti naturæ (niſi apud idolatras) neque animæ ejus, aut eorum quæ proprie ad animam ſpectabant, quia craſſæ & externæ figuræ non ſunt capaces talium adumbrationum. Activa ipſa Chriſti obedientia in re bruta non potuit commode repræſentari. III. Significabantur tamen aliquo modo ſpirituales paſſiones Chriſti olim per combuſtionem holocauſti igne cœleſti, & nunc eodem ſacramento quo tota paſſio Chriſti declaratur. De feſtis diebus, & imaginibus, viderint humanarum traditionum & idolorum formatores.

5. Bellarm. *Patres deſcribunt deſcenſum Chriſti ad inferos ut deſcenſum victoris, & triumphatoris, non ut rei.*

Proteſt. I. Triumphus eſt duplex, virtualis in campo, *Coll.* 2. 14. 15. & actualis in curru vel ſtella glorioſa, *Eph.* 4. 8. priore ſenſu Chriſtus ſimul reus fuit & triumphator: poſteriore autem, deſcenſus Chriſti opponitur plane aſcenſui, ut humiliatio exaltationi, *Rom.* 10. 6. 7. *Eph.* 4. 9. *Phil.* 2. 8. 9. ita ut deſcenſum triumphatoris eo ſenſu deſcribere, nihil aliud ſit quam deſcenſum aſcendentis, aut humiliationem exaltati definire. II. Falſum eſt omnes Patres deſcenſum Chriſti ad triumphum retuliſſe. Citatur à Bellarm. *cap.* 14. ita pronuncians Irenæus: *Dominus legem mortuorum ſervavit, ut fieret primogenitus à mortuis, & commoratus uſque in diem tertiam in inferioribus terræ.* Baſil. ita: *Deus redimet animam meam de manu inferni: vaticinatur Domini ad inferos deſcenſum.* Hieron. in *Iſ.* 53. hæc ſunt verba; *vere reputatus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

atus eſt inter peccatores, ut deſcenderet in infernum. Euſebii demonſtrat. Euang. *l.* 10. hæc: *Deſcendere ad inferos eſt ultima afflictio.* III. Qui ita deſcribunt deſcenſum Chriſti, vel virtualem triumphum, vel virtualem deſcenſum, intelligunt, vel certe non tantum ſine Script. loquuntur, ſed etiam contra Scripturam. Scriptura enim diſerte docet liberatum fuiſſe Chriſtum ab illis inferis in quos deſcendit. *Act.* 2. 24. ab actu autem victoriæ aut triumphi nemo dicitur liberari.

6. Belllarm. *Fundamentum Calvini eſt falſum, quod eſſe in inferno, nihil ſit aliud quam timere Deum iratum.*

Proteſt. Non eſt hoc fundamentum Calvini, ſed Bellarmini figmentum. Chriſtum autem dicimus non timuiſſe tantum, ſed & ſenſiſſe iram Dei.

7. Bellarm. *Si Chriſtus èmiſit verba deſperationis, videtur graviſſime peccaſſe.*

Proteſt. Concedimus conſequentiam, ſi proprie verba deſperationis fuerunt prout à Chriſto emittebantur. Si vero eadem illa verba quæ in hominibus ſæpe à deſperatione proficiſcuntur, & ideo deſperationis verba vocantur, in Chriſto ab angore proveniebant, in eo nihil eſt peccati.

8. Belllarm. *Si Chriſtus pertulit pœnam damnatorum, tum ſimpliciter deſperavit. Pœna enim damnatorum includit eſſentialiter deſperationem.*

Proteſt. I. Deſperatio non eſt de eſſentia pœnæ infernalis. Pœnæ author eſt Deus: Diabolus & peccator deſperationis. Pœna eſt hominis paſſio: deſperatio eſt hominis actio. II. Deſperatio non reſpicit proprie pœnam ipſam, ſed continuationem ejus in æternum. Nullum igitur locum habet in eo qui eandem pœnam ſubit ad tempus breve conſtitutum, & ipſi notum, cum certa ſpe liberationis, imo cum poteſtate illam amovendi cum ipſi placet. Similis eſt calumnia, quæ ſequitur apud Bellarm. de dubitatione Chriſti. III. Bellarm. contendit, animas in Purgatorio manentes, pœnas ſubire atrociſſimas in igne infernali, ſine ulla deſperatione. *de Purg. lib. 2. cap.* 3. 10. 14. an poſſunt miſellæ illæ animæ ſpe ſua ſalva tantas pœnas ferre, & non poteſt Chriſtus?

Argumenta noſtra.

9. *Proteſt. Iſ.* 53. 4. 10. Chriſtus dicitur à Deo percuſſus & contritus.

Bellarm. 1. *Chriſtus dicitur percuſſus à Patre, quia permiſit eum occidi.*

Proteſt. I. Hoc ſenſu, fuit etiam percuſſus à ſemetipſo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ipſo, quia permiſit ſe occidi. II. Prædeſtinatio morti
Chriſti. *Actor.* 2.23. donatio, vocatio, & ſanctificatio, &
obſignatio Chriſti ad illam ſubeundam. *Ioh.* 3. 16. *Hebr.* 5.
4. *&c. Ioh.* 6. 27. *&* 10. 36. alius generis efficaciam notan
quam eſt in nuda permiſſione. III. Iuſtitiæ Dei ſatis
feciſſe Chriſtum ſua morte. ne ipſi quidem Pontif. ne
gant. Iuſtitia igitur Dei circa Chriſtum morientem fui
occupata, non permiſſio ſola.

Bellarm. 2. *Hieronymus & omnes alii expoſitores hanc percuſſio nem referunt ad ſolam mortem temporalem.*

Proteſt. I. Fuit Hæc triſtitia & angor quamvis ſpiritualis mortis guſtatio, temporalis tamen duratione. II. Pertinebat etiam ad mortem corporalem, tanquam cauſ ejus partialis, & tanquam pars conjuncta unius & ejuſdem humiliationis quæ in morte fuit maxime notabilis & per illam ſolet notari. III. Et falſum eſt quod d Hieronymo ac aliis dicitur, & invalida ratio ab hominum authoritate ducta.

Bellarm. 3. *Non omnes qui percutiuntur à Deo irato patiuntu pœnas infernales.*

Proteſt. I. Omnes hujuſmodi pœnas patiuntur ex parte, qui in animis ſuis percutiuntur ob reatum peccati. II. Chriſtus ut ſponſor & mediator mundi multo gravius percuſſus fuit quam alius quiſquam. Vnde etiam recepta eſt ſententia apud ipſos ſcholaſticos, dolorem Chriſti fuiſſe majorem omnibus doloribus. *Thom. p.* 3. *q.* 46 *a.* 6 3. Plerique alii cum in hac vita percutiuntur, aliquo habent levamen & mitigationem: ſed Chriſtus pro tempore deſtitutus fuit omni ſolatii ſenſu. Thom. & Medina, ibidem.

10. *Proteſt. Iſ* 63. 5. Caſtigatio pacis noſtræ imponitu ei. Omne igitur pœnæ genus luebat, quod noſtra peccata merebantur, atque adeo pœnas Gehennæ.

Bellarm. *Sic etiam ſequeretur, debuiſſe Chriſti paßionem eſſe æternam. Sic ut autem temporali pœna ſatisfecit Chriſtus pro æterna, ſ etiam morte corporis ſatisfacere potuit pro morte animarum; quia pre tium redemptionis penſatur ex dignitate perſonæ quæ patiebatur, & e charitate qua patiebatur.*

Proteſt. I. Diſpar eſt ratio generis, & durationis pœnæ: duratio enim æterna, & ſimiles circumſtantiæ, qu damnatorum omnium pœnas comitantur, non ſunt d eſſentia ipſius pœnæ, ſed eam conſequuntur in iis qui no poſſunt pœnam ferendo ſatisfacere, & vincere, quo Chriſtus fecit. II. Quid potuit fieri per Chriſti mortem, ſecundum abſolutam Dei potentiam, curioſæ præſumptionis eſt inquirere; quidquam inde concludi mag

pote

teſt adverſus ſpiritualem Chriſti paſſionem, quam adrſus mortem ipſam temporalem: contendunt enim ntificii, vel unam guttam ſanguinis, vel etiam lachryam unam Chriſti ſufficere potuiſſe ad redemptionem undi. III. Poſita ſaltem voluntate Dei, de Chriſti ſponſoris ac mediatoris noſtri paſſione, fieri non poit, ut ſatisfaceret juſtitiæ Dei dimidiata humanæ naræ paſſione. IV. Quamvis valor paſſionis penſandus ex dignitate patientis, tamen ut paſſio idonea eſſet ad lorem illum in talem uſum ſuſtinendum, proportio it obſervanda inter pœnam debitam & ſolutam.

II. *Proteſt.* Chriſtus in horto angore & horrore ad ſanginem uſque ſudorem perculſus non fuit ex metu mor corparalis, quam martyres multi & alii etiam cum ultatione ſubierunt.

Bellarm. 1. *Nullus Patrum inſinuavit. hunc timorem fuiſſe ſalute animæ.*

Proteſt. Neque noſtra eſt hæc concluſio, ſed calicem æ Dei guſtatum cauſam fuiſſe hujus horroris. Hoc autn Iuſtinus in dial. cum Tryphon, & Cæſarius dial. 1. tis inſinuant.

Bellarm. 2. *Chriſtus, ut copioſa eſſet redemptio, timuit non coaćs, ſed quia voluit pœnam mœroris & timoris ſubire. Cæteri ſi non tent, vel eſt quia Deus infundit conſolationem majorem quam ſit ea pna, vel quia obſtupefacti ſunt eorum ſenſus, vel quia avertunt anirm à cogitatione pœnarum; ſed Chriſtus nec obſtupefecit ſenſum ſm, nec permiſit ut redundaret gaudium ex parte ſuperiore in inferem. nec avertit cogitationem à morte imminente, ſed defixit mentem omnia tormenta impendentia.*

Proteſt. I. Quin Chriſtus ex voluntatis propoſito paſſus ſ, à nobis non dubitatur. Eandem tamen voluntatem cſideratam ut natura quædam eſt, refugiſſe mortem & lorem, ut adverſantem naturæ humanæ, docet cum as Scholaſticis. Medina in Thom. *p.* 3. *q.* 46. *a.* 6. Neque ii voluntariæ fuerunt paſſiones Chriſti, ut arbitrariæ ferint, nulla lege impoſitæ: tum enim nihil pertinerent aſatisfactionem. II. Quæritur hic de objectiva cauſa hjus horroris. Quamvis enim voluit Chriſtus ſubire dorem, non tamen voluit eum ſibi accerſere ſine idon cauſa inferente. Mortem autem corporalem tanti ipſi troris fuiſſe, uſque ad ἀγονίαν, ἐκθάμβεσιν, ἀδημονίαν, & ſolutnem in ſanguinis grumos, non eſt credibile. III. Conſationis privatio, pars eſt pœnæ infernalis. Sic Medir loco citato, *eſt genus pœnarum quod patiuntur damnati in inſto, quod omni ſolatio carent. Quiddam huic ſimile Redemptor noſter ſunere dignatus eſt, qui omne à ſe ſolatium & conſolationis remedium*

in paſſione abdicavit. IV. Diſtinctio illa ficta inter ſuperio-rem, & inferiorem partem animæ rationalis nullum fun-damentum habet vel in Scripturis, vel in ſana Philoſo-phia, & à Maldonato Ieſuita quoad iſtud negotium reji-citur, & refutatur, in *Matth.* 26. ex illis verbis, *Non ſicu ego volo.* V. Si vero potuit comprimi gaudium & conſo-latio, ne ab una animæ parte in aliam redundaret, potui certe divina natura idem gaudium ad tempus cohibere ne redundaret in ullam partem animæ. VI. Falſum eſ Chriſtum ſua ſponte, nulla cogente preſſura, defixiſ mentem in ſola tormenta. Nam pro ſibi propoſito gau dio crucem ſuſtinuit, *Hebr.* 12, 2, 7. Martyres omnes imi tari debent Chriſtum in morte ferenda: atque adeo no magis avertere debent cogitationes ſuas à morte immi nente quam ipſe deliberato conſilio avertebat.

12. *Proteſt.* Chriſtus exclamans, *Deus meus, Deus meus, qu re me dereliquiſti?* iram Dei aliquo modo ſenſiſſe ſe oſtendi

Bellarm. *Nulla fit mentio iræ, ſed derelictionis, qua Deitas der liquit humanitatem in pœnis.*

Proteſt. I. Nulla fit expreſſa mentio favoris, quo vocem, ubi Deus dicitur adeſſe & præſto eſſe ſuis, ſi manifeſte ſignificatur, 2 *Chron.* 15, 2. ſic etiam ira per d relictionem: *ib.* 2. Peſſime ſonat illa forma loquendi, *D tas relinquit humanitatem.* III. In pœnis fuiſſe humanit tem aliquo modo derelictam, vere dicitur, ſed prim non in pœnis tantum externis, vel more corporali, Bellarm. vult, tum enim quiſquis pateretur perſecuti nem dicendus eſſet derelictus à Deo, cum tamen pau ſit gloriatio. 2 *Corinth.* 4, 9. *Perſecutionem patimur, ſed non relinquimur.* Secundo, ipſa derelictio fuit pœna, & cum pars vel gradus exinanitionis, toti naturæ exinani congruens, non minus de anima debet intelligi, quam corpore. Bellarm. etiam ipſe jam modo conceſſit part aliquam animæ Chriſti privatam fuiſſe conſolatione, que adeo ſpiritualiter derelictam: illa igitur ficta diſt ctione animæ in partes heterogeneas ſublata, ſtatuet i derelictionem eandem nobiſcum.

13. *Proteſt. Act.* 2, 24. Quem Deus ſuſcitavit, ſolu doloribus inferni.

Bellarm. 1. *In Græco legitur, ſolutis doloribus mortis, non inf*

Proteſt. In quibuſdam exmplaribus eſt *mortis* vox, i liis *inferni*, quia mors & infernum in iſthoc negotio num & idem ſonant. Argumenti vis eadem eſt, utr modo legatur.

Bellarm. 2. *Senſus eſt vel mortem liberatam fuiſſe à dolor vel mortem cum omnibus ſuis doloribus fuiſſe deſtructam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Si mors fuit à doloribus liberata, tum mors tiam à morte fuit ſuſcitata: ſolvi enim à doloribus moris, eſt ſuſcitari à morte ſicut manifeſte liquet ex ipſis rerbis, *ſuſcitavit ſolutis*, id eſt, ſuſcitavit ſolvendo. II. Fuit uidem ſoluta & deſtructa mors, per iſtam ſolutionem Chriſti: ſed primo ſolvi debuit Chriſtus ipſe a morte, & nors ab ipſo, antequam potuit reſpectu fidelium ſolvi.

Bellarm. 3. *Si quia ira Dei fuit cauſa mortis, ideo dolores quos atiebatur in morte Chriſtus, erant ab irato Deo, eadem ratione, omes qui moriuntur, etiam martyres, haberent Deum infeſtum.*

Proteſt. Non ſequitur, nam Chriſtus tulit iram Dei, ut ios ab ea liberaret. Chriſtus mortis integras vires ferenlo fregit, & effecit ut fracta tantum & mitigata fideles nvadat.

Bell. 4. *Recta explicatio eſt, vel ſolviſſe Chriſtum dolores inferni, ion quibus tenebatur, ſed ne teneretur: vel quibus tenebantur alii.*

Proteſt. I. Solutos fuiſſe dolores inferni, ne Chriſtus b iis teneretur fatemur, ſed ne omnino teneretur, fieri ion poteſt: tum enim ſtatim à morte ſine ulla mora reixiſſet. II. Retentio autem expreſſe in textu ad ipſum Chriſtum ut objectum refertur, non ad alios, *quod fieri non oterat, ut ipſe* (i. Chriſtus) *ab ea retineretur.*

14. *Proteſt. Heb.* 5, 7. Chriſtus dicitur exauditus à metu.

Bellarm. 1. *Legendum eſt exauditus fuit pro ſua reverentia* υλάβεια *non accipitur pro metu pœnæ, ſed pro metu reverentiali.*

Proteſt. I. Reverentiam ſæpe hac voce deſignari non iegatur: ſed aliquando etiam metum pœnæ ſignificari rel ex uno libro Eccleſiaſtici ſatis liquido apparet, *cap.* 26. . *à tribus formidat cor meum* εὐλαβήθη. Et 29, 10. *privari metuunt*, ιλαβήθησαν. Et 41, 5. μὴ εὐλαβȣ͂ κρίμα θανάτȣ, *ne timeas judicium iortis.* Sic *Act.* 23, 10. *accipitur etiam* εὐλαβηθεὶς. Hoc autem n loco neceſſario debet accipi pro metu mali impendenis: nam ſcopus loci eſt explicare infirmitates à Chriſto uſceptas, quod ſcilicet *circumdatus fuit infirmitate*, ut *verſ.* 2. lixerat. Agit de paſſionibus Chriſti, ut ex *verſ.* 8. appaet, *ex iis quæ paſſus eſt*, paſſionum harum effecta fuerunt netus & vehementiſſimæ preces, *verſ.* 7. Deinde, dicitur auditus ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, non autem fuit auditus vel lieratus a reverentia, ſed a metu calicis.

Bellarm. 2. ἀπὸ *non ſignificat hic ex, vel ab, ſed propter, ut Matth.* 13, 44. *Luc.* 24, 41. *Actor.* 12, 14. ἀπὸ χαρᾶς *præ gaudio. Luc.* 22, 45. ἀπὸ τῆς λύπης, *ob triſtitiam.* 2. *Mach.* 5, 21. ἀπὸ τῆς περιφανίας.

Proteſt. I. Propria & genuina hujus particulæ ſignificatio eſt *ab*, vel *ex*, II. Exempla a Bellarm. producta niil in contrarium probant. Rectiſſime enim legi poſſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ex gaudiò, ex dolore, ex ſuperbia. III. Quamvis aliquando ἀπ
cum genitivo, notet internam cauſam motus vel actioni
quæ ſignificatur verbo regente, ut in illis exemplis, nun-
quam tamen ſignificat cauſam externe impellentem a
illam actionem, ſicut Bellar. hoc in loco auditus ἀπὸ εὐλα-
βείας, vult ἀπὸ notare virtutem Chriſti ut cauſam impul-
ſivam actus Dei Patris, quo Chriſtum exaudivit.

De inferis in quibus Chriſtus fuit poſt mortem.

15. Bellarm. *Bucerus, Beza, & ex parte Calvinus docent, in-
telligi ſepulchrum in Scripturis nomine inferni, ac proinde nihil eſſ
aliud, Chriſtum deſcendiſſe at inferos quam ſepultum eſſe.*

Proteſt. I. Sæpe in Scripturis per inferos intelligi ſepul-
chrum recte docent per ſepulchrum ſynechdochice in-
telligentes communem ſtatum omnium mortuorum: ſe
ſemper ſic accipi non docent. II. De deſcenſu Chriſti a
inferos poſt mortem ſuſcepto hoc docent, & illud etian
recte, non ipſam ſepelitionem per ſe intelligentes, ſed per-
manſioninem ſtatu mortis, quæ quoad corpus fuit in ſe-
pulchro.

16. Bellarm. *Tria ſunt probanda.* 1. *Inferos eſſe loca ſubterra-
nea, diſtincta à ſepulchris.* 2. *Animas juſtorum ante Chriſti morten
fuiſſe in illis inferis.* 3. *Directe Chriſti animam ad illos etiam infe-
ros deſcendiſſe.*

Proteſt. De loco infero damnatorum cognoſcendo, no
non ſumus adeo ſoliciti, ac de ſtatu eorum vitando: nul-
lam igitur controverſiam gravem ea de re agnoſcimus
Reliqua duo Bellarm. ex Scripturis nunquam probabit
neque primum illud, ita ut iis poſſit pro fundamento ſub-
ſterni, id eſt, inferos ſemper ſubterraneum locum nota-
re, diſtinctum a ſepulchro, & communi illo ſtatu mor-
tuorum, cujus pars in ſepultura collocatur.

18. Bell. *Nomen inferni Latinũ diſtinctum eſt à nomine ſepulchr*

Proteſt. I. Non ſemper diſtinguitur ſignificatione. Am-
broſius *ſerm.* 57 & 58. Verba illa angelorum, *Luc.* 24. qui-
bus arguunt Mariam quærentem Chriſtum in ſepulchro
quid inter mortuos quæritis eum qui vivit? ita reddit, *quid quæri
apud inferos: dum me inter inferna ſcrutaris?* II. Diſtinguitu
ſæpe a loco ſepulchri, cum non diſtinguitur a commun
ſtatu ſepultorum vel mortuorum. Hinc igitur conclud
non poteſt, inferos ſemper notare centrum terræ.

11. Bellarm. *Nomen Græcum* ἅδης *Matth.* 11. *ubi urbs Caphar-
naum deſcenſura dicitur ad infernum, non poteſt accipi pro ſepulchro
quia ridicula eſſet antitheſis inter cœlum & ſepulchrum. Neque Luc
16. ubi dives dicitur in inferno fuiſſe in tormentis.*

Proteſt. I. De *Luc.* 16. concedimus. Si idem etiam de al-
tere

ero loco fateremur, nihil inde ſequeretur vel pro Bel-
arm. vel contra ſententiam noſtram. II. Nihil tamen
mpedit quin *Matth.* 11, 23. interitus & abjecta conditio
er ſepulchrum notetur. Antitheſis illa inter cœlum &
epulchrum, quæ Bellarm. tam ridicula videtur in Scri-
turis quoad ſenſum frequenter uſurpatur. Cœlum enim
ibique opponitur terræ: & gloria cœli ignominiæ terræ.
Vt Iſ. 14, 12. *decidiſti de cœlis, ſucciſus es uſque in terram.*

19. Bellarm. *Nomen Hebræum* Shehol *ſignificat voraginem, & ordinarie accipitur pro loco animarum ſubterraneo, & vel raro, vel unquam pro ſepulchro.*

Proteſt. I. Si ſignificet voraginem, tum aptiſſime ac-
ommodatur ad ſepulchrum, & mortem, quæ omnes
nortales devorat. Neque alia ratio reddi ſolet quare ſe-
ulchrum vocetur *Sheol*, a verbo *Shaal*, quod petere, po-
tulare aut deſiderare ſignificat, quam vel quod ſepul-
hrum omnes mortales quaſi hiantis oris vorago petit: vel
uod omnes mortalitatis ratione eo feruntur, quaſi ad ter-
ninum quem petunt; vel quod qui in ſepulchris condun-
ur a viventibus petuntur & deſiderantur. II. Incerta
& inſidioſa eſt hæc fluctuatio Bellarm. *raro vel nunquam ac-
cipitur pro ſepulchro.* Non audet negare pro ſepulchro accipi,
ropter nubem teſtium quibus premeretur, ſed raro ſic
ccipi dicit aut nunquam, id eſt, rariſsime. Nobis tamen
ufficit ad cauſam præſentem, ſi in illis locis ubi de Chri-
ti mortui deſcenſu agitur, ita capiatur. III. Manifeſte
allucinatur in eo, 1. Quod locum animarum tantum
ac voce notare vult, cum in Scripturis ad corpus etiam
xpreſſe applicetur. *Gen.* 42, 38. *deducetis canos meos ad inferos.*
. Quod pro loco tantum accipit, & non pro ſtatu, cum
n Scripturis confundi ſoleat cum morte, & opponi vitæ.
ſ. 38, 18, 9. 3. Quod tam certo pronunciat locum anima-
um eſſe ſubterraneum, cum diſerte innuitur, *Eccleſiaſt.* 3.
1. ſententiam in Eccleſia receptam, etiam ante adven-
um Chriſti fuiſſe, quod *ſpiritus humanus aſcendat rurſum.*
V. Falſum eſt, hanc vocem ordinarie in Scripturis ta-
em locum denotare.

20. Bellarm. *Geneſ.* 37. *Deſcendam lugens ad filium meum in infernum, non poteſt accipi pro ſepulchro, quia Iacob putabat filium uum à feris devoratum & caruiſſe ſepulchro.*

Proteſt. I. Sepulchro non carent qui devorantur a feris:
erarum enim ventres ſunt eorum ſepulchra. Sepultu-
am quandam Cicero vocat inſepultam, certe Scripturæ
perte affirmant omnes mortuos eſſe in ſepulchris *Iohan.*
, 28. *Omnes qui in monumentis ſunt audient vocem ejus.* II. Le-
i forſan poteſt *propter* filium, non *ad* filium, ut 1 *Sam.* 1, 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

III. Non locus aliquis ſed ſtatus mortis ibi proprie ſignificatur, qui reſpectu corporis, eſt ſepulchralis.

21. Bellarm. *Num.* 16. *Deſcenderunt viventes in infernum, operti humo, id eſt, in locum damnatorum.*

Proteſt. I. Sicut in præcedente loco apparet, *Sheol* ſignificare potius locum corporum quam animarum, qua ibi agitur de deſcenſu canorum vel canitiei Iacobi, ſic etiam ex iſthoc loco idem certiſsime confirmatur, quia in *Sheol* deſcendiſſe dicuntur non tantum homines, ſed etiam omnia quæ ipſorum erant, id eſt, eorum tabernacula, ſupellectilia, quæ in locum animarum non pervenerunt. II. Locum iſtum corporum fuiſſe ipſis ſepulchrum affirmat & probat Cajetanus in *Num* 16. quod etiam appareret ex ipſis verbis, in quibus *deſcendere in infernum*, & *operiri humo* unum & idem deſignant: quam explicationem confirmat Pſalmiſta, *Pſ.* 106, 17. *Aperuit ſe terra, deglutivit & operuit.*

22. Bellarm. *Pſalm.* 138 *Si aſcendero in cœlum, ſi deſcender in infernum. Hæc duo loca ſunt diſtantiſsima: ſed ſepulchrum non abeſt à ſuperficie terræ duabus palmis, ſæpe etiam eſt ſupra terram.*

Proteſt. I. Sepulchra non ſunt proprie quæ ſunt ſupra terram, ſed monumenta ſepultorum. II. Quamvis ſepulchra non longe abeſſe ſoleant a ſuperficie terræ, longiſsime tamen diſtant a cœlo. III. Subterranea omnia latibula opponuntur cœlo ut in genere ſuo maxime diſtantia, quamvis ſint varii gradus altitudinis in cœlo & profunditatis ſub terra, qui in iſtis verbis non deſignantur. IV. Locum corporum non animarum ibi notari liquido apparet ex illa phraſi, *ſi ſtratum ponerem in Sheol.* Non enim quieſcunt aut dormiunt animæ in inferno, ſed ſepulchra ſunt ſtrata vel cubilia corporum.

23. Bellarm. *Iſ.* 14. *Regi Babylonis, & in ejus figura Diabolo dicitur, uſque ad infernum detraheris, in profundum laci: cum tamen Diabolus non eſt in ſepulchro, & Rex ille dicitur cariturus ſepulchro.*

Proteſt. I. Locum iſtum ad Diabolum referre, nihil aliud eſt quam nugari. II. Rex autem Babylonis, non dicitur cariturus omni ſepulchro, ſed abjiciendus è ſuo ſepulchro, id eſt, regio more minime ſepeliendus ſicut colligere eſt ex comparatione inſtituta. *verſ.* 18, 19, 20. habuit ſaltem ſepulturam aſini cum Iehojakin, *Ierem.* 22, 19. III. Hæc ipſa ſepultura regia qua cariturus fuit, diſerte dicitur deſcenſus in *Sheol*, *Ezech* 32, 27. IV. In textu ipſo ſatis indicatur per *Sheol*, hic intelligi abjectum ſtatum corporis mortui non locum animarum: quia *lumbricus* dicitur *ſubſterni*, & *vermis obtegere*, *verſ.* 11. deſcenſus etiam dicitur *in terram*, & *ad latera foveæ* futurus, *verſ.* 12 & 15.

24. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

24. Bellarm. *Septuaginta Interpretes*, Sheol. *ubique verterunt ᾅδην, nuſquam τάφος, Hieronymus ubique infernum nuſquam ſepulchrum, Chaldæus gehennam. Sic etiam Rabbi David, Abnezra, Rabbi Salomon, & omnes fere qui de hac re judicare poterant.*

Proteſt. I. Si vera ſint quæ hic Bellarm. affirmat de ᾅδης, & *inferno*, tum quod exempla exſtant Hebrææ vocis pro ſepulchro poſitæ (quæ ſunt non pauca) totidem etiam exſtant Græcæ ᾅδης, & Latinæ, *inferni*, eodem ſenſu uſurpatæ. II. Quod unam vocem Hebraicam, una etiam Græca, & Latina ordinarie verterint, hoc fuit ex prudentia (nimis forſan cauta, ne dicam ſuperſtitioſa) qua tenorem textus originalis voluerunt nobis repræſentare: non quod unum & eundem ſenſum ubique ſubeſſe judicarint. III. Falſum tamen eſt Græcos ubique *Sheol.* vertiſſe ᾅδην: nam 2 *Sam* 22, 6. *& Prov.* 23, 14. vertunt θάνατον *mortem*, & *Ezech.* 32, 21. verterunt λάκκον, *lacum* vel ſepulchrum. IV. Falſum etiam eſt Hieronymum ubique vertere infernum: nam *Hoſ.* 13. *verſ.* 14. vertit *mortem.* V. Falſiſsimum eſt quod de Chaldæo jactatur. Obſervatur enim ab harum rerum curioſis, ex omnibus illis Veteris Teſtam. locis ubi *Sheol* occurrit Hebraice, in Chaldaica paraphraſi ter tantum reddi *gehennam*, ſæpiſsime autem vel per *ſepulchrum* verti, vel Hebraice retineri. VI. De Rabbinis, vel ipſe Lyra in *Gen.* 37, 35. teſtatur *Hebræos interpretari foſſam aut ſepulchrum.* Pererii etiam Ieſuitæ in eundem locum hæc ſunt verba, *opinio eſt Hebræorum, & de Chriſtianis multorum verbum* Sheol *non ſignificare aliud in Scriptura, niſi foſſam, ſepulchrū.* Genebardus ipſe in *Pſ.* 85. ita, *Rabbini qui de Davide exponunt, ſepulchrum intelligunt, quod infernus appelletur Poetice.* VII. Illud autem Ieſuiticæ plane eſt impudentiæ, quod hac in re Bellarm. jactat conſenſum omnium fera qui hac de re judicare poterant: cum omnibus notum ſit, Cajetanum, Iſidorum Clarium, Ariam Montanum, Sanctum Pagninum, Vatablum, Mercerum, cum aliis multis bene potuiſſe de voce Hebraica judicare, & tamen contra Bellar. publicis tabulis jam dudum pronunciaſſe.

25. Bellarm. *Calvinus ipſe, in Pſychopannychia, dicit* Sheol *interdum accipi pro ſepulchro, ſed ut plurimum pro ſtatu damnatorum.*

Proteſt. Verba Calvini mutantur, & ſenſus eius plane invertitur. Sic enim ille, *etſi per mortem Præſentis vitæ ſolutio ſignificatur ſæpius, & per infernum, ſepulchrum, uſu tamen Scripturæ non infrequenti hæc nomina accipiuntur pro ira Dei & abjectione.* Præterquam quod hic nihil pronunciatur de *Sheol*, magis quam de *morte*, quaſi ſignificaret ſtatum damnatorum, nedum locum Bellarm. *ſæpius* in *interdum*, & *non infrequenter* in *ut plurimum* Commutat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

26. Bell. *Probo eſſe inferos præter ſepulchra, ex nomine abyßi.*

Proteſt. Probatur illud quod nemo noſtrum unquam negavit. Nomen autem abyſsi, ſi proprie accipiatur probaret potius locum inferorum eſſe in aquis, quam in terra.

27. Bellarm. *Apoc.5. & Phil. 2. Per eos qui ſunt ſub terram, neceſſario intelliguntur Spiritus in locis ſubterraneis degentes.*

Proteſt. I. Si concedatur iſtud, nihil inde ſequetur adverſus nos. II. Poſſunt hic per eos qui ſunt ſub terra, illi homines notari, qui quoad illam partem quæ proprius accedit ad noſtrum ſenſum, ſunt ſub terra in ſepulchris. III. Diſerte tamen explicatur, *Apoc.*5,13. de omni creatura, vel de omnibus rebus conditis, non de ſpiritibus.

28. Bellarm. *Probo ex Patribus.*

Proteſt. I. Patres multi dum de re incerta certi aliquid ſtatuere voluerunt, vani plane in conjecturis ſuis circa locum inferni evaſerunt: alii enim in inferiore hæmiſphærio ſitum voluerunt, non intra ſed infra terram, alii in aëre tenebroſo: alii extra totum mundum creatum, alii ignorantiam hujus rei ingenue fatebãtur, ſicut oſtendit Parkerus noſter de deſcenſu. *lib.* 2. Nihil igitur certi ex eorum communi & conſtanti conſenſu (qui non habetur) poteſt hac de re probari.

29. Bellarm. *Accedit ratio naturalis: quia locus damnatorum longißime diſtare debet à loco beatorum.*

Proteſt. I. Naturalis ratio eſt harum rerum neſcia. II. Diſtantia ſtatus eſt neceſſaria, non loci. III. Mirum eſt Pontificios naturalis hujus rationis oblitos, collocaſſe beatos Patres in limbo vel ſuperiore tabulato inferni damnatorum, ſine ulla fere diſtantia.

De Limbo Patrum.

30. Bellarm. *Animas piorum fuiſſe in cœlo ante Chriſti aſcenſionem, eſt ſententia prorſus inaudita in Eccleſia Dei.*

Proteſt. Si eſſet hæc ſententia inaudita, non tamen propterea debet à Pontificiis repudiari, qui varias ſententias defendunt, per ſexcentos integros à Chriſto annos plane inauditas, ut Ivellus noſter contra Hardingum luculenter demonſtravit, in articulis ſeptem & viginti. II. De cœlo ſupremo quid olim fuit auditum, in iſta cauſa, non multum refert, niſi in ſubterraneo inferno pias animas detentas fuiſſe demonſtretur. III. Non tamen eſt inauditum, neque in Scripturis, neque in Patribus, animas piorum ante Chriſti adventum fuiſſe in Paradiſo, in ſinu Abrahami, in regno cœlorum, in ſtatu beato. Auditur etiam in Scripturis, de quibuſdam *in cœlis* exiſtentibus cum

cum reconciliati fuerunt per ſanguinem Chriſti. *Coloſſ.* 1. *verſ.* 20.

31. Bellarm. *Geneſ.* 37. *Iacob & Ioſeph deſcendebant ad inferos.*
Proteſt. Hoc eſt moriebantur, ſicut antea fuit probatum.

32. Bellarm. *Luc.* 16. *Hiatus tantum fuit, nihil ſolidi, inter locum damnatorum, & ſinum Abrahæ. Vtræque igitur animæ fuerunt in eadem voragine, licet multum inter ſe diſtantes.*

Proteſt. Nihil omnino ſolidi eſt in hac argutia: nam ut nihil dicamus de eo, quod Bellarm. hic diſcedit ab interpretatione vulgari, *chaos.* I. In hiatu aliquid ſolidi ſæpe reperitur: ut intra concavum (quaſi hiatum) cœli, ſita eſt terra. II. Neque Abraham, neque damnati dicuntur in hiatu fuiſſe, ſed hiatus inter illos: unde etiam ſequitur eos non fuiſſe in eadem voragine. III. Si nihil ſolidi ſit inter infernum damnatorum, & limbum Patrum, quomodo cohibebatur ignis infernalis, ne vel flamma, vel fumus ejus aſcenderet uſque ad limbum illum, cum ſumma moleſtia patrum? miraculum certe hic comminiſci oportet idque gratis, abſque ulla neceſſitate rei. IV. Hiatus non hic accipitur proprie (dicit Ianſenius Pontificius in hunc locum) ſed per metaphoram, ſignificat *tranſitum impervium* vel ut Cajetanus loquitur, *inacceſſibilitatem hinc inde firmatam:* vel ut Emanuel Sa Ieſuita notat, *maximum intervallum, impeditamque viam:* & ſpeciatim (addit Ianſenius) ſignificatur *firmiſſimum Dei ſtatutum prohibens illorum & illorum permixtionem:* vel (ut Cajetanus exprimit) *immutabilitas utriuſque ſtatus, ſtabilita & firmata.* Maldonatus in hunc locum, Chryſoſtomum, Auguſtinum, Bedam, Theophilactum, & Euthimium in eandem ſententiam citat.

33. Bell. 1 *Sam.* 28, 13, 14. *Anima Samuelis aſcendit ex terra.*
Proteſt. Non fuit anima Samuelis quæ Magicis artibus non potuit evocari, ſicut hæc umbra de ſe fatetur, *v.* 15. ſed illuſio Satanæ.

34. Bellarm. 1 *Pet.* 3, 19. *Spiritus juſtorum dicuntur fuiſſe in carcere.*

Proteſt. Non deſignantur ibi Spiritus juſti, ſed rebelles, *verſ.* 20.

35. Bellarm. *Zach.* 9. 11. *Sancti dicuntur vincti in lacu in quo non erat aqua.*

Proteſt. I. Per lacum iſtum non poteſt intelligi ſinus Abrahæ quia in iſto lacu nulla fuit aqua, id eſt, magna miſeria ſine remedio, ut apparet ex *Gen.* 37, 24. *Ier.* 38, 6. ſed in ſinu Abrahæ eſt aqua multa refrigerii & conſolationis, *Luc.* 16, 25. ita ut ex illo ſinu, dives damnatus petierit aquam *verſ.* 24.

Bellarm. *Non poteſt per lacum hic intelligi profunditas Babylonicæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

captivitatis, quia iſtis verbis continetur apoſtrophe ad Chriſtum, & in ſanguine teſtamenti dicuntur liberati qui vincti fuerant.

Proteſt. I. Non ad Chriſtum dirigi iſtum ſermonem ejus, ſed ad Eccleſiam, manifeſtum eſt ex eo quod fœmininum genus uſurpatur, ſicut Arias Montanus obſervavit. II. Non dicuntur ſanguine liberati, ſed ſanguine potius fœderati, habita ratione hiſtoriæ quæ habetur, *Exod.*24,8.

De deſcenſu Chriſti.

36. Bellarm. *Pſal.*107, 16. *Contrivit portas areas, & vectes ferreos confregit.*

Proteſt. Reſpondet pro nobis ipſe Bellarm. *Hic locus non convincit Chriſtum vere deſcendiſſe ad inferos. Nam ad literam, certum eſt tractari de liberatione ab Ægypto.*

Bellarm. *Sic tamen intelligitur ab Hilario, & Ambroſio, in ſenſu myſtico.*

Proteſt. Si quin eandem phraſin ad Chriſtum accommodarint, non inde probatur novus ſenſus myſticus. Præterea, lex eſt à Bellarmino poſita, de verbo Dei, *lib.* 3. *cap.* 3. *Ex ſolo literali Scriptura ſenſu peti debere argumenta efficacia.*

37. Bellarm. *Matth.* 12. *Filius hominis erit in corde terra*

Proteſt. I. Satis notum eſt *corde* metaphorice in Scripturis notari quamlibet medietatem aut medietatis partem quæ eſt intra extrema. Sic Tyrus dicitur ſita in *corde* maris *Ezech.* 27, 4. quamvis non longe remota fuerit à littore. Hoc ſenſu Chriſtus fuit in corde terræ, dum fuit in ſepulchro: Sic Rabanus apud Thom. in catena aurea, *Ionas tribus diebus & noctibus fuit in ventre Ceti, Chriſtus in ſepulchro.* Sic Ianſenius in hunc locum, *Ionas præfigurabat Chriſtum, tribus diebus & noctibus in ſepulchro.* Sic Emanuel Sa, Ieſuita, *in corde, id eſt, in medio, ſeu intra, quidam doctores intelligunt ſepulchrum.* Chryſoſtomus etiam rationem ſingularem reddit hujus phraſeos ſic intellectæ: *non dixit in terra, ſed in corde terræ, ut & ſepulchrum oſtenderet, & quod nullus ſolam mortis apparentiam ſuſpicetur,* Scriptura etiam ubique, & ſymbolum Apoſtolicum opponit reſurrectionem Chriſti, triduanæ morti & ſepulturæ. 1 *Cor.* 15, 4.

Bellarm. *Chriſti ſepulchrum videtur fuiſſe ſupra terram.*

Proteſt. Non ita videtur attendentibus ad iſtas Scripturæ phraſes, *cavatum fuit intra rupem: prægrandis lapis advolutus eſt in os ejus: Iohan. ut inſpiceret incurvavit ſe, Petrus deſcendit.*

Bellarm. *Sicut Ionas fuit vivus in ventre Ceti, ita aliquid vivum debuit eſſe in corde terræ.*

Proteſt. Sic igitur & corpus Chriſti debuit eſſe in inferno: & corpus animatum, & etiam veſtitum, non nu-

dum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

dum: & corpus integrum, non crucifixum quia Ionas ita fuit in ventre Ceti, ſi per omnia ſimilitudo requiratur. Sed Iuſtinus Mart. *q.* 64. quærentibus, quomodo Chriſtus mortuus, per Ionam vivum figurari potuerit? reſpondet. *non mortem morti comparari, ſed manſionem trium dierum, manſioni trium dierum.*

38. Bell. *Act.* 2, 27. *Non relinques animam meam in inferno.*

Proteſt. Reſpondemus I. expreſſis verbis ipſius Petri; *verſ.* 31. *Loquutus eſt David de reſurrectione Chriſti.* Chriſtus autem reſurrexit à morte *verſ.* 24. & quoad corpus (quod proprie ſuſcitatur) à ſepulchro. II. Per manifeſtam conſequentiam, ex *verſ.* 29. Locus ac ſtatus in quo Chriſtus non fuit relictus, unus & idem fuit cum illo in quo David dicitur relictus (eſſent alias quatuor termini, ut ajunt, in Apoſtoli ſyllogiſmo) ſed ille ſtatus in quo David fuit relictus, non alius fuit quam mors, neque locus alius quam ſepulchrum. *verſ.* 29, 3. Argumentatur etiam ex vi ipſius phraſeos, & ſcopo Pſalmi unde citatur: non relinquere, eſt liberare: liberare eſt a malo, & miſeria: miſeriam autem nullam patiebatur Chriſtus in limbo Patrum, ſed in morte & ſepulchro.

Bellarm. I. *ψυχὴ non niſi animam proprie ſignificat: & ᾅδης non niſi infernum.*

Proteſt. Si iſta concedantur, nihil inde ſequetur niſi etiam voces, in Scripturis, non niſi proprie uſurpari oſtendat. Falſiſſimum tamen eſt quod dicit ᾅδης nunquam ſignificat ſepulchrum. Nam (præter illa quæ hac de re antea dicta fuerunt) nihil aliud poteſt ſignificare. *Pſalm.* 141, 7. apud Græcos interpretes, διεσκορπίσθη τὰ ὀς παρὰ τὸν ᾅδην: *diſperguntur oſſa*: non juxta inferos, ſed juxta *ſepulchrum.* Genebrardus ipſe vertit ibi *Sheol.* ſepulchrum. ψυχὴ etiam quamvis animam proprie ſignificet, accipi tamen poteſt pro homine ſynecdochice, & pro corpore metonymice, quemadmodum Hebraica vox *Nephesh* frequenter in Scripturis uſurpatur.

Bellarm. 2. *Etiamſi poſſet per animam intelligi corpus, non tamen propterea continuo probatum eſt hoc loco ita exponendum eſſe.*

Proteſt. Neque ad probandum hoc a nobis adfertur, ſed d reſpondendum. Probat tamen hoc loco propter voem animæ uſurpatam non neceſſario intelligi ipſam aninam in ſua eſſentia, niſi aliæ rationes cogant, quod Belrm. non oſtendit.

Bellarm. 3. *Diſtinguitur hic anima à carne, cum dicitur nec nima direlicta eſt in inferno, nec caro vidit corruptionem.*

Proteſt. Anima non magis diſtinguitur a carne, *verſ.* 31. uam a ſancto Dei, *verſ.* 27. & *Pſalm.* 16, 10. quod autem

 unum

unum & idem quoad rem ipſam deſignant, apparet ex *Actor.* 13. 35. ubi unum ponitur loco amborum. Et ex *Actor.* 2, 29. ubi unum tantum de Davide affirmatur, ut poſſit de Chriſto, *verſ.* 31. ſub illis phraſibus affirmari.

Bellarm. 4. *Anima nunquam accipitur pro cadavere, cum in cadavere ſit privatio vitæ: nec poſſumus dicere vitam eſſe in ſepulchro, cum ibi, ſit corpus ſine vita.*

Proteſt. I. Fatetur Bellarm. ipſe paulo poſt, diſertis verbis *Gen.* 37. *&* *Num.* 19, 11. animam ſignificare corpus & carnem: corpus abſque vita quale notatur, *Levit.* 21, 11. *Num.* 19, 11. eſt cadaver. II. Vita dici poteſt eſſe in ſepulchro, eo ſenſu quo *gloria* dicitur habitare *in pulvere*, & *vita in terra* conculcari, *Pſal.* 76.

Bellarm. 5. *Vſus non admittit ſynecdochen, qua ponitur pars pr[o] parte.*

Proteſt. Satis nobis eſt ſi anima ut pars hic ponatu[r] pro toto, id eſt pro Chriſto, qui fuit quoad corpus in ſepulchro.

39. Bellarm. *Multum intereſt inter* Nephesh *&* ψυχὴν Nephesh *enim ſine ullo tropo, non tantum animam ſed & animal, im[o] etiam corpus ſignificat: unde etiam fere ſemper adjectivum* (vivens) *habet adjunctum, quia ſignificat aliquid indifferens ad vivum, & no[n] vivum. At Græca vox* ψυχὴ *& Latina,* (*anima*) *non eſt tam generalis ſignificationis. Præterea anima hic opponitur carni, neque anima, neque caro.*

Proteſt. Bellarm. hic ad incitas plane redactum ſe oſten[-]dit, dum ut perrumpere poſſit, nihil habet quid aut qual[e] ſit quod dicit. Nam I. Multum intereſſe dicit inter *Ne[-]phesh* & ψυχὴν, cum tamen ſeptuaginta Interpretes per to[-]tum vetus Teſtamentum (niſi in ſex aut ſeptem locis) perpetuo illam Hebraicam vocem per hanc Græcam red[-]diderunt: neque quiſquam poſt illos vel aliam voce[m] Græcam potuit invenire quæ tam apte reſpondet illi He[-]braicæ, aut aliam Hebraicam, quæ illam Græcam æqua[-] II. *Nephesh* dicit ſine ullo tropo ſignificare animam, ani[-]mal, & corpus: cum revera, nulla ſit vox Hebraica qu[æ] abſque tropo plures habet ſignificationes, neque in ali[is] linguis, niſi fortuito, tale quid accidat: nedum ut ſin[e] tropo pares & totum, ſubjectum & adjunctum, eade[m] voce ſignificentur. III. Non veretur dicere *Nephesh* [...] *ſemper* adjectivum (*vivens*) habere adjunctum: cum tam[en] rariſſime hoc legitur, niſi in hiſtoria creationis: & i[...] etiam in verſione 70. Græca ψυχὴ cum eodem adjunc[to] occurrit, ſicut & apud Apoſtolum, 1 *Cor.* 15, 45. ψυχὴν ζ[ῶ]σαν. IV. Somniat de *Nephesh*, quod omnis Logica nega[t,] ſignificare ſcilicet aliud indifferens ad vivum & non v[ivum]

vni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vum: cum vivum & non vivum ſunt contradicentia, atque adeo cuncta entia & non entia ſuo ambitu complectuntur, neque poſſunt quidquam indifferens aut tertium habere. V. Particulam illam, *neque*, neceſſario vult innuere oppoſitionem: cum tamen ſexcentis in locis ad conſentientem illuſtrationem adjicitur, ut *Heb.* 13, 5. *Nequaquam te omittam, neque te deſeram.*

40. Bellarm. *Rom.* 10, 7. *Quis deſcendet in abyſſum? id eſt, Chriſtum à mortuis revocare. Hic oſtenditur Chriſtum poſt mortem fuiſſe in abyſſo, qua longiſſime abeſt à cœlo, id eſt, in profundiſſimis terræ partibus.*

Proteſt. I. *In abyſſum* apud Paulum, unum & idem eſt, quod *trans mare* apud Moſem. *Deut.* 30, 13. ſed *trans mare* non ſignificat infernum, ergo neque *in abyſſum.* II. Adſcendere in cœlum, & deſcendere in mare vel abyſſum, nihil aliud eſt, hoc in loco, (ut Moſes *Deut.* 30, 11.) quam fruſtra quærere rem occultam aut longinquam. III. Paulus ipſe in accommodatione ſua, applicat ad revocationem Chriſti *à mortuis*: nihil dicit de limbo. IV. In illa phraſi, (*deſcendere in mare, vel abyſſum*) non reſpicitur diſtantia loci a cœlo, ſed a nobis: in cœlum & mare ire, eſt longe lateque quærere.

41. Bellarm. *Epheſ.* 4, 9. *Deſcendit in inferiores partes terræ.*

Proteſt. Id eſt, in inferiorem partem mundi, quæ eſt terra. Hunc eſſe genuinum ſenſum apparet ex Apoſtoli argumentatione: probat enim hunc deſcenſum ex eo quod in Pſalmo dicitur aſcendiſſe in ſublime: deſcenſus autem in limbum inferni, non poteſt ex aſcenſu probari, quia potuiſſet ſaltem aſcendere, a terra in ſublime, quamvis nunquam fuiſſet in centro terræ.

Bellarm. 1. *Inferior pars terræ, ſignificat unam partem terræ aliis inferiorem.*

Proteſt. Significat unam partem mundi aliis inferiorem. *Iſ.* 44, 23. Sic etiam Cajetanus accipit hoc in loco: *Planius intelligitur appoſitum terræ ad determinandum inferiores partes: infima enim pars mundi, eſt terra: ad differentiam inferiorum partium cœli, quæ ſunt in aëre.*

Bellarm. 2. *Pro nobis facit quod ſequitur, ut impleret omnia, id eſt, ut præſens viſitaret omnes partes ſui regni.*

Proteſt. I. Impletio omnium, *v.* 10. non ad deſcenſum refertur, ſed ad aſcenſum Chriſti. II. *Ad implenda omnia*, id eſt, ut Cajetanus, atque etiam Emanuel Sa judicat, *omnia quæ promiſſa & ſcripta erant de eo*, vel potius, ſecundum contextum, id eſt, (ut Dionyſius Carthuſianus habet) *ut impleret omnia genera hominum, id eſt, quoſdam de univerſis generibus hominum, donis & gratiis Spiritus Sancti.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

42. Bellarm. 1 *Pet.* 3, 19. *In quo his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, exſpectabant Dei patientiam in diebus Noe. Et* 4, 6. *Ideo & mortuis prædicatum eſt Euangelium, ut judicentur & quidem ſecundum hominem in carne, vivant autem ſecundum Deum in ſpiritu.*

Proteſt. Nihil eſt in iſtis verbis, quo probari poſſit deſcenſus Chriſti localis in infernum, ad educendos Patrum animos ex limbo. Nam I. Carcer de quo hic agitur ſignificat locum ac ſtatum eorum qui in catenis caliginis ſervantur damnationi. 2 *Pet.* 2, 4. non eſt igitur ſinus Abrahæ. II. Prædicatio illa cujus mentio fit, ad reſipiſcentiam & converſionem tendebat, hoc enim eſt judicari carne, & vivere ſpiritu. 1 *Pet.* 4, 6. ſicut 1 *Cor.* 5, 5. idem finis excommunicationis declaratur, per *interitum carnis & vitam Spiritus.* At vero poſt hanc vitam in ſinu Abrahæ nullus locus eſt reſipiſcentiæ & converſioni. III. Prædicationis munere non fungebatur anima ſeparata (cujus tale officium eſſe nuſquam legitur) ſed Spiritus Dei & Chriſti, hoc agebat per Noen. *præconem juſtitiæ*, ſicut à Moſe indicatur, *Gen.* 6, 3. & ab ipſo Petro explicatur, *Epiſt.* 2. *cap.* 2. *verſ.* 5, 4. Perſonæ quibus Chriſtus per Spiritum dicitur prædicaſſe, fuerunt increduli, inobedientes, aut rebelles, non juſti, quales Patres erant in ſinu Abrahæ. Senſus igitur eſt, Chriſtum per Spiritum ſuum in Prophetis loquentem, prædicaſſe olim in diebus Noë hominibus qui tum vivebant increduli, & jam propter illam incredulitatem in carcere inferni damnantur.

Bellarm. 1. *Communis ſententia Patrum eſt in contrarium.*

Proteſt. I. Omnes locos Scripturæ, non habemus recte & accurate explicatos à Patribus, nedum communi ſententia & conſenſu: *alioqui* (dicit Cajetanus in præfat. ad libros Moſis) *ſpes omnis poſteris tolleretur exponendi Scripturam ſacram, niſi transferendo (ut ajunt) de libro in quinternum.* II. Auguſtinus Beda (fatente Bellarm.) diſcedunt à vulgari interpretatione, & nobiſcum faciunt. Quibus addi poteſt Hieronymus in *Iſ.* 45. & ex recentioribus, Gloſſæ, Lyra, Hugo, Dionyſius Carthuſianus, & ipſe Thomas Aquinas. III. Non conſentiunt reliqui Patres vel cum Bellarm. vel inter ſe in expoſitione hujus loci.

Bellarm. 2. *Spiritus Chriſti cum diſtinguitur contra carnem non videtur ſignificare poſſe aliud quam animam.*

Proteſt. I. 1 *Rom.* 1, 3, 4. Spiritus Chriſti oppoſitus carni ſignificat divinam naturam. non animam humanam. *Hebr.* 9, 14. Idem Spiritus Chriſti oppoſitus ſanguini, eandem naturam divinam, non animam humanam notat. 1 *Tim.* 3, 16. Eadem plane eſt oppoſitio inter Spiritum & car-

nem

nem Chriſti. Neque revera poteſt altera oppoſitio conſiſtere cum phraſi Scripturæ, quæ per carnem Chriſti ubique ſignificat totam ejus naturam humanam. II. De anima non poteſt intelligi quod hic dicitur (ut Auguſtinus obſervat) quia Spiritu dicitur Chriſtus vivificatus, quod de divina potentia recte explicatur à Paulo. 2 *Cor.* 13, 4. Sed de anima, quæ neque vivificata fuit, neque potentiam habuit mortuum vivificandi, nullo modo poteſt exponi.

Bellarm. *Anima dicitur vivificata, quia viva manebat. Dicitur enim vivificari, quod non occiditur.* 1 *Sam.* 27, 9. 2 *Sam.* 8, 2 *Act.* 7, 19.

Protest. I. In iſtis locis non reperitur vox illa quam Petrus uſurpat ζωοποιηθεὶς, quæ mortem præſupponit Apoſtolo ipſo teſte. 1 *Cor.* 15, 28. ſed alia verba quæ ſignificant vivum ſervare ζωογρεῖσθαι, ζωογονεῖσθαι. II. Non dicuntur vivi conſervari, niſi qui obnoxii ſunt & in periculo mortis: ſed anima natura ſua eſt immortalis. III. Oppoſitio eſt in textu, inter *mortificari*, & *vivificari*: ſicut igitur mortificari non eſt in morte conſervari, ſic neque vivificari eſt conſervari in vita.

Bellarm. 3. *Illud, veniens prædicavit, de divinitate non poteſt accipi, niſi impropriè: & verſ.* 22. *proprie accipitur.*

Protest. I. Vt hæc objectio valeat, probandum fuit Bellarm. vocem iſtam *profectus* proprie ſemper, vel ſaltem hoc in loco, uſurpari. Sed nihil frequentius in Scripturis occurrit, quam ut Deus improprie per ἀνθρωποπάθειαν dicatur deſcendere, aſcendere, venire, aut huc & illuc proficiſci. II. Anima ipſa non proprie dicitur proficiſci πορεύεσθαι. III. Quod Chriſtus proprie dicitur profectus, *verſ.* 22. intelligitur de perſona ſecundum humanam naturam, non de anima ſola. Neque mirum debet Bellarm. videri, quod eadem vox proprie & improprie in eodem capite uſurpatur, cum ipſe contendit, de purgatorio *lib.* 1. *cap.* 5. in una & eadem ſententia nomen *ignis*, 1 *Cor.* 3. ſemel pro judicio, & ſemel pro vero igne purgatorio accipi.

Bellarm. 4. *Per Spiritus qui in carcere erant non poſſunt intelligi viventes, niſi ex affectata improprietate & obſcuritate. Adde quod cap.* 4. *verſ* 6. *mortuis prædicatum dicitur Euangelium.*

Protest. I. In textu Græco non dicitur qui *erant* in carcere, ſed participium ἐστιν ſubintelligitur, & tempus præſens proprie notat, *exiſtentibus* in carcere vel qui jam *ſunt* in carcere. II. Nulla affectatio improprietatis aut obſcuritatis eſt in eo: ſi homines quorum animæ ſunt in inferno, vocentur ſpiritus in carcere exiſtentes. III. Quem-

admodum

admodum *cap.* 4. *verſ.* 6. euangelium dicitur prædicatum mortuis, non cum mortui fuerunt, ſed cum fuerunt in carne, *ut damnarentur carne:* ſic hoc in loco homines viventes, dicuntur ſpiritus in carcere exiſtentes non cum vivebant ſed poſt mortem. Homines enim viventes eadem ratione vocantur ſpiritus in carcere, qua viventes in carne vocantur mortui.

Bellarm. 5. *Si hic locus intelligatur de prædicatione facta in diebus Noë, non apparet quorſum ſit inſerta narratio.*

Proteſt. Quamvis plenitudo illa ſpiritus & orationis in ſcriptis Petri exiſtat, ut ſeries digeſtionis non ſempe appareat, niſi admodum intelligenti & attento lectori; hoc tamen in loco continuatio ejuſdem diſcurſus quem ante inſtituerat, de patientia in bene agendo, & mala ferendo, facile poteſt obſervari: quia in hac narration proponitur patientia Chriſti, patientia Noë, & eventu felix iis qui in patientia animas ſuas poſſidebant, & pernicioſus illis qui patientia Dei & hominum abutebantur

Proteſt. Refutat Pontificiam hujus loci explicationen Auguſtinus, *epiſt.*99. variis argumentis. I. Quia nulla eſ ratio cur Chriſtus in inferno prædicaret ſolum iis qui increduli fuerunt tempore Noë. II. Quia nulla fuit Eccleſia in inferno per prædicationem Chriſti colligenda III. Quia ſinus Abrahæ in quo Patres fuerunt, fuit al inferno remotiſſimus.

Bellarm. 1. *Neque etiam apparet ratio, cur dicat Petrus Chriſtum in diebus Noë prædicaſſe, potius quam in diebus Abraham.*

Proteſt. Iuſtam rationem oſtendimus modo, quia ſci licet hoc exemplum dierum Noë maxime congrueba argumento, quod Petrus tractabat de patientia.

Bellarm. 2, *Chriſtus prædicavit in inferno omnibus bonis ſpiri tibus: ſed nominatim exprimuntur illi, qui fuerunt in diebus Noë in creduli, quia de illis erat majus dubium, an eſſent ſalvi necne: qui de quibuſdam eorum indicat Petrus verum eſſe.*

Proteſt. I. Boni Spiritus & Spiritus increduli in carcer inferni ſunt plane oppoſiti. II. Non majus fuit dubiu de coætaneis Noë, an eſſent ſalvi necne, quam de du centis & quinquaginta, & aliis multis qui perierunt cu Korah, Dathan, & Abiram, *Num.* 16. aut de Filiis Iſra lis quos Deus non habuit gratos, ſed propter ſua pecca proſtravit in deſerto. 1 *Cor.*10, 5, 3. Si indicare voluiſſ Petrus aliquos eorum in fine vitæ pœnitentiam egiſſ non deſcripſiſſet eos per inobedientiam tantum, & ca cerem. IV. Pœnitentia mortuorum de qua agitur *cap.* *verſ.* 6. non eſt antecedens ratio prædicationis Euangeli ſed conſequens ejus effectum, *idcirco mortuis quoque Euang lizatu*

elizatum fuit ut damnarentur carne. Quod autem Bellarm. *Damnatos eos ſecundum carnem fuiſſe* dicit, *qui damnati exiſtimantur humano judicio, quoniam corpora eorum aquis necata fuerunt.* hoc eadem ratione ex verbis ipſis Petri refellitur: Petrus enim damnationem illam de qua agit vult finem eſſe prædicationis, *idcirco, ut*, quod de humano judicio aut exiſtimatione nemo affirmabit. Petrus etiam damnandos eos in carne dicit: Bellarm. autem damnatos eos judicio hominum dicit, quia carne perierant, quis hæc inter ſeſe conciliabit?

Bellarm. *Prædicatio Christi in inferno non fuit ad converſionem, ſed ſolum ad annunciationem gaudii magni.*

Proteſt. Ficta igitur iſta prædicatio non eſt illa de qua agit Petrus, vel *cap* 3, 19. vel *cap.* 4, 6. quia ibi nulla fit mentio gaudii magni annunciati. ſed prædicationis ad damnationem & vitam.

43. Bellarm. *Traditione Patrum deſcenſus Chriſti ad inferos confirmatur.*

Proteſt. Deſcenſus talis qualem Bellarm. defendit, ex communi conſenſu Patrum non poteſt confirmari, ſicut Perkerus noſter luculenter demonſtravit. Nam. I. Patres varii nihil aliud intelligũt per deſcenſum ad inferos quam communem mortis ſtatum. II. Deſcenſum deſcribunt pœnalem & humiliationis partem. III. Liberationem hominum ex inferno appellant ſæpe liberationem à reatu & judicio damnationis imminentis. IV. Hanc liberationem tribuunt non locali deſcenſui animæ, ſed mortis paſſioni. V. Ex iis qui localem animæ deſcenſum tradunt, nihil certi colligi poteſt, vel quoad terminum ad quem, vel quoad finem & uſum talis deſcenſus. In iſtis etiam definiendis ita hæſitat Bellarm. ut totam ſuam defenſionem (ne dicam conſcientiam) merito reddat in iſta cauſa ſuſpectam. Sic enim ille.

Bellarm. 1. *Non propter ſolam beatificationem animarum Chriſtus ad inferos deſcendit. id enim fieri poterat ſine deſcenſu, ſed etiam ut maneret in loco animarum illo triduo, & propter alias etiam cauſas, cap.* 15.

2. *Chriſti anima ſimul fuit in inferno & paradiſo, ſive paradiſi vox accipiatur metaphorice, ſive proprie, id eſt, pro pomario. Nec enim Deo impoſſibile erat efficere, ut Chriſti anima ſimul eſſet in duobus locis. Ibid.*

3. *Probabile eſt profecto Chriſti Domini animam ad omnia loca inferni deſcendiſſe. Cap.* 16.

4. *Duo magna bona contulit deſcenſus Chriſti animis juſtorum.* 1. *Beatitudinem eſſentialem:* 2. *Eductionem ex eo carcere, ac deductionem in cœlum: quorum primum continuo illis præſtitit, ſecundum autem non diu poſtea. Ibid.*

5. Ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

5. *Ratione primi beneficii non fuit opus deſcenſu, cum divinitas ſit qua proprie beatificat, & illa eſt ubique. Ibid.*

6. *Non eſt credibile ullas animas infantium qui deceſſerunt cum peccato originali fuiſſe ſalvatas, Ibidem.*

7. *Non eſſet error, ſi quis diceret, omnes animas purgatorii tunc liberatas fuiſſe ex purgatorio, ex gratia ſpeciali, quia Dominus non e[st] alligatus ſacramentis, aut meritis noſtris. Ibid.*

Proteſt. I. Si potuerint animæ Patrum beatificari ſin[e] locali deſcenſu Chriſti ad inferos, tum ille deſcenſu[s] non fuit neceſſarius, atque adeo non eſt deſcenſus ille de quo Patres loquuntur. Ireneus enim à Bellarm. citatus. *cap.* 14. dicit, Chriſtum in deſcenſu *legem mortuorum ſervaſſe, ut eſſet primogenitus à mortuis.* Origenes, *pro ſalute mun[di] deſcendiſſe.* Euſebius, *à lege charitatis vocatum*, eum deſcendiſſe. Damaſcenus, *ut lux refulgeret iis qui ſub terra erant in tenebris, ſicut ſol juſtitia ortus eſt in terra*, Tertullianus, *ut Patriarchas & Prophetas compotes ſui faceret.* Hilarius, *deſcenſionem Dominus ad conſummationem veri hominis non recuſavit.* Philaſtrius, *deſcenſione Chriſti ad infernum veniam meruiſſent.* Gregorius, *pro redemptione hominis ad inferos deſcendit.* Bellarminu[s] autem nullam certam rationem reddit deſcenſus, ni[ſi] *ut ibi triduo maneret:* cum tamen non negaverit, quin potuerit in Paradiſo manere & ibi etiam manſerit. deſcendit igitur (ſecundum Bellarm.) tantum ut deſcenderet & triduo ibi manſit, tantum ut ibi maneret.

2. Si Chriſti deſcenſus localis neque neceſſarius fui[t] ad hominum ſalutem, neque poſſit defendi ſine tant[i] miraculi fictione, ut per omnipotentiam Dei una & eadem anima proprie & localiter ſimul ſit in cœlo, & in terra, certe non eſt credibilis. Bellarminus enim ipſe hoc eodem *cap.* 15. docet, *eſſentiam animæ, cum ſit rem quadam & finita, neceſſario eſſe præſentem uni certo loco, & non alteri niſi mutetur de loco in locum.* Hæc etiam ibid. eſt argumentatio Bellarmini adverſus Durandum: *Si per effectum tantum deſcendit ad inferos, ergo eodem tempore anima Chriſti fuit, in multis locis ſimul:* ſatis manifeſte innuens, pe[r] effectum tantum hoc poſſe fieri, ſed non proprie au[t] re ipſa.

3. Si probabile ſit, Chriſti animam deſcendiſſe ad omnia loca inferni, etiam damnatorum, tum non eſt probabile profecto deſcendiſſe Chriſtum ſine neceſſitate a[d] inferos, ut maneret ibi: quia manere in igne Gehennali animas cruciante, non fuit optabile animæ Chriſt[i]. Huc etiam accedit, quod Medina in Thom. *p.* 3. *quæſt.* 52 *art.* 2. teſtatur, *Vniverſos Theologos, & univerſos Chriſtianos quorum ſenſus communis fallax eſſe non poteſt, ſentire animam Chriſ[ti]*

hriſti quoad ſubſtantiam, localiter non eſſe ingreſſam in infernum mnatorum: quam etiam veritatem afficaciter ait comrobari ex 2 *Corinth* 6. ubi dicitur nullam eſſe conventioem luci cum tenebris: & talem ingreſſum dedecere hriſtum affirmat.

4. Locis animæ Chriſti præſentia non contulit juis Patribus eſſentialem beatitudinem. 1. Quia Chrius fuit agnus mactatus ab initio mundi *Apocal.* 13, 8. a ut vis redemptionis per eum æquæ efficax fuerit indelibus omnium ſæculorum ad juſtificationem, ſanificationem & glorificationem. 2. Bellarminus ipſe urando contendenti, animas neceſſario debuiſſe beaficari in eodem inſtanti, quo Chriſtus mortuus eſt, eſpondet *cap.* 15. debuiſſe quidem eas perſoluto pretio edemptionis *mox* beatificari, ſed illud *mox* poſſe eſſe empus quoddam breviſſimum. Cum autem pretium llud redemptionis reputatione Dei fuit ſolutum, ex uo promiſſio facta eſt de ſemine mulieris, & tanquam olutum coram Deo valebat, atque adeo fidelium animæ debuerint *mox* beatificari, non dicit ſpero Bellarm. ſtud *mox* potuiſſe eſſe poſt quatuor millia annorum, ſict neceſſe habet dicere, ſi Adamo, & Abeli expectanda uit omnis beatitudo, uſque ad reſurrectionem Chriti: quia omnes qui credunt in Chriſtum, habent viam æternam, *Iohan.* 5, 24. eſſentialiter ſcilicet & inchoative. 3. Quia expreſſe dicitur de fidelibus ante adventum Chriſti, quod in vita habuerint gaudium ſpirituale, *Ioh.* 8, 56. & beatitudinem, *Rom.* 4, 3, 6. ac poſt mortem pacem, id eſt, ſecundum phraſin Hebræorum, beatitatem, *Iſ.* 57. & ſolamen ex adverſo oppoſitum miſeriæ damnatorum, *Luc.* 16, 25. 4. Quia anima Chriſti, non proprie beatificat ſua præſentia, ſed divinitas, ut Bellarminus fatetur.

5. Neque contulit localis illa præſentia animis juſtis eductionem ex carcere. Nam Centurionis fides laudatur *Matth.* 8. quod ex locali Chriſti præſentia non pendebat. Et *Matth.* 27, 52. immediate à morte Chriſti, multa corpora ſanctorum una cum ſuis animis ſurrexiſſe dicuntur. Adde etiam quod animæ juſtorum æque potuerint ex ſuo carcere (ſi quem habuiſſent) ſine locali præſentia Chriſti educi, ac aliæ animæ ſine tali duce præeunte, ex carcere, purgatorii (ſi Pontificiis credamus) ſolent educi.

6. Si non ſit error, dicere, omnes animas ex ſpeciali gratia tum temporis fuiſſe liberatas ex purgatorio: nulla certe ratio reddi poteſt, cur illi arguerentur

erroris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

erroris, qui nullos fideles ab eo ſaltem tempore, in pur-gatorium ire dicunt. Domini etiam gratia eſt æque ſpe-cialis hodie, atque olim neque jam alligatus eſt ſacramen-tis aut meritis noſtris.

7. Eadem etiam ſpeciali gratia, fidelium liberis, ſin baptiſmo morientibus, patet via in cœlum: quia Domi-nus non eſt alligatus ſacramentis.

CAP. III. *De Chriſto Mediatore, lib. 5.*

THESIS I.

Status controverſiæ.

BEllarminus. *Vocamus Mediatorem eum, qui inter aliquos diſ-ſidentes, aut certe non conjunctos medium ſe interponit, ut eos re-digat ad concordiam, vel novo fœdere conjungat. Contingit autem h-dupliciter. 1. Per ſubſtantialem aliquam mediationem. 2. Per ope-rationem. Primo modo Chriſtus dici poteſt Mediator ſecundum perſona-litatem, quæ connectit duas naturas, ſed non diſſidentes, quia huma-nitas Chriſti nunquam fuit contraria Divinitati. De hac vero medi-tione non quæritur, ſed qua Chriſtus innocens Patri reconciliav-peccatores.*

Proteſt. I. Nomen Mediatoris, in ſua propria ſignifica-tione non eſt nomen ſubſtantiæ, ſed muneris & offici- *Subſtantia* igitur & *operatio*, non conſtituunt duo gener- mediationis, ſed unum & idem, ſicut aptitudine ad mu-neris alicujus functionem & ipſa functione vel executio-ne, totum munus expletur. Subſtantia per ſe conſide-rata, poteſt eſſe *medium*, ſed non *Mediator*, ut Bonaventur- in Magiſtrum, *lib.* 3. *diſt.* 19. non inepte diſtinguit. II. Aſ-ſumptio ipſa ſubſtantiæ vel naturæ humanæ, ſub form- ſervi, pars fuit humiliationis Chriſti, atque adeo opera-tionis illius qua mediationis munus peragebat. *Phil.* 2, 7 8. III. Quamvis humana natura prout fuit in Chriſto nullas inimicitias habuit cum divina, prout tamen in no-bis exiſtit cujus cauſam Chriſti agebant, Deo fuit inimi-ciſſima. IV. Nec debet, nec poteſt ſubſtantialis Media-tio Chriſti ab ejus operatione in iſta quæſtione disjung- quia dum quæritur ſecundum quam naturam Chriſtu- ſit Mediator, non de operatione ſola, ſed & de operant- quæritur. Neque alium in finem talem ſubſtantiam ha-buit Mediator noſter, quam ut per illam perageret par-tes Mediatoris.

2. Bellarm. *Mediatio in opere quatuor modis fieri poteſt. 1. Diſ-cernendo & judicando cauſam ut arbitri faciunt. 2. Referendo, hi- inde, pacta, & conditiones, ut internuncii. 3. Orando, & ſupplicand-*

4. *Solvend-*

4. *Solvendo & ſatisfaciendo. De iſtis omnibus modis poteſt intelligi quæſtio hac ſecundum quam naturam Chriſto conveniat Mediatoris officium.*

Proteſt. Intelligitur quæſtio de iis omnibus quæ Chriſtus vel noſtro nomine apud Deum, vel Dei nomine, apud nos egit, & agit, ad Deum nobis, & nos Deo reconciliandos. Hæc omnia enim pertinent ad Mediationem Chriſti: quorum tamen non minimam partem, quæ in regno Chriſti collocatur, Bellarm. omiſit.

3. Bellarm. *Sententia communis Catholicorum eſt principium quod operabatur opera Mediatoris, fuiſſe Deum & hominem ſimul: ſed principium, quo illa opera fiebant, aut formale eorum principium fuiſſe naturam humanam, non divinam. Calviniſtæ & Lutherani contendunt, Chriſtum exercere officium Mediatoris ſecundum utramque naturam, ut principium formale.*

Proteſt. I. Principium *quo*, aut formale, quo effectum aliquod producitur, nihil aliud eſt quam vis illa cauſæ, quæ facit ut tale effectum exiſtat. Si igitur Pontificii negent naturam divinam fuiſſe hujus generis principium in mediatione Chriſti ſalutem noſtram procurante, tum otioſam ſtatuunt divinam naturam, nullam virtutem in toto hoc negotio exerentem: tum principium illud apud ipſos etiam Scholaſticos receptum, negant. *per Deum hominem reparationem humani generis factam eſſe, ut pote qui ut Deus potuit, ut vero homo debuit ſatisfacere:* tum valore & dignitate divina ſpoliant totam Chriſti mediationem: tum denique aperte Scripturæ contradicunt, diſerte affirmanti, *Chriſtum per Spiritum æternum ſeipſum obtuliſſe Deo. Heb. 9, 14.*

II. Nos autem ita contendimus Chriſtum exercere officium Mediatoris ſecundum utramque naturam, ut communionem ſtatuamus in opere, ſed diſtinctionem virtutis, & modi, in naturis operantibus. Sic dicimus Chriſtum paſſum eſſe ſecundum humanam naturam: ſed ſuſtinuiſſe & viciſſe ea quæ paſſus eſt, vi & virtute divinæ naturæ. In humana natura ſatisfeciſſe: ſed pretium, dignitatem, efficaciam, & applicationem illius ſatisfactionis à natura divina provenire: omnes denique Mediatoris operationes humanas à Chriſto exerceri ſecundum naturam humanam, & omnes divinas ſecundum divinam.

Argumenta Bellarmini.

4. Bellarm. 1 *Tim.* 2, 5. *Vnus Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus.*

Proteſt. Nihil aliud hinc ſequitur, quam Chriſtum Ieſum Mediatorem eſſe hominem,

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 1. *Cur quæſo addidit, homo, niſi ad exprimendum naturam, ſecundum quam Chriſtus eſt Mediator?*

Proteſt. I. Expreſſit naturam ſecundum quam eſt Mediator: ſed non ſecundum quam ſolam. II. Ratio autem quare mentionem fecit hominis Chriſti fuit, ut moneret fideles ne de ullo hominum genere deſperarent ſed pro iis orarent, quia Chriſtus homo factus, communem perſonam ſuſtinuit, non hujus aut illius generi hominum, ſed hominum. III. Simili ratione concludere quis poſſit. Chriſtum tamen ſecundum humanan naturam habere poteſtatem remittendi peccata, qui *Matth.* 9, 6. dicitur. *Filium hominis habere poteſtatem remittend peccata.*

Bellarm. 2. *Diſtinguit Apoſtolus Mediatorem à Deo: unus inquit Deus, unus Mediator.*

Proteſt. Diſtinguit idem Apoſtolus Chriſtum ab homine, *Gal.* 1, 1. *Non per hominem ſed per Ieſum Chriſtum:* non ſequitur tamen inde, Chriſtum tantum ſecundum divinan naturam vocaſſe Paulum. Chriſtus autem recte diſtinguitur & à nudo homine, & à Deo nudo, prout eſ θεάνθρωπος Deus homo.

Bellarm. *Patres negant Chriſtum eſſe Mediatorem, quatenu eſt Deus.*

Proteſt. Nihil aliud volunt Patres, quam neceſſitaten unionis perſonalis indicare, in Chriſto Mediatore. Negant igitur Chriſtum, qua ſimpliciter Deus eſt, eſſe Mediatorem, ut oſtendant eum eſſe Mediatorem quatenu eſt Deus in carne manifeſtatus.

6. Bellarm. *Mediator debet eſſe medius, id eſt, diſtans ab utraque parte diſſidente, aliquo modo. At Chriſtus ut Deus, non diſtat Deo ullo modo.*

Proteſt. I. Bonaventura in ſent. *lib.* 3. *diſt.* 19. à Bellarm antea laudatus, fatetur Chriſtum eſſe medium inter humanam naturam & Divinam, in quantum eſt una perſona in duabus naturis: Bellarm. etiam ipſe *cap.* 1. agnoſc Chriſtum eſſe medium & Mediatorem, per ſubſtantialem mediationem, ſecundum perſonalitatem ſuam du naturas connectentem: & de iſta mediatione ſæpe loq Patres. II. Illa diſtantia quam ſtatuit Bellarm. *homi juſti à Deo diſtantis, quatenus eſt homo, & ab homine, quatenus juſtus*, neque ſibimetipſi conſtat, quia nulla eſt proport inter diſtantiam illam quæ ab una parte eſt in ſubſtanti *quatenus eſt homo* & ab altera in qualitate, *quatenus eſt juſti* neque ſufficit ad mediationem quia in juſtitia unius hominis qua talis eſt, ſufficiens valor non reperitur, ad D juſtitiæ ſatisfaciendum, pro mundo hominum injuſtor

7. Bellarm

7. Bellarm. *Chriſtus non eſt Mediator ſecundum utramque naturam ſimul : quia ſic non diſtat à Deo filio, nec perſona, nec natura.*

Proteſt. Diſtat quoad ſtatum Oeconomicum, quo exiſtit illa perſona ſub alia forma, ut loquitur, Apoſtolus Paulus, *Phil.* 2, 7. Hoc antea faſſus eſt Bellarm. *cap.* 1. de Chriſto, ut ſubſtantialis eſt Mediator.

8. Bellam. *Si Chriſtus eſſet aliquo modo Mediator ſecundum naturam divinam, tum Pater etiam & Spiritus ſanctus eſſent Mediatores.*

Proteſt. Non magis hoc ſequitur, quam hoc: ſi filius Dei ſit aliquo modo ſecundum naturam Divinam incarnatus, tum Pater etiam & Spiritus ſanctus ſunt incarnati. Mediatorem agere, convenit divinæ naturæ, non ut naturæ, ſed ut tali modo exiſtenti, qui modus non convenit Patri aut Spiritui ſancto.

9. Bellarm. *Sacrificare non poteſt Chriſto convenire ſecundum Divinitatem.*

Proteſt. I. Militat hæc argutia adverſus expreſſa verba Scripturæ. *Heb.* 9, 14. *per Spiritum æternum ſeipſum obtulit.* II. Quamvis ſacrificium fuerit Chriſtus maxime proprie ſecundum humanam naturam, tota tamen perſona fuit aliquo modo oblata, ut docet Suarez in Tho. *p.* 3. *q.* 1. l. 4 Sacerdos autem fuit etiam ſecundum illam naturam, cujus reſpectu dictum eſt, *filius meus es tu*, *Heb.* 5, 5. Altare item ad ſacrificium pertinet, cujus ratio quoad ſacrificium Chriſti, nullibi reperitur, niſi in divina natura Chriſti.

10. Bellarm. *Sequetur confuſio, & hæreſis, ſi una ſit operatio utriuſque naturæ tanquam cauſæ propriæ & principalis.*

Proteſt. Nulla ſequitur confuſio, vel hæreſis, ſi duo principia formalia ſecundum diſtinctas ſuas virtutes & operationes, ad idem opus cooperando concurrere dicantur. Magna differentia eſt, inter operationem, & opus, inter motum & rem motu factam. Illam ſaltem moderationem circa mediationis opus exeruit natura divina, qua factum eſt ut efficacia & dignitas illius operis proveniat à Deitate.

Bellarm. *Efficacia & dignitas non eſt aliqua actio Phyſica aut realis. Sed provenit ex eo quod ſacrificium ſit perſonæ Divinæ : ſicut regia majeſtas nihil reale influit in opus à rege factum, ſed dignitatem addit.*

Proteſt. I. Quamvis efficacia non ſit actio realis, tamen in actione reali, provenit ſemper ab agente reali : nihil enim aliud eſt quam actus completus virtutis efficientis. II. Majeſtas regia, non poteſt realem operationem exercere, ſed natura divina poteſt : exemplum

igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

igitur alienum. III. Majeſtas tamen regia nullam dignitatem adfert Phyſicis actionibus regis, edendi, bibendi, &c. IV. niſi natura illa cui majeſtas regia adhæret, operetur, nullam dignitatem adfert ulli actioni: ſic etiam natura divina, cujus propria eſt majeſtas divina, aliquid operari debet, ut dignitas divina opus illud comitetur.

Argumenta noſtra.

11. *Proteſt. Ioh.* 10, 17, 18. *Ego animam meam per meipſum depono.* Hoc dicit Chriſtus, ut Mediator: non eſt autem humanæ naturæ actus.

Bellarm. *Ponere animam eſt hominis, non Dei, nihil enim aliu eſt quam mori, ſicut reſumere animam nihil aliud eſt quam reſurgere quamvis poteſtas ponendi illam & recipiendi ad libitum, ſit à Deo dat ipſi homini.*

Proteſt. I. Quamvis animam ponere paſſive, ſit mori & aſſumere animam, paſſive, reſurgere, ſi tamen activ ſumantur iſtæ phraſes, (ſicut hoc in loco, ubi agitur d *poteſtate* ponendi & aſſumendi, neceſſario debent) tun ponere animam eſt libere dimittere animam in morte, & aſſumere animam eſt excitare mortuum. Hæc auten non ſunt hominis. II. Si poteſtas hæc ſit humanæ naturæ data, tum natura humana habuit poteſtatem divinam. Non poſſe mortuum excitare eſt potentiæ plan divinæ. *Eph.* 1, 20. *Phil.* 3, 21. *Matth.* 22, 29. III. Ex ſententia omnium Scholaſticorum, Chriſtus mortuus no fuit homo, quomodo igitur Chriſtus ut homo animam reſumere, aut reſumendi poteſtatem habere potuit?

Bellarm. *Auguſtinus dicit carnem aſſumſiſſe animam, ex poteſtate inhabitantis carnem.*

Proteſt. Poteſtas igitur iſta fuit perſonæ divinæ, no naturæ humanæ. Caro Chriſti mortua, ne voluntatem quidem habuit humanam, nedum poteſtatem quod voluit perficiendi. Sic Cajetanus & Medina, in Thom. *p.* 3 *q.* 5. *a.* 3. & Cajetanus & Toletus in *Ioh.* 10. affirmant Chriſtum ſecundum divinitatem, aut hypoſtaſin divinam, poſuiſſe animam ſuam, & iterum aſſumſiſſe. Solus igitur Calvinus non eſt author hujus interpretationis, ſicut Bellarm. innuere voluit ultimis illis verbi *viderit Calvinus quos authores ſequatur.* Toletus etiam elegan ſimilitudine, ſic rem illuſtrat: *quemadmodum homo habe enſem in vagina, quando vult, exerit enſem, & tamen una man vaginam tenet, & altera enſem: ſic divina perſona per mortem, animam, à corpore, veluti enſem à vagina ſeparavit, utramque tam partem ſibi habuit unitam: per reſurrectionem autem animam corpori copulavit, quaſi enſem reponens in vagina.*

12. *Proteſt.*

12. *Proteſt.* Bellarminus objicit ſibimet quaſi à noſtris
legata, quæ Apoſtolus dicit, 2 *Cor.*5. *& ad Col.* 1. de re-
nciliatione & pacificatione à Deo in Chriſto, & per
hriſtum procurata: ſed à Calvino, quem Bellarm. hic
npugnat, iſta loca non proferuntur. Illud tamen 2 *Cor.*
, 19. *Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians*, Dei partes
iquas fuiſſe in reconciliatione procuranda oſtendit.

Bellarm. *Reconciliare non ſemper eſt Mediatoris. Deus reconci-
vit non ut mediator, ſed per Mediatorem, quem procuravit & miſit.*

Proteſt. I. Reconciliatio à Chriſto facta fuit Mediato-
s. II. Deus perſonaliter in Chriſto exiſtens reconci-
ivit ſibi mundum, ut Cajetanus illum locum interpre-
tur: Chriſtus igitur ut Mediator & reconciliator, non
men homo fuit, ſed & Deus. III. Idem Apoſtolus di-
rte teſtatur, *Act.* 20, 28 Eccleſiam redemptam fuiſe ſan-
ine Dei Chriſtus igitur Deus homo non tantum procu-
vit Mediatorem, ſed & Mediatoris munere fungebatur.

13. *Proteſt.* Objicit etiam *Hebr.* 4, 14. *tranſivit cœlos.* Et
. 7, *ſine patre, ſine matre.* Quamvis autem neque iſta loca
ud Calvinum reperiuntur, in iis tamen plus eſt robo-
, quam ut Bellarmini reſponſo poſſint eludi.

Bellarm. *Hac recte probant perſonam Pontificis noſtri eſſe divi-
am: virtus qua Chriſtus penetravit cœlos à Deo erat: ſed verbum,
tus Sacerdos eſt ſecundum formam hominis.*

Proteſt. Concedit hic Bellarm. totum illud quod volu-
us. Perſonam Mediatoris fuiſſe divinam: virtutem
a mediatione functus eſt fuiſſe divinam: ſub forma
minis hanc perſonam fuiſſe Mediatorem. Si enim per
ndum formam hominis, intelligit virtutem humanam non
inam tum ſibimetipſi aperte contradicit: quia ſimul
rmat virtutem fuiſſe à Deo, id eſt, à divina natura.

14. Totam etiam cauſam tradit nobis Bellarm. in Pa-
um teſtimoniis eludendis, *cap.* 7. ubi concedit. 1. *In
buſdam operibus Chriſti concurriſſe Deitatis & humanitatis actio-*
. 2. *Omnia miracula Chriſti fuiſſe partim Divina, partim huma-*
3. *Mediationem ſubſtantialem non tantum humana, ſed etiam
ivina natura, fuiſſe neceſſariam, ut opera Mediatoris eſſent infiniti
ii.* Nam 1. Nulla opera Chriſti, magis divina ſunt,
am illa quæ ſpectant ad redemptionem, quæ non im-
rito, majus opus à quibuſdam habetur quam ipſa crea-
. 2. Qui nihil miraculoſum agnoſcit in redemptionis
ere, is miraculum eſt vel potius monſtrum Chriſtiani,
Si meditatio ſubſtantialis utriuſque naturæ fuit ne-
ſaria ad dignitatem operationis, tum certe ad operan-
m: nulla enim dignitas redundat à natura in opera-
nem, niſi illa natura operetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

15. *Proteſt.* Renovare corda, & dare Spiritum Sa-
ctum, ſunt opera Mediatoris : ſed ſunt ſolius Dei.
Bellarm. *Meritorie hæc facere, eſt proprium Mediatoris : ſed e-*
cienter, & ut authorem doni hæc facere, non eſt Mediatoris.

Proteſt. Negare hanc efficientiam eſſe Chriſti Mediat-
ris, nihil aliud eſt, quam negare , *omnem poteſtatem in cœl*
in terra datam eſſe Chriſto : Math 28,18. *Dare eum vitam ætern*
ſuis. Iohan. 10, 28. & 17,2. *Baptizare nos Spiritu ſancto & i*
*Matth.*3,11. *Mittere Spiritum à Patre. Iohan.*15,26. *Conſerv*
ſuos in hoc mundo Matth. 28 , 20. *Et ſuſcitare eos in noviſſimo*
*Ioh.*5,64. in ſumma , nihil aliud eſt , quam Chriſtum -
gare efficaciter eſſe Ieſum vel Servatorem.

16. Aliam unam rationem proponit Bellarm. ex C-
vini *epiſt.* 352. de mediatione Chriſti inter Deum &
gelos , quam , ut longe petitam , & obſcure propoſit ,
putabat ſe poſſe ſuſpicionibus iniquis onerare. Sed in-
rim intactam relinquit rationem Calvini primam , *quin*
Chriſtum ut Mediatorem eſt credendum. Secundam , *quia ut*
diator ſummum imperium tenet in cœlo & in terra. Tertiam ,
conjungit nos cum Deo. Et quartam , *quia facit nos participe*
vinæ naturæ : Has inquam omnes rationes cum variis S-
pturæ teſtimoniis diſſimulat Bellarm. & unam illam
ripit , quæ non ad probationem cauſæ , ſed ad nom
explicationem, à Calvino profertur: Quid hoc eſt ali
quam fortiter fugiendo, ſophiſtice pugnare?

*An Chriſtus ſibimet etiam aliquid meruerit? cap.*9.& 1

17. Quamvis de hac quæſtione , ut minus neceſ
non ſit magnopere laborandum; duo tamen certiſſim
ea ſtatuimus : I. Sententiam illam quam Pontifici
de re tuentur , eſſe vel falſam , vel incertam ſalte
parte , & ex parte ſibi repugnantem. II. Curioſa
meritatis eſſe aliud meritum tribuere Chriſto , reſp
ſui ipſius , quam viam , aut modum , ab humilitate
gloriam perveniendi.

18. Pontificii docent , Chriſtum ab inſtanti co-
ptionis fuiſſe perfecte comprehenſorem, & beatum.
giſter *l.* 3. *diſt.* 14. & 26. *Thom. p.* 3. *q.* 9. *a.* 2. & *q.* 15. *a*
*q.*34.*a.*4. Comprehenſoris autem non eſt ſibi aliquid
reri, ſed viatoris tantum , ſecundum doctrinam Sch
19. Non explicant nobis , utrum primario mer
ſibi , & ſecundario nobis , vel nobis primario , & p
ſibi: neque definiunt, an meritum quo ſibi aliquid a
ſivit, fuit meritum ex congruo , vel ex condigno, u
loqui ſolent , vel quo pacto aut fœdere nitebatur :
adhuc oſtenderunt , quomodo unum & idem mer
pro

ꝓroportionem habet ad peccatores liberandos, & juſtum ꝛxaltandum: nec denique rationem reddunt idoneam, quare aut quomodo corporis gloriam & nominis exalta- ionem habuerit Chriſtus ex merito, & non gloriam nimæ.

20. Bellarm. *Reſpondet Thom. p.3. q.19. a. 3. quia melius eſt nima gloria nunquam carere, quam eam mereri: ſed melius fuit glo- ia corporis ad tempus carere, & ex merito illam acquirere, quam ca- ꝛre dignitate merendi. Melius eſt enim, cæteris paribus, aliquid ex ıerito habere, quam ſine merito.*

Proteſt. I. Falſum eſt illud, quod fundamenti loco po- itur, melius eſſe habere aliquid ex merito quam ſine me- ito. Propius enim accedit ad perfectionis modum qui ı Deo reperitur, habere aliquid ſine laborioſa meriti rocuratione. II. Vna eſt gloria totius naturæ huma- æ, quæ uno & eodem jure debet acquiri, non parte una x merito, & ex altera parte ſine merito. III. Si ali- ua dignitas ad Chriſtum acceſſit merendo, tum ad ani- ıam præcipue acceſſit: ſed anima (ex Pontificiorum ꝛntentia) fuit ante perfecte beata. IV. Anima beata on eſt in ſtatu merendi.

21. *Phil.* 2, 9. Neque *quapropter*, neque & aliud aliquid ꝛceſſario probat, quam congruentem paritatem rationis ıter humiliationem Chriſti & ejus glorificationem. Pa- lelaphraſis, à Bellarm. allegata, ex *Matth.* 16. *& ego dico ıi tu es Petrus*, nihil minus notat quam meritoriam cau- ım. Petri enim confeſſio non meruit ut ille conſtitue- ıtur Eccleſiæ fundamentum, & Monarcha (quam Pe- ı mercedem fuiſſe Pontificii volunt,) quia tum omnes ıi qui eandem confeſſionem edunt, admitterentur etiam eundem principatum. Simili argumento concludere ꝓteſt Bellarm. Chriſtum etiam merendi legem Sacer- ꝛtibus poſuiſſe, *Matth.* 21, 24. *Si dixeritis mihi, & ego dicam ꝛis*, quia ibi ſimiliter uſurpatur, & *Hebr.* 2, 9. *Propter mor- ıperpeſſionem*, ſignificat mortem fuiſſe finem humiliatio- ıs, non cauſam gloriæ.

22. Concedit Bellarm. *cap.* 10. *Non deſcendiſſe filium Dei, ıſibi aliquid acquireret:* & non negat omnem gloriam ipſi ımanæ naturæ debitam fuiſſe ſine ullo labore. Nulla ıtur alia ratio ſubeſſe videtur quare Pontificii tantope- ıcontendunt Chriſtum aliquid ſibimet meruiſſe, quam ıfundamentum jaceant doctrinæ ſuæ de meritis huma- ı: cum tamen libertatem illam arbitrii Chriſto tribue- ınon audent, quam ad meritorium hominis opus ita ıceſſariam eſſe ſtatuunt, ut ex meriti ratione eandem ꝛmonſtrare ſoleant, potentiam ſcilicet vel bene vel ma- ꝉgendi.

LIBER TERTIVS

De Pontifice Romano.

CAP. I. *De regimine Eccleſiæ. Contr. 3. Lib. 1. à capite 1. ad 10.*

Quæſtiones totius cardo in eo vertitur: An viſibil[e]
regimen totius Eccleſiæ militantis debeat eſſ[e]
Monarchicum? Pontificii affirmant: nos negamus

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Regimen omnium optimum, & utiliſſimum, eſt reg[i]men Eccleſiæ: ſed regimen Monarchicum eſt omnium optimu[m] & utiliſſimum.*

Proteſt. I. Tota hæc ratio (qua octo integra capita &
partem 9. Bellarm. conſumit) eſt otioſa & inepta ſpecu
latio. Quia nullum regimen aut aliud quodlibet inſtitu
tum ſimpliciter optimum aut utiliſſimum poteſt vocar
niſi habita ratione ſubjecti, cui ad finem ſuum dirigend
inſervit. Cum igitur tanta ſit varietas in hominibus r
gendis, nullum unum regimen (humanitus loquendo
dici poteſt abſolute optimum & omnibus utiliſſimu
II. Quod optimum videtur eſſe in ſua natura & utili
ſimum, illud ab Eccleſiæ regimine poteſt abeſſe, exem
gratia, ut rectores tales ſint qui non poſſint errare, ſi
de jure quæratur, ſive de facto: quod Bellarm. ſuo M
narchæ, Pontifici, non audet arrogare. III. Mona
chia, Ariſtocratia, & Democratia, non poſſunt in co
tentionem venire quæ cui ſit præferenda, niſi in iis ſ
cietatibus quæ *Archian* & *creatian*, vel ἀρχὴν καὶ κράτος, id e
dominium & imperium in ſua rectura admittunt: re
men autem Eccleſiaſticum viſibile non eſt imperium,
miniſterium 1 *Cor.* 4. 1. & 2 *Cor.* 1, 24. IV. Eccleſia u
verſalis, non eſt ſocietas viſibiliter una: unum igi
ſingulare regimen unius Monarchæ non poteſt eſſe op
mum Eccleſiæ toti, quamvis eſſet optimum in ſociet
omni ſingulari. Sic enim Bellarm. ipſe *cap.* 8. *Si Eccl*
particulares non eſſent inter ſe colligata, ut unum corpus (viſibil
Politicum puta) facerent; ſufficeret unicuique ſuus rector, id eſt, n
opus eſſet uno Monarcha. Nos autem aſſumimus, ſed n

ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſunt ita colligatæ, ut inter ſe unum corpus viſibile & politicum faciant. Ergo nihil opus eſt uno generali Monarcha. Aſſumptio vel inde confirmatur, quod Eccleſiæ ipſæ particulares, ſunt corpora completa, omnem cultum à Chriſto inſtitutum in ſeſe exercentes, & omni ordinario Miniſterio à Chriſto inſtituto in ſeſe fruentes. Neque enim ullus cultus eſt proprius Eccleſiæ Oecumenicæ qua talis: neque ullus Miniſter Eccleſiaſticus hoc munere defungi poteſt; erga Eccleſiam illam univerſalem quam Bellarm. vult ex omnibus particularibus componi. V. Sunt inter ipſos Pontificios magnæ authoritatis, non doctores tantum varii, ſed & integræ Academiæ, & Eccleſiæ nationales, quæ negant regimen Eccleſiæ eſſe Monarchicum. Doctores enim Sorbonici vel facultas Theologica Pariſienſis ſtatum Eccleſiæ ab ejus regimine diſtinguens, regimen ejus ſtatuit eſſe *Ariſtocraticum*, quod etiam *omnium optimum, & naturæ convenientiſſimum* eſſe, non dubitant affirmare. De Eccleſ. & Polit. poteſt. Anno 1611. In iſtis autem loquitur Eccleſia Gallica, Pontificia. VI. Non eſt noſtrum pronunciare quod regimen ſit optimum, & inde inferre, Deum debuiſſe illud in Eccleſia conſtituere: ſed potius ex verbo inquirere, quale regimen Deus in Eccleſia conſtituit, & ex eo certo concludere, tale regimen eſſe Eccleſiæ optimum ac utiliſſimum. In iſtiuſmodi rebus, illud ſæpe locum habet. quod Servator noſter de externe ſpecioſis pronunciat, *Luc* 16,15. *Quod apud homines ſublime eſt, abominatio eſt in conſpectu Dei.*

2. Bellarm. *Cap.* 9. *Certum eſt Eccleſiam immortalium Angelorum, exemplar eſſe Eccleſiæ mortalium hominum Heb.* 8, 5. *Certum item eſt, inter angelos, unum eſſe qui aliis omnibus præeſt: qua dignitate primo præditus fuit, qui nunc Diabolus vocatur, Iob.* 40. *dicitur Behemoth & Lucifer, Iſ.* 14. *& Ezech.* 28. *dicitur, circumdatus lapidibus pretioſis, id eſt, choris Angelorum. Poſt caſum autem Diaboli Michael ejus locum obtinet. Apoc.* 12.

Proteſt. Hujuſmodi *certa* ſunt mera ſomnia, & certa ſigna hominis laborantis febri Monarchica. Nam. I. *Heb.* 8, 5. agitur de ceremoniis legis, non de Eccleſia Chriſtiana, qua talis eſt. Illæ etiam ceremoniæ Chriſti non Angelos habuerunt pro exemplari: Neque potuit ullo modo fieri, ut in ſacrificiis & ſimilibus obſervationibus, quæ peccatum & ejus abolitionem ſpectabant, ulla eſſet repræſentatio ſtatus Angelorum. II. Hierarchicum illum ordinem quem ſtatuunt inter Angelos, Scholaſtici ſi non eſt Monarchico imperio, ſed ex cognitionis, officii & actuum variis gradibus petunt. *Thom.* 1. *quæſt.* 108.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bannes in illum locum. III. Apud ipſos etiam Schola-
ſticos, ut Bannes in *Thom. p.1. q.63. a.7.* docet, *non eſt er-*
ror, aut temeritas aliqua, negare ſupremum omnium Angelorum ceci-
diſſe: quia teſtimonia Scripturæ, quæ in contrarium adduci poſſunt
ſufficienter explicari poſſunt. Et Aug. ſuper Gen.l.3. c.10. & lib. 11
cap. 19. cenſet illam ſententiam eſſe probabilem. IV. Behemoth
*Iob.*40. eſt beſtia *comedens fœnum ut bos, verſ.*10. Lucifer *Iſ.*14
eſt rex Babyloniæ, *vir concutiens regna*, & poſtea *deſcenden*
in ſepulchrum, verſ. 15. & 16. *Ezech.* 28. diſerte & nomina
tim agitur de *Rege Tyri verſ.* 12. Ille etiam vocatur tantun
Cherub. verſ. 19. Seraphim autem, non Cherubin, in ſu
premo Angelorum ordine à Pontificiis collocantur. S
vero ad Luſorias allegorias confugiat Bellarm. vim fac
legi ab ipſomet approbatæ, *de verbo Dei lib. 3. cap. 3. ex ſolo li*
terali ſenſu peti debent argumenta efficacia. V. Per Michaelem
*Apoc.*12, 7. intelligitur Chriſtus, ſicut manifeſto appare
ex *verſ.* 11. *vicerunt eum per ſanguinem agni.* Neque per ange
los Michaelis, intelliguntur ibi alii quam fideles, *anim*
ſuæ prodigi uſque ad mortem, ibid. VI. Nihil opus eſt Angel
Monarcha vicario, miniſteriali, quia Monarcha princi
palis in cœlis eſt ipſis præſens.

3. Bellarm. *Teſtamentum Vetus fuit figura Novi, ſed in Vete*
fuit regimen Monarchicum. Ergo.

Proteſt. I. Teſtamentum Vetus quoad regimen eju
non fuit figura Novi, quoad viſibilem ejus ſtatum à Chr
ſto diſtinctum: Chriſtus enim eſt corpus, cujus umb
fuit in illo teſtamento. II. Simili ratione conclude
quis poſſit unicum Templum ac locum ſolemnis cult
conſtitui debere in Teſtamento Novo. III. Summ
Sacerdos inter Iudæos, non fuit Monarcha: neque eni
leges ferebat novas, neque leges latas ſolus executio
mandabat. Memorabils, & ad Novum etiam Teſtamen
tum accommodanda eſt illa obſervatio Iopſephi, apu
Euſebium præp. Euang. lib.8. οἱ μὲν μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς, ὀλί
γων δυναστείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπιτρέψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν π
λιτευμάτων οἱ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτων οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἀπεῖδεν, ὡ
τις αὐτὶς εἴποι, βιασάμενος τὸν λόγον, θεοκρατείαν ἀπέδειξε τὸ πολίτε
μα, θεῷ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ κράτος ἀναθείς. *Eccleſia Iſraelitica* (ſic
& Chriſtianæ) *neque conſtituta fuit, Monarchia, neque Ariſ*
cratia, neque Democratia, ſed Theocratia.

4. Bellarm. *Comparatur Eccleſia exercitui. Mulieri ſponſæ, o*
li, domui, navi. Sed exercitus unum habet imperatorem mulier un
caput: regnum unum regem, ovile unum Paſtorem: domus unum œ
nomum: & navis unum gubernatorem.

Proteſt. I. Similitudines neque probant, neque ill
ſtrant, ſi extendantur ultra illam qualitatem in qua i
ſtituit

ſtituitur comparatio. Sed nullum harum ſimilitudinum
uſquam in Scripturis adhibetur ad externum regimen
otius Eccleſiæ declarandum: illud igitur regimen, ne-
ue probant, neque illuſtrant. II. Manifeſte falſum eſt,
unum ſemper vicarium ac miniſterialem eſſe imperato-
em exercitus, caput corporis paſtorem ovilis, œcono-
um domus, aut gubernatorem navis: Principaliter au-
em hæc omnia conveniunt ſoli Chriſto. III. Eccleſia
ota nuſquam in Scripturis dicitur, aut pie dici poteſt
xercitus Papæ, corpus Papæ, ovile Papæ, domus Papæ,
ut etiam navis Papæ. Huic igitur fictitio Monarchæ,
ſtæ ſimilitudines non conveniunt. IV. Non poteſt à
laſphemia excuſari, quod Bellarm. hic obiter annotat
eſſe ſcilicet Ioh. 10, 16. *per unum paſtorem, intelligi Petrum, ejuſque
ſucceſſores.* Illud autem ridiculum eſt, quod unum tantum
œconomum intelligi vult, *Luc.* 12, 24. eumque *ipſum eſſe
Petrum.* Hujuſmodi argumenta non ſunt digna ſeria ali-
ua refutatione: quæ à conſcientiis auctorum, & com-
muni ſenſu lectorum ſatis refutantur.

5. Bellarm. *Chriſtus cum in terris degeret, Eccleſiam viſibilem
adminiſtrabat, ut ſummus ejus Paſtor, & Rector: ergo nunc etiam
Eccleſia debet habere externum & viſibile regimen Monarchicum: alio-
qui non eſſet eadem Eccleſia.*

Proteſt. I. Chriſtus quoad externam perſonam quam
ſuſtinuit in terris, non geſſit ſe ut viſibilis Monarcha, ſed
maxima ex parte, ut Miniſter, *Luc.* 22, 27. *Matth.* 20, 28.
II. Miniſter externus proprie fuit Iudæorum tantum.
Rom. 15, 8. *Perſonaliter* (ait Cajet. in illum locum) *functus
eſt officio reſpectu nationis Iudæorum & illi ſoli nationi miniſtravit.*
III. Sacerdos Iudaicus (judicio Bellarm. fuit tum tem-
poris viſibilis Eccleſiæ Monarcha. Numquid duo ſimul
Monarchæ viſibiles fuerunt, iique à ſe invicem ita diſ-
ſentientes? IV. Eccleſia poteſt eſſe eadem, quoad eſſen-
tiam, quamvis externum ejus regimen, quod eſt adjun-
ctum præter eſſentiam accedens, magna ex parte com-
mutetur.

6. Bellarm. *Quibus rationibus probatur, debere unum Epiſco-
pum præeſſe Parochis, Archiepiſcopum Epiſcopis, Patriarcham Archi-
epiſcopis, iiſdem probari poteſt, unum Pontificem ſummum debere præ-
eſſe Patriarchis.*

Proteſt. I. Nos autem ſubſumimus, nullis argumentis
poſſe probari Monarchicam ſuperioritatem Patriarcha-
rum, Archiepiſcoporum, aut Epiſcoporum, ex Scriptu-
ris: atque adeo Monarchiam Papæ deſtitui etiam omni
probatione. III. Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriar-
chæ, antequam Papales, id eſt Pontificiæ tyrannidis, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

præcurſores, vel miniſtri evaſerunt, iſtam Monarchicam poteſtatem non exercuerunt: & ubicunque exercent, imaginem quandam Papæ gerunt ordinis primatu ab hominibus conceſſo, olim fuerunt contenti.

7. Bellarm. *Eccleſia non poteſt propagari, ſine univerſali Monarcha: nemo enim prædicare poteſt, niſi mittatur. Rom. 10, 15. neque mittere prædicaturos in aliis Provinciis quiſquam poteſt, præter ſummum Eccleſiæ Præſulem.*

Proteſt. I. Quod nemo prædicare poſſe dicitur, niſi mittatur, *Rom.* 10, 15. intelligitur illud de miſſione Dei. *Supple (inquit Cajetanus) à Deo: prædicare enim quæ Dei ſunt c divini conſilii, nullus recte attentat, niſi miſſus à Deo.* II. Mittit Deus concionatores in omnes partes mundi, ſine vicario *Matth.* 9, 38. *Luc* 9, 49, 50. Mittunt etiam homines, qu charitate & zelo Dei commoti (ſive ſint Eccleſiaſtici, ſi ve Politici) prudenter id agunt, ut alii (ordine juſto quantum fieri poteſt, obſervato) donis aptis inſtructi, & approbati, opus illud aggrediantur. Mittit ipſa charitas ubi occaſio juſta, cum idonea facultate concurrit, a aliorum ſalutem procurandam. III. Hæretici poſſun ſuos errores propagare, ſine Pontifice: quidni & orthodoxi veritatem?

8. Bellarm. *Neceſſe eſt ut omnes fideles idem omnino ſentiant i rebus fidei: ſed hoc eſſe non poteſt, niſi unus ſit ſummus Iudex.*

Proteſt. I. Omnes vere fideles idem ſentiunt in neceſſariis, ſine ſummo judice externo: in aliis non eſt abſolut neceſſarium, ut idem ſentiant. II. Pontifex nondum effecit, ut omnes Pontificii idem ſentiant, ne de ipſo qui dem Pontifice Romano, & ejus in judicando poteſtate non magis quam vetus Pontifex Phariſæos & Saduceo idem olim ſentire fecit. III. Fides non ingeneratu imperio hominis judicantis, neque unitas ejus per tal imperium conſervatur, ſed per verbum Dei: ex cuju uſu, ſi non ſequatur unitas, hoc utentium, vel abutentium fit perverſitate. IV. Petro ipſo, cum aliis Apoſtolis, adhuc ſuperſtite, diſſidia, & hæreſes variæ exoriebantur. Non virtute neque vi viſibilis alicujus Monarchæ, ſed Spiritu Dei conſervatur Eccleſia, ne iſtis diſſidiis diſſipetur. *Zach.* 4, 6.

Argumenta noſtra.

9. *Proteſt. Matth.* 22, 25, 26. *Luc.* 22, 26. Reges gentium in eas dominantur, &c. verum non ita erit inter vos, vo autem non ſic.

Bellarm. 2. *Iſtis verbis, non removet Dominus Monarchia ab Eccleſia, ſed potius eam inſtituit, atque admonuit, diverſam eſſe civi*

civili Monarchia gentium Non enim ait, vos non præſidebitis ullo modo, ſed, non ſicut reges gentium.

Proteſt. I. Inſtituitur iſtis verbis comparatio diſſimilium inter Reges gentium, & miniſtros Eccleſiæ: illud igitur removetur à miniſtris Ecclſiæ, quod tribuitur Regibus: ſed regibus nihil hic tribuitur niſi Dominium & imperium, ergo hoc illud eſt quod à miniſtris Eccleſiæ removetur. II. Illud à miniſtris Eccleſiæ removetur, quod filii Zebedei quærebant, & de quo diſcipuli inter ſe contendebant, ſed hoc fuit dominium. *Matth.* 20, 21. *Luc.* 22, 24. ergo dominium ab ipſis removetur. III. Illud à miniſtris Eccleſiæ removetur quod directe opponitur miniſterio, ut *miniſtrum eſſe*, & *habere ſibi miniſtrantes* opponuntur, *Matth.* 20, 28. ſed hoc eſt dominium, ergo dominium à miniſtris removetur. IV. Quod Bellarm. inſtitutionem dominii & Monarchiæ ex iſtis ipſis verbis colligit, quia varius modus præſidendi præſcribitur Eccleſiæ miniſtris ab illo modo quo reges præſident gentibus; in eo ſemetipſum ſuperat Sophiſtica impudentia. Nam I. Alio modo poſſunt præſidere, ſine ullo dominio: & alio etiam modo dominari, (ſi hic locus eſſet dominio) ſine Monarchia. II. Poſſet ſimili ratione concludere, ex Pſalmo primo, improbos homines felices eſſe & futuros, ſuo modo, quia id affirmatur ibi de piis, & ſubjungitur, *verſ.* 4. *improbi non ſic.* Et devortia facta fuiſſe ab initio quavis levi de cauſa, ſed non eo modo, quo poſtea, quia *Matth.* 19, 8. dicit Chriſtus *ab initio non fuit ſic.* & fideles omnem impuritatem patrare, ſed alio modo quam gentes, quia *Epheſ.* 4, 20. Apoſtolus dicit fideles *non ſic didiciſſe Chriſtum.* III. Sic notat qualitatem illam in qua comparatio fuit inſtituta: illa autem qualitas non fuit modus dominandi, ſed ipſum dominium: non enim tribuitur Regibus, quod hoc aut illo modo dominabantur, ſed ſimplex dominatio: ergo non in modo dominii, ſed in re ipſa miniſtri Eccleſiæ diſſimiles eſſe debent Regum.

Bellarm. 2. *Clare ſubjungitur, qui inter vos major eſt fiat minor, & præceſſor (Græcè ἡγούμενος, Dux, Princeps) fiat ſicut miniſter: unus igitur erat à Domino Dux deſignatus.*

Proteſt. I. Clare etiam ſubjungitur. *Luc.* 9. *Qui minimus eſt inter vos:* num quid unus deſignatus erat minimus? II. Apud Matthæum *cap.* 20. *verſ.* 26, *&* 27. bis explicatur mens hujus phraſeos, *quicunque voluerit eſſe, magnus, aut primus, inter vos.* III. Si unus erat deſignatus dux, quomodo factum eſt, quod ſæpius quærebant, & contendebant quis eſſet maximus? IV. Argumentatio Bell. à voce ἡγούμενος, quæ ductorem ſignificat, ad ducem conſtituendum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eſt ac ſi quis joco probare vellet Rectorem Academiæ, aut Regentem Collegii eſſe propriè loquendo Regem. Nos vero ex adverſo pro certo colligimus, Spiritum Sanctum, eo ipſo, quod Reges & Principes ubique appellat ἄρχοντες domini titulo, ſed miniſtros Eccleſiæ ſemper officii, & miniſterii titulis deſignat qualis eſt ἡγέμενοι aliis præeundi officium notans, eo ipſo inquam Spiritum Sanctum indicare voluiſſe dominium convenire principibus mundi, ſed non Eccleſiæ miniſtris. Illud ſaltem liquidiſſime apparet Monarcham unum hac voce non deſignari: quia varii ἡγέμενοι fuerunt non ſolum in Eccleſiis variis, ſed & una Eccleſia particulari, *Act.* 15, 22. *Heb.* 13, 7, 17. Scriptura etiam diſtinguens inter ἡγεμόνα. & ἡγέμενον, priore voce maxima ſaltem ex parte denotat ducem *Luc* 21, 12. &c. quæ nunquam adhibetur in Eccleſiæ miniſtro deſignando.

Bellarm. 3. *Chriſtus vere præerat & Dominus erat, quamvis non ſicut Reges gentium: ſuo igitur exemplo rem declarans, vult unum ex ſuis vere præeſſe, ſed abſque libidine dominandi ut reges, qui tyranni ſunt plerumque.*

Proteſt. I. Certum eſt, in Chriſto utrumque fuiſſe, & jus dominii in Eccleſiam, & ſtatum miniſtrantis: ſed hic diſerte pro exemplo miniſtrationem ſuam tantum diſcipulis ſuis proponit, *Luc.* 22, 27. *Matth.* 20, 28. vis fit igitur ipſius verbis, cum altera pars trahitur in exemplum. II. Chriſtus nunquam exercuit æternum imperium, ſed fuit *ut miniſter, in forma ſervi:* nihil igitur dominii in ſemet ipſo exhibuit ſuis diſcipulis imitandum. III. Quod imitandum propoſuit, non uni alicui hoc commendabat ſed omnibus: *vos autem: quicunque inter vos.* IV. Quod de tyrannis addit Bell: nullo modo convenit: quod enim Chriſtus Regibus tribuit, id omnibus Regibus convenit omnes autem Reges tyrannos eſſe Bellarm. ipſe non audet affirmare.

Bellarm. 4. *Reges ſua regna filiis ſuis hæreditario jure relinquunt Prælati Eccleſiæ, non ſic.*

Proteſt. I. Nihil igitur aliud (Bell. interprete) prohibuit Chriſtus, hoc ſaltem in loco, miniſtris Eccleſiæ quam ne tyrannicè imperium ſuum exercerent dum viverent: aut morituri ſuos proprios filios conſtituerent ejuſdem imperii ſucceſſores. Mirum eſt, tam ſollicitè Chriſtum hæc vulgaria prohibuiſſe: & tam obſcure tamen explicaſſe, ut in verbis ejus neque vola, neque veſtigium appareat, vel tyrannidis, vel ſucceſſionis. II. Hac ratione, nullum diſcrimen erit inter illos reges qui ſuffragiis populi eliguntur, & Eccleſiæ miniſtros.

10. *Proteſt.* Apoſtolus totum ſacrum Eccleſiæ miniſterium & regimen à Chriſto inſtitutum repræſentans, nullam mentionem facit unius viſibilis Monarchæ, *Eph.* 4, 11. Et in commendatione unitatis propter unum corpus, unum Spiritum, unam Spem, unam Fidem, & unum Baptiſma, nullam mentionem facit unius Pontificis & Monarchæ.

Bellarm. 1. *Pontificatus ſummus diſerte ponitur ab Apoſtolo in illis verbis, & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos: & clarius* 1 *Cor.* 12. *primum Apoſtolos. Summa enim poteſtas data eſt omnibus Apoſtolis: ſed Petro ſoli, ut ordinario Paſtori, cui perpetuo ſuccederetur, aliis vero tanquam delegatis.*

Proteſt. I. Si omnes Apoſtoli habuerunt ſummam poteſtatem, tum nullus unus fuit Monarcha. II. Si Petrus ut Apoſtolus fuit ordinarius paſtor, tum extraordinarius & ordinarius paſtor unum & idem ſonant: tum etiam omnes Apoſtoli fuerunt ordinarii paſtores. III. Si ordinaria & perpetua ſucceſſio Petri iſto loco diſerte ponatur, tum continetur in ipſo titulo Apoſtoli: atque adeo omnes etiam Apoſtoli ſimilem habent ſucceſſionem. IV. Apoſtolus & delegatus, idem ſunt: non minus igitur Petrus, quam reliqui, fuit delegatus: neque magis quam reliqui delegati, ordinariam ſucceſſionem habuit ratione Apoſtolatus.

Bellarm. 2. *Poteſt. etiam reſponderi, Apoſtolum, hoc loco, tantum enumeraſſe varia dona quæ ſunt in Eccleſia, non hierarchiam.*

Proteſt. I. Hierarchiam revera non delineavit, ſed hierodouliam. II. Omnes tamen miniſterii gradus, tam extraordinarios, quam ordinarios enumeravit. III. Dona illa enumeravit tantum quæ pertinent *ad opus miniſterii, verſ.* 12, 44. Ipſi miniſtri ſunt dona.

Bellarm. 3. *Papa in illis verbis comprehenditur, Epheſ.* 4. *verſ.* 4. *unum corpus, & unus Spiritus.*

Proteſt. I. Non quæritur in argumento; quid comprehenditur, ſed quid exprimitur. II. Si comprehendatur in illis verbis, ut cauſa unitatis corporis, tum vel unum corpus facit ſine Spiritu, vel per Spiritum: ſed utrumque abſurdum. III. Papa non eſt cauſa unitatis ſpiritualis & myſticæ: ſed talis eſt unitas corporis per Spiritum. IV. Chriſtus ipſe illis verbis non proprie deſignatur, ut cauſa unitatis Eccleſiæ, ſed *verſ.* 5. *Unus Dominus:* ergo neque vicarius Chriſti.

11. *Proteſt.* Chriſtus ſolus eſt caput Eccleſiæ. *Eph.* 1, 22. & 4, 15. *Col.* 1, 18. injuriam igitur faciunt Chriſto, qui aliud caput addunt.

Bellarm. 1. *Papa eſt caput non cum Chriſto, ſed ſub Chriſto:*

non igitur fit injuria Chriſto, ſed augetur ejus gloria: quia Chriſtus eſ caput nobiliori modo, ſicut Rex eſt ſupra Proregem.

Proteſt. I. Caput ſub capite, non eſt ut Prorex ſub Rege ſed ut Rex ſub Rege. II. Proregis titulum & locum nemo ſubditus ſibi arrogare, aut alteri tribuere audet ſine expreſſo mandato Regis præeunte: ſed de Chriſti expreſſo mandato pro capite ſubſtituto, nullæ tabulæ proferuntur. III. Rex omnia Regia diſpenſat per Proregem: ſed Chriſtus ut caput Eccleſiæ, influentiam vitæ, ſenſus & motus in Eccleſia diſpenſat ſolus, neque Papa, neque alio ullo capite intercedente, Pontificiis ipſis concedentibus, *Thom p.3.q.8. a.6.* IV. Caput eſt Chriſtus ratione fidei. Alexander Alenſis, *p.3.q.12. m.1. a.2.ſ.2. eo ipſ eſt caput quo creditus.* Si igitur Papa ſit caput ſub Chriſto, tum fides Eccleſiæ fertur in Papam, ſub Chriſto. V. S Papa ſit caput ſub capite Chriſto, tum Chriſtum repræſentat in gratia unionis: *gratia enim unionis in Chriſto, eaden eſt cum gratia, ſecundum quam caput Eccleſiæ eſt.* Alexander Alenſis, *p.3. q.12. m.1. a.2. ſ.1.* & eadem ratione etiam ſul Chriſto eſt primogenitus ille, in quo omnis plenitudc habitat, omnia implens, & omnia habens pedibus ſui ſubjecta. *Eph.1,22. Col.1, 18,19.*

Bellarm. 2. *Multa eorum quæ conveniunt Chriſto, tribuuntu etiam hominibus, ſine injuria Chriſti, in ipſa Scriptura: ut lux, funda mentum, Paſtor, Epiſcopus, Apoſtolus, Doctor.*

Proteſt. I. Non tribuuntur ſine expreſſo conſenſu Chriſti. II. Non tribuuntur uni alicui homini ſingulariter III. Cum alia multa tribuuntur hominibus in Scriptu ris & titulus capitis Eccleſiæ nuſquam per totam Scri pturam cuiquam nudo homini communicatur, hoc ip ſum certum eſt argumentum, hanc prærogativam eſſ ſingularem, & Chriſto ſoli reſervatam. IV. Quamvis e nomina quæ propriè ad miniſterium referuntur, poſſin hominibus tribui, ſuo modo; illa tamen quæ ſignifican arctiſſimam Chriſti & Eccleſiæ conjunctionem (ut capi tis & Sponſi nomina) neque poſſunt, neque debent ad ul los homines transferri. V. Illorum nominum relato rum quæ tribuuntur hominibus correlata etiam ad eo dem homines referuntur: ſi igitur Papa ſit caput Eccle ſiæ, Eccleſia etiam recte diceretur corpus Papæ, hoc au tem eſt inauditum.

Bellarm. 1. *Hujus rei cauſa eſt, quod ſolus Chriſtus ſit capi principale & perpetuum totius Eccleſiæ.*

Proteſt. I. Principalitas, & perpetuitas, non ſunt cau (ne quidem ſine qua non) cur relata & correlata, ad mutuo referuntur: eorum igitur defectus, non pote

eſ

ſſe cauſa cur non ſic referantur. II. Rex in ſuo regno, t Deo inferior, non eſt abſolute principalis, ut mortalis, on eſt perpetuus Rex, & tamen regnum dicitur eſſe Regis. III. Si Papa non ſit perpetuus Rex, quid fiet :ccleſiæ, & ejus unitati, cum interdicitur iſtud caput? ræſertim ſi interregnum ſit aliquot annorum, ſicut aliquando fuiſſe conſtat.

Bellarm. 2. *Cum Eccleſia dicitur corpus Chriſti, vox illa Chriſti oteſt commode referri, non tam ad Chriſtum ut caput, quam ad eundem, ut hypoſtaſin ejus corporis: quemadmodum cum dicimus, illic jaet corpus Petri, aut Pauli, non ſignificamus Petrum aut Paulum eſſe orpora, ſed perſonas quarum illa ſunt corpora.* I *Corint.* 12.

Proteſt. I. Bellarm. hic in os contradicit Paulo, *Eph.* 1. 2,23. & 4,15,16. & 5,23. *Col.* 1,18. & 2,19. qui diſerte locet, Eccleſiam vocari corpus Chriſti, quatenus Chriſtus ſt ejus caput. II. Inaudita eſt iſta ſignificatio hypoſtaeos, & abſona ejus applicatio. Petrus enim non poteſt lici caput illius corporis quod hic jacet: ſed Chriſtus recte vocatur caput illius corporis, cujus Bellarm. vult eum eſſe hypoſtaſin. Homines ſunt corpus Eccleſiæ, ſicut corpus hic aut illic jacens, eſt corpus Petri. Eccleſia non aſſumitur in unitatem perſonæ Chriſti. Chriſtus I *Cor.* 12,12. vocatur Synechdochice Eccleſia, cum Chriſto ut cum capite myſtice adunata. Sic Contarenus Cardinalis, n illum locum: *Eccleſia tota, & hoc corporis myſterium appellatur nomine Chriſti, idem etenim corpus eſt caput cum membris.*

12. *Proteſt.* Non poteſt unus homo ſufficere omnibus Eccleſiis regendis. Ergo Eccleſiæ univerſæ regendæ inepta eſt Monarchia.

Bellarm. I. *Vt unus per multos ſibi ſubjectos miniſtros & paſtores, totam Eccleſiam regat, non ſolum poßibile eſt, ſed etiam utile & commodum, fecit id Paulus* 2 *Cor.* 11,28. *& unuſquiſque Apoſtolorū.*

Proteſt. I. Deus nunquam vocavit ullum rectorem aut Paſtorem Eccleſiaſticum ad paſcendum aut regendum per alios. Quia hoc non eſt ad miniſterium, ſed ad dominium vocare: poteſtas enim dominii eſt, aliis poteſtatem delegare. Summi autem rectores ac Paſtores Eccleſiæ ad miniſterium tantum vocantur, I *Tim.* 1,12. II. Si Papa per alios regat, tum illi ſuo jure non regunt & paſcunt ſuas Eccleſias, ſed tanquam delegati Papæ, atque adeo non ſunt immediate & formaliter miniſtri Dei, ſed Papæ. III. Nullo modo apparet, Petrum rexiſſe omnes Eccleſias per cæteros Apoſtolos, & reliquos miniſtros, Diu laborans erat Paulus, antequam negotii quidquam habuit cum Petro, *Gal.* 1, 17,18. & poſtea miniſterio fungebatur ut Petri ſocius, non delegatus *cap.* 2. *verſ.* 9. Pari vocationis

jure & efficacia utens cum ipſo Petro. *ibid. v.* 7. &
IV. Cum *utile* & *commodum* eſſe Bellarm. affirmat, regime
MonarchicumPapæ per alios regentis, ſi turpis lucri com
modum Papæ hoc pacto accreſcens, non poteſt illud n
gari, ſed utilitas fructus, & ædificatio Eccleſiæ poſtula
ut Paſtores omnes per ſe attendāt ad ſuos greges. V. Pa
lus habuit ſollicitam curam de omnibus Eccleſiis: ſed no
regebat omnes & ſingulas vel per ſe, vel per alios, tum
nim ſequetur Paulum fuiſſe Epiſcopum Eccleſiæ Roma
næ, & rexiſſe eam per Petrum, & ejus ſucceſſores. Si et
am ſollicitudinem habere, ſit regere, tum Paulus fuit R
ctor & Paſtor ipſius Petri. Magnam enim curam & ſo
licitudinem habuit, ut Petrus recto pede incederet,
ne offenſa, *Gal.* 2, 14. & talis fuit ſollicitudo illa de qu
Paulus loquitur, 2 *Cor.* 11, 28. ſicut ex ſequentibus app
ret, *quis offendiculo afficitur, quin ego urar?* VI. Si unu
quiſque Apoſtolorum idem fecit, non omnes fuerunt u
niverſales Monarchæ, & ſimul etiam variis Monarch
parebant. Quorſum tanta confuſio in regimine omniu
optimo.

Bellarm. 2. *Deus dedit imperia majora quam nunc eſt or*
Chriſtianus uni homini: uni totum fere orbem aliquando parere v
luit. Facilior autem eſt gubernatio Eccleſiaſtica, quam Politica.

Proteſt. I. Bellarm. nunquam ſerio cogitavit cum Ap
ſtolo, 2 *Cor.* 2, 16. *Sed ad hæc quis idoneus?* II. Deus ſæ
in ira, dat populis multis Regem unum. III. Dat Reg
bus imperium, quo poſſint proreges, & præfectos ſibi ſe
vituros creare. IV. Nulla lege inſtituit tam latè pate
tia imperia, nedum uni hominum ſucceſſioni alligav
V. Papæ eſt (ſi Pontificiis credamus) & Eccleſiam, & il
imperia vel directe, vel indirecte gubernare.

13. *Proteſt.* 1 *Cor.* 3, 22. Paulus, Apollo, & Cephas veſt
ſunt.

Bellarm. *Non percipio vim argumenti.*

Proteſt. Vis argumenti, quoad cauſam præſentem, eſt
eo, quod monentur Corinthii hoc argumento, ne pe
deant ab illo homine, tanquam à Domino ſuo, quia om
nes ſunt eorum miniſtri, ex æquo, non minus Cepha
quam Apollo, nemo igitur hominum eſt Dominus a
Monarcha Eccleſiæ.

Bellarm. *Non ſi propter utilitatem Eccleſiæ Miniſtri ſint inſ*
tuti, idcirco Eccleſia eſt poteſtate ſupra Miniſtros.

Proteſt. Neque hoc inde concludimus, ſed ſi ut miniſt
ita Eccleſiæ inſerviant, ut ab iis non ſit pendendum, tu
nemo eorum eſt Eccleſiæ Monarcha.

14. *Proteſt.* Chriſtus pariter omnes Apoſtolos miſit. *I*
20, 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *Illis verbis non eſt unus alii præpoſitus. Sed Ioh.* 21, 6. *ubi dicitur, paſce oves meas.*

Proteſt. Si in miſſione unus non fuit alii præpoſitus, *tto vos*, neque in Spiritus Sancti communicatione, *acci-e Spiritum Sanctum*; neque in poteſtate remittendi & re-nendi peccata, *quorum peccata remiſeritis, aut retinueritis*, ſi in illo horum de quibus agitur *Ioh.* 20. unus alii fuit præ-ɔſitus, certe *paſcere oves*, non eſt privilegium unius ſupra ios. Quia mittebantur omnes ad paſcendas oves: Spi-tu in illum finem fuere donati: & remittere ac retine-: peccata, eſt ipſum paſcere.

15. *Proteſt.* Præter hæc argumenta, quæ Bellarm. ex ɔſtris colligit, multa alia poſſunt, ac ſolent etiam addu-, quibus hæc Monarchia convellitur. Nos unum tan-ım adjiciemus, quod apud omnes integri judicii homi-es vim habebit efficaciſſimæ demonſtrationis. Si Deus ı Eccleſia talem conſtituiſſet Monarchiam viſibilem, ualem Pontificii nobis depingunt, & obtrudunt, tum ſi-e dubio accurate & perſpicue illa omnia in Teſtamento ovo deſcripſiſſet, quæ ad hujuſmodi regimen & ſtatum eceſſario requiruntur. Ratio conſequentiæ eſt manife-:a. I. A Sapientia Dei, quæ ſecundum rerum momenta, ı iis revelandis & explicandis verſatur, ita ut res graviſ-mas, & maximi uſus, diligenter curet Eccleſiæ fieri ma-ime notas. Monarchia autem illa (ſi Pontificiis creda-ıus) tanti eſt momenti, ut ſine illa, neque Eccleſia poſſit ſſe ſalva, neque verbum Dei certum & utile hominibus, eq; Chriſtus ipſe regnum in terris obtinere. II. Ab ex-mplis hujus proportionis diligenter obſervatæ. Chriſtus nim accuratiſſime deſcribitur in utroq; Teſtamento, ita t nihil omittatur fere quod curioſus aliquis poſſit deſi-erare: ſimiliter etiam ſummus Sacerdos in vet. Teſt. cum mnibus iis quæ ad eum ſpectabant, uſque ad minuta illa, eſtium, & ſimilium circumſtantiarum, ita repræſenta-ur ut omnibus neceſſario innoteſcere debeat, neq; quiſ-uam unquam fuit inter Iudæos tam ſtupidus, quin ſi li-ros Moſis legerit, ſimul etiam intellexerit ſummum Sa-erdotem, fuiſſe à Deo conſtitutum, & qualis eſſet. Mo-ıarcha autem Pontificius, Iudæum veterem longiſſime uperat, & ejuſdem eſt rationis, cum Chriſto ipſo in ter-is agente, quoad poteſtatem quam habet in Eccleſia Dei. Sed 1. in toto N. T. neq; Monarchæ, neq; Monarchiæ ali-cujus Ecclaſiaſticæ, & viſibilis, vel nomen aut titulus re-peritur. 2. Sedes hujus imperii nuſquam deſignatur niſi forſan ſub titulo ſedis Meretricis illius Magnæ, & Beſtiæ Antichriſtianæ in Apocalypſi. 3. Nihil ſingulare notatur.

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vel ab iſthoc ſolo Monarcha præſtandum, vel illi ſoli aliis tribuendum. 4. Nulla inſignia hujus Majeſtatis tr duntur quibus poſſit dignoſci. 5. Nulla certa ratio ſu ceſſionis, in iſthoc imperio, deſignatur. 6. Nulli ſubo dinationis gradus ab iſthoc Monarcha derivandi decl rantur. 7. Nullum exercitium aut praxis hujuſmodi in perii in toto N. Teſtam. narratur. Certiſſime igitur co cludere licet, hujuſmodi Monarchiam non fuiſſe à D inſtitutam.

Cap. II. *De Monarchia Petri.*

Quæſtio eſt, An Petrus ſit univerſalis totius Eccleſiæ Monarcha, l Chriſti, ab ipſo Chriſto conſtitutus? Pontificii affirmant, nos n gamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Probatur hoc duobus locis Euangelii, quorum altero pr mittitur hæc Monarchia Petro, in altero exhibetur.*

Proteſt. Quamcunque poteſtatem in Eccleſiam legim à Chriſto ſuis diſcipulis fuiſſe promiſſam, & exhibitan eandem etiam legimus ab ipſis fuiſſe exercitam & uſu patam. *Marc.* 16, 15 & 20. Bel. igitur totam ſuam cauſa hic initio prodit, cum duobus locis promiſſam & data Petro Monarchiam iſtam contendit, & unum tamen l cum non poteſt proferre, ex quo cum aliqua ſpecie pr baret acceptam eam à Petro fuiſſe & uſurpatam.

2. Bellarm. *Matth.* 16, 18, 19. *Tu es Petrus, &c. Horum ve borum planus & obvius eſt ſenſus, ut intelligamus ſub duabus metaph ris, promiſſum Petro totius Eccleſiæ principatum.*

Proteſt. I. Si tam obvius & planus ſit ſenſus horu verborum ſub duplici metaphora enunciatorum, tum dem ille ſenſus debet aliis in locis abſque metaphoris e plicari: hoc autem ne Bell. quidem affirmat. II. Si ta planus & obvius ſit ſenſus iſte, tum Apoſtoli eodem ſe ſu cum Bellarm. hæc verba intellexiſſent: illos aute principatum hujuſmodi Petro datum non intellexiſſe, eo apparet, quod aliquoties poſtea inter ſe contendeban quis eſſet primus. III. Patres etiam varios, aliquand ſaltem, alio ſenſu hæc verba accepiſſe quam Bellarm. a cipit, adeo notum eſt, ut ipſi Pontificii non ſoleant h diffiteri. IV. Veteres omnes Scholaſtici cum ſuo m giſtro aliter accipiunt: dum poteſtatem illam de qua h agitur Sacerdotalem eſſe docent, Apoſtolis primo data & per illos aliis. *In Lombardum lib. 4. diſt. 18. & Alex. Ales*

par

:t.4.q.20. ubi etiam *memb.6.art.3.* contendit contra Bel-
rm. claves iſtas hoc in loco datas fuiſſe, non promiſſas.
acram etiam facultatem Theologiæ Pariſienſis, diſſenti-
plurimum à Bellarm. circa ſenſum horum verborum:
:ut & Concilium Conſtantienſe & Baſilienſe, omnibus
t notum: multo enim minus hoc loco tribui Petro con-
ndunt, quam Bellarm. vult, ſicut ex adverſo, Canoni-
æ multo plus inde Petro & Pontifici Romano arro-
int, quam ipſe Bellarm. largitur, ut videre eſt apud Ca-
:rium de Pontif. neque iſtam litem adhuc diremit ju-
ex ille fidei Romanus. Senſus igitur à Bellarm. proba-
is, neque eſt planus & obvius, neque omnium Catholi-
rum communis.

3. Bellarm. *Ex textu aperte deducitur, illam perſonam quæ dice-
:tur Petrus, eſſe Petram: non ut perſona erat particularis, ſed ut Pa-
r & caput Eccleſiæ.*

Proteſt. I. Neque ex iſthoc textu, neque ex ullo alio po-
:ſt deduci, Petrum fuiſſe caput Eccleſiæ. Si igitur Petra
iit, ut fuit caput, tum nulla ratione fuit Petra. II. Poſ-
imus hoc tuto concedere, Petrum ut Apoſtolum, cum
eliquis Apoſtolis fuiſſe aliquo modo Petram & funda-
ientum Eccleſ. unum ex multis, ita ut Monarchia Pe-
:i ex eo non probetur, ſed evertatur. Petra aut funda-
ientum dicitur, quod totum ædificium ſuſtentat: Ec-
leſia autem firmiter ſuſtentatur & realiter virtute &
fficacia Chriſti reali: & etiam doctrinaliter, certa illa in-
:itutione & doctrina, qua Chriſtus & ejus vis & effica-
ia ad certam fidem in ipſum, declaratur. Priore ſenſu
hriſtus eſt unicum Eccleſiæ fundamentum. Altero au-
em ſenſu, quia doctrina de Chriſto, eſt fundamentum,
lcirco etiam per metonymiam cauſæ, illi qui iſtam do-
trinam, cum infallibili certitudine, Eccleſiæ declara-
unt, dicuntur etiam fundamenta: non Petrus tantum,
ed & reliqui Apoſtoli, *Apoc.20,21.* atque etiam Prophe-
æ, *Eph.2,20.* Optime igitur conveniunt, & in unum red-
:unt, tres illæ interpretationes hujus loci, quæ apud ve-
eres occurrunt: Chriſtus eſt Petra: Confeſſio, Fides,
el doctrina de Chriſto eſt Petra, & Petrus ipſe ut Apo-
tolus Chriſti, eſt etiam (metonymice) partialis Petra.
Nihil hic ſeritur aut metitur fictitiæ Petri Monarchiæ.

4. Bellarm. *Fides Petri in relatione ad Petrum eſt fundamen-
tum, idque duplici ratione: 1. Quia ob meritum ejus fidei conſecutus
ſt Petrus, ut ſit fundamentum Eccleſiæ. 2. Quia Petrus in eo potiſſi-
mum eſt Eccleſiæ fundamentum, quod cum fides ejus deficere non poſſit,
pſe omnes alios in fide ſuſtentare debet.*

Proteſt. I. Hoc idem eſt ac ſi dixiſſet Bellarm. Fides eſt
funda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

fundamentum in relatione ad Petrum: & Petrus eſt fundamentum in relatione ad fidem: quæ circularis eſt explicatio dogmatis vertiginoſi. II. Neque fides Petri neque Petrus cum illo ſenſu poteſt dici fundamentum Eccleſiæ, niſi in relatione ad Chriſtum, qui unicum eſt fundamentum ejus reale. III. Si fides merebatur u[t] Petrus eſſet fundamentum Eccleſiæ, tum hoc fecit (ſecundum Bellarmini diſtinctionem) vel ut abſolute con[ſi]ſiderata, vel in relatione ad Petrum: ſi primo modo, tum priſci Prophetæ, B. Virgo, Simeon, Zacharias, Iohan. Baptiſta, Apoſtoli & diſcipuli cæteri, idem etiam meruerunt: hos enim omnes antea credidiſſe Chriſtum eſſe filium Dei vivi Bellarm. hoc ipſo capite decimo affirmat. Si poſteriore modo, tum ſingularis aliqua vis merendi fui[t] in perſona Petri antecedenter ad ejus fidem, quæ potui[t] tantam virtutem etiam in actum ſuum derivare, ſupra i[d] quod aliorum perſonæ poſſunt. IV. Si Petrus hoc tempore meruiſſet iſtam dignitatem, eandem etiam aliqu[o] modo ſtatim accepiſſet, quod tamen Bellarm. negat. Promiſſio mercedis antecedere ſolet meritum, non ſequi: & debuit etiam hic neceſſario antecedere, niſi Bellarm. di[ci]cat, hoc meritum fuiſſe ex mera dignitate operis, aut perſonæ, ſine ullo pacto antecedente. V. Fides reliquorum Apoſtolorum non magis deficere potuit, quam fides Petri. Neque Petrus Paulum in fide magis confirmavit, quam Paulus Petrum. VI. Si firmitas, & efficacia fidei ad alio[s] ſuſtentandos, ſit ratio fundamenti, tum illi ex ſucceſſoribus Petri, qui talem fidem non habuerunt, non fuerunt fundamenta. Magis igitur favet illis Pontificibus Cajetanus de primatu Romanæ Eccleſiæ *cap.* 2. ubi docet officium ſuſtentandi Eccleſiam his verbis ad hominem Petrum referri, ut ad nihil agentem: quæ tamen poteſt etiam eſſe Bellarmini mens, cum dicit Petrum eſſe fundamentum quia *debet* ſuſtentare, non quia ſuſtentat.

5. Bellarm. *Per ædificationem Eccleſiæ ſuper Petram, ſignificatur Petro eſſe commiſſum regimen totius Eccleſiæ, & præcipue circa fidem. Petra enim fundamentali hoc eſt proprium, totum ædificium regere, & ſuſtentare.*

Proteſt. I. Talis igitur eſt explicatio hujus metaphoræ ſecundum Bellarm. conſtituere Eccleſiam ſuper Petram, eſt conſtituere Petrum ſuper Eccleſiam. Annon egregi[a] eſt hujus ſimilitudinis proportio? II. Ædificare, nunquam in tota Scriptura, ſignificat committere regimen ſed ſemper conſtituere, aut creſcere facere, & promovere. III. Regimen iſtud Monarchicum committere homini, *præcipue circa fidem*, eſt hominem conſtituere domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ım fidei : quod Apoſtolus abominatur , 2 *Cor.* 1, 24. V. Fundamento qua eſt fundamentum, neque *proprium*, :que commune eſt regere ædificium. Ad rationem fun- ımenti in ſpiritualibus,ut dicatur metaphorice ad ſimi- udinem fundamenti materialis , duo tantum requiri , ɔcet *Thomas in* 3. *diſt*.23. *q*.2. *a.ult*. & 2.2. *quæſt*.7.*art*.7. *ad* 4. *uod ſcilicet ſit primum & alias partes præcedat , & quod ſit cæteris rtibus connexum , ſuſtentans totum ædificium.* V. Fides etiam t fundamentum Eccleſiæ : omnes etiam Apoſtoli fue- ınt fundamenta : ſed neque fides, neque Apoſtoli Mo- ırchicum regimen exercent.

6. Bellarm. 1. *Fides non proprie dicitur fundamentum.*

Proteſt. Magis proprie quam Petrus. Eccleſia dicitur di- :rtis verbis ſuperſtrui fidei. *Iudæ* 20. de Petro non ſic.

Bellarm. 2. *Omnia ſunt intelligenda accommodate ad naturas rum. Fides eſt fundamentum ut principium,& donum ſine quo non : d Petrus ut Rector: talis enim eſt dependentia unius hominis ab alio.*

Proteſt. I. Non eſt accommodatum naturæ Petri, ut ſit Ionarcha aut dominus fidei Eccleſiæ : aut etiam Paſtor mnium & ſingulorum fidelium. II. Fides interne unit : conjungit Eccleſiam fundamento ſuo Chriſto , atque leo propius accedit ad fundamenti naturam , quam re- :or externus. III. Vnus homo ab altero dependet,non ıntum ut à Rectore,ſed etiam ut à cauſa procreante, & onſervante,ut liberi à Patre,unde etiam liberi vocantur :dificium parentum , *Gen*. 16,2. & 30,3. *Deut*.25,9. quæ tiam eſt notatio Hebraicæ vocis *Ben* à *Benah*. Eccleſia i- itur , quatenus miniſterio Petri fuit genita , poteſt dici jus ædificium , & ab ipſo pendere ut à Patre , non Mo- archa.

Bellarm. 3. *Apoſtoli omnes fuerunt Eccleſiæ fundamenta , aque, aqualiter.* 1. *Quod Eccleſias primi pariter fundarunt.* 2. *Quod do- rinam,qua Eccleſia fides nititur,pariter revelarunt.* 3. *Quod Eccle- am univerſam omnes gubernarunt. Sed quoad modum gubernationis, ac fuit differentia , quod cæteri habuerunt plenitudinem ampliſſima teſtatis,ut Apoſtoli,Petrus autem ut Paſtor ordinarius,& eorum eti- m caput.*

Proteſt. I. Si hæc ita ſe haberent , tum nihil ſignificatur ıoc in loco per ædificationem ſuper Petram , quod pro- ɔrium eſt Petri. Gubernatio enim ſimpliciter tantum ſi- gnificatur,ut modo Bellarm. dicebat: ſingularis iſte mo- lus gubernandi,quem ſolum proprium facit Petri, nullo verbo aut ſyllaba hujus textus declaratur. II. Si Apo- toli omnes habuerunt *plenitudinem ampliſſima poteſtatis , in Eccleſiam univerſam* , tum certe patres fuerunt Petro quoad poteſtatem , major enim poteſtas non fuit Petri.

III. Or-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

III. Ordinaria nulla poteſtas alicujus paſtoris major eſt Apoſtolica, 1 *Cor.* 12,28. *primum Apoſtolos.* IV. Extraordinaria poteſtas a Deo data, majorem certitudinem directionis ſolet ſemper habere, quam ordinaria, ut videre eſt, in Moſe & Aarone, in Prophetis, & Sacerdotibus: per hanc igitur differentiam, Apoſtoli reliqui ſupra Petrum elevantur. V. Petrum fuiſſe caput Apoſtolorum per eminentem gradum poteſtatis, probandum reſtat Bellarm. petenti enim hoc principium non largiemur.

7. Bellarm. *Perſona cui dicitur, tibi dabo claves* Mat. 16.19 *fuit Simon filius Ionæ.*

Proteſt. Neque nos hoc negamus: ſed dicimus ita Simoni Petro fuiſſe promiſſas claves, ut ſimul etiam promiſſa ſint, reliquis Apoſtolis, & toti etiam Eccleſiæ aliquo modo, cujus perſonam eo tempore Petrus gerebat, ut loquitur *Auguſtin. in Iohan. tractat.* 50. & 124.

8. Bellarm. *Duobus modis potuit Petrus perſonam Eccleſiæ gerere, vel hiſtorice, ut re vere à ſe geſta ſignificarit rem ab Eccleſia gerendam, vel parabolice, ut nulla re à ſe geſta, ſignificaret tamen rem a Eccleſia gerendam. Nos vero dicimus priore modo Petrum Eccleſiæ perſonam geſſiſſe: ita ut ipſe vere ac principaliter acceperit claves, & ſimul etiam ſignificaverit, Eccleſiam ſuo quodam modo poſtea accepturã*

Proteſt. Diſtinctionem admittimus inter ſignificationem per modum rei vere geſtæ, & illam quæ eſt per modum parabolæ: differt enim typus merus, a typo mixto in quo res ſua natura abſolute geritur, ſed ita ut inſuper etiam accedat relatio ſigni ad aliud. Sed I. Male definitur uterque modus à Bellarm. non enim res geſta typica ſemper ſignificat rem ab alio poſtea gerendam, quia ſæpe denotat rem ab alio eodem tempore geſtam, ut *Gen.* 17. Abrahamus fœdus inibat cum Deo, & repræſentabat ſemen ſuum non initurum poſtea ſimile fœdus, ſed eodem tempore in ipſo paciſcens. *Deut.* 29,14,15. *Neque vobiſcum ſolis ego pango fœdus meum.* Neque in omni typo mere eſt mera fictio, ut Bellarm. loquitur. II. In typo hiſtorico illo quem Bellarm. notat non geritur proprie perſona illius qui ſignificatur. Abrahamus duos filios habens figura fuit Dei, ſed non proprie tamen in eo geſſit perſonam Dei. III. Similitudo igitur eſt vel vera, vel ficta. Vera ſimilitudo eſt vel applicata tantum ad aliam rem illuſtrandam, ad quam in ſeſe nullam habuit ſingularem relationem, vel in illum finem deſtinata: & hæc deſtinata ſimilitudo proprie dicitur typus. Deſtinata vero repræſentatio, vel mere repræſentat, ita ut eandem rem quam repræſentat, non agat; vel illam agendo repræſentat. Agendo autem vel repræſentat rem ſimilem ab alio poſtea

gerendam

gendam, vel eodem tempore ſimul ab alio geſtam: po-
iriore hoc modo, qui gerit perſonam communitatis il-
ls cujus eſt pars, & ſuo nomine agit, & communitatis
ſæ; ita ut ex patte agat, & ex parte repræſentet ſimul
r illum agentes. Et hoc modo, Petrus accipiens claves,
præſentabat Eccleſiam: quia ipſe quidem vere accipie-
t ſibi, & ſimul etiam in ejus perſona accipiebat Eccle-
. Sicut *Matt. ult.* cum Chriſtus dicebat Apoſtolis, *ero*
viſcum, illi accipiebant hanc promiſſionem tanquam ad
pertinentem, & ſimul etiam nomine Eccleſiæ: quod ſi-
ificatur ſequentibus illis verbis, *uſque ad conſummationem*
uli.

9. Bellarm. *Petri perſona deſcribitur accurate. Ille dixerat, tu Chriſtus filius Dei vivi. Illi dictum eſt, vade poſt me Satana, ſcan-lum es mihi.*

Proteſt. Probant hæc Petro datas eſſe claves, ſed non etro ſoli. Neque enim propria fuit illa confeſſio Petri, eque Petro proprium fuit, propter ſcandalum, Satanæ omen mereri.

10. Bellarm. *Non erat tum temporis Petrus Eccleſiæ legatus, aut carius. Quis Provinciam hanc illi impoſuerat?*

Proteſt. I. Æque tum temporis fuit legatus aut vicarius poſtolorum ac *Ioh.* 6,68. *Actor.* 2,14. & alibi, cum nomi-e omnium reſpondere ſolebat. II. Hanc Provinciam npoſuit ei quoad confeſſionem quam edidit, partim con-nſus Apoſtolorum ipſi notus, partim ſingularis quidam rvor & promptitudo Spiritus, quo impellebatur ad a-is præeundum. III. Quoad claves accipiendas, hanc erſonam impoſuit ei Chriſtus, qui etiam omnibus Apo-olis impoſuit ſæpe illam perſonam, ut Eccleſiæ nomine cciperent ejus promiſſiones ut *Matth.* 28,20. IV. Cer-iſſimum eſt, Petrum tum temporis non fuiſſe legatum ut vicarium Pontificum Romanorum. Quis enim hanc rovinciam illi impoſuerat? non igitur ſuſpicari poſſu-ius, eorum nomine Petrum claves accepiſſe.

11. Bellarm. *Petrus reſpondit nomine omnium, non ut præco ali-uis, ſed ut princeps, & caput, cum ignorarent cæteri quid potiſſimum eſponderent.*

Proteſt. I. Non eſt ſufficiens enumeratio: inter præco-iem, & principem, datur tertium, membrum ſcilicet ommunitatis nomine omnium reſpondens. II. Non gnorabant cæteri quid reſponderent: *jam enim crediderant nulti, Chriſtum eſſe filium Dei vivi, B. Virgo, Simeon, Zacharias, Ioan. Baptiſta, Apoſtoli, & diſcipuli cæteri.* ſunt verba *Bellarmini cap.* 10.

12. Bellarm. *Si nomine omnium Petrus reſpondiſſet, vel id feciſ-et, quod cæteri hanc illi Provinciam demandaſſent, vel quod ſciret, quid*

illi

illi reſponſuri eſſent. Neutrum autem eſt verum. Non primum, quia hoc didicit ex revelatione Patris. Non ſecundum, quia ſoli ipſi facta eſt revelatio. Item aliquo modo, hoc indicaſſet, ut Iohan.6. nos credimus, neque Chriſtus ſimpliciter approbaſſet.

Proteſt. Quin poſterior cauſa ſit vera, neque prohibet quidquam, & ſuadent multa. Nam I. Quamvis didicerit hoc Petrus ex revelatione, ex conſenſu tamen aliorum potuit revelatam illam veritatem hoc tempore enunciare. II. Non ſoli Petro facta eſt hæc revelatio, ſicut apparet ex verbis Bellarm. in præcedente theſi poſitis: niſi eos idem crediliſſe dicet, ſine revelatione: quod tamen nihil impediviſſet, quin Petrus ſciret quid eſſent reſponſuri. III. Ex *Iohan*,6,69. Manifeſto apparet,& Apoſtolos hoc antea crediliſſe, & Petrum omnium nomine idem antea fuiſſe confeſſum,cum reſpondebat, *nos credimus & ſcimus, te eſſe Chriſtum illum filium Dei viventis.* Illam enim hiſtoriam.*Ioh.*6. præceſſiſſe huic *Mat.*16. docent *Aug.l.*2.*de conſenſu Euang.c.*45. *Chryſoſt. hom.*59.*in Matth. Hieron.in Mat.*14 *Toletus in Ioh.*6. *Ianſenius in Harm.* & evincit illud ratio: quia miraculum illud cujus mentio habetur,*Ioh.*6.*verſ.*5.*ad* 15 idem eſt cum eo quod narratur, *Mat.*14. *a verſ.* 51. *ad* 21 & conſequentia ſunt eadem. Confeſſionem autem Petri *Mat.*16. poſt illud miraculum aliquo intervallo factam eſſe,ſeries hiſtoriæ evincit: ſed illam quæ *Ioh.*6. habetur, poſtero die factam eſſe apparet, *verſ.* 22,4. Non uſus eſt plurali numero, *ut Ioh.*6. Quia non explicavit actum credendi, & perſonas credentes, ut ibi, ſed veritatem ſolam quam credebant. Neque hac elleipſi magis excluduntur cæteri Apoſtoli, quam ipſe Petrus: non magis enim dixit *ego credo*,quam *nos credimus*, ſed ſimpliciter,*tu es Chriſtus*.Martha utrumque expreſſit, *Ioh.*11,27. *Ego credo te eſſe Chriſtum illum &c.* Neque tamen aut magis credidit, aut altiore gradu particeps fuit vitæ, huic fidei promiſſæ *verſ.*26. quam Soror ejus Maria. V. Eadem etiam reddi poteſt ratio quare ſimpliciter probatur iſta confeſſio, ſine illa exceptione quæ habetur. *Ioh.* 6,70. Quia ſcilicet perſonarum non fuit mentio,facta in verbis confeſſionis. Sed non eſt neceſſarium,ut eadem ſemper à Chriſto eodem modo repeterentur. Neque obliti erant Apoſtoli illius admonitionis, quæ ut oſtendimus præceſſerat, ut neceſſe habuerint eam de novo, tam cito, inculcatam audire.

Contra iſtam reſtrictionem clavium, quaſi ſoli Petro promiſſarum, multa ſunt argumenta noſtrorum: ſed nos unum tantum urgebimus.

12. *Proteſt.* Si ſoli Petro ſint promiſſæ, tum ſoli etiam

Petr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Petro ſunt datæ. Sed omnibus Apoſtolis, non ſoli Petro ſunt datæ. *Mat.* 18, 18. *Iohan.* 20, 22, 23.

Bellarm. 1. *De poſteriore loco, nulla eſt difficultas: nam certum eſt, non dari per illa verba omnem poteſtatem clavium: ſed tantum poteſtatem ordinis ad remittenda peccata, Matth. autem* 16. *non determinatur ad peccata. Ligantur enim homines, non tantum peccatis, ſed etiam legibus. Deinde minus eſt retinere peccatum, id eſt, relinquere hominem in ſuo ſtatu, quam ligare, id eſt, novum vinculum ei imponere.*

Proteſt. I. Diſtinctio illa tota inter omnem poteſtatem miniſterialium clavium, & poteſtatem ordinis ad peccata retinenda & ſolvenda, eſt Papiſticum & nuperum commentum, cujus nulla apparent veſtigia, in toto novo Teſtamento, aut etiam apud veteres Patres. Ne veterum quidem Scholaſticorum habet approbationem. *Claves* (Alexander Alenſis. *p.* 4. *q.* 20. *m.* 8.) *dantur aut conferuntur in & cum ordine Sacerdotali: neque poſſunt ab eo ſeparari.* Quæſtione autem 21. *m.* 1. *a.* 4. ut defendere poſſit Epiſcoporum Monarchiam, cogitur negare, ſolvere & ligare in foro judiciali eſſe actus clavium. Et ſimiliter etiam de indulgentiis pronunciat, *q.* 23. *m.* 3. quod *clavis non ſit toto ratio earum.* Sic Thomas ſupplem. *q.* 19. *a.* 5. poteſtatem juriſdictionis in foro cauſarum, negat eſſe *clavem cæli.* Bonaventura etiam in 4. *diſt.* 18. eadem ratione cogitur diſtinguere inter poteſtatem clavium, & poteſtatem gladii Petro datam, ubi tamen diſertis verbis Bellarminum refutat: *Poteſtas clavium* (inquit) *promiſſa fuit Matth.* 16. *& data Iohan.* 20. *accipite Spiritum Sanctum, &c.* Scotus in eundem locum docet, *clavem commiſſariam, quæ poteſt homini committi, Sacerdoti dari in ſuſceptione ordinis.* Tota etiam vis clavis ejus definitione explicatur apud Magiſtrum, eodem loco, *clavis eſt poteſtas ligandi & ſolvendi qua Eccleſiaſticus judex dignos recipere, & indignos excludere debet à regno.* Hanc autem poteſtatem totam, ordinis eſſe docet idem Magiſter cum omnibus ſuis diſcipulis. II. Ineptiſſima eſt illa exceptio, quod *Iohann.* 20. & non *Matth.* 16. poteſtas determinatur ad peccata. Omnes enim Scholaſtici clavium totum uſum determinant ad peccatum, tanquam obſtaculum quo cœlum hominibus clauditur, niſi poteſtate clavium peccatum removeatur, & ſic cœlum aperiatur. Illud autem *quodcunque ligaveris*, manifeſte determinatur etiam ad peccat. *Matth.* 18, 18. III. Fruſtra etiam & ridicule urgetur generalis illa particula, *quodcunque:* nam *Matth.* 18. ubi de peccatis tantum agitur, latius adhuc videri poſſit extendi in numero

plurali,

plurali, *quæcunque ligaveritis*, quod etiam opponi poteſt Pontificiorum quorundam argutæ diſtinctiunculæ, affirmantium ſcilicet claves *cœli* datas omnibus Apoſtolis, & claves *cœlorum* Apoſtolo Petro datas. IV. Iſtud autem abſurdiſſimum eſt, per *ligare* quod neceſſario debet ibi triſte aliud & hominibus metuendum ſignificare. intelligere Eccleſiaſticarum legum promulgationem. V. Nihil dici poteſt futilius, quam ſic diſtinguere inter *ligare*, & *retinere*, ut Apoſtoli, *Iohan.* 20. non excommunicandi, aut quidquam agendi poteſtatem accepiſſe intelligantur, illis verbis, *quorum peccata retinueritis*, ſed tantum poteſtatem quieſcendi, & *relinquendi homines in ſuo ſtatu. Retinere peccata* non minus quam *ligare peccatores*, ab omnibus Scholaſticis ſtatuuntur unus & idem actus clavis, ut cœlum claudentis: ſicut *remittere peccata, & ſolvere peccatorem*, ſunt unus & idem actus clavis, ut cœlum aperientis.

Bellarm. 2. *Matth.* 18, 18. *Nihil datur Apoſtolis, ſed tantum promittitur, explicatur, ac prædicitur, quantam poteſtatem eſſent Apoſtoli, eorumque ſucceſſores ſuo tempore habituri. Datæ ſunt autem claves Apoſtolis omnibus Ioh.* 20. *clavis juriſdictionis iis verbis, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos: clavis autem ordinis, illis, accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. ſed ut delegatis & cum quadam ſubjectione ad Petrum, ut apparet Iohan.* 21. *Paſce oves meas*

Proteſt. I. Quamvis ante reſurrectionem non datæ ſint claves Apoſtolis ut in ſummo vigore exercerentur, qui antea non plene à Chriſto mittebantur: quod tamen aliquo modo datæ fuerunt, apparet ex eo, quo miſſi fuerant antea, non ſolum duodecim, ſed & alii diſcipuli ſeptuaginta, *Matth.* 10. *Luc.* 10. II. Non quæritur in præſentia quando ſint datæ claves, ſed annon eadem clavium poteſtas ſit omnibus promiſſa, *Matth.* 18, 18. quæ eſt promiſſa (ex Bellarm. ſententia) ſoli Petro *Matth.* 16. hoc Bellarm. non negat. III. Illud quod promittitur omnibus *Matth.* 18. cum idem ſit quod promittitur Petro *Mat.* 16 idem etiam alicubi debet iis dari: vel igitur idem datur *Ioh.* 20. vel det nobis Bellarm. alium aliquem locum in quo datur. IV. Bellarm. diſerte ſui defenſioni contradicit: hactenus enim contendit, ſoli Petro eſſe claves promiſſas: jam vero concedit & promiſſas, & traditas omnibus fuiſſe. V. Quam abſurda & ἀσυγκλῶςα ſunt illa commenta? *Apoſtoli facti ſunt ſacerdotes in ultima cœna: clavem juriſdictionis acceperunt, Ioh.* 20, 21. *ſicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos, clavem autem ordinis, Iohan.* 20, 22, 23. *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata.* Numquid Sacerdotes fuerunt ſine clavibus? num juriſdictionem habuerunt cum Sacerdotio ſed ſine ordine? num ordinis poteſtas poſ-

juriſ-

riſdictionem datam communicatur? quis unquam (non cam ex Patribus, ſed) ex ipſa fæce Scholaſticorum ta- i ſomnia deliravit? quanto rectius Thomas in *Ioh.* 20. *mo injungit officium, ſicut miſit me, ſecundo datur eis idonietas of- ii, per dationem Spiritus ſancti, tertio ponitur dationis fructus, quo- m remiſeritis peccata, &c.* VI. De ſingulari delegatione cæ- rorum Apoſtolorum, cum ſubjectione ad Petrum, ni- l elici poteſt ex clavibus. promiſſis, aut datis, neque ta- quidquam ullo modo in Scriptura ſignificatur, neque :nique Bellarm. ipſe potuit explicare qualis fuit iſta bjectio, quam ut individuum vagum appellat *quandam*, d neſcit qualem.

12. Bellarm. *Per claves datas intelligunt omnes Catholici ſum- im poteſtatem in omnem Eccleſiam, & probatur, I. Ex metaphora vium, quæ ſignificant Eccleſiaſticum principatum. Iſ.* 22. *Iſ.* 9. *A- :*3. *& principatum notat traditio clavium, in deditione urbis, & m Oeconomus in domo ſtatuitur. II. Ex metaphora ligandi & ſol- ndi, quia ligare eſt præcipere & punire. Et ſolvere eſt remittere pec- a, & diſpenſare in lege, votis, juramentis, &c.*

Proteſt. I. Si per ſummam poteſtatem intelligat Bel- rm. Monarchicam poteſtatem, tum aperte falſum eſt iod dicit de omnibus Catholicis, quamvis Papiſtas tan- m eo nomine complectatur. Nam Catholicorum iſto- m Magiſter, *l.* 4. *d.* 18. aliter definit claves, ita ut ſint nnium Sacerdotum communes, & ad peccata remit- nda vel retinenda determinentur. Sic Bonaventura, homas, Durandus, Scotus, Alexander Ales, ut antea fuit claratum. Sic hodie etiam Sorbonici Doctores, cum cleſia Pontificia Gallorum. II. Scholaſtici etiam di- rte diſtinguere ſolent, inter clavem authoritatis, cla- m excellentiæ, & clavem miniſterii. Bonnaventura *in* *l.* 4. *d.* 18. Thomas *p.* 3. *q.* 64. *a.* 4. vel, ut Scotus in report. bet inter clavem principalem, commiſſariam cum æeminentia, & commiſſariam communem. Petro au- m cum aliis hominibus, aut authoritatis, excellentiæ t præeminentiæ, ſed communis miniſterii clavem da- m eſſe docent. Hæc quidem applicant ad ſacramenta, d non alia ratione, quam quia claves datas ad ſacramen- propriè pertinere putabant. In clavibus igitur nullam telligebant Monarchiam fuiſſe incluſam. III. Si i- uſmodi Monarchica poteſtas per claves intelligatur, m omnes Apoſtoli fuerunt Monarchæ. Omnibus e- m eaſdem claves datas eſſe conceſſit modo Bellarm. V. Quamvis principatus Eccleſiaſticus homini conceſ- s, neque *Iſ.* 22. neque alibi in tota Scriptura ſignifice- r; claves tamen aliquando principatum ac dominatum

notare non negamus. Sed puerilis eſt Sophiſticæ, ind
inferre, quod *Matth.* 16. Monarchiam deſignant. Si nob
liberet eſſe tam argutis, ſic diceremus. Clavis eſt *ſcienti*
Luc. 11, 52. ergo Petrus accipiens clavem, nihil aliud acc
pit quam ſcientiam. V. Præcipere, punire, remittere pe
cata poteſt quis miniſterialiter, quamvis non ſit Mona
cha. Diſpenſandi autem poteſtas, non eſt clavis cæli, ſe
inferni: ſicut etiam eſt illa præcipiendi poteſtas qua
Pontifex Romanus ſibi ſolet arrogare.

Hactenus de promißione Clavium Matth. 26. *Sequitur ear*
traditio, Iohan. 21.

14. Bellarm. *Petro ſoli dictum eſt, Paſce oves meas, Ioh.* 21, 1
Proteſt. Hæc verba, *ſoli Petro dictum eſt*, duplicem admitt
re poſſunt ſenſum: I. Vt ſit ſenſus, eam exhortatione
tum temporis, non directam fuiſſe ad alium quam ad P
trum. II. Vt ſenſus ſit, ſimilem exhortationem ad nu
lum alium unquam fuiſſe directam, aut quoad rem ipſa
ſpectare. Priore ſenſu concedimus: neque inde qui
quam ſequitur quod ullo modo facere poſſit ad Mon
chiam Petri ſtabiliendam, ſupervacaneæ ſunt igitur B
larm. probationes quibus illum ſenſum confirmat poſt
riore ſenſu, Bellarm. nunquam probabit quod affirm
Nam 2. Idem quoad rem ipſam dictum eſt omnibus
poſtolis. *Mat.* 28, 19. *docete omnes gentes: paſcere* enim in Sc
pturis, cum ad Eccleſiaſticum miniſterium accommo
tur, idem ſignificat quod docere, *Ier.* 3, 10. *paſcent ſcientia*
intelligentia. 2. Cum etiam omnes Apoſtoli antea m
fuerant, ut paſtores ad oves paſcendas, *Matt.* 9, 36. *cum*
6. & jam cum mandatis amplioribus mittebantur a
dem opus perficiendum. *Matth.* 28. *Ioh.* 20. & id etiam
dulo poſt agebant, ſicut ex Actis & Epiſtolis eorum
paret, nemo ſanus poteſt dubitare, quin iis etiam dict
fuerit, ut paſcerent oves Chriſti. III. Pertinet eti
hoc ad ordinarios paſtores vel preſbyteros. *Act.* 20,
1 *Pet.* 5, 1.

5. Bellarm. *Alii paſcunt Eccleſias particulares, ſed Petrus u-*
verſalem. Quamvis etiam hæc verba ad Petrum ſolum proprie & p-
cipaliter pertineant, omnibus tamen Epiſcopis ſuo quodam modo con-
niunt, quatenus in partem ſolicitudinis à Petro vocantur.

Proteſt. I. Paſcere igitur non eſt Monarchiam exer-
re. Preſbyteri enim non ſunt Monarchæ. Ad Petr
pertinebat paſcere univerſam Eccleſiam, non affirm-
ve, quaſi omnibus & ſingulis fidelibus neceſſarium cib
præberet, ſed negative, quatenus nulli particulari Ec-
ſiæ fuit alligatus, neque ab ulla ſecluſus, quin poſſit
paſc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

aſcere. III. Illas partes Eccleſiæ, quibus operam na-
abat, non ſimul omnes ut Monarcha per alios paſcebat,
ed ſucceſſive, ut miniſter per ſemetipſum. IV. Cæte-
orum Apoſtolorum officium fuit æque univerſale ac
etri. V. Nuſquam legitur in toto novo Teſtamento,
aſtorem aliquem vocatum fuiſſe è Petro, in partem ſoli-
itudinis ejus. De Apoſtolis confitetur Bellarm. illos æ-
ue immediate miſſos fuiſſe à Chriſto, ac ipſum Petrum.

15. Bellarm. *Paſcere ſignificat providere & procurare alteri ci-
um, & deinde ducere, tueri, præeſſe, regere, caſtigare, quod apparet ex
ſo verbo ποιμαίνειν, quod ſignificat paſcere regendo & præſidendo.*

Proteſt. I. Si hæc omnia concedantur, non ſufficiunt
amen ad conſtituendum Monarcham, niſi quis ſolus hæc
iciat, & cum ſumma dominii poteſtate. Fiunt enim
æc omnia etiam ab ordinariis miniſtris particularium
cclesiarum: II. Paſtores qui hæc faciunt, & ποιμένες
ocantur, *Epheſ.* 4.11. non ſunt Monarchæ. III. Paſce-
e cum de Eccleſiaſticis miniſtris dicitur, nuſquam in to-
a Scriptura ſignificat tantum procurare cibum, ſed &
niniſtrare. IV. Petrus juſſus eſt non tantum ποιμαίνειν,
ed etiam atque etiam βόσκειν, *Ioh.* 20, 15, 17. quod eſt ci-
um miniſtrare. V. Hac ratione Pontifices Romani ex-
derunt ſua Monarchia, quia non paſcunt.

Bellarm. *Exercent actus paſtorales, ligando, ſolvendo, diſpenſando,
dicando, Epiſcopos creando, & per alios concionando.*

Proteſt. I. Paſcit igitur gladio *Mich.* 5,6. abſynthio &
ucco cicutæ. *Ier.* 9,15. II. Non funguntur igitur præ-
ipuo munere paſtoris, quod eſt paſcere prædicando,
Mat. 28,19. atque non ſunt præcipui paſtores. III. Si
er alios Pontifex concionetur, in eo nihilo plus facit,
uam quod muliercula quælibet poſſit præſtare.

16. Bellarm. *Vniverſa Eccleſia, etiam Apoſtoli ipſi, Petro tan-
am ovicula commendantur, illis verbis, oves meas.*

Proteſt. I. Non negamus quin univerſa Eccleſia fuerit
ſenſu prius explicato) Petro commendata. Eadem ſcili-
et ratione, qua totus mundus fuit omnibus & ſingulis
poſtolis commendatus, *Mat. ult. docete omnes gentes. Act* 1.
ultimum terræ. In eadem particulari Eccleſia, quæ fuit
pheſi, omnibus & ſingulis Preſbyteris *totum gregem* com-
endabat Paulus. *Act.* 28,2. Apoſtoli reliqui fuerunt Pe-
o commendati, ſicut Petrus commendatus fuit ipſis,
oh. 13,34. & 15,12. *Diligite alii alios, prout ego dilexi vos.* Non
t Paſtori & Monarchæ. Petrus non magis Paulum pa-
ebat, quam Paulus Petrum.

Bellarm. *Agni bis repetuntur, ad ſignificandum duos populos, Iu-
aicum & Gentilem: & oves ſemel, ad ſignificandos Apoſtolos &*

Epiſcopos: vel agni, oviculæ, & oves, ſignificant incipientes, proficientes, & perfectos. Vel agni ſignificant plebem, oviculæ, Presbyteros, & oves Epiſcopos.

Proteſt. Vel potius oves, oviculæ, & agni, ſi fuiſſent hi nomina hoc modo diſtincta (quod falſum eſt) eoſdem plane ſignificaſſent, ſicut *Matth.* 10,16. *Luc.* 10,3. *Actor.* 8, 32. Aliud certe myſterium Petrus ipſe non intellexit i trina iſta repetitione adhortationis ad paſcendum, quam in trina illa interrogatione, *amas me?* de qua, triſtitia fu affectus, *Ioh.* 21,17. tantum abfuit ut exultaret in ea, tan quam in triplicis imperii communicatione. Sed æquum erat, ut triplici abnegationi, triplex confeſſio, & triple etiam adhortatio opponeretur.

Bellarm. 2. *Pronomen, meas, ſine reſtrictione, manifeſte ſignific omnes oves.*

Proteſt. Quamvis res ipſa poſſit, ſano ſenſu, ut dictu eſt, concedi, tamen ratio eſt invalida: nam *oves meæ*, nc tantum univerſaliter, ſed & particulariter capiuntur, *Ezech. cap* 34. Si Pater moriturus tutores plures liber ſuis conſtitueret, & diceret uni, cura diligenter liber meos, nemo inde colligeret, eum cæteris tutoribus m jorem poteſtatem accepiſſe, aut ipſi magis quam reliqu omnium liberorum curam eſſe commiſſam.

Bellarm. 3. *Paſcere oves eſt habere curam ovilis: ſed eſt uni tantum ovile.*

Proteſt. Sed illud ovile curatur ab eo, qui pro ſuo viri illis ejus partibus conſulit, quas poteſt adire.

Bellarm. 4. *Aliquas indefinitas oves commendare, non eſt pientis proviſoris: eſt etiam nullas commendare, quia nullæ poſſunt gnoſci.*

Proteſt. Eodem modo commendantur oves, quo ge tes, *Matth ult.* quamvis autem iſtis verbis operæ non fu runt diſtributæ, idem tamen Proviſor qui mandatum h dedit generaliter, ſingulariter adfuit Apoſtolis Spir ſuo, qui ducebat eos in ſuas quaſi provincias diſtinct. *Act.* 13,2,4. & 16,9. & 18,9. & 20,22. ita ut oves illæ q verbo fuerunt indefinitæ, definitæ fuerint Spiritu verbum accedente.

17. Quamvis multa alia poſſint opponi fictitiæ huic levationi Petri in Eccleſieſticam Monarchiam illud un tamen hoc loco tantum urgebimus, quod petitur ab co paratione Petri & Pauli, tanquam æqualium. *Gal.* 2. *Cor.* 11 & 12.

Bellarm. 1. *Propoſitum Pauli in Epiſtola ad Gal. non fuit, oſt dere ſe non fuiſſe Petro ſubjectum quoad gubernationem: ſed Euan lium ſuum æque divinum eſſe, & immeditate a Chriſto acceptum, que Euangelium Petri.*

Proteſt. I. Etſi Euangelii ſui certitudinis præcipuam abuit rationem; tamen ut medium eo faciens, auctoritatem ſuam tuetur: alias nullam vim haberet in comparatione, mentio *eorum qui ſunt in pretio, & qui exiſtimantur eſſe lumnæ*: nam immediata revelatio, ex æquo ad omnes ertinebat. II. Si in immediata revelatione, Paulus fuit etro æqualis, tum certe Petrus non paſcebat Paulum, ut confirmabat eum ut Paſtor. III. Si Paulus immeiate à Deo accepit illa quæ pertinent ad doctrinam, tum ciam illa quæ pertinent ad gubernationem: quoniam illa octrina eſt regula gubernationis. An potuit alios, ſine erore, gubernare, & non ſemetipſum? IV. Apoſtolus dit *nihil mihi contulerunt Gal.* 2, 6. *Bellarm. imo aliquid in gubernatione. Apoſt. in nihilo inferior fui ſummis Apoſtolis.* 2 *Cor.* 11, 5. c 12, 11. *Bellarm. imo in gubernatione.* Annon iſtæ ſunt prælaræ gloſſellæ? V. Qualis fuerit iſta ſubjectio quoad ubernationem, Bellarm. non potuit explicare. Monarhia non conſiſtit in voce gubernationis, ſed in re ipſa.

Bellarm. 2. *Dextræ ſocietatis verſ.* 9. *non prohibent, ut intelligaus Petrum Paulo fuiſſe majorem in officio gubernandi.* 1 *Reg.* 23, 25.

Proteſt. Omnino prohibet manifeſto, ſi accipiatur cum la oppoſitione quam habet in textu ad *verſ.* 6. *Nihil mihi ntulerunt: imo è contrario, dexteras ſocietatis mihi dederunt.*

Bellarm. 3. *Quales olim fuerint, nihil mea refert, verſ.* 6. *dicitur laudem: quod quamvis olim fuerant imperiti homines, & viliſſimi iſcatores, jam tamen magni erant Apoſtoli.*

Proteſt. I. Non id agebat Paulus, ut excuſaret ſe, quod d Apoſtolos dignatus ſit accedere, qui fuerant piſcatoes: ſed ut objectioni occurreret eorum, qui cæteros Aoſtolos extollebant, ut deprimerent autoritatem Pauli. Non igitur negat, antecedentem horum hominum privaam conditionem à ſe ſpectari, (quorſum enim hoc?) ſed egat ſua referre, quamdiu olim verſati fuerant cum Chriſto, & ſimilia. II. Quiſquis ad Logicam revocaveit ſententiam illam, videbit ſenſum ejus eſſe, quamvis poſtoli illi exiſtimabantur eſſe aliquid, propter externa erſonæ privilegia, quæ olim ipſis fuerant conceſſa, & on Paulo, eos tamen Paulo nihil adjeciſſe.

Bellarm. 4. *Diviſio illa de qua Paulus loquitur, Gal.* 2, 7, 9. *non uit juriſdictionis, ſed provinciarum, ad commodius prædicandum: ut Petrus præcipuam operam in converſione Iudæorum poneret: Paulus è ontrario Gentilium converſioni potiſſimum ſtuderet.*

Proteſt. Hæc ut vera ſunt, ſic nihil ad rem. Nam I. niil impediunt, quin illa comparatio, quæ inter Petrum & Paulum, per iſtam diviſionem, *v.* 7. καθὼς, conſtituat eos ares. II. Pares fuiſſe illos autoritate prædicandi Bell.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

antea conceſſit. Iuriſdictio autem Petri ſi fuiſſet major & ſingulari modo univerſalis, Apoſtoli proculdubi Paulum ejus rei monuiſſent, & Paulus Eccleſias in con cionibus & Epiſtolis: ſed illi Paulum ſolummodo mo nuerunt de pauperum cura *verſ* 10. & Paulus pauperun cauſam ubique agit: ſed ad minima quæque deſcendens in Epiſtolis ſuis, nihil uſquam dicit de ſingulari Petri ju riſdictione & gubernatione.

Bellarm. 5. *Minori licet reprehendere majorem, modo res id poſtu l t, & debita reverentia conſervetur: ſicut Paulus Petrum reprehen debat, Gal.* 2, 11.

Proteſt. I. *Papæ culpas redarguere præſumit mortalium nullus Diſt* 40. II. Cauſa juſta & reverentia debita, requirun tur etiam in reprehenſione parium. III. Singularis ill reverentia quæ Monarchæ debetur, in reprehenſione iſt non apparet. IV. Propoſitum Pauli fuit in iſta repre henſione commemoranda, ſe nihilo fuiſſe inferiorem Pe tro. Sic Cajetanus: *Non ſufficit Paulo, monſtraſſe ſe æqualem a liis Apoſtolis primis, ſed monſtrat ſe quoque exhibuiſſe majorem, in a ctione, ſummo Apoſtolorum vertice Petro.*

18. Bellarm. *Petrus* 28. *habuit ſingulares prærogativas.* I. *Mu tationem nominis.* 2. *Quod primus inter Apoſtolos nominatur ſempe* 3. *Solus ambulavit ſuper aquas.* 4. *Peculiarem habuit revelationem Matth.* 16. 5. *Perpetua ſtabilitas ipſi & ſedi ipſius promittitur. ibi* 6 *Tributum ſolvit cum Chriſto, Matth.* 17. 7. *In piſcatione miraculo ſa fuit Princeps.* 8. *Iubetur fratres confirmare.* 9. *Primus ex Ap ſtolis vidit Chriſtum à mortuis excitatum.* 10. *Ipſius pedes prim Chriſtus lavit.* 11. *Ipſi ſoli mortem Chriſtus prædixit.* 12. *Prae in electione Mathiæ.* 13. *Primus promulgat Euangelium poſt Spiri tum Sanctum datum, ad converſionem* 3000. *hominum.* 14. *Primu miraculum fecit.* 15. *Damnavit hypocriſin in Anania & Saphir* 16 *Tr nſivit per omnes. Act.* 9, 32. 17. *Primus incepit prædica Gentilibus.* 18. *Miraculoſe liberatus eſt ex carcere ad inſtantes prec Eccleſiæ.* 19. *Primus loquitur in Concilio. Act.* 15, 20. *Paulus eu inviſit.* 21. *Solus baptizatus fuit propriis manibus Chriſti.* 22. *S lus à Chriſto Epiſcopus ordinatus: & cæteri ipſo.* 23. *Ille primum H reſiarcham Simonem Magum, detexit, damnavit, & extinxit.* 24. *R ma ſedem ſuam collocavit.* 25. *Apparuit ipſi Chriſtus ſub finem vi ejus.* 26. *Eccleſiæ quas ille fundavit, ſemper habitæ ſunt Patriarch les.* 27. *Celebratur feſtum ejus cathedræ.* 28. *In literis formatis, p nomen Patris, Filii, & Spiritus Sancti, adjungitur nomen Petri.*

Proteſt. I. Male, ſophiſticeque fecit Bellarm. quod ta prolixe agit de prærogativis, & nulla tamen definition explicat nobis, quid intelligendum ſit per prærogativam II. Prærogativa ſolet accipi pro præſtantia aut excel lentia unius ſupra alterum. Sed neque omnis præſtant

in pote

poteſtate conſiſtit, neque poteſtatem ſingularem pro-
t, niſi eo modo, quo quidlibet ex quolibet ſolet proba-
. III. Neque ſingulæ iſtæ prærogativæ diviſim, ne-
ie omnes conjunctim vel faciunt Petrum Monarcham,
el talem eum fuiſſe oſtendunt. IV. Paulus nulla in re,
que adeo ne quidem in prærogativis fuit inferior Pe-
o, 2 *Cor.* 11. & 12. V. Multæ ex iſtis prærogativis ſunt
anifeſto falſæ: ut 2,4,5, 14,19,22 & 26. Multæ ſunt
certæ: ut 10,17, 21,24. Quædam ſunt vaniſſimæ nu-
e: ut 6. & 7. Quædam ſunt communes aliis cum Petro,
: 5,6,9,15, & 16. Quædam etiam ſuperſtitioſæ, ut 27
: 28. In viceſima quarta, de Petri ſede Romæ collocata,
ellarm. ſibimet ipſi duplici ratione contradicit. Nam
p. 16. fatetur Petrum præcipuam operam poſuiſſe in
onverſione Iudæorum: & eo etiam nomine, contendit
onorificentius fuiſſe munus Petri quam Pauli, quia Iu-
æos maxime reſpiciebat: hic autem Petri operam & ca-
hedram potiſſimum fixam vult eſſe Romæ: & in eo ma-
nam prærogativam, & apertum ſignum Principatus no-
t, quod miſſus fuerit ad orbis terrarum caput, & ur-
ium reginam.

19. Patres quos Bellarm. citat. *cap.* 25. (qui ſaltem in-
er eos antiquiores fuerunt) quamvis primatum dignita-
s, & ordinis, tribuunt Petro ſingularem inter Apoſto-
os, & primatum poteſtatis Apoſtolicę cum cæteris com-
munem in Eccleſiam, nullam tamen Monarchiam ipſi vel
n Apoſtolos, vel in Eccleſiam datum fuiſſe agnoſcunt.

20. Quia neque Iacobum, neque Paulum elevamus po-
eſtate ſupra Petrum: neque peccata Petri alio loco ha-
emus, quam ut probabilia fuerint indicia, nullam exor-
em poteſtatem ipſis fuiſſe conceſſam: idcirco tria illa
p ult. quæ de iſtis agunt præterimus.

Cap. III. De *Monarchia Pontificis Romani*, *Lib.* 2.

Quæſtio eſt, An Romanus Pontifex, tanquam Petri ſucceſſor, ſupremam vel Monarchicam, in Eccleſia univerſa, poteſtatem habeat, jure divino? Bellarm. affirmat, nos negamus.

THESIS I.

Argumenta Bellarmini.

Bellarm. *Fundatur jus ſucceſsionis Pontificum Romanorum, in eo, quod Petrus Romæ ſuam ſedem, jubente Domino, collocaverit, atque ibidem uſque ad mortem ſederit,*

Proteſt. Fundatur igitur, I. Non in jure, ſed in facto.
I. In tali facto Petri, quod in Scripturis non narratur,

neque ex illis poteſt ullo modo probari. III. In tali fa-
cto quod non conſtituit jus humanum, nedum divinum.
IV. In tali facto, quale vim hujuſmodi juris communi-
candi habere negant doctiſſimi Pontificiorum. Nam Sco-
tus *in* 4. *diſt*.24. Cordubenſis, *lib*.4.*q*.1. Cajetanus, *de primat.*
Papæ. cap.23. Bannes, *in* 2,2.*q*.1.*a*.10. contendunt per ac-
cidens tantum conjungi Epiſcopatum orbis & urbis, non
jure divino, aut imperio Chriſti: ita ut jure divino Epi-
ſcopus Romanus non ſit Petri ſucceſſor, ſed poſsit elig
in ſucceſſorem Petri, Epiſcopus Pariſienſis, aut quilibet a-
lius. Hanc etiam ſententiam errorem eſſe in fide, aut cum
fide pugnare, negat Azorius, Ieſuita, *Inſt.mor. p*.2.*l* 4 *c*.12
Ius igitur Pontificum Romanorum non eſt de fide, ne-
que nititur jure divino, tanquam fundamento: ſed facto
omni ex parte ſaltem incerto. Incertum eſt enim 1. An
Petrus unquam fuerit Romæ? 2. Incertum etiam an ſi
mortuus Romæ. 3. Certum eſt, eum non fuiſſe, pro-
prie loquendo, Epiſcopum Romæ. 4. Illud etiam certiſ-
ſimum eum Pontificem Romanum non conſtituiſſe ſib
in eodem munere quo ille functus eſt, & cum parili au-
thoritate ſucceſſorem.

2. Bellarm. *Petrum fuiſſe Romæ, apparet*, 1. *Ex eo quod fuit in Babylone*. 1. *Pet*. 5,13. *Roma autem, in Apocalypſi paßim vocatur Babylon*. 2. *Quod Roma fuit Eccleſia collecta, antequam Paulus eo veniret: quis autem illam Eccleſiam collegit, ſi Petrus non fuit Romæ?* 3. *Ex hiſtoria de Euangelio Marci, qui Romæ ſcripſit, quod Petrus ibi prædicavit*. 4. *Ex hiſtoria de Simone Mago*.

Proteſt. Vtrum Petrus fuerit Romæ necne, non magno-
pere contendimus, aut laboramus: ſed incertum hoc dici-
mus in Scripturis relinqui, neque iſtis argumentis evin-
ci. Nam I. Babylon quamvis in typicis viſionibus Apoca-
lypticis, Romam deſignet, non ſequitur tamen inde quod
in ſimplici ſalutatione epiſtolica, ubi neque ratio, neque
exemplum eſt iſtiuſmodi tropi, eo ſenſu capiatur. Paulus
& Lucas, paſſim loquuntur de Roma, & nuſquam tamen
Babylonem appellant. II. Eccleſia potuit ibi colligi, an-
tequam vel Paulus, vel Petrus eo venerint eodem modo
quo fuit collecta Samariæ, atque etiam Antiochiæ, quem
alterum faciunt Epiſcopum Petri. Illud certe teſtatum
habemus, *Actor*.8,4,5 & 11,18,10. doctrinam Euangeli
multis Romanis prædicatam Hieroſolymis antea fuiſſe.
Act.2,10. Paulus etiam oſtendit. *Rom*.16,7. Andronicum
& Iuniam qui Romæ habitabant, in Chriſto, vel Chri-
ſtianos fuiſſe ante ſe, id eſt, quinque vel ſex annis ante-
quam Petrus fingitur Romæ fuiſſe: erant autem hi *inſi-
gnes inter Apoſtolos*; quidni igitur & eorum opera, aliqua
ſaltem

ſaltem ex parte, fuerit Eccleſia illa collecta? Scriptura denique non narrat quinam inter Apoſtolos, alias multas Eccleſias colllegerint, quæ tamen Petro non poſſunt certo adſcribi. III. Hiſtoriæ illæ de Marco, & Simone Mago, fide tantum humana nituntur: earum etiam teſtes oculati nulli poſſunt produci.

3. Bellarm. *Petrum Romæ mortuum eſſe, teſtatur ejus ſepulchrum, peregrinationes; & antiqui Scriptores.*

Proteſt. Cadaveroſum eſt argumentum in rebus fidei. quod petitur à ſepulchris: & vagum, quod nititur peregrinatione. Nos autem certiora deſideramus etiam teſtimoniis hominum, præſertim audita, & ante acta narrantium, in illo negotio ex quo ſalus Eccleſiæ pendet. Veterum etiam ſcriptorum teſtimonia, de Petro Romæ ſedente, totam vim ſuam à primis illius narrationis authoribus deſumunt, inter quos primarius videtur fuiſſe Papias, Euſeb. *lib.* 2. *cap.* 15 qui etiam ut Dux & Princeps reliquorum, primo citatur à Bellarm. *cap.* 2. Papias autem fuit homo deditus traditionibus non ſcriptis: ex iis multos errores hauſit, & author erroris fuit ſequentibus: utebatur Euangelio quod dicebatur ſecundum Hebræos. Hæc teſtatur Euſebius *lib.* 3. *cap.* 39. quibus omnium eorum teſtimonia qui ex ejus ore loquebantur infirma redduntur,

4. Bellarm. *Petrus Romæ uſque ad mortem Epiſcopus fuit. Nam* 1. *Eccleſia Romana præcipua omnium ſemper eſt habita, propter Epiſcopum ejus, Petrum.* 2. *Quia non poteſt oſtendi alius locus ubi ſederit Petrus, ab eo tempore, quo reliquit Antiochiam.* 3. *Omnes veteres ſummo conſenſu hoc affirmant.*

Proteſt. I. Fundamentum à Bellarm. antea poſitum, fuit Petrum Romæ ſedem ſuam *jubente Domino* collocaſſe: hic autem cum ad probationes accedit, oblitus plane videtur illius clauſulæ *jubente Domino*, & factum tantum oſtendere conatur; cum tamen tota vis hujus ſedis, ad cathedram Romanam firmandam pendeat ex illa juſſione. Apud æquos rerum æſtimatores, tale factum Apoſtoli, argueret mandatum Dei, ut cauſam antecedentem: ſed quis feret Bellarm. qui cum juſſu Dei, vel Petrum, vel Paulum, vel alium quenquam Apoſtolorum, ſacros libros ſcripſiſſe, negare non veretur, *de verbo Dei, lib.* 4. *cap.* 4. idem tamen obtrudere nobis audet, ſine ulla probatione, juſſum Domini de ſede Petri Romæ collocanda. Reſpondeat igitur ad ſuam propriam rationem, ibidem contentam, paucis mutatis, talem: *ſi Chriſto & Petro fuißet propoſitum poteſtatem capitis Eccleſiæ coarctandi & reſtringendi ad ſedem Romanam, in primis rem tanti momenti Chriſtus præcepiſſet, & Petrus alicubi teſtaretur*

ſe ex Domini mandato ibi ſedem collocaſſe : at id nuſquam legimus. I I. Pro conceſſo hic aſſumit Bellarm. Petrum factum fuiſſe proprium Epiſcopum alicujus Eccleſiæ particularis, quod nos pernegamus. Nam fuiſſet hoc ipſi deminutio capitis, ut ex Apoſtolorum gradu ſuperiori in Epiſcoporum ordinem redigeretur. Si Princeps in urbe aliqua ſubſiſtens, faciat illa quæ illius urbis præfectus aut prætor ſolet præſtare, non ideo tamen fit proprius urbis illius Præfectus, aut, Prætor. Talis fuit ratio commorationis Apoſtolorum : in hac aut illa Eccleſia : faciebant omnia quæ Epiſcopi : non tamen proprie loquendi Epiſcopi fuerunt. I I. Eccleſia Romana habita fuit inter primarias ab Apoſtolo Paulo, non propter Petrum, eorum Epiſcopum, ſed propter fidem eorum in toto mundo annunciatam. *Rom.* 18. Poſtea vero celebris fuit, partim propter majeſtatem civitatis, una cum præſtantia civium qui Chriſtiani fuerunt, & partim propter Paulum & Petrum, qui non Epiſcopi, ſed fundatores ejus habebantur, Antiquiſſimi Scriptores Paulum ſemper fere conjungunt cum Petro, in Eccleſia illa conſtituenda, eoſque ut fundatores ab Epiſcopis diſtinguunt. Cæteri qui Epiſcopum vel Petrum, vel alium aliquem Apoſtolorum appellant, latiore illo ſenſu ſunt intelligendi, quo Petrus etiam ſemetipſum *presbyterum* appellat. 1. *Pet.* 5. 1.

Conjecturæ facientes adverſus Petri ſedem Romæ collocatam.

9. *Proteſt.* Authores hujus narrationis, non conſentiun inter ſe de tempore quo Petrus eo venerit, & ibi manſerit, neque de ſucceſſoribus ejus.

Bellarm. 1. *Diſcordia de tempore alicujus rei geſtæ, non infirma ipſius rei veritatem ſicut apparet in varietate ſententiarum, de tempor mortis Chriſti, & de hebdomadis Danielis.*

Proteſt. I. Vbi res eſt certa, per iſtiuſmodi diſcordian non redditur incerta : ſed cum eſt incerta, incertior pe eam vel improbabilior evadit. Primi authores hiſtori Chriſti, Matt. Marcus, Lucas, Iohannes, de tempore mor tis ejus non diſſentiunt: ſed primi authores hujus narra tionis, qui ſaltem nobis noti ſunt, & variant inter ſeſe, & à Scripturis diſcedunt.

Bellarm. 2. *Nulla eſt inter bonos authores diſcordia de tempore conſentiunt enim, Petrum veniſſe Romam, anno ſecundo Claudii, & i ſediſſe annis* 25. *ac obiiſſe ann* 14. *Neronis.*

Proteſt. I. Non ita ſtatuunt Origenes in *Gen.* Beda i *Act.* 15. Marianus, Scotus, *in Chron.* Thom. Aquin. *in Gal.* Neque ipſe quidem Damaſus in Pontificali : ergo no

omn

omnes authores boni. II. Qui ita ſtatuunt, diſſentiunt à Scriptura Sacra, ut poſtea docebimus: ergo quatenus ita ſtatuunt, non ſunt boni, aut probandi.

Bellarm. 3. *Quamvis ignoremus quis proxime Petro ſucceſſerit, non tamen propterea in dubium revocari debet an aliquis ſucceſſerit.*

Proteſt. Neque hoc illud eſt quod nunc in dubium vocatur, *an aliquis ſucceſſerit?* ſed *an Petrus præceſſerit in Epiſcopatu Romano.* Quia autem iidem teſtes de quorundam ſucceſſione, & Petri præceſſione ſimul teſtantur, ex infirmatione unius partis, totum teſtimonium infirmatur.

Bellarm. 4. *Tota res ita componitur: Petrus ſedem Epiſcopalem reliquit Clementi: Clemens autem, Petro mortuo, ex humilitate noluit ſedere, donec vixerunt Linus, & Cletus, qui ipſius Petri adjutores in Epiſcopali officio fuerunt. Petro igitur ſucceßit Linus: Lino Cletus, & Cleto Clemens.*

Proteſt. I. Si Petrus reliquit aut conſtituit ſibi ſucceſſorem, tum videtur magis conſentaneum ut ſinguli Pontifices deſignent etiam ſuos ſucceſſores, quam ut tantum negotium relinquant ſuſpenſum ex Cardinalium electione. II. Si Petrus juſtam habuit cauſam eligendi Clementem, tum nullam juſtam cauſam habuit Clemens mandatum ſibi munus rejiciendi. III. Si facile potuit omnes Eccleſias regere, quid opus ipſi fuit adjutoribus Lino, & Cleto, ad Romanam Eccleſiam regendã? IV. Si Clemens dignus videbatur Petro, qui ſuccederet ipſi, quare non æque ſaltem adjutor fuit antea conſtitutus? V. Si Linus & Cletus digni fuiſſent illo honore, certe humilitatem ſuam non minus oſtendiſſent ultimam voluntatem Petri reverendo, quam Clemens oſtendebat ſuam, in antecedenti ejus judicio vel facto tam pertinaciter urgendo. VI. Quare Clemens hanc humilitatem ſuam non declaravit vivente Petro, ut ipſe relinqueret alium ſucceſſorem? VII. Tota res melius & certius componitur ex Scriptura: quod ſcilicet quemadmodum Paulus Eccleſiæ Epheſinæ curam non uni alicui Domino Epiſcopo, ſed variis Presbyteris qui & Epiſcopi fuerunt, reliquit, *Act.* 20, 17, 28. ſic etiam idem Paulus, cum Petro (ſi fuit tum temporis Romæ) reliquerunt Eccleſiæ Romæ Curam, Clementi, Lino, Cleto, & aliis, qui ſimul etiam vivente Petro, fuerunt illius Eccleſiæ Presbyteri vel Epiſcopi. Quia vero hi omnes admodum celebres fuerunt, idcirco continuatio Eccleſiæ illius, nunc unius, nunc alterius nomine, ab antiquis Scriptoribus demonſtratur.

6. *Proteſt.* Narratio illa de Petro, quod quinto anno à paſſione Domini Antiochiam profectus, ibi ad 7. annos

Epiſcopalem ſedem fixit, & poſtea Romæ, annis 25. non convenit cum iis quæ de Petro dicuntur, *Gal* 1. & 2. *Act.* 12 *&* 15. *&c.* ex quibus evidenter apparet Petrum ut plurimum Hieroſolymis commoratum fuiſſe, ſaltem ad decimum octavum annum à morte Chriſti, vel 17. à converſione Pauli.

Bellarm. *Manſit Petrus quinque fere annis in Iudæa: quo tempore Paulus eum inviſebat. Gal.* 1. *ab eo tempore annos fere ſeptem Epiſcopus fuit Antiochiæ: ſed eodem tempore peragravit etiam vicinas Provincias. Anno ſeptimo Epiſcopatus Antiochenſis, rediit in Hieruſalem, & in vincula conjectus eſt: ſed paulo poſt liberatus: eodem anno qui fuit* 2. *Claudii Romam venit, ibique ſedem fixit ann.* 25. *ſed poſt ſeptem annos rediit in Hieruſalem, expulſus ex urbe. Act.* 18. *& tunc factum eſt concilium Hieroſolymitanum, Act.* 15. *poſtea rediit denuo Romam, & ibidem vitam finivit.*

Proteſt. I. Nulla vel minima ſignificatio in Scripturis habetur, quin Petrus in Iudæa æque manſerit ad Concilium uſque Hieroſolymitanum, atque ad quinquennium. Ibi quærebat eum Paulus annis quatuordecim interjectis: *Gal.*2,1. ibi fuit ab Herode in vincula conjectus, *Act.*12 inter eos fuit, è quibus egreſſi ſunt Eccleſiarum turbatores, *Act.*15,24. qui tamen *verſ.*1. deſcendiſſe dicuntur è Iudæa. II. Quamvis frequens ſit mentio Antiochenæ Eccleſiæ, quomodo fuit collecta, à quibus Apoſtolis fuit conſtituta, *Act.* 11,22,25,26. quinam ibi præcipui Prophetæ & doctores fuerunt: *Actor.*13,1. nulla tamen uſquam fit mentio Petri, quod ibi ſedem fixerit, aut omnino ibi fuerit, niſi ſemel in tranſcurſu, *Gal.*2. tum autem tantum abfuit eum pro Epiſcopo ſe geſſiſſe, ut videatur non ſatis notum habuiſſe Eccleſiæ illius ſtatum, antequam Paulus vellicaverat ipſi aurem. Certe non eſt credibile, eum tum temporis à 14. annis Epiſcopum fuiſſe partim Antiochiæ, & partim Romæ in Eccleſia magna ex parte Gentili, qui Gentes cogebat Iudaizare, III. Perniciosiſſimum exemplum reliquiſſet Petrus poſteris (ait Bellarm. hoc eodem cap.6) ſi duos Epiſcopatus, particulares & proprios ſimul retinuiſſet. Annon æque perniciosum fuiſſet exemplum, ſi unum retinens Epiſcopatum, in eo raro aut nunquam reſediſſet? hoc autem neceſſario ſequitur, ſi Epiſcopus exiſtens vel Antiochiæ, vel Romæ, multas Provincias peragravit, & Hieroſolymis tamen ſubinde ſaltem inveniebatur. IV. Quod Petrus à Claudio expulſus Roma, Hieroſolymam venit ante concilium illud, *Act.*15. hoc neque conveniſſet fidelitati ac fortitudini Petri, ſi ibi paſtor fuiſſet; & falſi manifeſto arguitur à Luca, qui refert Paulum ac Barnabam, finito

inito illo concilio, aliquandiu Antiochiæ commoratos: & poſtea Paulum iter in Syriam & Ciliciam ſuſcepiſſe: inde Derbas, & Lyſtram ſe contuliſſe: poſtea peragrata Phrygia, Galatia, Myſia, in Troada, deſcendiſſe, & in Macedoniam, ubi Philippus in carcerem conjectus eſt: deinceps Amphibolim & Apolloniam tranſgreſſum, Theſſalonicam, & Berœam delatum, & inde Athenas: *Act.* 15 & 16. & 17. & poſt hæc omnia itinera cum Corinthum appuliſſet, inveniſſe ibi Aquilam & Priſcillam, qui *nuper*, vel (ut Syriaca verſio habet) *eo ipſo tempore*, venerant ex Italia, propter edictum Claudii, *Actor.* 18, 2. V. Non tamen in Concilio illo tantum adfuit, ſed & antea, cum Paulus Hieroſolymam aſcendebat, *Gal.* 2. Illa enim aſcenſio alia fuit à legatione qua fungebatur Paulus ad Concilium, *Act.* 15. quia tum *ex revelatione* aſcendebat, ad *exponendum Euangelium* quod prædicabat, *privatim* & tantum *iis qui fuerunt in pretio, verſ.* 2. quarum circumſtantiarum nulla una eſt, quæ convenit aſcenſioni ad Concilium quæ *Act.* 15. narratur. VI. Si Petrus fuiſſet Epiſcopus Romanus, tempore Concilii, tum certe illa quæſtio de circumciſione gentium, fuiſſet antea neceſſario determinata Romæ. Tum etiam Petrus neutiquam ſuſcepiſſet circumciſionis curam, & provinciam illam alteram Euangelium inter Gentes promovendi, Paulo præcipue reliquiſſet. VII. Admodum improbabile videtur (quod Bellarm. ſtatuit) uno & eodem anno, Petrum fuiſſe Antiochiæ Epiſcopum, Hieroſolymis incarceratum, & Romæ Pontificem ſummum.

7. *Proteſt.* Paulus in Epiſtola ad Romanos *cap.* 16. multos jubet nominatim ſalutari: Petri autem ne meminit quidem.

Bellarm. I. *Sic neque ad Epheſios ſcribens, meminit Iohannis: neque Iacobi, in Epiſtola ad Hebræos: hi tamen erant Epiſcopi illarum Eccleſiarum.*

Proteſt. Neque unquam fuerunt Epiſcopi, Iohannes, aut Iacobus: neque Iohannes fuerat Epheſi commoratus: neque ſcripſit Paulus ad Hebræam Eccleſiam quæ fuit in Hieruſalem: neque Iacobus fuit tum temporis in vivis. Nihil eſt igitur in hac ratione paritatis.

Bellarm. 2. *Petrus nondum redierat Romam.*

Proteſt. I. Aquila & riſcilla Romam reverſi fuerant, *Rom.* 16, 3. quibuſcum Petrum expulſum fuiſſe Bellarm. affirmat, quare non & Petrus Epiſcopus loci? II. Paulus firmum propoſitum habuit quamprimum Romam proficiſci. *Rom.* 1, 13 & 15, 22, 23. Petrus autem, ſi Epiſcopus Romanus fuiſſet, id multo magis feciſſet. III. Quam-

vis abfuerit Petrus, ſi tamen Epiſcopus fuiſſet illius Ecclesiæ, non eſt credibile præteriturum Paulum omnem eſus mentionem. Habuiſſet Petri Epiſcopatus non alieſus mentionem. Habuiſſet Petri Epiſcopatus non alienum neque ultimum locum, inter cauſas gratiarum actionis de Romanis, c.1,8. & eorum laudes, *cap.* 16,19. vel in precibus Pauli, *v.* 10. quibus æquum fuiſſet, ut non minus Petro proſperum ad eos reditum, quam ſibimet iter proſperum optaret: Vel in exhortatione Romanorum, ut precibus contenderent pro reſtitutione Petri, æque ac pro conceſſione ſuæ præſentiæ, *cap.* 15,30,31,32. Vel ſaltem in admonitione illa, *cap.* 16,18. ubi mentionem facit doctrinæ quam didicerant. Quam opportuna hic fuiſſet talis commemoratio Petri, qualem ſuimet uſurpat Paulus, 2 *Tim.* 3,14. *Manete in iis quæ didiciſtis, ſcientes à quo didiceritis, videlicet à Petro Eccleſiæ unica ſub Chriſto Petra?* Hoc certe Paulo fuit ſolemne, in ſuis Epiſtolis, captare occaſionem, cum aliquo honore, nominandi miniſtros fideles earum Eccleſiarum ad quas ſcribit, ſive præſentes eſſent, ſive etiam abſentes, ſicut videre eſt, 1 *Cor.* 16,15,16. *Eph.* 6,21. *Phil.* 2,19,20,25,26. *Col.* 4,9, 12,1,3. Hoc enim plurimum faciebat ad Eccleſiarum ædificationem.

8. *Proteſt.* 7. Petrus quaſi fœdus iniverat ſe futurum Apoſtolum Iudæorum.

Bellarm. *Id eſt, principaliter Iudæorum.*

Proteſt. Non igitur proprius voluit eſſe Epiſcopus Romæ, ubi præcipuam operam Gentibus navaret: iſthoc fœdus illud violaſſet.

9. *Proteſt.* Paulus cum Roma ſcribebat varias Epiſtolas, etiam Nerone imperante (quando Petrum eo rediiſſe dicunt) & quamvis aliorum, inferioris notæ mentionem facit, de Petro tamen mirum ſilentium ubique reperitur, generaliter etiam negat, quemquam talem ſibi adfuiſſe, *Col.* 4,11. 2 *Tim.* 4,16.

Bellarm. 1. *Nihil concluditur ex argumentis ab auctoritate negative. Plus creditur tribus teſtibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus.*

Proteſt. I. Argumentum hoc non tantum petitur ab auctoritate negative, ſed & à minore ad majus. Mentionem fecit Paulus aliorum quos minus attinebat commemorari: ergo de Petro non ſiluiſſet. ſi Romæ fuiſſet. II. Eſt etiam à genere ad ſpeciem in locis citatis ex *Phil. Col. & Tim.* III. Teſtimonium negativum eſt vel mere negativum, vel etiam privativum, id eſt, non affirmat ubi debet affirmare, ſi res ita ſe haberet. *Hoc genus argumenti efficaciſſimum eſt* (ait Medina in Thom. *p.* 3. *q.* 1. *a.* 3.) *Nam hoc genere argumentationis colligitur, tantum unum mundum eſſe factum & ſolum*

ſolum filium aſſumpſiſſe carnem humanam : licet non dicatur in S. :riptura, alios mundos non fuiſſe factas à Deo, neque vero quod alia rſona non aſſumſerit carnem humanam. IV. Teſtes affirman:s, ut majorem fidem mereantur quam nihil dicentes ebent eſſe ſimilis fidei & authoritatis cum negantibus, ræſertim in iſtiuſmodi rebus quæ pertinent ad fidem & ılutem Eccleſiæ. Sed teſtes tales, quales ſunt Papias, ıppoſititius Clemens, & Hegeſippus, hujus fabulæ de 'etro primi authores, quamvis multos habeant aſſenſoes, non tantam fidem, quantam Pauli ſilentium, invenıent apud homines cordatos. Fuerunt inter veteres qui alſa multa fingebant de Apoſtolis, idque eorum uti dice:ant amore. Tertul. de Baptiſm. *cap.*17. eorum autem abulæ à prudentioribus Chriſtian. refellebantur tum emporis hoc ipſo argumento ab auctoritate negative. *Quale enim eſt, ut individuus comes Apoſtoli (Lucas) inter cæteras 'auli res, hoc ſolum ignoraverit? Quia non fundatum eſt in Script. æ:ue pro fabula, atque pro hiſtoria, haberi poteſt. Hieron. catal. ſcriptor. Eccleſiaſt. in vita Lucæ & in Matth.*13.

Bellarm.2. *Paulus Col.*4,11. *Loquitur de domeſticis ſuis & ſibi niniſtrantibus tantum. In Epiſt.* 2 *Tim.*4,16. *de iis loquitur tanum qui eum juvare apud Cæſarem potuiſſent.*

Proteſt. I. De Ariſtarco, Marco, & Iuſto, nulla ratione conſtat, aut etiam eſt probabile, quod fuerint domeſtici Pauli. De iis autem loquitur *Col.* 4,11. loquitur etiam de ıdjutoribus omnibus ſuis in regno Dei. Petrum igitur non debuit omittere. II. Loquitur 2 *Tim* 4,6. de iis qui debuerant eum corroborare, ſicut apparet, *ex verſ.*17. *ſed Dominus mihi adfuit, & corroboravit me:* quo in officio Petrus ipſi non defuiſſet. Interceſſores apud Neronem non legimus Paulum unquam deſideraſſe.

Bellarm.3. *Eo tempore quo Paulus Romam pervenit, & quo ſcripſit inde ſuas Epiſtolas, Petrus forſan non fuit Romæ, nam quamvis ibi ſedem fixerat, tamen ſæpiſſime abfuit.*

Proteſt. Petrus igitur fuit Epiſcopus Romanus: ſed nunquam Romæ fuit, cum Scriptura mentionem facit Eccleſiæ Romanæ. Paulus nunquam potuit eum invenire Romæ quamvis Dionyſius à Bellarm. laudatus *cap.*3. affirmet, eum pariter, & eodem tempore cum Paulo, fuiſſe Romæ Martyrio coronatum.

Hactenus fundamentum vidimus Monarchiæ Papalis: jam videndum eſt, quomodo ſuperædificatur.

10. Bellarm. *Oportet Petro aliquem ſuccedere in Pontificatu Eccleſiæ univerſæ, ex divino jure.*

Proteſt. I. Sicut Petrus non alium habuit Pontificatum

Eccleſiæ

Eccleſiæ univerſæ quam Paulus ; ſic neque magis quan Paulus ſucceſſorem in illo debet habere. II. Si ſucceſſi concedatur ; non eſt igitur neceſſarium , ut unus aliqui in ſolidum , quaſi hæres ejus ex aſſe , ſit Petri ſucceſſor Imperatori in initio uni, ſuccedebant poſtea duo, unus i Oriente, & alter in Occidente. Fuerunt etiam inter Scholaſticos , qui docuerunt Eccleſiam poſſe ſimul duos ſummos Pontifices creare , & habere. ut *Armacanus de quæſtio Arm. lib. 7. c. 17. & Occham in Dialog. part. 3. ad finem.* Si auten duos , cur non & quot ſunt Archiepiſcopi , vel Epiſcop Diœceſani ? III. Ius divinum eſt quod à Deo promulgatur. *Thom. 22. quæſt 57. art. 2. ad 3.* Sed ut unus aliqui ſuccederet Petro in Eccleſiæ Pontificatu , nullibi à De promulgatur. Hæc igitur ſucceſſio non nititur jure divino. IV. Rationes quibus hæc propoſitio à Bellarm probatur , ſunt quiſquiliæ nugarum antea ſatis exploſarum 1. *Pontifex eſt propter Eccleſiam : Eccleſia autem non minu nunc eget uno Paſtore quam olim.* Prophetæ etiam fuerun propter Eccleſiam: & Eccleſia (ſi hominum judicio ſtandum ſit) non minus nunc eget variis Prophetis quam olim. Prophetia tamen non eſt per ſucceſſionem continuata. 2. *Eccleſia eſt una : non debet igitur mutari forma regiminis.* Eccleſia non eſt una externa aliqua combinatione i unam aliquam ſingularem ſocietatem. Sic enim Scriptura ubique loquitur de *Eccleſiis*. 3. *Dominus dixit Petro , paſc oves meas : officium autem paſtoris, eſt ordinarium & perpetuum, dun manet ovile.* Dixit etiam omnibus Apoſtolis prædicate & baptizate : ſed officium prædicandi & baptizandi eſt ordinarium & perpetuum, dum manet Eccleſia. 4. *Dominu omnes oves Petro commiſit , non ſolum ratione loci , ſed etiam ration temporis.* Omnes etiam gentes omnibus Apoſtolis commiſit , uſque ad conſummationem ſeculi , *Matth. 28. 19, 20.* 5. *Eccleſia habet caput præter Chriſtum, 1 Cor. 12, 21.* Eadem etiam ratione , ex eodem loco probatur , Eccleſiam haber unam *manum*, & duos *pedes*. 6. *Sacerdotium veteris Teſtament figura fuit ſacerdotii novi Teſtamenti , & ſucceſſio illius , ſucceſſioni hujus figura.* Fuit figura Chriſti unici Sacerdotis noſtri, qui nullum habet ſucceſſorem. Succeſſio igitur non fuit figura ſucceſſionis, ſed continuationis æternæ.

II. Bellarm. *Pontifex Romanus ſucceſſit Petro (in Vrbe Roma morienti) in tota ipſius dignitate , & poteſtate. Nullus enim fuit unquam qui ſe Petri ſucceſſorem ullo modo aſſeruerit, vel pro tali ſit habitus , præter Romanum & Antiochenum Epiſcopum : ſed Antiochenu non ſucceſſit Petro in Pontificatu Eccleſiæ totius : ergo Romanus.*

Proteſt. I. Si Pontifex Romanus ſucceſſit Petro, in tota ipſius dignitate & poteſtate, tum Linus, Cletus, Clemens ,

mens, vel quicunque primus fuit Epiſcopus Romanus, dignitate & poteſtate, ſupra Iohannem & reliquos Apoſtolos qui Petro ſuper vivebant, tanquam eorum Paſtor, & caput fuit conſtitutus. II. Petrus poteſtatem habuit ejiciendi dæmonia, linguis loquendi novis, ſerpentes tollendi, lethalia bibendi ſine noxa & ægrotos ſanandi, *Mat.* 10,1. *Luc* 9,1. *Mar.* 16,17. Habuit etiam illam dignitatem, ut ejus Epiſtolæ partes ſint Canonicæ Scripturæ: numquid iſta conveniunt Pontifici Romano? III. Si nemo præter Papam, aſſeruerit ſe Petri ſucceſſorem, eo modo quo ille, hoc inde fuit, quod hæc impudentia propria debet eſſe Meritricis illius magnæ. Cum tamen alii fuerunt qui dictitabant ſe Apoſtolos eſſe. *Apoc.* 2,2. & Montanus etiam ſe Paracletum eſſe à Chriſto promiſſum jactitabat, Pontifici Romano ne iſtam quidam gloriam reliquerunt, ut ſolus ſibi ſummam poteſtatem in Eccleſia vindicaret. IV. Non ſatis eſt, ut hoc aſſerat Pontifex Romanus, aut talis etiam à quibuſdam habeatur, niſi poſſit oſtendere, hoc ſibi deberi jure divino.

12. Bellarm. *Succeßio ipſa eſt ex Chriſti inſtituto, & jure divino: ſed ratio ſucceßionis, qua Epiſcopus Romanus fit Petri ſucceßor, ex facto Petri ortum habuit, (quod Romæ ſedem fixit, & tenuit uſque ad mortem) non ex prima Chriſti inſtitutione. Omnino tamen aſſerendum eſt abſolute, Romanum Pontificem eſſe Paſtorem & caput totius Eccleſiæ jure divino. Quamvis etiam Romani Pontificis ſucceßio, non ſit forte de jure divino, pertinet tamen ad fidem Catholicam, ut penula Pauli, quia eſt traditio Petri. Neque ſunt duo Epiſcopatus, Romanus, & univerſalis, niſi in potentia, ſed unus tantum. Ex quo ſequitur, ut qui eligitur Romanus Epiſcopus, eo ipſo ſit Pontifex ſummus Eccleſiæ, etiamſi forſan id non exprimant Electores.*

Proteſt. I. Si ſucceſſio ipſa eſſet ex Chriſti inſtituto, & jure divino (cum ejus cognitio ſit omnibus non tantum utilis ſed & neceſſaria) fuiſſet proculdubio in Scripturis declarata. Concedit enim Bellarm. de verbo Dei, *lib.* 4. *c.*11. *Omnia neceſſaria & utilia fuiſſe ab Apoſtolis ſcripta.* Sed nullum locum Scripturæ proferre potuit Bellarm. quo hæc ſucceſſio declaratur. Dum tria illa verba, *paſce oves meas*, eo detorquet, ſine ulla ratione inſanit. II. Vnde hæc hæſitatio, & perplexa ratio loquendi, de ſucceſſione Pontificis Romani qua talis; *non eſt ex prima inſtitutione Chriſti: forte non eſt de jure divino?* An datur ſecunda & tertia inſtitutio Chriſti, circa ſucceſſores Petri? an dubitant ipſi Ieſuitæ. quo jure Pontifex Romanus ſit Petri ſucceſſor, & vicarius Chriſti? III. Si ſucceſſio Epiſcopi Romani in Pontificatu Petri, ortum ſuum habuit ex facto Petri, tum non ex inſtitutione ac jure ullo illius: illius enim factum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

non conſtituit jus divinum aut humanum. IV. Non debet abſolute affirmari, quod eſt abſolute falſum. Non minus autem falſum eſt, (etiam ex ſententia Scoti, Cordubenſis, Bannes, Ochami, & ſimilium, à quibus Bellarm. ipſe non plane diſſentit) Pontificem Romanum eſſe jure divino caput Eccleſiæ, quam Hiſpanicum aut Gallicum aliquem Epiſcopum, hujus aut illius tituli eſſe jure divino ejus Cardinalem. V. Si ſucceſſio Pontificis Romani pertineat ad fidem, tum vel jus ejus, vel factum tantum eſt de fide. Non jus, quia non eſt certo divinum, ex Bellarm. confeſſione: non factum, quia ante Petri mortem (quę nullam in fide mutationem introduxit) non fuit de fide, ex confeſſione etiam Bellarmini. VI. Penula Pauli eſt accidentaliter tantum de fide, quia mentio fit ejus in Scriptura quæ eſt regula fidei. 2 *Tim*.4, 13. ſed ſucceſſio Epiſcopi Romani, ne minimum quidem teſtimonium habet Scripturæ ſacræ. Neque poteſt eſſe traditio Apoſtolica Petri, qui fatente Bellarm. ortum ſuum habuit ab ejus morte: & immediate ante ſuam mortem voluit Petrus Roma migrare, (ſi vera ſit hiſtoria mortis ejus à Bellarm. probata, *l*.1. *c*.23. in fine) niſi à Domino fuiſſet revocatus: ignarus ſcil. & loci mortis ſuæ, & virtutis quam habuit ad Monarchiam ibi conſtituendã. VII. Perverſitas Bellarm. eſt obſervanda. Cum diſputat adverſus Scripturam, in Scripturis multa eſſe contendit, quæ *ex ſe non pertinent ad fidem*, cujus generis vult eſſe omnes hiſtorias Teſtamenti veteris, & multas etiam novi. De verbo Dei, *lib* 4 *c*.12. hic autem Pontificis Romani cauſam agens, ſine ulla diſtinctione, vult penulam Pauli, tanquam pallium Epiſcopi Romani eſſe de fide, ut Epiſcopi palliati ſucceſſionem, quamvis nullibi ſcriptam, ad fidem poſſit revocare. Succeſſio igitur iſta, potiorem locum habet in fide Romana, quam omnes hiſtoriæ veteris Teſtamenti, & multæ novi. VIII. Vltimum illud eſt artificium logicæ Babylonicæ, confundere in unum orbis & urbis Epiſcopatus. Vera logica docet illa munera eſſe diſtincta, quorum objecta ſunt diſtincta. orbis autem & urbs non ſunt unum & idem. Connexio illa quam coguntur jam habere in electio'ne Pontificis Romani, non eſt major, quam eſt conjunctio Epiſcopatus, & ſecularis Principatus tam urbis quam reliquæ ditionis Romanæ. Qui enim eligitur Epiſcopus, eo ipſo fit Princeps.

13. Bellarm. *Romani Pontificis primatus probatur ex Conciliis ex teſtimoniis Pontificum; & ex conſenſu Patrum, Græcorum & Latinorum.*

Proteſt. I. Non agitur hic de quolibet primatu, ſed de

primatu

primatu Monarchicæ poteſtatis. II. Non quæritur an Pontifex Romanus aliquandiu habuerit talem poteſtatem, ſed an ab initio fuerit ſic. III. Quandocunque primo inceperit Monarcham agere, inquirendum reſtat, quo jure hoc fecerit, divino, humano, an omnino ſuo, id eſt, nullo. *Pontificem autem Romanum primatum poteſtatis Monarchicæ, ab initio, jure divino habuiſſe,* nullum Concilium antiquum, nemo inter veteres Patres unquam affirmavit, aut vel per ſomnium cogitavit.

13. Bellarm. *Idem probatur ex origine & antiquitate primatus: ex auctoritate quam exercuit ſemper Pontifex Romanus in alios Epiſcopos: ex ejus legibus, diſpenſationibus & cenſuris.*

Proteſt. I. Ipſa origo & antiquitas primo debet probari, idque ex jure divino, antequam aliud poſſit probare. II. Ab exercitio poteſtatis, ad jus ejus, nulla eſt conſequentia. Neque tamen verum eſt, quod de ipſo exercitio narratur. III. Leges, diſpenſationes, & cenſuræ Monarchicæ, in Eccleſia Dei, ab homine profectæ, arguunt hominem peccati in templo Dei, ſedentem tanquam Deũ.

15. Bellarm. *Probatur etiam ex vicariis Papæ: ex jure appellationum: ex eo quod ſummus Pontifex à nemine judicatur: & ex nominibus quæ Romano Pontifici tribui ſolent.*

Proteſt. I. Si vicarius ipſe Chriſti non ſit jure ullo divino, prout antea probatum fuit, quo jure faciet ille Vicarios? II. Appellationes Eccleſiaſticæ, ab una Eccleſia ad aliam, non ſunt ad juriſdictonem ſuperiorem, ſed ad communionem & auxilii fraterni communicationem. Neque revera fuerunt iſtiuſmodi appellationes in uſu, apud primos Chriſtianos. Socrates in Hiſtor. tripart. lib. 5. c. 34. *Solus & primus fecit Cyrillus, ut ſicut in publicis judiciis, libellis uteretur appellatoriis.* III. Quod Papa à nemine velit judicari, in eo effert ſeſe ſupra quicquid dicitur Deus aut numen. IV. Nullum nomen eſt dignitatis, nedum poteſtatis, quod vel in Scripturis, vel apud antiquos Patres ſol itribuitur Epiſcopo Romano.

16. Præcipuis noſtrorum argumentis, nihil opponit Bellarm. præter unius & ejuſdem principii petitionem, ad nauſeam uſque ingeminatam. Non opus eſt igitur ut ſigillatim vindicentur. Neque revera debet hæc tam immanis univerſalis Monarchiæ poſtulatio, alio modo coargui, quam infringendis tabulis illis quæ in probationem ejus proferuntur.

CAP. IV.

Cap. IV. *De Antichriſto. Lib. 3. de Pontif.*

Quæſtio eſt, an Pontifex Romanus ſit Antichriſtus, illo de quo Apoſtol pramonuerunt? Pontificii negant: nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Antichriſti nomen ſignificat hoſtem & æmulum Chriſti Sed Romanus Pontifex ſe Chriſti famulum, & Chriſto ſubjectun in omnibus fatetur, non autem dicit ſe Chriſtum ullo modo eſſe, nequ illi ſe parem facit: ergo non eſt Antichriſtus.*

Proteſt. I. Sunt quatuor (ut loquuntur) termini ir
hoc ſyllogiſmo. 1. *Pontifex Romanus,* 2. *Hoſtis & æmulus Chri-
ſti.* 3. *Qui dicit ſe hoſtem & æmulum.* 4. *Antichriſtus.* Poſſun
multi eſſe hoſtes & æmuli Chriſti, quamvis non dican
ſe eſſe tales. Diaboli cum Chriſtum verbis confiteban-
tur. *Marc.* 1, 24. *Luc.* 4, 41. fuerunt tamen hoſtes Chriſtia-
ni, cum Satanas transfigurat ſe in angelum lucis: aut eju
miniſtri, pſeudo apoſtoli, transfigurant ſeſe in miniſtro
juſtitiæ, & Apoſtolos Chriſti, 2 *Cor.* 11, 13, 14. 15. noi
deſinunt idcirco eorum hoſtes eſſe. Qui rectores eſſe vo
luerunt in Eccleſia, ita ut Chriſtum ſuo loco moverint
piæ ſe tamen ferebant magnam animi ſubmiſſionem
Col. 2, 18. 19. 23. Antichriſtus venturus erat, *in myſterio,* &
cum *ſeductione.* 2 *Theſſ.* 2, 7, 10. id eſt, ut Medina interpre
tatur, in *Thom. p.* 3. *q.* 8. *a.* 8. *ſub ſpecie ac velamine quodam pie
tatis.* Antichriſti illi de quibus loquitur Iohannes, *epiſt.* 1
cap. 2, 22. dicuntur negare Patrem & Filium: cum tame
per conſequentiam tantum negabant Patrem, ſicut appa
ret ex *verſ.* 23. II. Falſum eſſe quod dicit Bellar. *Papa
nullo modo ſe Chriſtum eſſe dicere, aut illi parem,* ex ipſo Bellarn
apparet. Qui enim dicit ſe eſſe fundamentum Eccleſiæ
lapidem illum angularem, de quo agitur, *Iſ.* 28, 16. is ali
quo modo ſe dicit eſſe Chriſtum, *Rom.* 9, 33. 1 *Pet.* 2, (
Sed illud Papa dicit, apud Bellarm. in præfatione con
troverſiæ hujus tertiæ. Qui etiam dicit eſſe unum illu
Paſtorem de quo agitur. *Iohan.* 10, 16. ſicut apparet e
verſ. 14. ſed Papa illud dicit, apud Bellarm. *de Pontif. lib.* 1
cap. 9. Qui denique affirmat ſe eſſe caput Eccleſiæ, eo mo
do quo Chriſtus fuit, dum in terris degebat, ille aliqu
modo ſe dicit eſſe Chriſtum. Sed illud Papa dicit apu
Bellarm. ibid.

2. Bellarm. *Antichriſtus una tantum perſona eſt: Pontifi autem multi fuerunt & erunt. Ergo Pontifex Romanus non eſt Anti-chriſtus.*

Protei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Propoſitio eſt falſa: neque ulla ratione poteſt onfirmari, & multis argumentis facile refutatur.

Bellarm. 1. *Ioh.* 5, 43. *Si venerit alius nomine ſuo, illum reci-ietis. Hic certa una perſona Chriſto oppoſita deſignatur, per alium. omine ſuo, illum.*

Proteſt. Per *alium* ἕτερον, non magis hic ſignificatur una erta aut ſingularis perſona, quam *Ioh.* 4, 37. *alius eſt qui ſe-inat, alius qui metit:* quam 1 *Cor.* 6, 1, & 10, 24, 29, & 12, ,10, & 14, 17. *Gal.* 1, 12. *Iac.* 4, 12. Cum autem *alius* (ut x iſtis locis apparet) non proprie & ſingulariter, ſed in-eterminate & particulariter accipitur, neceſſe eſt ut *ſuo omine*, & *illum* eodem ſenſu accipiamus. Sic etiam ille εῖνος, *Mat.* 24, 46, 48, 50. Præterea non ſolus Antichriſtus lle inſignis ibi intelligitur, ſed & *quicunque alius non quæ-ens quæ Dei ſunt*, ut Cajetanus obſervat. Opponitur au-em Chriſto, perſonæ certæ *alius* indefinite, ſicut Paulo erſonæ certæ opponitur *alius aliquis.* 2 *Cor.* 11, 20, 21. & *uiſquam alius. Phil.* 3, 4.

Bellarm. *Chriſtus dicit illum alium à Iudæis pro Meßia recipien-um: ſed illi unum certum & ſingularem exſpectabant.*

Proteſt. I. Non dicit hoc Chriſtus. II. Quamvis u-ium ſingularem exſpectabant, varios tamen exceperunt, uorum ſingulos putabant eſſe illum unum.

Bellarm. *Omnes falſi Prophetæ præter Antichriſtum venerunt in omine alterius, non in nomine ſuo.*

Proteſt. Fingunt omnes ſe venire nomine Dei, ſicut & Antichriſtus: ſed revera veniunt in nomine ſuo, ut To-etus Ieſuita, in illum locum recte notat.

3. Bellarm. 2 *Theſſ.* 2, *Certa quædam perſona ſingularis nota-ur, articulo illo Græco,* ὁ ἄνθρωπος, ὁ υἱός, ὁ ἄνομος.

Proteſt. Non magis quam *Marc* 2, 27. *Luc.* 4, 4. 2 *Tim.* 3. 7. & aliis multis in locis ὁ ἄνθρωπος unum aliquem ſin-ularem hominem notat.

4. Bellarm. 1 *Ioh.* 18. *Antichriſtus cum articulo eſt ſingularis erſona.*

Proteſt. Non eſſe ſingularem perſonam apparet ex *v.* 22, 23. Antichriſtus cum articulo dicitur πᾶς ὁ, omnis ui negat filium.

5. Bellarm. *Dan.* 7, & 11, & 12. *Vbi agitur vel de Anti-riſto, vel de ejus typo, certa quædam & ſingularis perſona notatur.*

Proteſt. I. Falſum eſt, ibi agi vel de Antichriſto, vel e deſtinato ejus typo, ſed de ſimili beſtia tantum. I. Falſum etiam eſt, ſingularem perſonam excluſive bi notari. III. Singularis perſona typus eſſe poteſt nultitudinis magnæ, *Rom.* 9, 10, 11. *Gal.* 4, 23, 24.

6. Bell. *Apocal.* 13, & 17. *Mentio fit unius certi regis, ſicut à Daniele.*

Proteſt. I. Reges & Beſtia apertè diſtinguuntur, *Ap*
17,12. II. Beſtia, & meretrix magna, eſt urbs magna
cum ſeptem Montibus, *verſ.7 & 18.* Reges autem ſu
cornua illius Beſtiæ, *verſ.12.* atque adeo non magis debe
eſſe ſingulares perſonæ, quam ipſa Beſtia.

Iſtiuſmodi ſunt rationes, quibus Bellarm. probat Antichriſtum e unum ſingularem hominem: videndum jam, quomodo ſolvit ra tiones adverſas quas tamen paucas tantum è multis attingit.

7. *Proteſt.* Antichriſtus cœpit, tempore Pauli, in mund verſari, & tamen in fine mundi conficietur. 2. *Theſſ.*2. er go non eſt unus ſingularis homo.

Bellarm. *Tempore Apoſtolorum cœpit graſſari Antichriſtus, non i ſua perſona, ſed in ſuis præcurſoribus.*

Proteſt. I. Hoc eſt quod volumus in iſthoc argumento peculiarem quandam tyrannidem ibi notari, cui paula tim ſubſerviebant illi præcurſores, ſicut Beza ipſe, cuju hoc eſt argumentum, declarat: ita ut omnes pertinean ad corpus illud cujus caput maxime proprie eſt Anti chriſtus. Sicut autem Chriſtus, ſi merus homo fuiſſe non potuiſſet ab initio mundi myſterium pietatis opera ri: ſic neque Antichriſtus ut unus merus homo potuit tempore Apoſtolorum, ad finem uſque mundi operar II. Quis ſanus credet hæreticos & tyrannos omnes tempore Apoſtolorum præcurſores fuiſſe unius ſingula ris hominis in fine mundi venturi, & ad breviſſimur tempus regnaturi? certe Præcurſores illi ſi conjunctir ſaltem ſpectentur, majores multo fuerunt, quam pote eſſe Antichriſtus triennis.

8. *Proteſt.* Per Antichriſtum qui in novo Teſtament Beſtia vocatur, non magis intelligendus eſt ſingularis u nus homo, quam per Beſtias Danielis, unus ſingulari Rex.

Bellarm. 1. *Daniel aliquando per unam Beſtiam ſignificat unu regem, ut c.8. per Arietem, Darium, & per Hircum, Alexand.*

Proteſt. Falſum hoc eſſe, diſerte teſtatur Angelus Ga briel *Dan* 8, 20,21,22,23.

Bellarm. 2. *Paulus non intelligit aliquam ex Beſtiis à Danie deſcriptis.*

Neque in illum ſenſum propoſitæ à Beza ſunt illæ Be ſtiæ, ſed ut exempla ſimilis loquutionis.

9. *Proteſt.* Apoſtaſiæ caput eſt Antichriſtus. Sed no eſt paucorum annorum ſub uno Rege perficienda. Erg Antichiſtus non ex unus Rex paucorum annorum.

Bellarm. 1. *Per Apoſtaſiam, ipſe Antichriſtus intelligi poteſt me tonymice,*

Proteſt.

Proteſt. Hoc ideo verum eſt, quia ut dicimus, Antichriſtus eſt caput Apoſtaſiæ.

Bellarm.2. *Per Apoſtaſiam, poteſt intelligi defectio à Romano imperio.*

Proteſt. Non poteſt: quia Apoſtaſia pertinet ad peccatum & perditionem illam à qua denominatur Antichriſtus. 2 *Theſſ*.2,3.

Bellarm.3. *Poteſt intelligi de maxima & ſingulari illa Apoſtaſia à fide, quæ ſolum erit in illo breviſſimo tempore, quo Antichriſtus regnabit.*

Proteſt. Non poteſt: quia uno triennio, maxima Apoſtaſia omnium quæ unquam fuerunt, inchoari & perfici nequit.

Bellarm.4. *Poſſumus dicere, hanc Apoſtaſiam, non poſtulare unum caput, ſed eſſe diſpoſitionem ad regnum Antichriſti.*

Proteſt, Non poteſtis hoc dicere, niſi Paulo contradicere velitis, qui Apoſtaſiam hanc, & hominis peccati revelationem, facit planè coævas. 2 *Theſſ*.2.

3. nota Bellarm.5. *Non ſi Apoſtaſia à fide multis jam annis durans, regnum ſit Antichriſti, ſequetur inde Papam eſſe Antichriſtum. Nam adhuc quæſtio tractanda eſſet, quinam defecerint à fide & religione Chriſti, noſne an Lutherani.*

Proteſt. I. Non inde immediate concludimus, Papam eſſe Antichriſtum, ſed regnum tale, quale eſt Papæ. II. Quinam defecerunt à fide & religione Chriſti, noſne an Papiſtæ, non erit quæſtio apud illos, qui utroſque noverit, & utramque profeſſionem comparaverit cum doctrina Chriſti in Scripturis expreſſa, ſi præjudicio remoto, vel mediocrem adhibeant conſiderationem. Qui namque ex operibus legis quærunt juſtitiam. *Rom*.9,32. *Gal*. 5,4. Qui doctrinas docent dæmoniorum, de matrimonio, & cibis. 1 *Tim*.4.1. III. Qui non cavent ſibi ab idolis, 1 *Ioh*.5,21. Qui non acquieſcunt in Chriſto, ut unico Mediatore. 1 *Tim*.2,5. Qui Deum colunt ſecundum mandata hominum, *Mat*.15,9. Qui religioſe colunt Angelos, & alias creaturas, *Col*.2,18. Qui calicem denegant cœnam Dominicam celebrantibus, & ſpeciem tantum panis ipſis præbent, 1 *Cor*.11,26. Qui fideles arcent à lectione Scripturæ Sacræ, *Ioh*.5,39. Qui denique nihil omnino habent in quo non aliquo modo degenerarunt à ſimplicitate illa quæ eſt in Chriſto, 2 *Cor*.13,3. illi proculdubio defecerunt à fide & religione Chriſti. Hæc autem in Papiſtis qui non videt, cæcus eſt.

10. Bellarm. *Nondum venit Antichriſtus.*

Proteſt. Tam facile hoc dicitur à Pontificiis, atque à Iudæis dicitur nondum veniſſe Chriſtum: & eadem etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ratione. Sicut enim Iudæi fingunt ſibi Chriſtum, qualem Deus nunquam promiſit, ſic Pontificii talem exſpectan Antichriſtum, qualem Scriptura nuſquam deſcripſit. Ill ſatis vident Chriſti notas nemini convenire, niſi Ieſu Do mino noſtro, quem non recipiunt; hi etiam intelligunt notas Antichriſti nemini convenire præterquam Papæ quem Antichriſtum agnoſcere nolunt. Sicut illi igitu Chriſtum, ſic hi Antichriſtum in perpetuũ exſpectabunt

Bellarm. I. *Prædicari debet Euangelium in univerſo orbe, ante ad ventum Antichriſti Mat. 24, 14.*

Proteſt. I. Nihil ibi dicitur de adventu Antichriſti: ſe prædicandum Euangelium dicitur univerſo orbi ante de ſtructionem Hieroſolymæ: ſicut evidenter apparet, e *verſ. 16. Tunc qui in Iudæa fuerunt, &c.* II. Per univerſun orbem, non intelligendæ ſunt omnes orbis particulæ, ſe multæ ejus partes, ita ut ad cæteras etiam virtualite pervenerit, idem Euangelium, nullo genere hominum a iſtius beneficii participatione excluſo, ut *Rom.* 10, 18. *Co* 1, 6, 23.

Bellarm. *Apoſtoli quidem locuti ſunt figurate: Dominus aute proprie & ſimpliciter: 1. Quia facit hanc prædicationem ſignum con ſummationis ſeculi. 2. Quia proprie omnes Gentes ſunt Chriſto pro miſſæ. 3. Quia illa prædicatio futura erat in teſtimonium omnib Gentibus, id eſt, ne ulla Gens ignorantiam prætexere poßit ſuæ infide litati.*

Proteſt. I. Signum ſit finis templi, urbis & reip. Iudæo rum, non finis mundi. II. Per omnes gentes Chriſt promiſſas intelligitur magna multitudo ex omni gene hominum, nulla Gente ſingulariter exempta. Neque ta men neceſſum eſt, ut quicquid inter Gentes Chriſto pro miſſum fuit, totum illud iis verbis, *Matth.* 24, 14. conti neatur. III. Iudicandi ſunt ſigillatim homines, non p agmina gentes. Si igitur ad excuſationem tollendam neceſſaria ſit prædicatio Euangelii in omnibus & ſingu lis Gentibus, neceſſarium eſt etiam, ut omnibus & ſingu lis mortalibus, ab initio, prædicaretur. IV. In iſtis om nibus, nihil reperitur quod Antichriſti adventum poſ in tempore futuro collocare.

II. Bellarm. 2. *Omnimoda deſolatio Romani Imperii antecede debet adventum Antichriſti: ſed manet adhuc ſucceßio & nomen Im peratorum Romanorum. Ergo Antichriſtus, nondum advenit.*

Proteſt. I. Propoſitio non poteſt ex ipſis Scripturis pr bari, ſed tantum ex humanis conjecturis. II. Si per om nimodam deſolationem, talem intelligat, quæ conſiſte non poteſt cum nomine aut titulo imperii, tum falſa e propoſitio. Si alio ſenſu accipiatur, tum quatuor ſu termi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ermini in ſyllogiſmo : aſſumptio enim ſucceſſionem & omen tantum aſſerit manere. III. Remotio Imperii im imminutione potius quam omnimodo ejus deſolao innuitur, 2.*Theſſ.*2. IV. Hæc remotio anteceſſura ut non adventum, ſed revelationem Antichriſti. ibid. . Illa remotio Imperii ſufficit ad Antichriſti revelatioem, Romæ exhibendam, quæ Romam vacuam Antiriſto relinquit, ut ſedem ſui regni ibi poſſit collocare. I. Hoc modo Imperium Romanum eſſe jam, & fuiſſe m dudum è medio ſublatum, adeo manifeſtum eſt, ut rchiepiſcopus quidam olim publice dixerit, *Imperatorem è vanam appellationem, & ſolam umbram. Aventin. Annal. lib.*7. & ellarm. ipſe in hoc cap. 5. fateatur *Romam Imperium amiſe*; & Thomas Aquinas propter hoc ipſum, non potuet alia ratione negare Antichriſtum veniſſe, quam Pontiem Romanum in Imperii locum ſurrogando. Sic em ille in 2 *Theſ.*2. *lect.*1. *Quomodo eſt hoc, quia jam diu Gentes Romano Imperio receſſerunt, & tamen nec dum venit Antichriſtus? endum eſt, quod nondum ceſſavit, ſed eſt commutatum de temporali ſpirituale.* Vbi etiam obſervandum eſt Thomam concere Papam eſſe ultimum caput Romani Imperii, ſed ſine omine Imperatoris Romani. Si igitur Bellarm. propoionem admittamus, *cap.*15. *Antichriſtus eſt ultimus Rex qui ebit Romanum Imperium, tamen ſine nomine Romani Imperatoris,* Thomæ aſſumptionem : *Papa eſt ultimus Rex tenens Romaum Imperium, ſine nomine Romani Imperatoris:* num quis prohiere poteſt, quo minus concludamus, *ergo Papa eſt Antiiſtus?*

12. Bellarm. 3. *Henoch & Helias nondum venerunt: ergo nec ntichriſtus. Mal.*4. *Mat.*17. *Apocal.*11.

Proteſt. I. Eodem plane modo Iudæi olim *Matth.*17,10. *arc.*9,11. Helias debet venire ante Chriſtum ; ſed non nit : ergo nec Chriſtus : ſomnia ſunt plane gemella. I. *Mal.*4. & *Matth.*17. Nulla fit mentio vel Henochi nturi, vel Antichriſti, ſed Heliæ tantum : *Apoc.*11. ubi tur de Antichriſto, nulla fit mentio vel Henochi, vel liæ. Annon egregia hæc eſt demonſtratio, Henochum Heliam ſimul venturos cum Antichriſto? Præterea, idquid dicitur de Heliæ adventu. *Malach.*4. totum ill pertinet ad Iohannem Baptiſtam, teſte *Marc. cap.*1. *ſ.*2,40. teſte Angelo Gabriele, *Luc.*1,17. & ipſo Chriſto te, *Matth.*14 & 17,13.

Bellarm. 1. *Malachias loquitur de ſecundo adventu Chriſti, quē gnum & horribilem appellat.*

Proteſt. Agitur ibi de primo adventu Chriſti, ſicut evitiſſime apparet in loco parallelo, *Malach.*3, 1,2. &c.

ubi adventurus Dominus dicitur *ad templum ſuum* , & fr
ctus ejus declaratur, *verſ.* 3. qui futuros *offerent munus juſ*
aut *ſacrificia juſtitiæ.*, ut vulgo legitur. Cum etiam Eua
geliſta , *Marc.* 1. ultima hæc verba veteris Teſtamen
prima facit Novi, ſicut rejicit hoc facto ſuo libros omn
Apocryphos ab hominibus vi interjectos, ſic etiam eade
clare ſatis interpretatur de primo Chriſti adventu. Qu
autem horribilis dicitur ille adventus, (quamvis vox i
Norah poſſit commode verti *reverendus* aut *tremendus*) h
ideo fit, quia eventu horribilis fuit incredulis Iudæis, u
tione illa Chriſti advenientis rejectis, quæ maxime app
ruit in excidio Hieroſolymitano Chriſtus enim adv
niens, poſitus fuit in ruinam multorum, *Luc.* 2, 34. ven
labrum attulit in manu ſua, ad aream purgandam, & p
leam ſeparavit ut exureretur igne inexſtinguibili, *Luc.*
17. tum ſecuris poſita fuit ad radicem omnium arboru
ibid. *verſ.* 9. fuit lapis confringens & diſſipans , *Matth.* 2
44. & paulo poſt publicum judicium edidit in contum
cem gentem regionemque ipſam Iudæorum , *Luc.* 19, 4
ſecundum illud , *Mal.* 4. *ult. Ne veniam & percutiam terram*
nathemate. Hæc eſt clara explicatio loci , quam Arias M
tanus , in Mal. didiciſſe ſe teſtatur ab Angelo Gabrie
Luc. 1.

Bellarm. 2. *Iohannes fuit Helias promiſſus, non ad literam, ſed*
legorice.

Proteſt. Vocatus quidem fuit Elias figurate, vel per t
pum , *Luc.* 1, 17. quia ſpiritu & virtute Eliam refereb
ſed Bellarm. ipſe fatetur hujuſmodi figuratum ſenſ
eſſe literalem, de verbo Dei, *lib.* 3. *cap.* 3.

Bellarm. 3. *Helias debet venire & reſtituere omnia* , *Matth.*
quod non fecit Iohannes Baptiſta.

Proteſt. Imo fecit hoc, teſte Angelo Gabriele, *Luc.* 1,
cum *paravit Chriſto populum inſtructum* : teſte etiam Zacha
Patre ejus , ibid. *verſ.* 76, 77. teſtibus denique diſcip
omnibus Chriſti, qui intelligebant , Chriſtum, in iis i
verbis, locutum fuiſſe de Iohanne Baptiſta, *Matth.* 17.

Bellarm. 4. *Henochum & Heliam* , *in ſuis ſingularibus per*
intelligi. Apoc. 11. *patet ex eo, quod ſunt interficiendi* , *inſepulti*
dies relinquendi, poſtea reſurrecturi, & in cœlum aſcenſuri. ibid.

Proteſt. I. Ex iſtis , nullo modo probatur Henoch
aut Heliam ibi intelligi. Quia Deus poteſt hæc omnia
aliis æque facile perficere atque in Henocho & He
II. De duabus ſingularibus perſonis non poſſunt int-
ligi quæ ibi dicuntur. Quia duo homines (præſertim t
brevi ſpatio, quale iſtis tribuitur à Bellarm.) non poſſ
omnibus populis , linguis , gentibus prædicare , & al
mo

nrtui ſpectari,
us ſancta, aut tem reſuſcitati timeri. Duobus non datur
iilicuntur, minime omnium. III. Quæ de teſtibus
Eiæ. Qui enim in initio fere mundi ſingulari privilegio
fi ſunt immortales, non eſt credibile eos in fine mundi
p aliis omnibus beatis, interciſionem paſſuros ſuæ fœ-
licatis, ad mortalitatem & graves perpeſſiones revoca-
to IV. Non poſſunt proprie, ſine tropis intelligi quæ
it dicuntur: niſi velint etiam Pontificii duos teſtes eſſe
dis oleas, & duo candelabra, & ardentem ignem emit-
te ex ore ſuo.

Bellarm. 5. *Alia ratio reddi non poteſt; cur iſti duo ſint rapti an-teortem, & adhuc vivant in carne mortali, aliquando morituri.*

Proteſt. Hoc eſt, unius fabulæ juſta ratio non poteſt
rdi, niſi altera conficta & cognata ſimul admittatur.
Qumvis enim Henochi tranſlatio, & Heliæ raptus ſint
fi certiſſimæ, eorum tamen mortalitas mortem exſpe-
ctns, fabulis merito annumeratur.

3. Bellarm. 4. *Antichriſti perſecutio erit graviſſima & notiſſi-mita ut ceſſent omnes publicæ religionis cæremoniæ & ſacrificia, horum am nihil adhuc videmus. Pontifex Romanus ſacrificium altaris, mime ornat & tuetur.*

Proteſt. I. Primaria perſecutio Antichriſti, vel efficax
es oppreſſio, eſt ſpiritualis non corporalis. 2 *Theſſ.* 2,8,
9I. *Apoc.* 17,2. qualis etiam fuit præcurſorum ejus,
1 *Ioh.* 2,18 & 4,3. II. Adeo omnibus nota eſt perſecutio
etm externa qua Pontifex Romanus per aliquot ſecula
ſiit in ſanctos, ut non puduerit Baronium, in parænesi
ſu, profiteri, hoc eſſe officium Papæ à Deo mandatum,
A. 10,13. *Surge Petre, occide, & manduca.* Quod autem alias
nat hoc à ſe fieri, in eo non minus oſtendit ſe Meretri-
cu eſſe Babylonicam quam ipſo facto: quia *comedit & de-ni abſtergit os ſuum dicens, non ſum operata iniquitatem. Proverb.*
3 20. III. Publicam profeſſionem veritatis à Papa
ja dudum aliquo modo ſublatam fuiſſe profitentur &
p ſe ferunt Pontificii, quum Eccleſiam noſtram (qui
pfeſſionem ab Apoſtolis traditam retinemus) per mul-
tæcula inviſibilem fuiſſe contendunt. IV. Sacrificium
ild altaris, quod Pontifices tuentur, magna pars eſt An-
tichriſtianiſmi: ut pote quo aliud ſacrificium, & alii Sa-
cdotes in Novo Teſtamento præter Chriſtum inſtitui-
ti, atque adeo alius Chriſtus. Non eſt igitur quod me-
tu ſibi ab Antichriſto, ſed à Chriſto adveniente. Totum
h (pudenda contradictione) negatur à Bellarm. de Ec-
cl. milit. lib. 3. cap. 10. *Decepti ſunt qui intelligunt prophetiam Danielis de tempore Antichriſti: loquitur enim Daniel apertiſſime de ceſtione ſacrificii Iudæorum.*

14. Bellarm. *Antichriſtus debet* ... *on niſi tres annos cu* ... *Difficile videtur* (ait Berengandus apud Dionyſiu[m] Carthuſ. in *Apoc.* 13.) ut *in tam breviſsimo tempore omnes Gent*[es] *ſibi ſubjicere, & ad ſuam culturam omne genus humanum Antichriſt*[us] *poßit præter paucos electos, perducere.* Incredibile eſt (potuiſſ[et] dicere) unam ſingularem perſonam poſſe tantillo temp[o]re, per ſeductionem occupare omnes populos, turbas gentes, linguas, & ſedere tanquam regem ſuper eas, tan[]quam ſuper aquas multas, & eoſdem populos ita inebria[]re vino ſcortationum, abominationum, ut avitam reli[]gionem omnem abjicientes, ipſum colant ut unicu[m] Deum: cum tamen eadem perſona ſingularis eodem ſpa[]tio debet maximum templum ædificare, ibique ſede[re] tanquam idolum: & ſimul etiam multa maxima bell[a] gerere,& inebriare ſemetipſum ſanguine ſanctorum,oti[o] interim luxuque omni diffluens. Certe ficta hæc Ant[i]chriſti chimæra. in cauſa eſt proculdubio, cur totum il[]lud quod de Antichriſto dicitur, multis Pontificiis vide[]tur fabuloſum, ut Medina in Thom. *p.*3.*q.*8 *a.*8. teſtatu[r]. Daniel *cap.*7 *&* 12. non agit de Antichriſto. *Ex Apoc.* 12,1[4] *&c.* triennis iſta duratio non poteſt probari, niſi pri[us] probetur, *tempus* nihil aliud ſignificare quam annum, [&] *tempora* præciſe duos annos.

15. Bellarm. 6. *Antichriſti adventus erit paulo ante finem mun[]di. Continuo poſt mortem ejus mundus finietur.*

Proteſt. Quamdiu mundus ſit duraturus poſt interitu[m] Antichriſti, Deus novit: poſt adventum ejus debet ne[]ceſſario diu durare, ut myſterium illud perficiatur, e[o] modo quo antea dictum eſt, & poſtea etiam deſtruatur ejuſque deſtructionem ſequatur magna admiratio mun[]di, una cum Eccleſiæ lætitia, pace, & ſtatu florente. *Apo[c].* 17.18, 19, *&* 20.

16. Bellarm. *Si Antichriſtus veniſſet, atque eſſet Romanus Pon[]tifex, certo conſtaret de nomine à Iohanne prædicto, cap.* 13. *v ult. Om[]nia enim vaticinia cum impleta ſunt clariſsima efficiuntur. At de no[]mine Antichriſti, adhuc maxima controverſia eſt.*

Proteſt. I. Si omnia vaticinia impleta ſint clariſſima qua fide contendit Bellarm. de verbo Dei, *lib.* 3. *cap.* 1. *Ma[]gnam partem Scripturæ vaticinia continere de rebus futuris, & vatic[i]nia carmine ſcripta, quibus nihil difficilius, nihil obſcurius: & cap.* [] *principium & finis Ezechielis ſunt obſcuriſsima & nunquam in to[ta] Scriptura explicantur.* Sunt hæc vaticinia, maxima ſaltem e[x] parte, impleta: quare non & clariſſima efficiuntur II. Nominis hujus ratio non omnibus clare conſtare d[e]bet, ſed ſapientibus. *Hic ſapientia eſt: qui intelligentia præd[i]tus eſ[t]*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eſt, computet numerum Beſtiæ, Apoc.13,18. III. Cum res ſæ ſunt claræ, applicatio tamen nominis in vaticinio a-quo prædicti, non caret difficultate, ut Gen.49,10. Hoc tem inde ſæpe accidit, quod uni rei, varia ratione una eadem appellatio poteſt convenire. IV. Controver- de nomine Antichriſti, nulla eſt, inter noſtros, utrum nveniat Romano Pontifici necne: ſed quo ſenſu aptiſ- ne conveniat. Simili modo judicandum eſt de chara- ere Antichriſti.

17. Bellarm. *Antichriſtus præcipue propter Iudæos venturus , ab iis tanquam Meßias recipiendus: ex Gente Iudæorum naſci- rus, de tribu Dan, ut probabile eſt, circumcidendus, Sabbatum obſer- turus. Hæc autem non conveniunt Pontifici Romano.*

Proteſt. Non eſt quod miretur quiſquam, ſi hujuſmodi titiæ notæ, non conveniant Antichriſto vero. Hæc item eſſe vanorum hominum mera commenta, ſatis ap- ret. I. Quia nullum fundamentum habent in Scriptu- . II. Quia Scripturis adverſantur, quæ docent Anti- riſtum caput futurum Apoſtaſiæ poſt Pauli tempora ſpectandæ. 2 *Theſſalon.*2. Iudæi autem antea ceciderant fuerunt abjecti, *Rom.*11. Iudæi ante finem mundi mi- ricordiam denuo conſequentur, ibid. *verſ.*25,31. Num id eodem temporis momento, reciperent Chriſtum, & ntichriſtum? Antichriſtus debet eſſe ſeptimum caput, l Rex Vrbis illius magnæ quæ habet regnum ſuper eges terræ, *Apoc.*17. Sed Iudæis nullo modo convenit l numerus ille Regum , vel talis urbis deſcriptio. II. Cum ratione pugnant, ut omnes populi gentium pente ſubjicerent ſeſe hominis Iudæi imperio , poſt m inveteratum odium & contemptum. IV. Pugnat iam cum aliis notis Antichriſti ab Bellarm traditis rædicatio Euangelii per totum orbem, Imperii Roma- i deſolatio, ſacramenti altaris abolitio, &c. nullam om- ino relationem habent ad Iudæum inter Iudæos præ- pue verſantem.

18. Bellarm. *Sedes Antichriſti erit in Hieruſalem, & in templo lomonis.*

Proteſt. Vna fabula poſita, alia putidior ſequetur. Sedes ntichriſti eſt Civitas illa magna, ſeptem habens montes, ptem Reges, & decem cornua, quæ tempore Iohannis, gnum habuit ſuper reges terræ, cujus quinque Reges m ceciderant, unus fuit, & ſeptimus erat venturus, *A- c.*17. Num quid iſta conveniunt Hieroſolymæ?

Bellarm. I. *Eſt urbs illa ubi Dominus noſter crucifixus eſt.*

Proteſt. I. Dominus noſter non fuit proprie crucifixus urbe Hieruſalē, ſed extra urbem, *Heb.*13,12. II. Cru-

cifixus fuit Dominus autoritate Romana, non Hieroſo lymitana, & in illa actione Hieruſalem vocari poſſit pla tea Romæ. III. Crucifixio hæc *ſpiritualiter* ibi eſt intel ligenda, ſicut *ſpiritualiter* urbs illa vocatur Sodoma & Æ gyptus, ibid. de Chriſto in ſuis membris.

Bellarm. 2. *Roma comburetur illo ipſo tempore, Apoc.* 17.

16. *Proteſt.* Hoc non eſt illo ipſo tempore quo regna bit. & florebit Antichriſtus, ſed cum abit in exitium, Ib dem enim dicuntur antea vires ſuas Antichriſto traditu ri, & ſub ipſo diu militaturi, *verſ.* 13 *&* 14.

Bellarm. 3. *Antichriſtus ſedebit in Templo Dei,* 2 *Theſſ.* 2.

Proteſt. Templum Dei non magis ibi ſignificat templu Hieroſolymitanum, quam *Eph.* 2,21. 1 *Cor.* 3,16,17. 2 *Co* 6,16. *Apoc.* 3,12 *&* 7,15 *&c. Nullum determinatum templum ſi gnificatur,* ait Cajetanus in illum locum.

Bellarm. 4. *Per Meretricem Apocal.* 17. *intelligi poteſt non Ro ma, ſed univerſa Diaboli civitas.*

Proteſt. Non poteſt, quia neque ſeptem colles, neque ſe ptem Reges, cum illa diſtinctione & ſucceſſione quæ ib declaratur, poſſunt applicari ad mundum impiorum.

Bellarm. 5. *Intelligitur quidem Roma, ſed Roma Ethnica, no Chriſtiana.*

Proteſt. Antichriſtus igitur tandem à Bellarm. colloca tur in duabus ſellis, Hieruſalem & Roma : quæ etiam non tantum locorum ſpatiis magnis à ſe invicem diſtant ſed & immenſo temporis intervallo. Roma enim Ethni ca, qualis fuit tempore Iohannis, & Hieruſalem, qualis e rit in fine mundi, ſedes eſt unius & ejuſdem ſingulari perſonæ Antichriſti. Malè certe conſutæ ſunt iſtæ fabu læ, & nimis monſtroſæ.

19. Bellarm. *Antichriſtus in doctrina ſua,* 1. *Negabit Ieſum e ſe Chriſtum, ac proinde oppugnabit omnia Salvatoris inſtituta.* 2. *A ſeret ſe eſſe verum Chriſtum.* 3. *Affirmabit ſe Deum eſſe, & pro D coli volet.* 4. *Solum ſe Deum eſſe dicet & omnes alios Deos, & idola op pugnabit. Hæc autem non conveniunt Pontif. Romano.*

Proteſt. I. Quædam horum conveniunt Antichriſto, ſe non omnia : Quia aliquam externam ſimilitudinem Agn debet habere. *Apoc.* 13,11. *Tam Antichriſtus quam cœtus ipſiu* (ait Dion. Carth. in illum locum) *Chriſto ſimiles apparebunt per ſimulatam ſanctitatem.* Debet aliquam ſimilitudinem ha bere Prophetæ. *Apoc.* 16,13 *&* 19,20 *&* 20.10. Debet eſſ mater ſcortationum, id eſt, idololatriæ, *Apoc.* 17,5. Debe denique (Bellarm. judicio) ſabbathum obſervare II. Quæ Antichriſtus dicitur in Scripturis *dicturus*, au *negaturus*, poteſt dicere, & negare, in *corde ſuo. Pſal.* 14,1. *in o peribus ſuis. Ezech.* 28,2. contraria interim ſimulare pergens

Bellarm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ellarm. in hoc ipſo *c.* 14. docet Antichriſtum *occulte Dia-lum culturum*, quum palam ſe ſolum adorandum eſſe do-ebit. Antichriſtus igitur occulte faciet illa, quæ plane int contraria iis quæ publice præ ſe feret. Non eſt au-em credibile calidiſſimum impoſtorem palam & apertis erbis ea dicturum ad ſeductionem hominum, quæ tam orrenda ſunt, & lumini naturæ adverſa, ut vix ulli nortalium alius quiſquam ſimilia vel potuerit, vel ten-averit perſuadere. *Non dicturus eſt* (ait Dion. Carthuſ.) *ſe Deo majorem: ſed Deum nihil prorſus timebit, & divinæ voluntati ſuam in omnibus præferet, divinum cultum exterminans, & ſuum in-ducens.* III. Pontifices Romani, occulto ſuo modo, & eipſa, dicunt, & negant, illa omnia quæ Scriptura præ-dixit Antichriſtum dicturum & negaturum.

20. Bellarm. *Antichriſti miracula tria ſunt præcipua, Finget ſe mori & reſurgere. Apoc.* 13, 3. 2. *Faciet ut imago Beſtiæ loquatur, ib. verſ.* 15. 3. *Ignem de cœlo deſcendere faciet, ib. verſ.* 13. *Sed nihil ho-rum fecit Pontifex Romanus.*

Proteſt. I. Primum illud de fictione mortis, fingitur à Pontificiis, in textu non habetur. Neque ſecundum illud quaſi miraculum narratur, ſed ut reſtitutio, vel renovata repræſentatio collapſæ poteſtatis. Demiſſio etiam ignis de cœlo, proponitur potius ut exemplum magnorum ſi-gnorum, quæ Antichriſtus edet, quam ut ſingulare quid ab ipſo factitandum. Nihil eſt igitur ſolidi in toto hoc argumento. II. Miracula quæ tribuuntur Antichriſto, non uni tantum ſingulari perſonæ debent adſcribi, (quo-modo enim poſſit unus hæc facere in conſpectu omnium incolarum terræ?) ſed *prædicatoribus diſcurrentibus in nomine Antichriſti*, ſicut Dionyſius Carthuſianus in *Apoc.* 13. recte obſervat. III. Hæc ipſa miracula Pontificiis prædica-toribus vel Monarchis diſcurrentibus fuerunt olim fa-miliaria, Mortuorum à ſanctis excitatorum exempla va-ria narrat Bellarminus ipſe, de Purgatorio *lib.* 2, *c.* 8. Apud Indos à Ieſuitis hoc non raro fieri, teſtes ſunt eorum hi-ſtoriæ & epiſtolæ Indicæ. Imagines apud Pontificios ſæ-pe locutas eſſe ſatis eſt notum, non tantum in vita Tho-mæ figura expreſſa, ſed & infrontiſpiciis ſuorum libro-rum, cum imagine Thomæ orantis coram crucifixo vo-cem etiam imaginis illius ponunt, ſic Thomam alloquen-tis, *bene ſcripſiſti de me, Thoma.* Cujus rei hiſtoriam narrat Bernardus de Parentinis in lilio Miſſæ. Statua enim bea-tæ Virginis immemor fuit ſexus (ut Bernardus obſerva-vit) ſæpe locuta eſt in Eccleſia, cujus etiam fraudis me-rito luebant pœnas monachi nonnulli Bernæ, ann. 1509. Peucher. in Chron. l. 5. Quod attinet ad ignem de cœlo

demiſſum, hoc ſæpius factum eſſe narrat Iohannes Linturius, in appendice ad Faſciculum tract. de indulgentiis, c. 1. Contendit etiam Lelius Zechius *Papam, ſicut dat poteſtatem agno cereo, à ſe benedicto, amovendi flagella Dei, ſic poſſe etiam ei dare hanc vim, ut per illum poßit tempeſtates ſedare, & hujuſmodi: quia poteſtas Papæ extenditur quantum Eccleſiæ utilitas requirit: ſed Eccleſiæ utilitas id requirere poteſt. Ergo.* Qui agno cereo poteſtatem dare poteſt in cælum, aëreum, nonne poteſt ille facere ut de eodem cœlo ignis deſcendat? IV. Alia miracula multa iſtis homogenea à Pontificiis factitantur, vel finguntur, in viſionibus animarum fabulantium de purgatorio, & miſſas petentium pro ſe celebrari: in morbis ſanandis propter imaginum venerationem: & in mirabilibus multis conceſſis iis qui ſanctis aliquid voverunt.

Bellarm. *Iſta genera miraculorum fuerunt in Eccleſia uſitata, ante id tempus quo adverſarii Antichriſtum apparuiſſe dicunt.*

Proteſt I. Non fuerunt antea uſitata, quamvis ſemel aut iterum facta. II. Antichriſtus fuit antequam apparuit.

21. Bellarm. *Antichriſtus ex humili loco prodiens.* 1. *Per fraudem & dolos regnum Iudæorum eſt adepturus.* 2. *Pugnando occupaturus regna Ægypti, Libiæ, atque Æthiopiæ.* 3. *Subacturus poſtea ſeptem alios Reges, & eo modo Monarcha totius mundi evaſurus.* 4. *Cum innumerabili exercitu Chriſtianos toto orbe perſecuturus. Horum autem nihil Pontifici Romano convenit.*

Proteſt. Quod Antichriſtus ex humili loco ortus, per fraudem, dolos, & bella, Monarcha evadet aliquo modo totius mundi, & Chriſtianos ubique perſequetur, verum eſt: & optime convenit Pontifici Romano. Cætera, neque fundamentum ullum habent in Scripturis, neque humanitus confici poſſunt, tribus annis cum dimidio, quibus terminis, regimen Antichriſti, Bellarm. cum reliquis Pontificiis concludit.

CAP. V. *De Antichriſto.*

Argumenta noſtra. Cap. 19 &c.

Quamvis alia etiam ſint argumenta, præter illa quæ à Bellarm. vellicantur, quibus Papa Romanus arguitur Antichriſtus eſſe, & multa etiam horum & magis diſtincte proponi & fortius etiam poßint vibrari; nos tamen pro inſtituti noſtri ratione, Bellarm. veſtigia prememus, paucis tantum præteritis, quæ minus apta videntur, & repetitione inani, quantum fieri poßit vitata.

22. *Proteſt.* I. Notæ Antichriſti, quæ ponuntur, 2 *Theſſ.* 2. competunt in regnum Papæ, & ejus membra. 1. Quia regnat in Eccleſia ſub prætextu Eccleſiaſticæ authoritatis.

2. Sumit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

2.Sumit ſibi jus mutandi doctrinam Chriſti, & cultus à Deo inſtitutos: ſua autem vult obſervari tanquam divina. 3. Sumit ſibi jus de animabus poſt hanc vitam. 4.Nō vult ab Eccleſia, aut ab alio judicari. 5. Hæc & ſimilia ſumma ſævitia defendit.

Bellarm.1. *Papa ſedet in templo Dei,non ut Deus, quia Deum, ſanctos,& ſimilia adorat: non ut Rex, quia Chriſtum ſuperiorem agnoſcit: ſed ut Epiſcopus.*

Proteſt. I. Eo ipſo concedit Bellarm. Papam eſſe Antichriſtum, quod eum fatetur *ſedere* in templo Dei. Hoc enim, Scripturæ phraſi, nemini convenit,niſi Deo, Chriſto, & Antichriſto. II. Dei propria aſſumere ſibi Papam probatur ſequentibus. Neque huic arrogantiæ repugnat magis adoratio ejus externa,quam Abſolonis ambitioni obſtitit,quod *incurvabat ſeſe,& honorem exhibebat hominibus plebejis.* 2 *Sam.* 15,5. Nomen ipſum *Domini Dei noſtri Papæ*,approbanti tribuitur à ſuis, *Extract. Ioh.* 22. *in gloßa. Decret. lib.*6. *ti.*6. Celebris etiam eſt inſcriptio illa arcus triumphalis Sixti 4. *Oraclo vocis mundi moderaris habenas,& merito in terris crederis eſſe Deus.* Nicolaus ipſe Papa (*Concil.vol* 3. *edit.Surianæ*) hæc habet: *evidenter oſtenditur,à ſeculari poteſtate, nec ſolvi prorſus,nec ligari Pontificem,quem conſtat à pio Principe Conſtantino Deum appellatum, cum nec poſſe Deum ab hominibus judicari manifeſtum eſt.* III. Sedere Papam ut Regem vel Monarcham, illud ipſum eſt quod Bellarm. probare hactenus omnibus viribus eſt conatus affirmat hujus lib.3. *cap.* 9. *Papam regnaſſe cum utroque gladio ſupra* 500. *an.* & de Concil. *lib.*2,*cap.*17. dicit,*omnia nomina Chriſti,unde conſtat eum eſſe ſupra Eccleſiam, tribui Pontifici Romano.* Quare igitur abhorreret à nomine *Regis?* præſertim cum ſceptrum habeat, diadema, & coronam triplicatam,cujus proprius titulus eſt *il regno*; cum *Reges inſtituere, & deſtituere poßit*: cum *ſolus Monarcha jure dicatur*: Carerius de poteſt. Pontif. *lib* 2, *cap.*16. cum ſit *fons & origo omnis principatus*, idem ibid. *cap.*9. cum Sacerdotii ipſius, quaſi *ſubſtantivi*, regnum tantum ſit *adjectivum*, idem ibid. *cap.*1. cum denique ab eodem Carerio *cap.*24. poteſtas ejus illuſtretur illis verbis Poëtæ, *Rex Anius, Rex idem hominum,Phœbique Sacerdos.* & in Extrav.c.ſolitæ, vocetur,*Rex Regum & Dominus Dominantium.* Totum hoc myſterium optime explicat Celſus Mancinus. tract. de juribus Principatuum, *lib.*5, *cap.*2. *Roget quis, an ſummus Pontifex ſit Dux,Rex,Imperator,anve Princeps, caute reſpondebit,qui negando aſſeret,eſſe quid præſtantius, quidve eminentius.* Sed *agnoſcit Papa ſuperiorem*, ait Bellarm. verbis, non factis: inviſibilem, non ſpectabilem aliquem: ad quem nullam appellationem fieri permittit. Annon ſic etiam omnes Reges qui non

ſunt plane athei, ſuperiorem etiam agnoſcunt?

23. Bellarm. 2. *Docemus nos uno ore, Chriſti doctrinam & cultus non poſſe mutari.*

Proteſt. I. Proteſtatio hæc eſt factis contraria. Mutatio enim fit cum aliquid adjicitur, aut detrahitur: hæc autem à Pontifice fieri, in omni parte doctrinæ practicæ, in ſacramentis, & in omni cultu notius eſt, quam ut debeat hoc in loco probari. II. Bellarm. ipſius ore *cap.* 14. docetur Pontificem poſſe mutare, prout Eccleſiæ expedit, poſitiva præcepta Apoſtolorum: quæ tamen pertinent ad doctrinam & cultum Chriſti. Quænam etiam ſint poſitiva præcepta, & quando mutatio eorum Eccleſiæ expedit, ſolius Pontificis eſt judicare. Docet etiam os impudens Cuſani, epiſt. ad Bohem. *Scripturam eſſe interpretandam ſecundum currentem praxim Eccleſiæ, uno ſeculo ſic, & alio ſecus.* An non hoc eſt mutare doctrinam? III. Docet ipſe Bellar. apertis verbis, hactenus eſſe in poteſtate Papæ mutare doctrinam Chriſti, ut *ſi Papa præciperet vitia, vel prohiberet virtutes, teneretur Eccleſia credere vitia eſſe bona & virtutes malas, lib. 4, cap 5.*

24. Bellarm. 3. *Summus Pontifex non ſumit ſibi jus in animas defunctorum: ſed ſolum per modum ſuffragii communicat cum illis preces atque opera bona fidelium vivorum.*

Proteſt. I. Pontifex in ſuis indulgentiis exercet poteſtatem clavium in animas defunctorum quas ſolvit. Ergo jus vel poteſtatem ſumit in eas, Bellarm. *lib.* 1, *cap.* 13. II. Si Pontifex in ſuis indulgentiis nullam poteſtatem juris exerceat in animas defunctorum, tum nihil facit, quod unuſquiſque fidelis, præſertim ſi ſit Pontifici æqualis in aliis omnibus præterquam in poteſtate, non poteſt facere. III. Scholaſtici & alii miſere ſemetipſos & fruſtra torquent, ut indulgentiarum praxin cum aliqua ſpecie excuſarent. Earum fundamentum ponunt omnes in poteſtate clavium: quam ad iſtam vitam determinari concedunt, illis verbis *Matth.* 16. quicquid ſolveris aut ligaveris, *ſuper terram. De indulgentiis* (ait Durandus in *lib* 4. *diſt.* 20. *q.* 3.) *pauca dici poſſunt per certitudinem, quia nec Scriptura expreſſe de iis loquitur.* Et rurſus ibid. *Supponimus Papam eſſe ſummum miniſtrum Eccleſiæ cui commiſſa eſt à Chriſto poteſtas, &c. Quo non ſuppoſito non apparet via per quam indulgentiæ poſſint aliquid valere.* & q. 5. *Quacunque ratione competat Papæ facere indulgentias, (ſive ratione ordinis, ſive ratione juriſdictionis) non eſt dubium quin competat ei ratione curæ univerſalis Eccleſiæ. Vſus tamen habet, quod Papa non conſecratus, nec in Sacerdotem promotus poteſt indulgentias facere.* Bonaventura ibidem poſt longam & ſpinoſam diſputationem, de illa quæſtione, an relaxatio

poſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

poſſit fieri exiſtenti in purgatorio, concludat quaſi cum oſculo pedis Pontificis Romani: *ſi quis autem contendat, vicarium Chriſti habere judiciarium poteſtatem ſuper eos qui ſunt in purgatorio, non eſt ei multum improbe reſiſtendum. Dum tamen hoc dictat ratio vel autoritas manifeſta. Quicquid enim loquimur diſputantes, vel etiam prædicantes, hoc ſana fide tenendum eſt, quod Dominus vicario ſuo plenitudinem poteſtatis contulit, &c. Vnde de hoc non judicare, ſed gratias plurimas debemus Deo agere.* Non ignorabant iſti diſtinctionem inter abſolutionem judicariam, & ſuffragium illud quo animæ defunctorum relaxari dicuntur: ſed in illa non potuerunt acquieſcere, neque in ulla alia myſterii hujus explicatione, niſi in pleniſſima poteſtate Papæ, qua ſedet in templo Dei, tanquam Deus. Bellarm. autem cum aliis quibuſdam, totam difficultatem tolli putant (vel potius putari hoc ab aliis volunt) inepta diſtinctione inter *autoritatem abſolvendi, & ſolutionem per modum ſuffragii*: dum illam negant à Pontifice exerceri, hanc autem defendunt, Sed 1. communis eſt ſententia Pontificiorum, Indulgentiam concedere, eſſe actum juriſdictionis. *Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 55.* 2. Concedere, negare, revocare indulgentias, pertinet ad authoritatem judicii. 3. Suffragium Papæ in concedendis indulgentiis, non eſt impetrationis, per orationes, merita, & ſatisfactionem, ſed diſpenſationis ejus talis, qualis eſt propria Papæ, ergo ſuffragii modus, eſt modus authoritatis, & juris: & iſta diſtinctio eſt verborum tantum, non rerum.

25. Bellarm. 4. *Non debet Papa, vel à Conciliis, vel ab Eccleſia judicari. Iohan. 21. paſce oves. Luc. 12, 42. quem Dominus conſtituit ſuper familiam.*

Proteſt I. De locis iſtis ſatis antea dictum fuit, quibus tamen addere licet, Bellarm. ipſum fateri, de *Cler. lib. 1. cap. 14.* Verba illa *Luc. 12.* ab Hilario & cæteris Patribus de Epiſcopis omnibus exponi. Epiſcopi tamen ſunt ab Eccleſia judicandi: quidni igitur & Papa niſi quod ille ſit *exlex* ἄνομος. *2 Theſſ. 2, 8.* Dum Bellarm. defendit Papam omnes judicare, & à nemine poſſe judicari, probat aperte quod antea negavit, eum in Eccleſia regnare. Qui autem in Eccleſia regnat, vel Deus eſt, vel Deum ſeſe facit. Regum terræ in rebus Politicis (quod objicit hic Bellarm.) alia eſt ratio: poſſunt eſſe Tyranni, ita tamen ut non ſint Dii, in iis autem quæ pertinent ad religionem, ſi ſint Eccleſiæ membra, neque debent abſolute judicare, ut Pontifices, neque ab Eccleſiæ judicio ſunt exempti.

26. Bellarm. 5. *Papa non interficit diſſentientes: nam ego Romæ doceo non licere Pontifici, mutare Chriſti doctrinam, aut cultus, neque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

cultus novos inſtituere, qui habeantur pro divinis, aut qui cum Euangelio ulla hac ratione pugnent, & tamen non interficior.

Proteſt. Ratio eſt manifeſta. I. Quia ſimulate hæc negas, diſtinctionum ludens umbra, non ſimpliciter, ut Chriſtiani illi cordati, quorum ille multa millia hoc nomine occidit: facilius multo ferri ſolent hiſtriones, quam ſerio agentes. II. Quia quicquid negas aut affirmas, judicium tamen ipſi Pontifici relinquis, de doctrina & cultu: ita ut nihil ſit in eis divinum cenſendum aut novum, niſi quod tale ab ipſo pronunciatur. III. Quia probas & promoves Pontificem, illa ipſa facientem, quæ negas ab ipſo fieri licere: quæ eſt impietas ab Apoſtolo notata. *Rom.* 1, 32.

27. *Proteſt.* Papa ſibimet jus arrogat ligare quibus viſum eſt legibus conſcientias, & æternis pænis ſubjicere: Sacramenta pro libidine ſua, vel nova inſtituere, vel quæ a Chriſto inſtituta erant corrumpere & vitiare, imo penitus abolere, ut in ipſorum vicem ſubſtituat ſua ſacrilegia: media conſequendæ ſalutis aliena prorſus à doctrina Euangelii comminiſci totam denique pro ſuo nutu mutare. Ergo effert ſe ſupra omne quod numẽ reputatur.

Bellarm. 1. *Dicit hac Calvinus, in* 2 *Theſſ* 2. *ſed non probat.*

Proteſt. Non probat illo in loco. I. Quia fuiſſet contra ejus inſtitutum prolixis commentariis lectores fatigare. II. Quia luculenter hæc omnia demonſtrat in inſtitutione ſua. III. Quia probari non debent quæ non ſunt dubia: hæc autem ab omnibus non ſponte cœcutientibus poſſunt non tam videri, quam palpari.

Bellarm. 2. *Nos omnes dicimus non licere Papæ legibus pernicioſis & iniquis homines ligare, nec ſacramenta nova inſtituere: nec inſtituta a Chriſto corrumpere, vel abolere: nec media comminiſci ad ſalutem, aliena a doctrina Euangelii: nec religionem Chriſtianam pervertere vel immutare.*

Proteſt I. Diabolus ipſe, nedum Antichriſtus, non diceret ſibi licere pernicioſis legibus homines ligare: facit tamen. II. Sacramentum novum inſtituit Papa, cum *ſpecies* vel accidentia panis & vini vult eſſe Sacramentum. III. Sacramenta à Chriſto inſtituta corrumpit, & mutilatione in calice auferendo, & additione, in futilium ſuarum cæremoniarum commixtione. IV. Cœnam etiam Dominicam abolevit, & ſacrilegam ſuam miſſam in ejus vicem ſubſtituit. V. Media conſequendæ ſalutis ab ipſo introducta eſſe, ne Bellarm. quidem ipſe negat. Eo autem ipſo hujus generis omnia aliena ſunt à doctrina Euangelii, quod ab hominibus ſunt introducta, quaſi illi eſſent ſalutis Domini & autores. VI. Religionem pervertit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vertit, & mutat, dum religioſe colendos, & religioſos cultus multos obtrudit, quos ſacra Scriptura non agnoſcit: & dum ſuas traditiones, & ſua decreta vult regulas eſſe religionis: Deus enim eſt unicus in religione legiſlator, *Iſa.* 33. *Iac* 4.

Bellarm. 3. *Solus Deus eſt rex & Legiſlator autoritate propria, non accepta ab alio: & quoad executionem perditionis & ſalutis.*

Proteſt. Imo ſimpliciter ſolus eſt animarum aut conſcientiarum Rex, Legiſlator, & Iudex quia animas & conſcientias hominum ſolus novit, & ſolus poteſt illis præmia vel pœnas diſpenſare. Cum autem Bellarm. vult Papam eſſe Legiſlatorem, & Deum ejus executorem, nonne Papam effert in iſta relatione ſupra Deum, & novum argumentum nobis ſuppeditat, quo Antichriſtum facile agnoſcamus?

28. *Proteſt.* 3. Papa adimit Chriſto Sacerdotium, cum Prophetia I. Quia non ſolum Chriſtum vult audiri, ſed magis ſe ſuoſque aliud Euangelium adferentes. II. Quia multos alios Mediatores in cœlo pro Chriſto ſubſtituit. III. Quia infinitos ſacrificulos in terra pro Chriſto ſubſtituit. IV. Quia per merita ſuorum nos ſalvari vult.

Bellarm. I. *Vbi legiſtis Papam magis velle quam Chriſtum audiri?*

Proteſt. I. Legimus hoc apud Gratianum, Diſt. 40. *Tanta reverentia apicem Apoſtolicæ ſedis omnes ſuſpiciunt, ut nonnullam ſanctorum canonum diſciplinam & antiquam Chriſtianæ religionis inſtitutionem, magis ab ore præceptoris ejus, quam à ſacris paginis, expetant. Illius velle, illius nolle tantum approbant.* II. Legimus apud Dominicum Bannes in Thom. *p.* I. *q.* I. *a.* 8. *Scriptura eſt præcipue in corde Eccleſiæ, ſecundario vero in libris.* Per Eccleſiam aut ſaltem per *cor* iſtud Eccleſiæ, intelligunt Pontificii Papam. Papa igitur præcipue eſt audiendus, & magis quam Chriſtus in libris Veteris ac Novi Teſtam. III. Legimus apud Bellarm. de verb. Dei, *l* 3 & 4. ubi contendit Pontificem eſſe judicem Scripturarum: & perfectiorem habere fidei regulam, quam eſt illa quæ in Scripturis continetur. IV. Legimus denique apud omnes Pontificios, qui docent Eccleſiæ vel Papæ authoritatem & teſtimonium, eſſe rationem formalem propter quam & Chiſto in Scripturis, & aliis fidem habemus. Notum enim eſt axioma: propter quod aliquid eſt tale, illud magis eſt tale.

29. Bellarm. 2. *Per Chriſtum preces terminamus: per Chriſti merita omnia petimus: à ſanctis petimus, ut ſuas preces cum noſtris conjungant. Mediatores igitur pro Chriſto, aut Chriſto neglecto non ſubſtituimus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Quin Mediatores ſubſtituat Papa, non negat Bellarm. ſed tantum quod ſubſtituantur pro Chriſto, aut Chriſto neglecto. Ex parte igitur confitentem habemus reum, hoc in loco: ſed magis expreſſe, de Sanct. Beat. *lib.* I *cap.* 20. *Non eſt cur timeamus nomen Mediatoris transferre ad ſanctos.* II. Cum Chriſtus ſit perfectus, & omniſufficiens, unicus Mediator, qui ex aliqua parte conſtituunt alios Mediatores, ii aliqua ex parte ſubſtituunt illos loco Chriſti, Chriſto aliqua ex parte neglecto. III. Manifeſte falſum eſt, omnes Pontificiorum preces terminari per Chriſtum, quicquid ſit de Miſſa. IV. Cum autem ſanctos invocant, ſi per Chriſtum invocent, tum Chriſtum conſtituunt Mediatorem apud ſanctos: ſi non per Chriſtum, tum invocant abſque Chriſto ut Mediatore invocationis: Si etiam per Sanctos invocant Deum, ſine Chriſto mediante, tum ſanctos ſubſtituunt in locum Chriſti: Si Chriſto mediante, tum mediatoris conſtituunt inter nos & Chriſtum, & ſic loco Chriſti, quia ejus locus eſt, ut ſit immediata noſtra via, aut immediate nos & preces noſtras ad Deum deducat. Exempla ſacrilegarum invocationum Papiſtis familiarium ſunt omnibus nota.

30. Bellarm. 3. *Non ſubſtituimus ſacrificulos pro Chriſto: ſed dicimus Chriſtum per manus Sacerdotum iterum atque iterum ſe offerre.*

Proteſt. I. Hoc ipſum quod agnoſcitur eſt aliquo modo ſubſtituere ſacrificulum in locum Chriſti, quia ſacrificulo tribuit hanc poteſtatem, ut faciat Chriſtum ſemetipſum offerre, quando & quoties ipſi placet. Eſt etiam directe contra doctrinam Scripturæ. *Heb.* 9 *&* 10. II. Evidenter falſum eſt quod dicitur vel innuitur, Chriſtum, non ſacrificulum offerre quod offertur in Miſſa. Verba ſacrificuli in canone ſunt, *ſuſcipe ſancte pater, &c. hanc immaculatam hoſtiam quam ego indignus famulus tuus offero tibi.*

31. Bellarm. 4. *Profer locum ubi Papa dixerit, per merita ſuorum ſpiritualium, ſanctorumque homines ſervari.*

Proteſt. Inter alios infinitos, unus eſt inſignis locus apud Bellarm. de pœnit. *lib.* 1, *c.* 4. ubi precationem approbat ut piam: *Meritum paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium ſanctorum, &c. cedant tibi in remiſſionem peccatorum, in augmentum meriti & gratiæ, & in præmium vitæ æternæ.*

32. *Proteſt.* 4. Papa aufert etiam Chriſto regnum: quia in terris vult ipſe eſſe caput Eccleſiæ: in cœlis vero alios opitulatores & ſervatores nobis conſtituit, ad quos in miſeriis nos confugere jubet.

Bellarm. 1. *Vbinam Papa, aut ullus Catholicorum ſervatores ſanctos appellavit?*

Proteſt. Bellarminus ipſe de Purgator. *lib.* 1, *cap.* 14. hæc habet verba: *Si de verbis agitur, Scriptura aperte dicit, &c. ubi homo ſui ipſius redemptor & ſervator appellatur*, & de Indulg. *lib.* 1, *cap.* 4. *Non erit abſurdum, ſi ſancti viri, redemptores noſtri aliquo modo dicantur, &c.* Hoc autem inde probat, quia poſſunt cum Paulo appellari *Salvatores. Non enim* (inquit) *minus eſt proprium Chriſto nomen Salvatoris, quam Redemptoris.* Roſariorum etiam floſculi ſunt ſatis noti *O Servatrix, ô Redemptrix,* &c.

Bellarm. 2. *Prorex non negat Dominum ſuum eſſe Regem: ergo nec Papa negat Chriſtum eſſe caput, cum aſſerit ſe caput eſſe ſub ipſo.*

Proteſt. I. Proregis titulum & authoritatem ſibi ſumens ſine expreſſo mandato Regis, negat eum eſſe regẽ. Sic facit Papa. II. Regis mundani conditio admittit & poſtulat ſæpe vice gerentem: ſed Chriſtus ita eſt caput Eccleſiæ, ut neque egeat vice gerente, neque pati poſſit caput ſubordinatum.

Bellarm. 3. *Paulus poſtulavit ſubſidium orationum fidelium. Rom.* 15.

Proteſt. Non tamen religioſe ullos eorum invocavit: neque ulla ex parte ad ipſos tanquam ad orationum auditores cœleſtes opitulatores aut mediatores confugiebat, neque ſine mandato Dei quidquam fecit. Longe aliud eſt, quærere ſocios precum in terris, quam implorare opem cœleſtium patronorum.

33. *Proteſt.* 5. Papa ſumit ſibi poteſtatem agendi quod ipſi libet, ita ut nemo debeat ei contradicere, ſed omnes voluntatem ejus accipiant pro Lege. Diſt. 40. *Si Papa infinitas animas ſecum in infernum traheret, tamen nemo debet ei dicere, quid facis?* & Gloſſa, *Papa eſt pro ratione voluntas.*

Bellarm. 1. *Non eſt Pontifex qui hæc ibi dicit: ſed Epiſcopus Moguntinus.*

Proteſt. Pontifex dicit quicquid in jure Pontificio, ab ipſo ſancito, continetur.

Bellarm. 2. *Non negat Pontificem eſſe admonendum ex caritate, ſed negat poſſe argui ex authoritate, & judicari.*

Proteſt. I. Negat expreſſe poſſe ipſi dici, *quid facis?* II. Apoſtolus hanc authoritatem dat Chriſtianis, ut tali homini cuicunque, quamvis fuerit Apoſtolus alias, aut inſtar Angeli cœleſtis. denuncient *Anathema Maranatha.* 1 *Cor.* 16, 22. *Gal.* 1, 8, 9.

Bellarm. 3. *Si ſententia hæc vera non ſit, cur nobis objicitur? ſi vera eſt, cur non recipitur?*

Proteſt. I. Hic ſpecimen habemus egregium, & conſcientiæ illius quam Bellarm. attulit ad controverſias tractandas, & artis quam exercet. Non potuit negare dictum: neque defendere dicendum. Quomodo igitur evadet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vadet? σόφον φάρμακον, bicornem quodlibeticam interrogationem excogitavit, qua defendi poſſint blaſphemiæ omnes quas vel Antichriſtus, vel pater ejus, Diabolus poſſit eructare. Si arguatur, quod dixerit *ſe eſſe Deum, & neminem eſſe Deum præterea*, quid ni confugeret ad Bellarm. dilemma? *Si ſententia hæc vera non ſit, cur mihi objicitur? ſi vera ſit, cur non recipitur?* II. Reſpondemus autem, quamvis de jure vera non ſit ſententia quæ pronunciatur, ſed impia, blaſphema, diabolica, quia tamen verum eſt, hanc ſententiam à Pontifice verbis pronunciari, & factis verificari, idcirco objicitur, ut certa nota vel character Antichriſti.

Bellarm. 4. *Gloſſa illa (Papæ eſt pro ratione voluntas) vel ab ipſo Pontifice tanquam falſa, eſt ſublata in nova editione decreti, vel nunquam in decreto fuit.*

Proteſt. I. Quamvis mille quingentæ fere gloſſæ non ita pridem fuerunt ex jure Pontificio ſublatæ, ut Franciſcus Sanctius Brocenſis, Profeſſor Salmaticenſis, in epiſtola quam ſuis paradoxis præfixit, teſtatur, quarum variæ (ut videtur) Antichriſtiano idiomate nimis aperte loquebantur, hæc tamen gloſſa manet, in Clement. ſub finem tit. de cenſib. exact. & procur. *ſit pro ratione voluntas*, & in praxi ſua Papa obtinet antiquum. II. Habetur hæc gloſſa, quoad ſenſum, in ipſo textu, diſt. 40. quem antea citavimus, *illius velle, illius nolle, &c.* ita ut ſalvo textu, non potuerit auferri.

34. *Proteſt.* 6. Papa vult ſe audiri pluſquam Deum: blaſphemanſque vociferatur, Scripturam eſſe fontem omnium hæreſium, & ſchiſmatum, ambiguam, & obſcuram, &c.

Bellarm. 1. *Primum illud in nullius Papæ ſcriptis legi.*

Proteſt. Nos legimus in Bellarm. ſcripto de verbo Dei. *lib. 1, cap. 15. Populus non ſolum non caperet fructum ex Scripturis, ſed etiam caperet detrimentum.* Quod etiam interpretatur ibi de hæreſibus inde naſcituris.

Bellarm. 2. *Lutherus, Hilarius, Tertullianus tale quid habent.*

Proteſt. Quæ ab illis dicuntur tendunt ad accuſationem perverſorum hominum, non ad Scripturas accuſandas, aut ad populum deterrendum ab earum lectione: non igitur ſunt talia.

Bellarm. 3. *Ambiguas & obſcuriſſimas in pleriſque locis Scripturas eſſe, Papa veriſſime docet, cum omnibus patribus, & Luthero.*

Proteſt. In quibuſdam locis Scripturas eſſe nobis obſcuras, quo ſenſu vere dicatur, fuit in prima controverſia declaratum. Sed vel generaliter, vel de pleriſque locis, talem obſcuritatem & ambiguitatem illis imputare, qualem Pontificii ſolent ſcurrilibus ſuis blaſphemiis de *naſo cereo*,

cereo, & *bracci nauticis*, &c. Si ipſæ Scripturæ ſint Chriſti, fieri non poteſt quin hoc ſit Antichriſti.

35. *Proteſt.* 7. Papa oppreſſit politias plurimas, & innumeras Eccleſias.

Bellarm. *Quas politias? quas Eccleſias?*

Proteſt. I. Politiam utriuſque Imperii, urbis Romanæ, & quaſcunque jactat ſe tranſtuliſſe aut mutaſſe, atque etiam eas quas transferre tentavit, ut Angliæ, & Galliæ, &c. II. Eccleſias omnes quæ ipſi adhærent oppreſſit, dum Eccleſiam Romanam in Catholicam, ut ejus verbo utamur tranſubſtantiavit, & alias fecit appendices ejus, quas etiam ſecum in eandem apoſtaſiam traxit, & dum Eccleſiam ſuam Catholicam in cancelariam aut curiam convertit nullo alio uſui inſervientem, quam ſpirituali & corporali oppreſſioni. Alias autem Eccleſias, quæ Babylonem fugiebant. non negabit ipſe quin pro virili oppreſſerit, idque omni genere crudelitatis.

36. *Proteſt.* 8. Papa totam fere pietatem in eo collocat, ut multa magnaque templa ſplendide exſtructa, omnigenis, pretioſis ornamentis niteant, cantuque reboent.

Bellarm. 1. *Templa omnia hujuſmodi Chriſto Deo ſacrari ac dicari, nemo eſt qui neſciat.*

Proteſt. I. Falſum hoc eſſe (excluſive ſaltem) nemo eſt qui neſciat, cum & totius orbis experientia contrarium teſtatur, & ipſe Bellarm. de cultu ſanct. *lib.* 3 *cap.* 4. diſertis verbis defendit, *ſacras domos non ſolum Deo ſed etiam ſanctis, recte ædificari & dedicari.* II. Si ita eſſet, pietas tamen non debet in eo collocari. Sic enim qui dedicant templa Chriſto, fingunt ſibimet novum Chriſtum, quod eſt Antichriſti.

37. *Proteſt.* 9. Papa eodem modo agit in ſuis ſociis & aſſeclis ditandis, quo prædictum fuit de Antichriſto. *Apoc.* 18, 3, 15, 16.

Bellarm. 1. *Scilicet valde ditavit Eckium, Coclœum, &c.*

Proteſt. I. Negare hoc non debent Pontificii de quo ſolent etiam gloriari. Sic enim Carerius, de poteſt. Papæ, *lib.* 2 *cap. ult. Opes porro tantas inter ſuos partitur, quantas nullus unquam Rex, aut Imperator.* II. Si omnes captantes tales offulas, non capiant eas, non minuit hoc, ſed auget potius magnificentiam Papæ, qui tot habet paraſitos, ad ſpem largitionis ejus hiantes, ut non ſufficiat cunctis.

Bellarm. 2. *Non tam Papa ſuos Cardinales & Epiſcopos ditat, quam fidelium pietas.*

Proteſt. Habent Pontificii in ſuo jure titulum *de ſpoliis clericorum*: hæc autem ſpolia ad cameram Apoſtolicam, ſive fiſcum Pontificium pertinere dicunt. *Azor, inſtit, mor. p.* 2. *lib.* 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

lib.7. cap.1,2 &c. cui poſſunt etiam adjicere alium *de ſpoli Laicorum*, vel Eccleſiarum, *in decimis, annatis, penſionibus, commendis, reſervationibus, palliorum & indulgentiarum venditionibus curiarum impenſis, non reſidentiæ, denique & pluralitatum & aliorum ſcelerum facultatibus*, cum ſimilibus : & tum facile apparebi quomodo pietas fidelium nihil tale cogitantium, ad Papam & ejus ſatellites ditandos, rapiatur, mediante ſcilice tyrannide Papæ.

38. *Proteſt.* 10. Papa prohibet conjugium & ciborum uſum : quæ doctrinæ ſunt dæmoniorum. 1 *Tim.* 4, 1.

3. Bellarm. *Auguſtinus reſpondet, hortari ad virginitatem, tanquam ad melius, non eſt prohibere conjugium : neque eſt abſtinentia à cibis propter corporis caſtigationem, abſtinentia damnata.*

Proteſt. Sed Auguſtinus non negat, quin illi qui legibus interdicunt Sacerdotibus ſuis conjugium, & votum ac juramentum ab iis exigunt de cælibatu ſervando, qui Sacerdotes contrahentes, aut cibis ab ipſis certo tempore prohibitis utentes capitaliter perſequuntur, dum lupanaria publica permittunt, & ad ſcortationes & omne genus libidines connivent, conjugium & cibos diabolico modo prohibent.

39. *Ptoteſt.* I. Papæ doctrina Euangelio Chriſti adverſatur. 1. In eo quod non ſolum verum Deum, ſed & homines mortuos invocari vult : & Ethnico more, alligat invocationem & cultum Dei, ad certas ſtatuas.

Bellarm. 2. *Verbum etiam Dei jubet, ut creaturas excellentiores honoremus, & quaſdam etiam invocemus.*

Proteſt. De invocandis creaturis precibus religioſis, nullum præceptum aut exemplum exſtat in tota Scriptura. Si vero omnes ſint invocandi qui ſunt honorandi, tum omnes homines debent invocari, quia omnes debent honorari, 1 *Pet.* 2, 17. uxores ipſæ debent à ſuis maritis invocari. 1 *Pet.* 3, 7.

Bellarm. 3. *Ad monumenta religioſa non aliter alligamus cultum, quam alligaverit olim Deus ad ſanctuarium.*

Proteſt. Hoc ipſo eſtis Antichriſtiani, quod hanc authoritatem vobis arrogatis, *non aliter* de religione ſtatuendi, quam ſi Dei poteſtatem vobis haberetis communicatam. Hæc eſt enim veſtra ratio. *Deus potuit : Chriſtus potuit, ergo Papa poteſt :* Sic argumentatur, *Thom. Stapletonus. quæſt.* 21. *art.* 1.

Bellarm. 4. *Hæc non cœperunt tum primum quando vos dicitis Antichriſtum fuiſſe revelatum.*

Proteſt. Sicut commutatio illa faciei cœli, quæ veſpere apparet ante Solis occaſum, pertinet ad tenebras nocturnas, quamvis nondum plane & plene adſit ; ſic ſuperſti-

tiones

tiones illæ quæ antea cæperunt quam Antichriſtus fuit plane revelatus, pertinent nihilominus ad Antichriſtum, & ejus myſterium. Præterea, hujuſmodi ſuperſtitiones nunquam eo modo, & gradu fuerunt receptæ in Eccleſia prioribus ſeculis, in quo Antichriſti ope fuerunt collocatæ. Hoc autem generaliter volumus reſponſum ad omnia illa quæ Bellar. dicit de antiquitate aliorum etiam errorum, quos nos objicimus Papæ tanquam Antichriſto.

40. *Proteſt.* 12. Adverſatur 2. doctrina Papæ, Euangelio Chriſti, in eo quod docet non propter ſolius Chriſti meritum, ſed partim etiam propter noſtra bona opera nos juſtificari & ſalvari.

Bellarm. 1. *De operibus quæ ſine fide & gratia Dei fiunt, aperte cum Apoſtolo pronuntiamus, ex iis hominem non juſtificari.* 2. *Opera autem illa quæ ex fide & gratia procedunt, diſponere dicimus ad remiſſionem peccatorum, & quamvis non ſint meritoria ex juſtitia, ſuo modo tamen mereri & impetrare peccatorum remiſſionem.* 3. *Illa etiam opera quæ ab homine juſtificato fiunt, dicimus gloriam ſempiternam vere ac proprie mereri.*

Proteſt. I. Eo ipſo hæc doctrina adverſatur Euangelio, quod cum Apoſtolus generaliter & abſolute dicit, non ex *operibus*: Pontificii nihil volunt pronuntiare, ſine diſtinctione trimembri, in cujus primo tantum membro fatentur ſe *aperte cum Apoſtolo pronuntiare*, de duobus autem reliquis non audent hoc affirmare. II. Illud ipſum quod tam aperte ſe dicunt cum Apoſtolo pronuntiare, duplicem fallaciam involvit. Nam primo multi Scholaſtici, & poſt illos plerique Ieſuitæ defendunt, hominem naturalem, antequam habeat fidem aut gratiam, poſſe ſuis operibus, *ex congruo* primam gratiam mereri, dum facit quod in ſe eſt. Bonaventura in ſent. *l.* 1. *d.* 41. 8 *& l.* 2 *d.* 27, 38 *& l.* 3. *d* 4, 27 *& diſt.* 18, 14. ubi etiam eum *interpretative mereri dicit, qui facit quod bonum eſt malo modo & mala intentione.* III. Docent etiam unum hominem qui eſt in charitate, poſſe aliis gratiam *ex digno* mereri. Idem Bonav. *in* 3. *diſt.* 18, 15. hominem mereri dicit *ex condigno* in prima gratiæ infuſione, & motu liberi arbitrii. IV. Quod Bellarm. dicit opera quæ juſtificationem præcedunt ſuo modo mereri & impetrare peccatorum remiſſionem, hoc eſt aperte ſatis partem virturis meritoriæ vel impetrativæ illius, quæ eſt propria Chriſti, tribuere operibus humanis. V. Nihil hic dicit Bellarm. de ſatisfactionibus, & operibus illis quibus merentur homines remiſſionem pœnæ, in quibus magna pars latet Antichriſtianiſmi. VI. Cum dicit Bellarm. opera illa quæ fiunt ab homine juſtificato, vere ac proprie mereri gloriam æternam, apertiſſime Chriſtum

ſpoliat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſpoliat ſua gloria, & gratia, qua non minus promeruit nobis vitam æternam quam gratiam primam, *Ioh.* 3, 16, 36 *&* 5, 14. *Col.* 3, 4. 1 *Iohan* 5, 11, 12. *Heb.* 9, 15 *&* 10, 19, 20. Si enim vita ſit ex operibus noſtris, tum non eſt ex gratia Chriſti. *Rom.* 11, 6. *Gal.* 3, 18. Quod autem Apoſtolus & illa opera intelligit quæ fiunt à juſtificatis, evidenter apparet, *Rom* 4. *Epheſ.* 2, 8, 9. *Gal.* 2, 3 *&* 5, 4.

41. *Proteſt.* 13. Adverſatur. 3. doctrina Papæ Euangelio Chriſti, in eo quod docet ſemper dubitandum eſſe, an habeamus remiſſionem peccatorum, quæ dubitatio ſimpliciter pugnat cum fide.

Bellarm. *De promiſſionibus Dei non eſt dubitandum. Sed Deus nuſquam hominibus abſolute promittit remiſſionem peccatorum, neque legitur in Euangelio, debere unumquemque certò ſtatuere ſibi peccata remitti. Promiſſiones divinæ fere omnes conditionem annexam habent, quam nemo certo noſſe poteſt, an, ut oportet, impleverit.*

Proteſt. I. Quamvis remiſſio peccatorum non abſolute promittatur omnibus & ſingulis hominibus, omnibus tamen vere credentibus promittitur abſolute. De iſtis autem pænitentibus & credentibus hic agitur, non de incredulo & profano mundo. II. Legitur etiam in Euangelio unumquemque fidelem certo debere diſcernere & ſtatuere ſe eſſe in fide, in Chriſto, & Chriſtum in ſe, 2 *Cor.* 13, 5. atque adeo remitti ſibi peccata. *Rom* 8, 1. III. Falſiſſimum eſt, omnes fere promiſſiones Dei habere conditiones (proprie ſic dictas) annexas quæ à nobis debent impleri, quod Bellarm. hic innuit. Nam ipſo conditio eſt donum Dei & ab ipſo præſtatur *Epheſ.* 2, 8. *Phil.* 1, 6 1 *Theſ.* 5, 24. IV. Vltimum autem illud, *non poſſe quenquam ſcire, an ut oportet impleverit conditionem,* id eſt, an credat in Chriſtum illa fide quæ neceſſaria eſt ad remiſſionem peccatorum, &c. hoc intime pertinet ad Antichriſtianiſmum. Chriſtus enim venit, ut daret nobis iſtam ſcientiam, 1 *Ioh* 5, 20. *&* 4, 13, 16. 1 *Cor* 2, 12. *Heb.* 10, 22. ſine iſta ſcientia, qui dicit ſe credere in Chriſtum mentitur. Qui negat iſtam ſcientiam poſſe haberi, Deum ipſum & Chiſtum facit mendacem, 1 *Ioh.* 5, 10, 11, 12. Multos Pontificiorum aliquo modo pudet hujus impietatis, ut Thomam. 1, 2. *q* 112 *a* 5. *&* 2. 2. *quæſt.* 161. *art.* 3. Bannes *in* 2, 2. *quæſt.* 6. *artic.* 2. in fine.

42. *Proteſt.* 14. Adverſatur 4. Euangelio Chriſti illa doctrina Papæ, qua docet in ſacrificio Miſſæ Chriſtum à Sacerdotibus quotidie Deo Patri offerri.

Bellarm. 1. *Euangelium nuſquam docet ſacrificium illud unicum Chriſti quotidie in myſterio repeti non poſſe.*

Proteſt. Ita poſſe in ullo myſterio repeti, ut quotidie Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Chriſtus realiter ſacrificetur, hoc apertis verbis negatur, quoties Chriſtus dicitur *unicus Sacerdos* Novi Teſtamenti, *unicum Sacrificium*, & *ſemel oblatum. Heb.7 & 9 & 10.* Negat etiam Euangelium ſacrificium Chriſti in cruce oblatum unum & idem numero eſſe cum ſacrificio Miſſæ, ubicunque teſtatur illud ſacrificium corporis facti ex muliere, non ex pane, Mortalis, non glorificati, ſenſibilis, & ſentientis, non inſenſibilis, & inſenſati, cum effuſione ſanguinis, uſque ad mortem, non incruenti, ſine fractione oſſium; & ubicunque ullam omnino mentionem facit ſacrificii Chriſti, aut etiam ipſius Chriſti, ut rei ſingularis veræ & non fictæ, finitæ, non infinitæ. Magnum igitur eſt hoc myſterium Antichriſti, quo verus Chriſtus tollitur & fingitur novus.

43. *Proteſt.* 15. Adverſatur doctrina Papæ Euangelio, cum negat dubitationes de Deo, ſecuritatem carnalem, contumaciam, & concupiſcentiam nobiſcum natam, & in renatis reliquam, eſſe peccata.

Bellarm. *Cum hæc ſunt in voluntaria, conſtanter negamus eſſe peccata.*

Conſtanter igitur negatis peccatum originale eſſe peccatum: exorbitationes omnes à Lege Dei, eſſe peccata; diſpoſitionem internam ad peccandum eſſe peccatum; & iſtiuſmodi rerum ullam expiationem aut emundationem, (ſine qua nemo ingredietur in Regnum Dei) quærendam eſſe in Chriſto atque adeo hac etiam ratione, eſtis Antichriſti.

44. *Proteſt.* 16. Adverſatur Euangelio Papa, docens hominem poſſe Legi Dei ſatisfacere, & hac impletione legis juſtum eſſe, & vitam æternam mereri.

Bellarm. *Non dicimus hominem poſſe omnis peccati expertem eſſe: non timemus tamen aſſerere, poſſe hominem per gratiam legem implere, & ea impletione vitam æternam promereri.*

Proteſt. I. Non timetis igitur vobiſmetipſis contradicere unam & idem affirmando & negando, nam implere legem nemo poteſt, niſi ſit aut poſſit eſſe expers omnis peccati. II. Non timetis Chriſtum negare: nam *ſi per legem eſt juſtitia, Chriſtus ſine cauſa mortuus eſt, Gal.2,21.* III. Non timetis Chriſti privilegium vobis arrogare. Recte enim Oroſius, de arbitrii libertate, *dicis hominem poſſe eſſe ſine peccato: iterum ac ſæpius repeto, homo qui hoc poteſt Chriſtus eſt: aut præſume nomen, aut depone fiduciam.* Et paulo ante: *Miſer homo, qui non intelligit præparare ſe Antichriſti adventui præcurſorem, qui ſeſe comparet in coæquationem filii Dei.*

45 *Proteſt.* 17. Euangelio adverſatur Papa, addendo præceptis Dei, & totã Eccleſiam ſuis traditionibus obruendo.

Bellarm. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. I. *In Euangelio non habetur illa tantum eſſe opera bona, quæ Deus præcepit.*

Proteſt. In Euangelio habetur, *fruſtra me colunt, docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum*, & res ipſa eſt adeo manifeſta, ut confeſſionem hujus veritatis extorſerit nonnullis Pontificiorum. Sic enim Alexander Alenſis, *p.* 3. *quæſt.* 64. *m.* 5. *art.* 2. *Nullus ſervit Deo (proprie loquendo) niſi qui facit quod Deus præcepit, & ſicut præcepit.*

Bellarm. 2. *Regula illa, quæ tibi præcipio hæc tantum facito Domino, non prohibet aliud quam ne corrumpamus ejus præcepta, ſed integre ea ſervemus, ut ille præcepit.*

Proteſt. Hoc eſt, non prohibet aliud quam ne homines quidquam *vel addant, vel detrahant*, ſicut diſertis verbis dicitur, *Deut.* 12, 32. ſi enim quidquam ab hominibus addatur, aut detrahatur, præcepta Dei non ſervantur integre & pure, ſed corrumpuntur, *Deut.* 4, 2. *Ne addite, neque detrahite, ut ſervetis.* Si quidquam igitur addatur non ſervantur.

46. *Proteſt.* 18. Ex diametro adverſatur Euangelio Chriſti Papa, docens, & decernens utramque partem cœnæ Domini non eſſe omnibus Chriſtianis miniſtrandam.

Bellarm. I. *Adhuc non videmus locum illum Euangelii, ubi doceamur utramque partem Sacramenti cœnæ Domini omnibus Chriſtianis miniſtrandam eſſe.*

Proteſt. I. Nemo tam cœcus eſt atque illi qui nolunt videre. An videtis locum ubi docemini ullam partem cœnæ miniſtrare? eodem in loco docetur etiam utramque partem eſſe miniſtrandum. Nullum enim præceptum exſtat de pane, magis quam de vino. II. Videtis, & agnoſcitis inſtitutum Chriſti de utraque parte miniſtranda, ſed illud inſtitutum abrogare non dubitatis: ſic enim pronunciatur in ſacrilego decreto Conſtantienſi, ſeſſ. 13. *Licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtravit ſub utraque ſpecie panis & vini, tamen hoc non obſtante, &c. præcipimus ſub pœna excommunicationis, quod nullus presbyter communicet populo ſub utraque ſpecie panis & vini.*

Bellarm. 2. *Non dixit Chriſtus, bibite ex hoc omnes Chriſtiani, ſed omnes Apoſtoli.*

Proteſt. Neque dixit de pane, *accipite & comedite omnes Chriſtiani*, imo ne vocem quidem *omnes* in illa parte legitur expreſſiſſe. Sed ſicut non juſſit Apoſtolos comedere, ſic neque bibere, quatenus erant Apoſtoli, ſed quatenus erant Chriſtiani fœderati, & remiſſionis peccatorum in ejus ſanguine participes, *Matth.* 26, 28. Atque adeo dixit re ipſa, *bibite ex hoc omnes Chriſtiani. Quatenus ad ipſum, & de omni, convertuntur.*

Proteſt. 19. Adverſatur Papa Euangelio Chriſti, dum docet

docet contritionem mereri remiſſionem peccatorum, & confeſſione auriculari ac ſatisfactionibus humanis, ſeu operibus indebitis pro æternis pœnis peccatorum ſatisfieri: & hæc ipſa tamen pecuniis redimi poſſe.

Bellarm. 1. *Non dicimus contritionem mereri peccatorum remiſſionem.*

Proteſt. Dicit hoc Alexander Alenſis, qui inter Scholaſticos, fuit *Doctor irrefragabilis,* & *fons vitæ* vocatus, *p.* 3.*q.*17. *m.*4.*a.*3.*&* 4. ſaltem quoad meritum *congrui.* Bonaventura etiam Doctor Seraphicus, & Divus, concedit contritionem eſſe *metum meritorium m.*4. *d.*17, 38. Dixit etiam antea Bellarm. hoc ipſe *cap* 2. *ad* 2. *dolorem de peccatis ſuo modo mereri id eſt impetrare remiſſionem peccatorum.* Teſtis denique hujus rei omni exceptione major eſt formula illa ſolemnis abſolvendi, apud Pontificios legitima & uſitata: *meritum, &c. humilitas confeſſionis, contritio cordis, & bona opera quæ feciſti & facies, &c. cedant tibi in remiſſionem peccatorum.* Præſertim ſi accedat interpretatio Ieſuitarum, in Caſibus conſcientiæ à Vincentio Fillincio editis, *Tomo* 1. *tract.* 6. *cap.* 5. *n.* 113. ubi diſerte affirmant *contritionem delere omnia venialia peccata meritorie ex condigno.*

Bellarm. 2. *Non putamus nos ſatisfacere poſſe pro æternis pœnis, ſed pro temporalibus.*

Proteſt. Putatis I. Pœnam æternam commutari in temporalem ex vi contritionis. Alex. Alenſis ibid. II. Temporalem purgatorii eandem (excepta duratione) cum æterna, in confeſſione & abſolutione ſacerdotis commutari in pænam temporalem vitæ præſentis. ibid. III. Præſtita ſatisfactione à ſacrificulo impoſita, iſtam pænam ſolvi: ſed non præſtita, cum poſſit, pænam æternam redire. Ita per ſatisfactiones, & contritionem, (contritio autem continuata, vobis etiam eſt ſatisfactio interna) redimere putatis pænas æternas.

Bellarm. 3. *Pecunia redimi ſatisfactionem nihil eſt aliud apud nos, quam unum genus ſatisfactionis in aliud mutari judicio ſacerdotis.*

Proteſt. I. Falſum hoc eſt: nam *Dominus Papa poteſt & ſolet aliquando totam pænam debitam ſimpliciter relaxare, ſine commutatione. Alex. Al. p.*4.*q.*33.*m.*6. & cum ſatisfactiones pecuniis redimuntur, non alia ratione commutari dicuntur in aliud genus, quam quod quicquid pecuniæ Papæ, ſacrificulis aut monachis datur, id illi dicunt cedere dantibus in meritum, aut ſatisfactionem. II. In hoc ipſo, Papa duplici ratione prodit ſe Antichriſtum & quod hominibus munus imponit ac vires tribuit ſatisfaciendi juſtitiæ Dei, quod proprie eſt Chriſti; & quod ſibi & ſervis ſuis arrogat authoritatem ſtatuendi, quibus in rebus, & quibus

mediis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mediis, hæc ſatisfactio perficiatur, quod Chriſtus ſibim
non vendicavit, ſed ſubmiſit ſeſe voluntati Patris.

48. *Proteſt.* 20. Hæc omnia eo turpiora ſunt in Pap
quod hæc omnia faciendi ac ſtatuendi jus ſibimet arro
gat. quatenus ut Princeps Epiſcoporum, ſupremam po
teſtatem habet in omnes reliquos Epiſcopos, & tota
Eccleſiam: cum tamen ne Epiſcopus quidem ſit: utpo
qui nihil Epiſcopale facit, in docendo, ſacramenta admi
niſtrando, monendo, hortando, & diſciplinam Eccleſia
ſticam adminiſtrando.

Bellarm. 1. *Vt regia authoritas non eſt ſimplex officium judican di, ut eſt judicium aliorum, ſed poteſtas regendi homines ſibi ſubjectos imperando & puniendo: ita etiam Epiſcopatus non eſt ſimplex officiu prædicandi, ut eſt aliorum multorum qui concionantur, & non ſunt pa ſtores: ſed eſt poteſtas regendi in rebus ſpiritualibus & divinis, ac pro inde imperandi & puniendi.*

Proteſt. 1. Bellarm. antea *cap.* 19. ad primum, negavit Pa
pam in Eccleſia *regnare, aut poteſtatem ejus excedere oeconomi, au
ſervi conditionem:* nunc vero ex adverſo, vult poteſtate
Papæ, imo cujuſlibet Epiſcopi, per omnia ſimilem eſ
poteſtati Regis: quid hoc eſt aliud, quam ſcenæ ſervire
unum & idem affirmando, negando, prout Spartæ pro
deſt? II. Bellar. ipſe cum approbatione narrat de tranſ
lat. imperii *l.* 1. Zachariam Papam Regnum Francorum
ab Hilderico, in Pipinum tranſtuliſſe, eo ſolo nomin
quod Pipinus non Hildericus Regis officio fungebatur
& utebatur poteſtate. Sibimet igitur & ſuis Epiſcopi
privilegium hoc ſumit, quod Regibus, cum ipſi ita pla-
cet, & eos in poteſtate ſua habet, non permittit, ut ſcili-
cet dignitatem, præfecturam, & poteſtatem retineant
quamvis officio nulla ex parte fungantur 2. longe alia eſ
ratio Regum, ac eſt Epiſcoporum: Reges habent domi-
nium, jus imperii meri & mixti, (ut Iuriſconſulti lo-
quuntur) & poteſtatem aliis juriſdictionem communi-
candi: ſed Epiſcopi ſunt miniſtri Chriſti, œconomi, &
mandatarii, ſine imperio, ſine dominio, atque adeo ſine
poteſtate mandandi. IV. Vbi tamen eliguntur Reges,
non ſolent admitti non recturi. Epiſcopus autem pro-
pter perſonalia dona, ad officium perſonale eligitur &
vocatur. V. Deſcriptio illa Epiſcopi, per *poteſtatem impe-
randi & puniendi*, neque ex Scripturis, neque ex Patribus
adfertur, ſed ex Antichriſti officina.

Bellarm. 2. *Non tenentur Pontifices per ſe concionari, & ſacra-
menta miniſtrare, ſi juſta aliqua de cauſa impediantur: ſed ſatis eſt,
ſi curent per alios iſta omnia præſtare.*

Proteſt. I. Ejus eſt paſcere oves Chriſti cujus eſt amare
Chriſtum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Chiſtum. *Ioh.*21. Non ſatis eſt igitur ut Pontifex per alios paſcat, niſi ſatis etiam habeat per alios Chriſtum amare. II. *In debitis perſonalibus* (ait Cajetanus in 2. 2. *quaſt.* 185. *art.*5.) *non abſolvitur debitor ſi per alium facit: ſalus etiam animarum, per ſe loquendo, ita neceßitat paſtorem ad perſonalem curam, quod regulariter non poteſt, ſine ipſius Epiſcopi perſonali cura haberi.* III. Quænam eſt illa *juſta cauſa,* qua ſemper impediuntur Pontifices, ne per ſe concionentur? propria voluntate, inſcitia, mundi pompa, negotiis hujus vitæ, libidine, & luxu, quaſi compedibus detinentur, ita ut ne digitum quidem extendere poſſint ad paſtorũ officium exequendum, ſatagunt de multis, & unum illud neceſſarium omittunt. IV. Quinam ſunt illi *alii* per quos concionatur Pontifex Romanus? ſi ſint certi ordinis homines, operæ pretium eſſet ſcire cujus, ut diſtinguerent homines inter conciones Pontificales & alias. Si per omnes in omni loco, tum 1. concionatur Pontifex, ſed neſcit, *quid, quando, quoties, quibus,* aut *per quos.* 2. concionando docet plane contraria; per Ieſuitas pleroſque docet prædeſtinationem ex bono uſu liberi arbitrii prævíſo: & eodem tempore per Dominicanos, docet hoc eſſe dogma Pelagianum, per Ieſuitas docet ſe habere poteſtatem ſupra Concilia generalia, & ſupra Reges, ita ut poſſit eos exuere ſuis regnis: ſed ſimul tamen per Sorbonicos, docet hanc ſententiam eſſe multis nominibus damnandam & pernicioſam: & ſic in aliis articulis, qui maximi ſunt momenti.

Bellarm. 3. *Alioqui Epiſcopi ad impoßibilia obligarentur. Quia nullus tam exiguus eſt Epiſcopus, qui poßit per ſe ſufficere, ad concionandum & ſacramenta miniſtranda, in tota ſua diœceſi.*

Proteſt. Epiſcopi iſti Diœceſani ſunt humanæ creaturæ: & dum volunt eſſe ordinarii paſtores, provinciarum, & comitatuum, in quibus multæ ſunt Eccleſiæ, ad impoſſibilia quidem obligantur, non à Chriſto, qui tales paſtores ſuis Eccleſiis nunquam dedit, ſed ab hominibus, & à ſemetipſis, certa eſt regula juris, *mandatarius quod in mandatum accepit alii mandare non poteſt.*

Bellarm. 4. *Valerius Epiſcopus Hipponenſis commiſit ſancto Auguſtino officium prædicandi.*

Proteſt. Hoc eſt, unus concionator, minus utilis populo, locum conceſſit alii concionatori, magis apto ad populum ædificandum. nuſquam legitur, quod vel Valerius, vel alius aliquis Epiſcopus antiquus, per alios concionari ſolebat in tota diœceſi. hoc monſtris illis annumerari debet, quæ Antichriſtus peperit, non Embrio, infans, aut adoleſcens, ſed plane adultus.

Cap. VI. *De Infallibilitate Papæ. Lib.4. cap.1 & 2.*

Priori diſſertationi de Antichriſto, ſumma cum ratione ſubnectitur hæc,
de infallibilitate Papæ: quia jam olim plerique boni. Hildebran-
dum Antichriſtum eſſe ex eo concludebant, quod ſemetipſum er-
rare non poſſe gloriabatur. Avent. in annal. l.5. *quod*
etiam poſtea Everhardus Epiſcopus Iuvaniæ nomen blaſphemiæ eſſe
dixit, ſcriptum in fronte Antichriſti, Deus ſum, nõ poſſum er-
rare. idem Avent. l.7. *Sed ab hanc prærogativam Papæ pro-*
bandam, nihil fere ex Scripturis profert Bellarm. ſatis habuit, eam
prolixe explicare, & humanis præſumtionibus obiter aliquo modo ful-
cire. Non poſſumus igitur tam diſtincte atque antea, totam contro-
verſiam ſimul tractare.

THESIS I.

Bellarm. *Conveniunt omnes in eo, poſſe Pontificem, etiam ut Pon-*
tificem, & cum ſuo cœtu conſiliariorum, vel cum generali Conci-
lio, errare in controverſiis facti particularibus, quæ ex informatione te-
ſtimoniiſque hominum præcipue pendent.

Proteſt. I. Quamvis hoc ſine dubio verum ſit, poſſe Pon-
tificem in iſtis errare; illa tamen non eſt unica cauſa hu-
jus erroris, quam Bellarm. innuit, quod informationes &
teſtimonia quæ ab aliis ad eum adferuntur ſint incerta,
ſed quod ipſemet Pontifex ſit homo, mendax, & pe
multa jam ſecula, ſemper fere pravæ mentis, animiqu
pravi. ita ut contra certiſſima teſtimonia, poſſit ac ſolea
pronuntiare. II. Ex hoc ipſo tamen ſequitur, Papan
poſſe totam Eccleſiam à ſe pendentem inducere ad idolo
latriæ peccatum: quia enim ἀποθέωσις vel canonizatio ill
ſanctorum quæ apud Pontificos eſt in uſu, pendet ex fa
cto, & facti teſtimoniis, vel informatione, utrum ſcil. ta
lis fuerit hic aut ille in Divorum numerum referendu
& talia fecerit, qualia de illo perhibentur, idcirco Ponti
fex poteſt hominem non ſanctum, ſed reprobum 8
damnatum, illo honore afficere, ut religioſe ab omnibu
colatur: quod etiam Cajetan. in tract. de indulgentiis a
gnoſcit. Hoc autem nihil aliud eſt quam inducere popu
lum ad colendum idolum. Simili etiam ratione, propte
iſtam fallibilitatem in rebus facti, poteſt Papa plenitudi
ne ſuæ poteſtatis abuti, ad perniciem multarum Eccleſia
rum & Rerumpubl. brutis ſuis fulminibus, & terrific
Bullis, tanquam inundatione, aut turbine exitiali.

2. Bellarm. *Conveniunt etiam omnes in eo, poſſe Pontificem*
privatum Doctorem, errare, etiam in quæſtionibus juris univerſal
bus, tam fidei, quam morum, idque ex ignorantia.

Prote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Ignorantia non eſt unica cauſa, quare Pontifices errant: ſed & improbitas & perverſitas voluntatis. II. Si Pontifex poſſit errare ut privatus Doctor, tum poteſt errare in officio Pontificis, quo non tantum publice, ſed etiam privatim docere tenetur. III. Tum etiam non eſt Apoſtolus, aut Apoſtolica prærogativa gaudet: Apoſtoli enim non potuerunt errare cum privatim docebant. IV. Tum denique poteſt eſſe hæreticus: & privatim etiam totum illud verbis, ſcriptis, & factis deſtruere poteſt quod publice videtur ædificare, in Eccleſia confuſionem & ruinam.

3. Bellarm. *Catholici omnes inter ſe conveniunt.* I. *Pontificem cum generali Concilio non poſſe errare in condendis fidei decretis, vel generalibus præceptis morum.*

Proteſt. I. Videtur hic Bellarm. concedere, poſſe Pontificem, etiam cum generali Concilio errare in condendis ſpecialibus præceptis morum: quorſum enim alias in tam accurata & diſtincta ſententiæ hujus explicatione, inſereret illam vocem, *generalibus?* Concedit igitur quædam decreta Papæ & Conciliorum non eſſe ſancta, nedum ſacroſancta. Inde etiam ſequitur Papam cum Concilio poſſe errare in fide: eſt enim de fide omnem virtutem eſſe bonam, & omne vitium malum. II. Cum omnes Pontificii docent vel Papam poſſe in iſtis errare ſi abſq; Concilio decernat; vel Concilium errare poſſe, ſi abſque Papa ſtatuat; nullus poteſt eſſe inter eos conſenſus verus de certo & infallibili judicio Papæ & Concilii ſimul: quia non conveniunt inter ſe, utrum infallibilitas illa ſit in Concilio, an in Papa. III. Multi eorum qui dicunt Papam non poſſe errare cum Concilio, dum infallibilitatem collocant in Concilio ſolo nihilo plus tribuunt Papæ, iſtis verbis, quam Epiſcopo Pariſienſi, Colonienſi, aut cuilibet alii privato Doctori, nemo enim poteſt errare cum Concilio: Si Concilium non poſſit errare. Tribuemus nos tantundem (quæ noſtra eſt liberalitas) vel Papæ, vel ipſi etiam Bellarmino, non poſſe ſcilicet eum errare cum Scriptura, cum Prophetis, cum Apoſtolis, id eſt, cum iis qui non errant: quemadmodum Philoſophi hoc tribuunt cuilibet, *ſi naturam ſequatur ducem, nunquam errabit.*

4. Bellarm. *Conveniunt Catholici,* 2. *Pontificem ſolum vel cum ſuo particulari Concilio, aliquid in re dubia ſtatuentem, ſive errare poſſit, ſive non, eſſe ab omnibus fidelibus obedienter audiendum.*

Proteſt. I. Sunt miſerrima Papæ mancipia qui hoc ſtatuunt: & Papa qui hoc ſibi arrogat, profitetur palam, & præ ſe fert Diabolicam tyrannidem ſpiritualem. Nihil enim cogitari poteſt magis tyrannicum & Antichriſtia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

num, quam quod hac ſententia innuitur & c 5. hujus li-
bri, ſicut & à Carerio de Poteſt. *Pont. lib.* 1, *c.* 23. *num.* 17.
declaratur : *ſi Papa vitia præcipiendo, vel virtutes prohibendo erra-*
ret, utique Eccleſia vitia eſſe bona, & virtutes eſſe malas, niſi contra
conſcientiam peccare vellet, credere teneretur. II. Manifeſte fal-
ſum eſt, Pontificios omnes ita ſtatuere, Theologi Venet
in tractatu de interdicto Pauli. 5. contrarium defendunt
& demonſtrant. Eccleſia Gallica Pontificia opponit ſ
Papæ in multis: neque tam obedienter eum hactenus au-
divit, ut recipere velit Concilium ipſum Tridentinum, al
eo approbatum, ut ab omnibus recipiatur.

5. Bellarm. *Quatuor ſunt diverſæ ſententiæ, quarum prima eſt*
Pontificem etiam ut Pontificem, etiamſi cum generali Concilio definire
aliquid, poſſe eſſe hæreticum in ſe, docere alios hæreſin, & de facto ali
quando ita accidiſſe. Hæc ſententia eſt hæretica.

Proteſt. In eadem hæreſi nobiſcum fuit Apoſtolus Pau
lus, cum affirmavit, *omnem hominem eſſe mendacem. Rom.* 3, 4.

6. Bellarm. *Secunda ſententia eſt Pontificem etiam ut Pontifi*
cem poſſe eſſe hæreticum, & hæreſin docere, ſi abſque generali concilio d
finiat. Hæc ſententia non eſt proprie hæretica, nam adhuc ab Eccleſ
tolerantur qui illam ſententiam ſequuntur : videtur tamen omnino e
ronea, & hæreſi proxima.

Proteſt. I. Hæc fuit ſententia Pariſienſium Doctorum
Gerſonis, Almaini, &c. & eſt adhuc ſententia Eccleſi
Gallicæ Pontificiæ. Idem ſenſit Gratianus *diſt.* 19. *hoc a*
tem. Alphonſus de Caſtro, *lib.* 1. *adv. hær. c.* 2, 4 & 8. Eade
eſt ſententia Ioan. Marianæ Ieſuitæ, de Rege, *lib.* 1, *cap*
cum infinitis aliis Pontificiis, qui non plane ſe compar
runt ad aſſentandum Papæ. Hæc denique ſententia fu
Concilii Conſtantienſis, & Baſilienſis, ab ipſis Papis, Ma
tino quinto, Nicolao quinto, & aliis approbati. Altera a
tem ſententia, eſt Curiæ tantum Romanæ, id eſt para
totum Papæ. II. Si hæc ſententia ſit hæreſi proxim
quare tamdiu toleratur ? Annon hoc ipſo graviſſime pe
cat Papa, & cum hæreſi aliquo modo communicat, qu
tantum errorem hæreſi proximum, per tot ſecula man
re permittit in Eccleſia non palam damnatum? III. N
toleratur alio modo à Papa, niſi quo omnia ſibi inimic
ſima tolerare ſolet quæ tollere non poteſt. Damnatur
Anathematizatur hæc ſententia à Papis in ſuis Decreti
ut Azorius oſtendit *inſtitut. moral. p.* 2. *l.* 5. *cap.* 4. *quæſt.* 3. ſ
non audent permittere ut iſta quæſtio in Conciliis t-
ctetur : nequidem in Tridentino hoc ſatis tutum vi-
batur : neque volunt ſua propria placita irriſioni mul-
rum exponere : idcirco ſatis habent utcunque per ſuo
miſſarios hanc ſententiam vellicare, & contrariam pa-

lat

tim inſinuare. Interim tamen non eſt toleratio mutua, ſed maxima diſcordia, inter partes adverſas. ſic enim Ioannes Major, apud Navarrum, ſuper *c novit not. 3. num 84. Romæ nemini permittitur tenere Pariſienſium & Panormitani ſententiam: nec rurſus Academia Pariſienſis patitur ut contraria opinio aſſeratur in ea.* IV. Illud autem imprimis obſervandum, ex confeſſione Bellarm. nondum certum & determinatum eſſe inter Pontificios, utrum Pontifex Romanus certum & infallibile judicium habeat necne in quæſtionibus fidei & morum, atque adeo incertum eſſe an ſupremam poteſtatem habeat in Eccleſia necne: quod tamen Bellarm. antea contendebat eſſe de fide, & ſecundum ejus theologiam eſt fidei principium decumanum.

4. *Tertia ſententia eſt, Pontificem non poſſe ullo modo eſſe hæreticum, nec docere publice hæreſin etiam ſi ſolus rem aliquam definiat. Hæc Pighii ſententia eſt probabilis, non tamen certa.*

Proteſt. Hæc futilis adulatio. Pighii fere propria, à Pontificiis cordatoribus temeritatis damnata, Bannes in 1. *q.* 1. *a.* 8 *pag.* 55. & *in* 2, 2 *q.* 1. *a.* 10 *p.* 57. non alia ratione probabilis à Bellarm. vocatur, quam quod ejus probationem vel approbationem, in gratiam Papæ, vovet & optat.

Bellarm. *Quarta ſententia eſt. Pontificem, ſive hæreticus eſſe poſſit, ſive non, non poſſe ullo modo definire aliquid hæreticum, à tota Eccleſia credendum. Hæc eſt communiſſima opinio, certiſſima & aſſerenda.*

Proteſt. I. Mirum eſt, hujus opinionis communiſſimæ, nullum teſtem ex omnibus Scholaſticis proferri à Bellarm. præter unum Thomam: & eum etiam illam limitationem non habere per quam Bellarm. iſtam ſententiam à cæteris diſtinguit. Hæc certe communiſſima ſententia, novum eſt commentum, non Patribus tantum, ſed & Scholaſticis antiquis ignotum. II. Nihil aliud eſt quam negatio concluſionis: cum enim contra ſic diſputatur: Qui poteſt eſſe Hæreticus, poteſt definire aliquid hæreticum à tota Eccleſia credendum; ſed Papa poteſt eſſe hæreticus: ergo Papa poteſt definire aliquid hæreticum à tota Eccleſia credendum: Reſpondetur à Bellarm. ſive poſſit eſſe hæreticus, ſive non poſſit, non poteſt definire aliquid hæreticum à tota Eccleſia credendum. III. Miraculum fingit novum, & inauditum: quod quamvis Papa poſſit hæretica credere, & docere, non poſſit tamen ullo modo definire eadem ab omnibus eſſe credenda. IV. Authores hujus commenti inter ſe diſſentiunt, dum quidam eorum infallibilitatem Papæ pendere faciunt ex debita diligentia quam adhibet in veritate quærenda, alii vero debitam illam diligentiam Papæ neceſſariam eſſe negant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

9. Bellarm. I. *Non diſſident inter ſe : quia omnes rogat reſponderent non poſſe fieri ut Papa temere definiat.*

Proteſt. Falſum hoc eſſe apparet ex iis quæ apud Azorium habentur. *inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 5. ubi concedunt quidam *poſſe Papam, peccare contra prudentiam, ſi conſilium & diligentiam non adhibeat in definiendo,* & apud Ban. *in* 2, 2. *q.* I. *a.* 10 *pag.* 63, 64. contendunt, *nullum privilegium fuiſſe conceſſum Petro, ne prudentia ejus deficeret,* ubi etiam ex adverſa parte, diſputat ipſe Bannes, *aſſiſtentiam Spiritus ſancti non eſſe conceſſam Papæ, per immediatam illuminationem : & niſi debitam diligentiam adhibeat, Papam exponere ſeſe periculo errandi.*

Bellarm. 2. *Qui promiſit finem, ſine dubio promiſit & media.*

Proteſt. I. Hæc eſt præcipua quæſtio, an Deus promiſerit Papæ infallibilitatem judicii, quam Bellarm. hic intelligit per finem : numquid dubium unum probatur per magis dubium? II. Nullum datur exemplum, quo Deus promiſit alicui mortalium, ipſum ſemper diligentiam illam adhibiturum, cujus, tanquam medii, virtute immunis eſſet ab errore in judicando Prophetæ & Apoſtoli non per media hoc habuerunt, ſed per immediatam revelationem.

10. Bellarm. *Vt hac ſententia (de infallibilitate Papæ) facilius intelligi & confirmari poſſit, ſtatuemus aliquot propoſitiones.*

Proteſt. Vna propoſitio ſtatuenda primo fuit, ſine qua iſta ſententia non poteſt ullo modo intelligi aut confirmari, quæ tamen inter Bellarm. propoſitiones non comparet : illa nempe qua certa regula traderetur, quomodo fide divina poſſint homines fieri certiores, *quando hic vel ille Pontifex qui Eccleſiæ Romanæ præeſt, ſit verus & legitimus Petri ſucceſſor, & legitime definiat aliquid à tota Eccleſia fide divina credendum.* Bannes in 2, 2. *q.* I. *a.* 10. *pag.* 62. concedit, fide tantum humana, cui poteſt ſubeſſe falſum, credi hunc aut illum eſſe Chriſti Vicarium : quia pendet hoc ex variis circumſtantiis. quæ poſſunt fallere, hunc ſcil. aut illum eſſe virum, baptizatum, rite & legitime, vel canonice electum in Pontificem Romanum. Cajetanus in 2, 2. *q.* 2, 1. *ad* 4. idem docet. Canus de *loc. cap* 8. *ad* 10. diſtincte etiam eandem veritatem confirmat, quia etſi fide divina creditur id quod ex una propoſitione divina fide certa, & altera certa evidenti lumine naturali, bona argumentatione colligitur; non tamen illud quod conficitur ex una propoſitione divina fide credita, & altera ſola fide humana nota. In iſthoc igitur ſyllogiſmo : Qui legitime eſt electus in talem, eſt Petri ſucceſſor, & Chriſti vicarius : ſed hic vel ille eſt ita electus : ergo eſt Petri ſucceſſor, & Chriſti vicarius; aſſumptio tantum humana fide eſt certa : ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ta: ergo concluſio non conſtat fide divina, ſed humana, cui falſum poteſt ſubeſſe. Azorius autem *inſtit. mor. par. 2. l. 5, cap. 5.* pro nobis ex præmiſſis illis ſic argumentatur: *Si ſola fide humana credimus hunc vel illum, eſſe ſummum Pontificem, non poteſt ejus judicium eſſe fide divina certum ac verum: neque obligari poteſt Eccleſia ad judicium vel ſententiam hujus vel illius Pontificis fide divina credendam: nam definitio fidei Papæ authoritate facta, tandem reſolvitur in authoritatem ipſius Papæ.* Ex iſtis apparet, nihil eſſe certi in decretis Papæ: neque poſſe Eccleſiam ab illis pendere, quamvis generales omnes propoſitiones à Bellarm. ſtatutæ gratis, ipſi conderentur: Miſerrima enim ſunt illa refugia Azorii: *nos (id eſt, Eccleſia) credimus hunc eſſe ſummum Pontificem quia Eccleſia ſic credit. Deus non permittit ut inhabilis eligatur.* Quaſi diceret: Eccleſia credit, quod Deus nuſquam revelavit, quia Eccleſia hoc credit. Propoſitiones tamen Bellarm. falſas & vanas eſſe breviter oſtendemus.

11. Bellarm. *Propoſ. 1. Pontifex cum totam Eccleſiam docet, in his quæ ad fidem pertinent, nullo caſu errare poteſt.*

Proteſt. I. Nulla ratio, aut rationis umbra poteſt reddi, quare non æque poſſit errare Papa, cum totam Eccleſiam docet, atque cum docet aliquam Eccleſię partem, aut cum illos docet qui nondum ſunt in Eecleſia. Cum igitur tacite Bellarm. concedit unum, non poteſt alterum, niſi per inſaniam, negare. II. Quamvis alias forſan non erraret, quandocunque tamen hoc ſibi arrogat, ut totam Eccleſiam doceat tanquam fidei judex, quicquid ſit quod præcipue intendit docere, non poteſt non graviter errare. Cum enim aliquid in fide vel moribus hoc modo definit, eo ipſo definit ſe eſſe judicem fidei: & ſimul pronunciat, hoc eſſe fide divina credendum, duplicem hunc errorem errat, quandocunque totam Eccleſiam docet: ſæpiſſime etiam decreta Papæ mendacia ſunt ratione finis, quo ſenſu Bellarm. *lib. 3, cap. 15.* Antichriſti miracula mendacia eſſe dicit, adeo ut ne illud quidem privilegium ſit Papæ ſimpliciter concedendum, quod *nunquam mentitur, cum verum dicit.* III. Toties errant Papæ, docendo totam Eccleſiam in his quæ ad fidem pertinent, quoties in ſuis decretis, decretalibus, aut aliis publicis ſcriptis ac reſcriptis aliquam partem Scripturæ ſacræ male interpretatur: quod non raro illis contigiſſe, qui frontem habet, non negabit.

12. Bellarm. *Promiſſio eſt Chriſti Luc. 22. ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua.*

Proteſt. I. Nihil inde concludi poſſe pro infallibilitate Papæ, Pontificii multi fatentur, ſic enim Bannes in 2. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

q.1.a.10. pag.149. Speciale Petri privilegium ſonat, in quo aliqui pie & catholice intelligunt perſeverantiam in fide interiore Petro eſſe promiſſam: ad ſucceſſores ejus extendere non cogimur. II. Nihil hic dicitur de *docendo*: nihil de *tota Eccleſia* docenda: nihil de *errore*: nihil de *Papa*. Quis igitur Alchymiſta poteſt hanc promiſſionem convertere in illam, qua promitteretur, *Papam non poſſe errare, cum totam Eccleſiam docet de fide, non poteſt errare.* III. Bellarm. ipſe hæc argumenta in contrarium (quamvis aliud agens) hoc ipſo *c.*3. profert: 1. *Vna tantum perſona deſignatur, Simon, Simon.* 2. *Dominus pro illo rogat, qui erat pervertendus & convertendus.* Hæc enim omnibus Pontificibus Romanis non conveniunt. IV. Similiter oravit Dominus pro omnibus Apoſtolis, *Ioh.* 17, 11.17.

Bellarm. 1. *Non erat ratio cur bis pro perſeverantia Petri oraret.*

Proteſt. I. Chriſtus *Mat.*26. ter eandem orationem repetebat. II. Fuit etiam ſpecialis ratio pro Petro rogandi, quia ſpecialiter fuit tentandus. III. Nulla ſpecialis oratio pro Petro exprimitur: ſed ſpecialiter tantum Petro ſignificatur, quod oratio Chriſti ad illum pertinebat.

Bellarm. 2. *Speciale aliquid fuit Petro impetratum.*

Proteſt. Nihil ſpeciale fuit Petro impetratum: ſed ſpeciali modo ipſi ſignificatum, & applicatum.

Bellarm. 3. *Mediate ſaltem oravit hoc loco Chriſtus pro omnibus Apoſtolis, id eſt, pro aliquo dono Petro communicando in aliorum utilitatem.*

Proteſt. I. Si hoc concedatur, nihil inde ſequitur. II. Hoc in loco non oravit Chriſtus omnino. III. Quod impetratum fuit Petro, non magis pertinebat ad alios Apoſtolos, quam quod impetratum fuit aliis pertinebat ad Petrum.

Bellarm. 4. *Donum hoc loco impetratum Petro etiam ad ſucceſſores ejus pertinet, in utilitatem Eccleſiæ, quæ ſemper indiget aliquo à quo confirmetur, & cujus fides deficere non poßit.*

Proteſt. I. Verbis immediate ſequentibus, negat Bellarm. totum donum, hoc loco impetratum Petro, ad ſucceſſores ejus pertinere. II. Perſonalia etiam Petri dona pertinebant ad utilitatem Eccleſiæ. III. Eccleſia non indiget uno aliquo ſed multis, quorum fides non deficiat, & à quibus poſſit confirmari. Infallibili autem confirmatore, præter Scripturam & Spiritum ſanctum, negamus Eccleſiam indigere.

13. Bellarm. *Dominus duo privilegia Petro impetravit. 1. Vt ipſe non poſſet unquam veram fidem amittere. 2. ut ipſe tanquam Pontifex, non poßit unquam docere aliquid contra fidem: ſive ut in ſede ejus nunquam inveniretur, qui doceret contra veram fidem, primum fortaſſe non manavit ad poſteros: ſecundum ſine dubio manavit.*

Proteſt.

Proteſt. I. Non ſunt duo privilegia, ſed unum, *non amittere fidem: & non docere contra fidem.* II. Non fuerunt iſta privilegia propria Petri: ſed communia omnium Apoſtolorum. III. Perſonalia hæc fuiſſe probatum eſt antea, non hæreditaria. IV. Si unum ad poſteros non manavit, quod fundamenti rationem habuit, non eſt credibile alterum ad eos manaſſe. V. Vt hoc conveniat ſucceſſoribus Petri, oportet ut omnes negent Chriſtum, & poſtea convertantur.

Bellarm. 1. *Non eſſet abſurdum, ſi dicamus illud (converſus) intelligi de converſione Petri ad alios quos videret tentatos & vacillantes.*

Proteſt. Nihil abſurdius poteſt fingi, quam ut converſio Petri, cribrationi Satanæ oppoſita, certo tempore futura, ποτὲ ἐπιςρέψας, quam Chriſtus ipſe poſt triplicem negationem futuram dixit, quam Petrus ipſe, adverſionem aliquam præſupponere ſenſit, quam omnes interpretes reſipiſcentiam eſſe docent, de attentione ad alios explicetur.

Bellarm. 2. *Converti à peccato convenit privatæ perſonæ: ſed confirmare fratres convenit capiti & principi aliorum.*

Proteſt. I. Vni & eidem perſonæ, tribuuntur à Chriſto, ſub una & eadem ratione: ſi igitur unum conveniat privatæ perſonæ, convenit & alterum, ſi unum ſit perſonale, perſonalia ſunt ambo. Confirmare certe fratres proprie pertinet ad fratrem; pertinet ad eos, quorum eſt exhortari. 1 *Theſſ.* 1, 2. atque adeo ad omnes fideles. *Heb.* 3, 13 & 12, 12, 15.

14. Bellarm. 1. *Matth.* 16. *Petrus cum ſucceſſoribus dicitur petra & fundamentum Eccleſiæ non ruituræ: ergo nec ipſe Petrus, nec ſucceſſores ejus poſſunt ruere, aut errare.*

Proteſt. I. Petrus nullo modo eſt petra vel fundamentum Eccleſiæ, niſi reſpectu doctrinæ Apoſtolicæ, quam ex immediata revelatione accepit, & tradebat: ſed in iſto reſpectu nullos habere eum ſucceſſores, Pontificii ipſi fatentur. II. Petrus hoc reſpectu non potuit errare, docens partem aliquam Eccleſiæ: Papam autem illo privilegio non gaudere Bellarm. concedit. III. Papam poſſe hæreticum eſſe & damnari, Bellarm. non negat, quomodo autem ædificium erit in cælis, cujus fundamenta varia ſunt inferno?

15. Bellarm. *Papa eſt paſtor Eccleſiæ, quo errante, tota Eccleſia errabit, neque oves poſſunt judicare, utrum paſtor erret necne utrum Pontifex recte doceat, annon,*

Proteſt. I. Petitur principium. II. Paſtor poteſt errare Eccleſia illa, cujus eſt paſtor, non errante. Papam poſſe

 eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eſſe hæreticum Papæ ipſi concedunt. III. Iudicare diſcernendo poſſunt ac debent de doctrina paſtorum, omnes illi, qui jubentur ſpiritus probare. 1 *Iohan.* 1, 4. IV. Hoc ipſo manifeſte declarat Papa ſe eſſe Antichriſtum, quod illum locum in Eccleſia ſibi vendicat, ut ipſo errante & ruente, tota Eccleſia corruere debeat, ſic enim Gregorius epiſt. *lib.* 4. *epiſt.* 32 & 36. Iohannem Conſtantinopolitanum arguit Antichriſtianę præſumptionis: *Univerſa igitur Eccleſia corruet, quando is qui appellatur univerſalis, cadit.*

16. Bellarm. *In Teſtamento veteri, quod fuit figura novi, Pontifex habuit* urim & thummim: *qua duo quid fuerint, nondum convenit: ſed credendum eſt ſignificare veritatem & doctrinam: ita ut* urim *deducatur à* jarah *docuit*, thummin *ab* aman *credidit.*

Proteſt. I. Pontifex Iudaicus non fuit typus Pontificis Romani, ſed Chriſti. II. Pontifex Iudaicus non habuit *urim* & *thummim* poſt deſtructionem primi templi: *Ezech.* 2, 63. *Nehem.* 7, 65. III. Quando habuit iſta myſteria, non ipſi ad leges novas condendas inſerviebant, ſed ad inquirendum à Deo: neque potuit eorum ope ad libitum, ſine errore, pronunciare. 1 *Sam.* 28, 6. IV. Non amplius poſtulamus in iſta quæſtione, quam Papam poſſe errare, eodem modo quo Pontifices Iudaici errarunt olim, in Chriſto rejiciendo & condemnando. V. Non authoritati tantum doctorum omnium Hebraicę linguæ, ſed & ipſi uſui, & analogiæ grammaticæ opponit ſeſe Bellarm. in hac etymologia: unam tantum literam thematis retinet in voce derivata, derivat vocem à *jarah* per *eburee:* eliſionem literarum fingit, ſine ulla nota aut compenſatione, in omnibus denique errat, ut Papam probet non poſſe errare.

17. Bellarm. *Probatur idem duplici experimento. quia ſola Romana ſedes nunquam defecit à fide: & Papa plurimas hæreſes ſine Concilio generali damnavit.*

Proteſt. I. Petitur principium. II. Non agitur hic de ſedibus & ſellis, ſed de ſedentibus & docentibus Papis. III. Multi alii damnarunt varias hæreſes, ſine Conciliis generalibus, & ſine Papa Romano.

18. Bellarm. *Propoſ.* 2. *Non ſolum Pontifex Romanus non poteſt errare in fide, ſed neque Romana particularis Eccleſia. Hoc autem intelligendum eſt de errore perſonali omnium, ita ut tota Eccleſia illa fieret apoſtatica. Veriſsima eſt hæc propoſitio, ſi intelligatur de Eccleſia Romana, dum ibi perſiſtit Apoſtolica ſedes. Si vero ſic intelligatur, quaſi ſedes Apoſtolica non poßit unquam Roma alio transferri: eſt pia & probabiliſsima ſententia: non tamen adeo certa ut ſit omnino de fide.*

Proteſt. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Majus eſt, quod tribuitur hic à Bellarm. Eccleſiæ Romanæ, quam quod tribuit ipſi Papæ. Papam enim immunem eſſe vult à judiciali errore, non à perſonali: & Eccleſiam Romanam à perſonali: fides autem perſonalis multo pretioſior eſt quam judicialis: & error perſonalis magis eſt perniciosſus ipſi erranti, quam judicialis. Huc etiam accedit quod ex hac hypotheſi; ne judicialiter quidem errare poſſit Eccleſia Romana, ſi quidquam de fide ſtatuat unanimi conſenſu omnium: quia ſi ſic erraret, errant omnes etiam perſonaliter. Nihil igitur accedit Papæ, ex hac propoſitione: ſed detrahitur potius multum, dum Eccleſia particularis ipſi non adæquatur tantum, verum etiam antefertur. Quod etiam magis adhuc apparebit, ſi teſtimonium illud Cypriani rigide (ut Bellarm. vult) intellectum conveniat Eccleſiæ Romanæ particulari, *ad eos perfidia non poteſt habere acceſſum. Lib.* 1. *epiſt.* 3. Agitur enim ibi non de infidelitate Romanorum, ſed de *perfidia* & fraude Fortunati & Felicis, qui ſuis impoſturis fallere Stephanum, & obrepere Romanis conabantur, ſicut Baſilides impoſuit Cornelio, teſte eodem Cypriano, *Epiſt.*4. Hujuſmodi autem pefidiam ad Papam Romanum acceſſum habere Bellarm. ipſe fatetur *lib.* hujus 4, *cap.* 2. multo igitur præſtantius eſt privilegium Eccleſiæ Romanæ, quam Papæ. II. Cum judicialis infallibilitas Papæ, non poteſt infallibilitatem perſonalem ipſi Papæ adferre, quænam fingi poteſt ratio, qua illam conferret Eccleſiæ Romanæ? III. Privilegium iſtud Eccleſiæ Romanæ nullo argumento confirmatur, vel ex Scripturis, vel ex traditione, vel ex communi conſenſu Patrum, vel ex Scholaſticis ipſis: ita ut omni ſpecie probabilitatis deſtitutum, cogatur plane mendicari. IV. Adverſatur Scripturæ. *Rom.*11,20,21. & rejicitur ab omnibus qui non ſunt adulatores curiæ Romanæ. Bannes in 2,2. *q.* 1. *a.* 10. *pag.* 138 *&* 150. Nomine Soti, Cajetani, & aliorum Pontificiorum hæc habet: *Ex Scriptura certum non eſt, populum Romanum non defecturum à fide, &c. quinimo hoc videtur ſignificari,* 2 Theſ. 2. *ubi (ſi credimus Lactant. Athan. Chryſoſt. Ambroſ. Hieron. & aliis) per defectionem intelligitur abolitio populi Romani.* V. Bellarm. ipſe oſtendit ſe nihil certi habuiſſe de hac propoſitione, duplicem ſenſum ejus declarat: quis autem ſit genuinus non dicit, primus ſenſus nihil ſtatuit niſi ex ſuppoſitione incerta: ſecundum autem non eſſe de fide ipſemet agnoſcit. In eo tamen obſervanda eſt contradictio, qua Bellarm. negat hic, quod antea *lib.* 2, *cap.* 12. diſertis verbis affirmabat: ibi enim dicit, *Romanum Pontificem ut Romanum Pontificem Petro ſuccedere,*

eſſe de fide, quamvis non ſit de jure divino: hic autem fatetur, *non eſſe omnino de fide, à Romana ſede non poſſe ſeparari Apoſtolicam ſedem.* Sed magis animoſe pugnavit pro Romano Pontifice, quam pro Eccleſia Romana: eundem igitur aſſeverandi tenorem non obſervavit.

19. Bellarm. *Prop.* 3. *Neque in præceptis morum, quæ toti Eccleſiæ præſcribuntur, & in rebus neceſſariis ad ſalutem vel in iis quæ per ſe bona vel mala ſunt, errare poteſt ſummus Pontifex.*

Proteſt. I. Mirum eſt, improbiſſimos homines, vel hominum potius monſtra, quales multos Pontifices fuiſſe, Bellarm. præfat. hujus controverſiæ fatetur, non poſſe generaliter decernere contra bonos mores. II. In ſingularibus præceptis, poſſe Papam errare Bellarm. agnoſcit, omnia autem ſingularia ab univerſali non differunt reipſa. III. Concedit etiam poſſe eum *ſuperfluam, minus diſcretam, inutilem, & nimis gravi pœna ſancitam legem*, toti Eccleſiæ præſcribere, ſed hoc eſt errare in cathedra: hoc eſt in Pontificis officio errare: hoc eſt temere definire: quæ omnia Papam poſſe negavit antea Bellar. IV. Nulla promiſſione aut etiam ratione nititur mendicabulum iſtud privilegii.

Bellarm. 1 Iohan. 16. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.*

Proteſt. Papa non eſt Spiritus: neque habet Spiritum ſibi alligatum.

Bellarm. 2. *Deus præcepit Eccleſiæ ut ſequeretur Papam.*

Proteſt. Vbi? quando? per quem? Paſtores optimi non ſunt ſequendi niſi quatenus illi ſequuntur Chriſtum. 1 *Cor.* 11, 1.

Bellarm. 3. *Eccleſia aliter non poſſit dici vere ſancta.*

Proteſt. Imo nunquam vere & certo diceretur ſancta, ſi penderet hoc ex ſanctitate decretorum Papalium.

Bellarm. 4. *Si Papa erraret, præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, tenetur Eccleſia credere, vitia eſſe bona, & virtutes malas.*

Proteſt. I. Tenetur Eccleſia credere, eum eſſe Antichriſtum, & primogenitum diaboli, qui hanc authoritatem ſibi arrogat, ut fides ipſi magis quam Deo habeatur. II. Non eſt mirandum, quod Pontificii defendunt, Papam non poſſe contra fidem aut bonos mores decernere, cum profitentur ſe teneri credere, fœdiſſimas hæreſes eſſe veras doctrinas, & turpiſſima vitia eſſe ſanctitatem, ſi Papa ita decernat, non opus hic eſt diſputatione, ſed *anathemate potius maranatha.*

20. Bellam. *Prop.* 4. *Probabile eſt, pieque credi poteſt, ſummum Pontificem etiam, ut particularem perſonam, hæreticum eſſe non poſſe, falſum aliquid contra fidem pertinaciter credendo.*

Proteſt. I.

Proteſt. I. Piæ hujus & probabilis ſententiæ primus author fuit Albertus Pighius, Campenſis, quem *parum topica & probabili ratione ductum voluntate* & *gratis* hoc aſſeruiſſe dicit Bannes in 2, 2. *q.* 1. *a.* 10. *l.* 57. Vbi etiam addit, *contrariam ſententiam eſſe communem opinionem omnium antiquorum, & Pontificum Romanorum, & ſcholaſticorum Doctorum, ante Pighium, & graviorum poſt ipſum Cajetani, Turrecremata, Salmanticorum, Victoria, Soti, Cani.* Vnde igitur nova hæc probabilitas & pietas Bellarminiana?

Bellarm. 1. *Papa ſine dubio veram fidem ſemper prædicabit: ſi vero hoc extorqueretur ipſi ſicut verba poſita fuerunt olim in ore Aſinæ Balaam eſſet illud violentum, & non ſecundum ſuavem diſpoſitionem providentiæ Dei.*

Proteſt. I. Sine dubio falſum eſt, Papam ſemper veram fidem prædicare. II. Reſpondet Bannes, pag. 59. *Eadem via probaretur, quod ſummus Pontifex non poßit eſſe peccator, vel idolatra, quia ille debet judicare (vel prædicare) contra peccatores & idolatras.* III. Addit idem ſuavem ſolutionem Pontificiorum quorundam, *pertinere ſcilicet ad ſuavem diſpoſitionem univerſi, quod aqua ſurſum aſcendit, cum opus fuerit, ne detur vacuum: & eodem modo Papam hæreticum poſſe veram fidem prædicare.*

Bellarm. 2. *Hactenus nullus Papa fuit hæreticus, vel certe de nullo probari poteſt, quod hæreticus fuerit.*

Proteſt. Reſpondet Bannes in 1. *quæſt.* 1. *art.* 8. *pag.* 55. Experientia teſtata eſt, unum aut alterum Papam circa fidem defeciſſe: id quod tam magnis argumentis probatur, ut oppoſitum ſine aliqua temeritate defendi non poſſit. Et in 2, 2. *pag.* 58. duæ Synodi generales 6 & 7. & quod magis urget, tres Pontifices Romani, Agatho, Leo II. & Adrianus II. tulerunt ſententiam in Honorium tanquam in hæreticum. Si erraverint illi, tamen negari non poteſt, quin pro conſtanti habuerint, in hæreſin ſummum Pontificem poſſe incidere, alioquin accuſationem de hæreſi nullatenus admiſiſſent. Et certe ridiculum eſt, quod poſt nongentos annos Albertus Pighius (& Bellarminus) invenerit teſtes hujus rei falſos atque falſarios eſſe.

CAP. VII. *De Coactiva Papæ poteſtate. Lib.* 4. *c.* 15.

Quæſtio eſt, an poſſit Papa cogere fideles ut id credant, vel faciant quod ipſe judicaverit: hoc eſt, an poſſit ſua authoritate leges ferre conſcientiam fidelium obligantes, & tranſgreſſores earum judicare, & ſaltem ſpiritualibus pœnis punire? Pontificii affirmant: nos negamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

THESIS I.

BEllarm. *Quæritur, an Papa habeat veram poteſtatem in omnes fideles, in ſpiritualibus, ut habent Reges in temporalibus.*

Proteſt. Contendit igitur hoc in loco Bellarm. verum eſſe id quod antea lib. 3. cap. 19. pudebat eum fateri, *Papam ſcilicet in Eccleſia regnare.*

2. Bellarm. *Quæritur de legibus juſtis: nam injuſtæ leges non ſunt proprie leges: nam leges injuſtæ ratione materiæ, non obligant, neque debent ullo modo ſervari quamvis illæ quæ ſunt injuſtæ ex parte finis, vel auctoris, vel etiam formæ, ſeu modi, ſervandæ ſunt, quando ſequeretur ſcandalum ſi non ſervarentur.*

Proteſt. Verba dat Bellarm. nam antea cap. 3. docebat. *Non eſſe fidelium judicare, an Papa erret, necne, & c. 5. non eſſe ſubditorum, hac de re dubitare ſed ſimpliciter obedire: ita ut, ſi Papa erraret, præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, tenetur Eccleſia credere vitia eſſe bona, & virtutes malas, niſi vellet contra conſcientiam peccare. Tenetur enim in rebus dubiis Eccleſia acquieſcere judicio ſummi Pontificis, & facere quod ille præcipit, non facere quod ille prohibet, ac ne forte contra conſcientiam agat, tenetur credere, bonum eſſe quod ille præcipit: malum quod ille prohibet.*

Argumenta Bellarmini.

3. Bellarm. *Deut. 17. qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, &c.*

Proteſt. I. Nihil hic dicitur de novis legibus condendis. II. Nihil de *imperio* Sacerdotis (niſi ex corrupta verſione) ſed de ejus miniſterio, *teshareth.* III. Nihil de uno Pontifice. *Prudens Lector* (ait Cajet. in illum locum) *adverte, quod definitio ambiguæ cauſæ, non ab uno ſed à multis Sacerdotibus & judice deſcribitur, & ex loco ſancto, ſecundum legem.*

4. Bellarm. *Matth. 16. quodcunque ligaveris, &c. ligare autem ſignificat legem opponere. Matth. 23. alligant onera gravia.*

Proteſt. I. Non ſequitur: ſi aliquando ligare ſit legem imponere, ergo in hoc loco ita ſonat. II. Ne quidem *Matth.* 23. ſignificat impoſitionem novarum legum, ſed legis Moſaicæ exactionem. III. Nihil ibi de Papa dicitur, magis quam de Presbytero quovis.

5. Bellarm. *Ioh. 21. Paſce oves eſt vocabulum regium.*

Proteſt. Paſcitur vento Papa, dum Paſtoris nomine, quamvis non paſcat, in regium ſolium evehitur.

6. Bellarm. *Ioh. 20. Sicut miſit me Pater, ita mitto ego vos, ſed Chriſtus habuit poteſtatem præcipiendi, & judicandi,*

Proteſt. Chriſtus etiam habuit poteſtatem nova Sacramenta inſtituendi, & totam Eccleſiæ formam commutandi, imo & mundum redimendi: Quidni & Papa?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

7. Bellarm. *Actor.15. Apoſtoli novam legem condunt, de ſuffocato, & ſanguine, &c.*

Proteſt. I. Non ſequitur argumentatio, ab Apoſtolis ad Papam. II. Nulla hic lex nova fertur.

Bellarm. *Apoſtoli vocant illam onus: res neceſſarias: & eas præcipiebant.*

Proteſt. Onus non ſimpliciter vocantur, ſed aliquo modo fuerunt pars oneris, id eſt, *obſervantiæ legalis*, ut Dion. Carth. obſervat. *Neceſſaria* fuerunt antequam Apoſtoli quidquam de iis ſtatuerant, non abſolute, ſed quatenus in iis charitas jubeat morem gerere infirmis, ut Cajetanus notat. *Præcipiuntur* autem omnia officia charitatis. *Præceptum vetus de ſuffocato & ſanguine* ait Alexander Ales p.3. q.5, 5. m.3. a.2. ſ.3.) *fuit ad tempus ab Apoſtolis permiſſum, propter pacificationem, ad vitandum ſcandalum, & concordiam inducendam.* II. Paulus qui interfuit huic Apoſtolorum Concilio, & optime illud intelligebat, 1 *Cor.* 8 & 10 apertiſſime docet, non eſſe illicitum comedere idolothyta, niſi inde infirmi ſcandalizentur.

Bellarm. 1. *Fortaſſe eo tempore nondum pervenerat ad Corinthios præceptum Apoſtolorum: quæſtionem enim iſtam de immolatis proponebant Paulo* 5 *Cor.* 8. *& Paulus judicavit expedire adhuc illis non tradere hoc præceptum.*

Proteſt. I. Non eſt credibile ad Corinthios nondum perveniſſe præceptum illud quod Paulus tradebat omnibus Eccleſiis per quas tranſibat, *Act.*16,4. præſertim cum idem Paulus fuit Eccleſiæ Corinthiacæ architectus. 1 *Corinth.*3, 10. Adeo abſimile veri hoc aliis Pontificiis videtur, ut ad alterum extremum confugerint (Bellarm. hoc in loco teſte) non verentes affirmare, *legem Apoſtolicam tum abrogari cœpiſſe* apud Corinthios, & Alexander Ales expreſſe dicit (loco antea citato) *Paulum Apoſtolicum hoc præceptum in locis pluribus retractaſſe.* II. Quæ ratio fingi poteſt, cur non expediens tum temporis fuerit ſaltem indicare Corinthiis hoc præceptum? An expediens potuit eſſe de rebus neceſſariis ita tractare, quaſi eſſent indifferentes? III. Proponebant Paulo iſtam quæſtionem, ut ejus authoritate, & ope quoſdam ſcientia ſua inflatos, & decreto illi ſophiſtice illudentes, poſſent ad officium revocare.

Bellarm. 2. *Paulus reddit rationem præcepti Apoſtolici. Non autem ſequitur: Paulus dicit immolata non eſſe mala ex ſe, ſed tantum ratione ſcandali, & periculi: ergo ſi non adſit ſcandalum, neque periculum, poterunt licite comedi, potuerunt enim nihilominus abſolute prohiberi.*

Proteſt, I. Imo vero ſequitur. Nam ſi *tantum* ratione ſcandali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſcandali & periculi ſint mala, tum nulla alia ratione, ne quidem Apoſtolici præcepti ratione. II. Paulus ita reddit rationem præcepti, ut ſi abſit ſcandalum & periculum, licite poſſint comedi immolata 1 *Cor.* 10, 23. 25. Ratio igitur præcepti adverſatur ſententiam Bellarm. qui vult iſta fuiſſe abſolute prohibita, & ex probitione etiam abſolute mala.

8. Bellarm. *Rom.* 13. *Subditi eſtote poteſtatibus ſublimioribus propter conſcientiam. &c.*

Proteſt. I. Hic locus non magis favet legibus Papæ, quam decretis primarii Pontificis Mahumetani qui *Mupthi* vocatur. II. Quamvis hominum leges bonas, quatenus ſunt bonæ, obſervare Dei lex conſcientias noſtras aſtringat, non ſequitur tamen inde, ipſas leges hominum, conſcientias obligare.

9. Bellarm. 1 *Cor.* 4. *Apoſtoli habuerunt virgam.*

Proteſt. Habuerunt quidem poteſtatem ſingularem inordinatos coërcendi & in ordinem redigendi: Eccleſia etiam habet poteſtatem ſimilem ordinariam, ſed non plane parem. Quibus funibus huic antecedenti connecti poteſt conſequens illud ergo Papa poteſt leges condere omnium fidelium conſcientiam obligantes?

10. Bellar. 1 *Tim.* 3. *Paulus legem ſtatuit, ne bigami ordinentur.*

Proteſt. I. Paulus non fuit Papa Romanus. Mirum eſt nullas leges proferri Romæ à Petro latas & promulgatas. II. Nihilo plus novæ legis fuit in iis quæ Paulus docet de caſtitate Epiſcopo neceſſaria, quam in iis quæ tradit de cæteris virtutibus in eo requirendis.

11. Bellarm. 1 *Tim.* 5. *adverſus Presbyterum, accuſationem noli recipere: niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Hic apertiſſime docetur Epiſcopum habere ſuum tribunal, etiam extra forum conſcientiæ.*

Proteſt. Probandum fuit Bellarm. Papam poſſe leges condere in foro conſcientiæ: ille autem (quid pro quo) concludit *Epiſcopum*, non Papam, *poſſe judicare*, non leges ferre, *extra forum conſcientiæ.* II. Multi etiam in rebus politicis poteſtatem judicandi habent, qui non poſſunt leges novas ferre. Concedit Azorius Ieſuita, *inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 11, *cap.* 2. Samuelem & cæteros Iudices qui populum Iſraëliticum, ante Saulem in Regem creatum, gubernabant, *non habuiſſe poteſtatem condendi leges, ſed ex præſcripto divinæ legis rexiſſe, & inde dici, Deum tum temporis populum gubernaſſe.* Annon Deus æque gubernare debet in Eccleſia ſua? III. Falſum eſt Timotheum habuiſſe tribunal extra forum conſcientiæ: aut illum eſſe forum Eccleſiaſticum, præter forum conſcientiæ. IV. Iudicium illud non competebat ſoli Epiſcopo, nedum Papæ ſoli, ſed & cæteris Eccleſiæ præfectis.

12. Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

12. Bellarm. *Sunt alia loca multa, quæ minus quidem urgent, tamen ſuam habent efficaciam.*

Proteſt. Si minus urgeant quam præcedentia, tum efficacia eorum minor eſt nulla: nullam enim in prioribus efficaciam eſſe, ex dictis apparet.

13. Bellarm. *Idem probatur ex traditione Patrum.*

Proteſt. Patres antiqui nihil omnino teſtantur, de Papæ poteſtate in conſcientias omnium fidilium.

14. Bellarm. *Neceſſaria ſunt in Eccleſia, præter legem Euangelicam, concluſiones ex illa, & determinationes ejus.*

Proteſt. I. Poſſunt leges condi ſine Papa. II. Nullæ novæ determinationes reales ſunt neceſſariæ, quæ non inveniuntur in Scriptura 1 *Tim.* 3, 16. directionis ordinis & decori, neque ſunt leges, neque propriæ religionis.

Argumenta noſtra.

Non hic proferuntur illa argumenta, quæ propriæ pugnant adverſus coactivam poteſtatem Papæ in conſcientias omnium fidelium: ſed quæ communiter vindicant fidelium conſcientias ab obligatione legum humanarum, præſertim in cauſa religionis.

15. *Proteſt.* Matth. ult. 20. *docentes quæ mandavi vobis*: non quæ vos mandabitis.

Bellarm. *In iis quæ mandavit Dominus, illud etiam eſt, ut ſerventur præcepta Prælatorum.* Luc. 10, 16. *qui vos audit, me audit.*

Proteſt. Qui audit diſcipulos Chriſti proclamantes, *appropinquavit regnum cælorum. Matth.* 10, 7. Chriſtum audit: Quid hoc ad novas leges ferendas? Simili ratione probare poſſit Bellarm. licere Prælatis novum Euangelium condere, quia in mandatis Chriſti fuit ut reciperetur Euangelium Pauli *Rom.* 2, 16. 1 *Theſſ.* 1, 5. *Theſſ.* 2, 14. 2 *Tim.* 2, 8. Verba autem Chriſti. *Matth.* 28, 20. ſunt adeo manifeſta, ut Cajetanus ipſe Cardinalis, hunc reddat eorum ſenſum. *quæ mandavi ego, non mandabitis vos, non adinvenietis vos, mea enim mandata ſervare, eſt neceſſarium ad ſalutem: veſtra autem poſſunt eſſe mortifera.*

16. *Proteſt.* Deut. 4, 3 & 12, 32. *Non addetis ad verbum. Quod præcipio tibi hoc tantum facito.*

Bellarm. 1. *Non prohibetur additio ad numerum præceptorum, ut ſi ex decem præceptis fierent duodecim vel per detractionem, octo: ſed additio ad opus præceptum, ut ſi loco unius agni, vel duo vel dimidium ab una familia in Paſchate comederetur.*

Proteſt. I. Perfectio legis divinæ, & accurata ejus obſervatio ut perfectæ, quæ rationes fuerunt illius admonitionis, omnem additionem excludunt. II. Quid magis impie dici poteſt, quam quædam ex præceptis Dei poſſe per detractionem ab hominibus expungi ita ut decem

revocentur

revocentur ad octo? eandem autem rationem eſſe adden-di & detrahendi, concedit hic Bellarm. III. Graviu eſt crimen addere novum præceptum, quam addere opu præceptum. Neque enim poteſt addi opus ex præcepto niſi addatur præceptum: & præceptum plane novum ex ſeſe plus habet præſumtionis, & innovationis.

Bellarm. *De cæremonialibus additis, habemus exempla. Eſt.9 Ioh.*10. 1 *Sam.*30.

Proteſt. I. Celebratio diei ſortium *Eſt.* 9.22. non fuit ex cæremonialis, ſed voluntaria ſuſceptio civilis commemorationis. Si autem religioſum inſtitutum fuiſſet, author tamen ejus cenſendus eſt fuiſſe Deus per Mordecheum prophetam, non homo. II. Feſtum dedicationis Chriſtus ſua præſentia non magis approbavit *Ioh* 10. quā Apoſtoli poſt Chriſti mortem, ſacrificia Iudaica, ſua præſentia in templum ſub illam horam aſcendentes, approbabant. *Act.* 3. *&c.* III. Statutum illud Davidis de æqua partitione prædæ. 1 *Sam.* 30,24. nihil novi habebat ſicut apparet, *Num.*31.27. Si habuiſſet, non tamen lex judicialis fuiſſet, ſed concluſio ex lege naturæ deducta, antea non obſervata.

Bellarm.2. *Prohibetur additio corrumpens, non perficiens opus præceptum.*

Proteſt. I. Recte obſervat Cajetanus in Deut.4. *prohiberi additionem & deminutionem etiam ſub prætextu cuſtodiendi mandata Dei.* Prohibetur enim additio, *ut cuſtodiatur lex Dei:* non poteſt igitur cuſtodiri aut perfici addendo. II. Additio quæ videtur perficere id quod perfectum eſt, corrumpit illud, quia detrahit ejus perfectioni. III. Additio & deminutio pariter prohibentur: ſed nulla eſt deminutio quæ perficit & non corrumpit: ergo nec additio.

Bellarm. 3. *Prohibetur additio legum contrariarum.*

Proteſt. I. Omnes leges additæ ſunt contrariæ huic prohibitioni: ſic *ignis alienus qui non præcipitur,* prohibetur, *Lev.* 10,1. non ignis contrarius: & *limen appoſitum limini Dei Ezech.*43.8. non contrarium tantum.

Bellarm.4. *In teſtamento novo, quod pertinet ad totum mundum, non potuerunt omnia tam facile determinari in ſpeciali, atque in teſtamento veteri, quod uni tantum populo dabatur.*

Proteſt. I. Si Deus hoc non potuit, multo minus poteſt Papa. II. Totus mundus eandem rationem habet quoad fidem, cultum, & omnia illa quæ ad conſcientiam ſpectant cum uno populo. III. Præter ordinis & decori ſpeciales quaſdam circumſtantias, quæ novas leges conſcientiæ ferendas non requirunt, nihil eſt, in quo unius gentis Eccleſiæ ab aliis debent differre. Ex hac varia-

tione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tione reſponſorum, ſibimet invicem repugnantium, ſatis apparet, additionum authores, multa quidem effugia quærere, ſed nihil invenire quo conſcientias ſuas certas ac tutas poſſint præſtare adverſus claram illam prohibitionem, *ne addite ad verbum illud quod ego pr.ecipio vobis.*

17. *Proteſt. Iſ.* 33,22. *Iac.*4,12. Vnus eſt legislator.

Bellarm. *Vnus & unicus eſt legislator primarius : talis non eſt Papa, ſed vicarius ejus.*

Proteſt. I. Non poſſunt eſſe aut fingi plures primarii legislatores: otioſum eſſet,& indignum Scripturis hoc negare: & futile eſt effugium, ſic illas enervare. II. Cum legislatoris proprium ſit, primariam habere poteſtatem, ſecundarius non datur legiſlator, in rebus Eccleſiaſticis: quia primaria illa authoritas Regis Eccleſiæ, nemini à Chriſto communicatur. III. Detractores illi, qui hac ratione à Iacobo cap.4. redarguuntur,non hoc ſibi arrogabant, ut eſſent *primarii legiſlatores*, ſed *legiſlatores* tantum.

Bellarm. *Iacobus alloquitur omnes homines, quatenus ſubſunt aliquibus legibus, & voluit dicere, nemini licere judicare legem ſui ſuperioris : cum unus tantum ſit legiſlator primarius.*

Proteſt. I. Iacobus non reſpicit ibi leges qualeſcunque humanas,ſed legem Dei: loquitur enim de *lege* cui omnes *fratres* pariter ſunt ſubjecti. *verſ.*11. II. Nihil ibi dicitur de ſuperiore quoquam præter Deum : nam omnes fideles conſiderat ut *fratres.* III. Nulla eſt conſequentia in argumentatione illa quam Bellarm. affingit Iacobo : *Vnicus eſt legiſlator primarius : non debetis igitur judicare legem alicujus ſuperioris, quamvis non ſit primarius.* IV. Papa etiam hac ratione ſatis damnatur : judicat enim legem Dei, quem verbis non audet negare eſſe ſuperiorem ſuum.

18. *Proteſt. Iſ* 29. *Mat.* 15. *Mar.*7. fruſtra me colunt, docentes doctrinas, quæ ſunt mandata hominum.

Bellarm. 1. *Per mandata hominum intelliguntur contraria legi divinæ. Mat.*15,6.

Proteſt. I. Omnia mandata hominum,in quorum obſervatione cultus Dei collocatur, damnantur expreſſe. II. Omnia talia mandata ſunt contraria legi, *non addes verbo quod tibi præcipio.* III. Nulla eſt cæremonia myſtica à Pontificiis introducta, quæ minus contraria eſt legi Dei, quam fuit *lotio manuum ex ſtatuto Seniorum. verſ.*2.

Bellarm. 2. *Damnantur inutiles & frivolæ cæremoniæ ſolo ſpiritu humano adinventæ, Mar.*7.

Proteſt. I. Si inutiles & frivolæ cæremoniæ ab hominibus adinventæ damnentur apud Marcum, eædem etiam apud Matthæum damnantur : de iiſdem enim agitur, in utroque loco. II. Si omnes Iudæi, ne ipſis quidem Sacerdotibus

cerdotibus exceptis, damnandas hujuſmodi cæremonias fovebant, quidni & idem contingere poſſit Papæ, & omnibus Romanis? III. Spiritu humano inventæ fuerunt omnes illæ cæremoniæ myſticæ quæ ſine verbo Dei ſunt in Eccleſiam introductæ: Spiritus enim Dei non ſuggerit alios cultus, quam quos Chriſtus inſtituit. Ioh. 14, 26.

Bellarm. 3. *Damnantur Iudæi, quod humanas quaſdam leges pluris facerent quam divinam legem. Mat.* 23, 23.

Proteſt. I. De humanis legibus aut cæremoniis nihil ibi dicitur: ſed comparatio inſtituitur inter leviora & graviora legis. II. Nulla fingi poteſt ratio aut modus, anteponendi cæremonias humanas legibus divinis, qui non magis aperte convenit Papiſtis, quam Iudæis.

19. *Proteſt.* Chriſtiani ſunt liberi à mandatis hominum. 2 *Cor.* 3. *Gal.* 4 & 5.

Bellarm. *Libertas christiana conſiſtit in liberatione à ſervitute peccati, legis moralis, & cæremonialis, & judicialis: ſed non in liberatione ab obedientia Prælatorum.*

Proteſt. Ab obedientia illa erga præpoſitos quæ in Domino iis, vel in iis Domino debetur, nemo liberatur; ſed Chriſtiani liberantur ab iis qui ſpiritualium *Rectorum partes ſibi ultro ſumunt: Col.* 2, 18. *& ab elementis, quæ præſcribuntur ex præceptis & doctrinis hominum verſ.* 22. quæ magna pars eſt libertatis Chriſtianæ *verſ.* 20. ne ſcil. ſervi ſimus hominum, ſed ſolius Chriſti. 1 *Cor.* 7, 23. *prohibemur fieri ſervi hominum* (ait Cajetanus in illum locum) *ſecundum illam partem qua ſumus ſervi Chriſti,* id eſt, *humanis ſuperſtitionibus nos occupando,* ut Thomas exponit. Immunitionem libertatis Chriſtianæ à Prælatorum arrogantia & uſurpatione proficiſci agnoſcunt Patres Concilii Epheſini, canone ultimo, dum cavent, *Ne ſub ſpecie adminiſtrationis rerum ſacrarum, potentiæ ſecularis typhus irrepat, ſenſimque imprudentes libertatem illam amittamus, quam nobis Dominus noſter IeſusChriſtus proprio ſanguine largitus eſt.*

20. *Proteſt.* Liberati ſumus à cæremoniis Iudaicis divinis, quæ fuerunt divinæ: ergo multo magis ab humanis.

Bellarm. I. *Cæremoniæ illæ fuerunt figuræ teſtamenti novi futuri ac proinde, re ipſa præſente, ceſſare debuerunt.*

Proteſt. I. Omnes cæremoniæ Iudaicæ, non fuerunt proprie ordinatæ ut eſſent: figuræ teſtamenti novi: ſed fuerunt ut Alexander Ales loquitur, *Par.* 2. *q.* 55. *Venerativæ divinæ majeſtatis, impreſſivæ timoris, inductivæ pietatis: faciebant ad eliminationem idololatriæ, ad declinationem occaſionis erroris, ad latriam conditoris, ad honorem & reverentiam majeſtatis,* & ut Thomas obſervat, 1. 2. *q.* 102. *a.* 2. *Literalem habuerunt rationem, ad vitandum idololatriæ cultum, ad rememoranda beneficia Dei, ad, inſinuandã excellentiam divinam, & ad deſignandam diſpoſitionem mentis*

quæ

quæ tunc requirebatur in colentibus Deum. Alias rationes non habent optimæ cæremoniarum humanarum, quæ apud Chriſtianos ſunt in uſu. Si igitur Deus voluiſſet hujuſmodi cæremonialem inſtitutionem & cultum poſt Chriſti adventum, non eſt dubitandum, quin vel multas ex illis veteribus retinuiſſet, vel ſimiles de novo inſtituiſſet ipſe, potius quam permitteret nogotium tanti momenti arbitrio hominum vanorum.

Bellarm. 2. *Pauciores & leviores ſunt Pontificia leges, Moſis, ſine comparatione.*

Proteſt. I. Detur hoc: nihil inde ſequetur, niſi cæremonias omnes Iudaicas, & omni modo eaſdem non retineri. II. Quis ſtatuet modum Papæ, quo minus plures adhuc & graviores leges ſuis ſubditis imponat? III. Nihil fuit inter omnes cæremonias Iudaicas, cui non ſimile & æquivalens aliquid in pleriſque, & ejuſdem generis multa plura reperiantur inter Pontificios: apud Pontificios autem multa obſervantur ab ethnicis deſumta, quibus Iudæi nihil habuerunt affine. Quod autem attinet ad gravitatem, una confeſſio auricularis, cum ſatisfactionum cura & Purgatorii redemtione, magis opprimit conſcientias hominum, quam pleraque omnia Iudæis præſcripta.

21. *Proteſt.* Altare Achaz, ab Vria paratum. 2 *Reg.* 16. hoc nomine damnatur, quod humanum fuit inventum. Novi etiam incolæ Samariæ *cap.* 17. plectuntur, quod novis cæremoniis Deum colebant: & Manaſſis peccatum inſigne fuit *cap.* 21. quod altare novum exſtruxerat in Hieruſalem.

Bellarm. 1. *Scriptura docet iſtos omnes peccaſſe peccato idololatriæ.*

Proteſt. I. Qui Idololatriæ reatu tenentur, poſſunt etiam ac ſolent in aliis peccatis implicari, & iis præſertim quæ affinia ſunt Idololatriæ. II. Idolatriæ malitiam participant, qui novas cæremonias proprie religioſas, aut nova media cultus in Eccleſiam Dei introducunt.

Bellarm. 2. *Achaz non reprehenditur quod altare novum erexerit in templo ſed quod tale altare erexerit. &c.*

Proteſt. Vtroque nomine damnatur, nam Bellarm. ipſe fatetur *cap.* 17. *additionem ad opus præceptum prohiberi: ut ſi duo agni loco unius adhiberentur:* eadem autem eſt ratio ſi duo altaria loco unius conſtituantur. Si etiam altare novum erigere potuit Achaz cum Vria, quidni & nova ſacrificia, novum propitiatorium, novum templum, & omnia nova? annon hoc eſt limen limini apponere, & poſtem poſti. *Ezech.* 43, 8? Similis eſt ratio Manaſſis, & Babyloniorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 3. *Salomon ſine mandato Dei, ſanctificavit locum i templo, & ibi etiam obtulit holocauſta* 1 *Reg* 8,64.

Proteſt. I. Salomon in eo nihil inſtituit novi, ab Ec cleſia deinceps obſervandum, ſed conſuluit ſingulari & præſenti neceſſitati. II. Deus ipſe fuit ſingulari mod præſens, *verſ.* 10. Salomon etiam eo ipſo tempore extr ordinem actus fuit à Spiritu ſancto, ſicut apparet ex pre cibus quas concepit. Sacerdos adfuit cum *urim* & *thum mim*: ita ut non ſit veriſimile, eum quicquam hac in r ſine ſpeciali directione feciſſe: præſertim cum in cæteri omnibus, accurate ſic obſervabat Dei præſcriptum 1 *Chron*.28,19. & Moſi ipſi non eſt permiſſum, ut facere quidquam niſi ad exemplar illud quod oſtenſum eſt ipſ à Deo. *Exod*.25,9.

22. *Proteſt.* 1 *Cor*.7,23. *ne eſtote ſervi hominum.*

Bellarm. *Eo in loco ſolummodo præcipitur ne ſerviamus hominibus præcipue propter homines, ſed magis Deo in hominibus.*

Proteſt. Hæc interpretatio convenit ſervituti corporali: ſed illo in loco agit Apoſtolus de ſpirituali: & ſic Thomas Aquinas, Cajetanus, Contarenus explicant de ſervitute animæ & conſcientiæ. II. Eadem ratione liberari dicimur à ſervitute hominum, qua ex peccati dominio vindicamur, quia ſcilicet *empti ſumus pretio, ut ſervi ſimus Chriſti.* Sed peccato neque præcipue, neque ſecundario ſervire debemus: ergo neque hominibus, quoad ſubjectionem ſpiritualem. III. Præceptum illud ſerviendi Deo in hominibus, nullo modo tollit aut minuit, ſed (per ſubordinationem) auget ſubjectionem erga homines: *Eph*. 6. ſed hoc præceptum per manifeſtam oppoſitionem, tollit illam ſubjectionem de qua agitur, ne homini aut hominibus omnino præſtetur: *ſervi eſtis Chriſti: ne eſtote hominum.*

23. *Proteſt.* Conſcientia ad forum ſolius Dei pertinet. Ipſe enim ſolus ſcrutatur corda. Ipſe ſolus poteſt damnare ad pœnam mortis æternæ: atque adeo ſolus ad pœnam talem conſcientias hominum obligare.

Bellarm. 1. *Vno modo conſcientia pertinet ad forum ſolius Dei: quatenus ſcilicet ſolus Deus poteſt videre hominum conſcientias, & judicare de actibus internis, qui exterius non patent. Alio modo, non ad ſolius Dei forum pertinet conſcientia, ſed & ad hominum forum: quatenus ſcilicet homo ex præcepto ita obligatur ad opus externum faciendum, ut ſi non faciat judicet ipſe, in conſcientia ſua, ſe male facere, & hoc ſufficit ad conſcientiam obligandam.*

Proteſt. I. Negatur iſta conſequentia: *Si homo non poſſit cognoſcere, & judicare de conſcientia, neque pœnam infligere conſcientia, tum conſcientia non ſubjicitur hominum foro ut ab ipſis judicetur & obli-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

& obligetur. Hæc autem nititur illo axiomate, à ſenſu communi omnium hominum approbatio cui non convenit definitio rei, illi non convenit res ipſa definita. II. Nullo modo ſufficit eo, ut homo obliget conſcientiam alterius, *eum illud præcipere, quod ſi alter non faciat, judicare poſſit in conſcientia ſua, ſe male feciſſe*: ſi enim peritus medicus hoc aut illud ſalubre præſcribat ægro periclitanti, ſi medico non pareat, poſſit merito in conſcientia ſua judicare, ſe male facere: Medicorum tamen præſcripta non obligant conſcientias ægrorum. III. Cum Bellarm. hic plus juris non tribuit homini in conſcientiam, quam ut *obliget ad opus externum*, abrogat obiter Papæ poteſtatem omnem ferendi leges de fide, & moribus internis, quam antea ipſi tam confidenter arrogabat. IV. Nullam hic differentiam ſtatuit Bellarm. inter poteſtatem Papæ, & Principis alicujus mundani, imo Ethnici, in conſcientiis hominum obligandis: cum tamen Ieſuitarum doctrina recepta ſit, (ut videre eſt apud Filincium de *caſ. conſ. tom. 2. ti. 21. n. 14. 12.*) *Eccleſiaſticam legem (non civilem) poſſe determinare culpam, præcipiendo ſub mortali, quia directe habet vim in animas, obligando conſcientias.*

Bellarm. 2. *Leges humanæ non obligant ſub pœna mortis æternæ, niſi quatenus violatione legis humanæ, offenditur Deus.*

Proteſt. Non igitur directe, proxime, & per ſe obligant: (quod etiam Azorius fatetur, *part. 2. lib. 5. cap. 6.*) ſed quatenus in illis lex aliqua Dei violatur. Hoc autem ſenſu, obligari homines in ſuis conſcientiis, ad bonas leges obſervandas, docemus omnes. Leges tamen ipſæ humanæ non obligant conſcientiam, ſed illa lex, cujus violatio proprie infert mortis reatum. Tenebatur David in conſcientia, ſequi conſilium Abigailæ. 1 *Sam.* 25. neque tamen authoritas, neque prudentia illius fœminæ, obligabat conſcientiam Davidis. Atque hæc eſt illa exigua lucis ſcintilla, quam aliquo modo reſiduam fuiſſe in denſiſſimis tenebris Papatus, recte obſervat Calvinus. Sic Thomas. 2, 2. *q.* 104. *a.* 5. Ex Seneca citat, & probat, *mentem eſſe ſui juris* reſpectu hominum, & inde concludit, *in his quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis hominem non teneri homini obedire, ſed ſolum Deo.* Idem cum Thoma habet Gregorius de Valentia, in illum locum. Silveſter, in voce *obedientia* & plerique omnes Scholaſtici, ut oſtendit Azorius, *inſtit. mor. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 10. Thomas autem ipſe 1, 2. *quaſt.* 91. *a.* 4. inde concludit, hominem non poſſe legem ferre conſcientiæ, *quia de his poteſt homo legem facere, de quibus poteſt judicare, judicium autem hominis non poteſt eſſe de interioribus motibus, ſed ſolum de exterioribus.* Sed luculentiſ-

ſime

ſime omnium Gerſon de vita ſpirituali, *Lect.4. p.3. Null. lege humana conſcientia hominum tenentur, ut lethale peccatum ſit, contra eam fiat, niſi ea lex ortum habeat à lege divina, cujus ſolius violatio lethali culpa tribuitur.*

CAP. VIII. *De juriſdictione, à Papa in alios derivanda. Cap.22.*

Quamvis in iſta quæſtione non agit adverſus nos Bellar. ſed contra Pontificios quoſdam de plenitudine poteſtatis Papæ non ſatis ut videtur edoctos, atque adeo poſſit à nobis præteriri; operæ pretium tamen erit, breviter obſervare, quomodo Bellarm. in omni parte hujus diſceptationis, aut veritati, aut ſibimetipſi ſemper adverſatur.

THESIS I.

Bellarm. *Triplex eſt in Pontifice aliiſque Epiſcopis poteſtas. Vna ordinis, altera juriſdictionis interioris, tertia juriſdictionis exterioris. Prima refertur ad ſacramenta conficienda & miniſtranda. Secunda populum Chriſtianum regendum in foro interiori conſcientiæ. tertia ad eundem populum regendum in foro exteriori.*

Proteſt. I. De Pontifice, negamus eum ullam omnino Eccleſiaſticam habere poteſtatem, ex inſtitutione divina. II. Epiſcopum diſtinguimus in miniſterialem Epiſcopum, vel Paſtorem unius Eccleſiæ particularis qua talem. Eundem, qua ordinis primatum habet inter variarum Eccleſiarum paſtores, & Epiſcopum Monarchica poteſtate utentam in varias Eccleſias, & earum Paſtores. Primum dicimus poteſtatem habere à Deo, ſecundum ordinis inſuper prærogativam ab hominibus accipere, tertium non ex inſtitutione divina, ſed vel à Papa, vel iiſdem artibus cum Papa, poteſtatem quam habet ſibimet acquiſiviſſe. III. Abſurde diſtinguitur poteſtas ordinis, à reliquis. *Ordo* enim (ait Alex. Ales, *par.4. q.21. m.4.*) *non eſt poteſtas, ſed habet ſibi annexam poteſtatem ligandi & ſolvendi, in foro pœnitentiæ, & in foro cauſæ.* IV. Poteſtas etiam ſine ulla ratione juſta, diſtribuitur in *juriſdictionem interiorem & exteriorem. Vna enim & eadem eſt poteſtas* (ait idem ibid.) *ligandi & ſolvendi in foro pœnitentiali, & in foro judiciali, licet actus ſint diverſi.* V. Male definitur poteſtas ordinis per relationem *ad Sacramenta*, quia Epiſcopi à Deo ordinati ordinantur præcipue ad paſcendum populum verbo ſcientiæ ac ſapientiæ. Et ſecundum Pontificios, qui Sacerdos ordinatur, non poteſt, omnia Sacramenta adminiſtrare, ordinum (puta) & confirmationis. Præterea dum Sacramentum

cramentum pœnitentiæ adminiſtrat, exercet juriſdictionem: ita ut non poſſint hac ratione diſtingui poteſtas ordinis, & juriſdictionis internæ. VI. Regere *interne* & regere *externe*, non conſtituunt duas juriſdictiones: quia internum & externum non variant naturam vel eſſentiam rei, ſed modum tantum.

2. Bellarm. *De prima & ſecunda poteſtate, non eſt quæſtio noſtra. Nam de prima certum eſt apud omnes, illam æque immediate habere à Deo Epiſcopos, ac Papam: confertur enim per quandam conſecrationem, quæ æque operatur in uno, atque in alio. De ſecunda eſt quidem aliqua diſſenſio: quidam enim eam immediate à Deo conferri volunt: alii ab homine per ſimplicem injunctionem: ambo tamen in eo convaniunt, quod uſus hujus poteſtatis pendeat à juriſdictione exteriore. Præterea duæ iſtæ poteſtates pertinent ad materiam de clavibus Eccleſiæ.*

Proteſt. I. Poteſtas ordinis talis qualem Pontificii intelligunt, quam Toletus de inſtruct. Sacerd. lib. I. cap. 3. definit eſſe *poteſtatem tranſubſtantiandi panem in verum corpus Chriſti*, neque immediate neque mediate ad quenquam derivatur à Chriſto, ſed (per mendacium) ab Antichriſto ſolo. II. Si certum ſit à Chriſto immediate haberi primam poteſtatem, idem etiam certum eſt de ſecunda, & tertia: Nam ſecunda continetur in prima ſecundum explicationem Bellarm. & tertia eſt eadem cum ſecunda, ſicut antea fuit declaratum. III. Si omnia quæ *conferuntur per conſecrationem*, immediate à Deo habentur, tum etiam juriſdictio externa Epiſcoporum: quia (teſte Thoma 2, 2. *q.* 184. *a.* 6. *ad* 2. *commmittitur illi cum ſolemnitate conſecrationis.* Et neceſſe eſt, ut vel per *conſecrationem*, vel per ſimplicem hominis *injunctionem* accipiant iſtam poteſtatem: poſteriorem autem viam non audet defendere ipſemet Bellarm. tum enim poteſtas hæc eſſet tantum delegata, ex alterius commiſſione, ſicut Vicarii, Cancellarii, Officiales, Commiſſarii, & aliæ quiſquiliæ ab Epiſcopis Papalibus, eam accipere ſolent. IV. Effugium quod habet Bellarm. *de uſu poteſtatis internæ ab externa juriſdictione pendentis*, nihil omnino valet; Legitimum enim uſum etiam ſacramentalis poteſtatis ab eadem pendere Pontificii docent, ut videre eſt apud Thomam, 2, 2. *q.* 39. *a.* 3. V. Neque valet quidquam quod addit de duabus primis poteſtatibus. quod *pertinent ad claves.* Nam ut Toletus obſervat, (loco antea notato) *poteſtas conficiendi corpus Chriſti, non dicitur clavis:* Et Scholaſtici ipſi non minus externam quam internam juriſdictionem Eccleſiaſticam referunt ad clavium poteſtatem. Neque ullam juriſdictionem promiſit Chriſtus Eccleſiæ, aut ipſi Petro, quæ in clavi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

bus non continetur. Et ridiculum eſt fingere, Chriſtum dediſſe paſtoribus poteſtatem aperiendi ac claudendi clanculum in aure confitentis, ſed non publice coram Eccleſia tota.

3. Bellarm. *Conveniunt omnes in eo, juriſdictionem Epiſcoporum, ſaltem in genere, eſſe de jure divino. Nam Chriſtus ordinavit ut ſint in Eccleſia Paſtores & Doctores. Et niſi ita eſſet, poſſet Pontifex mutare hunc ordinem, & inſtituere ne ullus ſit in Eccleſia Epiſcopus, quod ſine dubio non poteſt facere.*

Proteſt. I. De Paſtoribus & Doctoribus nemo poteſt dubitare: ſed talibus Epiſcopis quales Bellarm. intelligit, & tali juriſdictione qualem illi exercent, neque veſtigium ullum juris divini in Scripturis habetur, neque in eo conveniunt, ne Pontificii quidem omnes, Bellarm. verba ſunt de Rom. Pont. lib. I. cap. 3. *Videtur Hieronymus in ea ſententia fuiſſe, ut exiſtimaret Epiſcopos, ſi de juriſdictione agatur, eſſe quidem Presbyteris majores: ſed de jure Eccleſiaſtico, non divino.* Varii item in Concilio Tridentino, illam ſententiam tuebantur contra Hiſpanos, in gratiam & ex authoritate Papæ ac Legatorum ipſius, inter quos Lainezius fuit Ieſuitarum Generalis, ita ut Hiſpani non potuerint obtinere, ut certi aliquid de Epiſcoporum jure in illo Concilio ſtatueretur, Pet. Suav. Hiſt. Concil. Trident. lib. 7. II. Extra dubium non eſt apud Pontificios Papam non poſſe mutare aut tollere ordinem iſtum Epiſcoporum. Bannes in 2. 2. *art.* 10. *pag.* 159. æque hoc poſſe Papam facere concedit, ac ſine præmiſſa conſultatione debita, res fidei temere definire. Azorius autem inſtit. mor. part. 2. lib. 3. cap. 30. pro confeſſo ponit, *Epiſcoporum juriſdictionem, Rom. Pont. jure poßit tollere, minuere, reſtringere, mutare, aut variare.*

4. Bellarm. *Tres ſunt de hac re Theologorum ſententiæ.*

Proteſt. Non conſentiunt igitur Pontificii inter ſeſe neque de Epiſcoporum authoritate, ex qua Eccleſiarum ſalutem, & Conciliorum authoritatem, pendere faciunt, neque de plenitudine poteſtatis Papæ, quæ & qualis ſit agnoſcenda.

5. Bellarm. *Sententia verißima eſt, Epiſcopos ſuam authoritatem, non à Chriſto, ſed à ſummo Pontifice accipere immediate.*

Proteſt. I. Si res ſe ita habeat tum iſti Epiſcopi ſunt immediate creaturæ vicarii & ſervi Papæ, non Chriſti. II. Papa hac ratione, profitetur ſe profanum, ſacrilegum, & Antichriſtianum. Gregorius enim (teſte Bell. *lib.* 2. *cap.* 31.) hæc omnia pronunciat de eo, *qui ita vult eſſe univerſalis Epiſcopus, ut cæteri ſint tantum vicarii illius.* Quod autem Papa omnes Epiſcopos per hanc dependentiam

quam

quam habent ab ipſo faciat vicarios ſuos, manifeſto appa-ret, ex doctrina & praxi Papali, qua hoc myſterium ex-plicatur,& probatur. *Alias* (ait Bannes in 2,2, *q.*1. *a.*10. *pag.*163 *non poſſet Papa aliquid mutare circa juriſdictionem Epiſco-porum, uniendo, ampliando, reſtringendo, vel extendendo, quod videmus fieri: non indigerent Epiſcopi confirmatione Papæ: non poſſet Papa ad ſuum judicium advocare quæ pertinent ad juriſdictionem Epiſcoporum, nec etiam aliis committere: non poſſet facere quin Epiſcopus exerceret actus juriſdictionis: Non poſſet ſine errore dicere: præficimus talem virum tali Eccleſiæ, committentes ei adminiſtrationem; aut ego confero tibi curam talis Eccleſiæ: non poſſet denique Papa ſolo verbo, auferre alicui Epiſcopo poteſtatem juriſdictionis, & amovere illam à ſua Eccle-ſia. & illum degradare: quorum contraria docet conſuetudo* Si hæc non ſufficiant ad Epiſcopos redigendos in ordinem vica-riorum Papæ, nihil ſufficiet. Neque certe tam ægre debet hoc ab Epiſcopis Papalibus ferri, cum illi etiam, eodem modo, ſubjiciunt ſibi paſtores plebanos, vel parochos, ſicut *Balivi* ſubjiciuntur *Regi*. Thom.2,2.*q.*184. *a* 6. *ad* 2.

6. Bellarm. *Apoſtoli acceperunt immediate à Chriſto omnem ſuam auctoritatem ac juriſdictionem.*

Proteſt. Hoc quidem vere dicitur: ſed nullo modo con-gruenter iis quæ antea Bellarm. pro Papa ſæpius dictita-vit. Accepimus enim antea à Bellarm. lib. 1, cap. 9. *Chri-ſtum quidem cum in terris degeret fuiſſe ſummum viſibilem Eccleſiæ Rectorem: ſed poſtea Petrum & Petri ſucceſſores.* Vnde neceſſario ſequitur, Apoſtolos quamvis auctoritatem ſuam primo acceperint à Chriſto, poſt aſcenſum tamen ejus, eandem à Petro, Lino, &c. pendentem retinuiſſe: ſicut magiſtra-tus à Principe aliquo creati, authoritatem ſuam per con-tinuationem accipiunt etiam ab ejus ſucceſſore, Magis autem clarum eſt quod Bellarm. ejuſd. lib. c. 12. affirmat: *Apoſtolis ſummam poteſtatem collatam ut legatis, cum quadam ſubje-ctione ad Petrum,* &c. 16. contendit *Apoſtolos tanquam oviculas commendatos fuiſſe Petro, ut ab ipſo paſcerentur.* Sed quam directe Bellarm. cum ſemetipſo pugnet ex confirmationibus hu-jus aſſertionis magis adhuc apparebit.

7. Bellarm. *Ioh.*20. *Sicut miſit me Pater, ita ego mitto vos. Per hæc verba idem datur, Apoſtolis, quod Petro fuerat promiſſum per illud, tibi dabo claves, & poſtea exhibitum per illud, paſce oves meas.*

Proteſt. Et tamen lib. 1, c. 10. &c. contendit Bellarm. Monarchiam iſtis verbis Petro promiſſam & exhibitam fuiſſe.

8. Bellarm. *Paulus ex profeſſo docet ſe auctoritatem & juriſdi-ctionem habuiſſe à Chriſto non à Petro, Gal.*2. *qui videbantur eſſe a-liquid, mihi nihil contulerunt.*

Proteſt. Cum nos iſtum locum urgebamus, reſponſum

fuit a Bellarm. l.1,c.16. agere ibi Paulum, de *doctrina* non de *gubernatione*.

9. Bellarm. *Apoſtoli à ſolo Chriſto facti ſunt, & ab ipſo conſtituti Sacerdotes & Epiſcopi poſt mortem, Ioh. 20.*

Proteſt. Antea tamen, l.1, c.23. fuit hæc prærogativa magna Petri, quod *ille ſolus à Chriſto Epiſcopus ordinatus fuerit, cæteri autem à Petro Epiſcopalem conſecrationem acceperint.* Et probatur hoc ibi ex Turrecremata, quem iſto in loco adverſarium ſibi proponit Bellarm. in una & eadem quæſtione. Ex iſtis contradictionibus, ſatis apparet Bellarm. non tam veritati quæ unica eſt & ſui ſimilis, quam ſcenæ, cui ſerviendum ipſi fuit, & tempori, tam aſſertiones quam argumenta ſua accommodaſſe, & eaſdem Scripturas varie, modo huc, modo illuc, prout occaſio ferebat detorſiſſe.

10. Bellarm. *Num. 11, 17. Derivatur virtus Seniorum à Moſis virtute, conſtat autem Papam in Eccleſia eum locum habere, quem habuit Moſes in populo Iudæorum.*

Proteſt. I. Antea l.1, c.9. voluit Bellarm. Aaronem typum fuiſſe Papæ: nunc vero typum ejus conſtituit Moſem, qui Aaroni fuit vice Dei, *Exod.* 4, 16. Papa igitur prout Bellarm. placet eſt (ut de Ieſuita dicitur) *omnis homo.* II. Virtus in Seniores à Moſe derivata, fuit Politica. An Papa etiam eſt caput Politicum? III. In illa derivatione virtutis, nulla differentia fuit inter poteſtatem *ordinis, juriſdictionis internæ, & externæ:* ſimul & ſemel tota virtus ab eodem principio communicabatur. Hoc autem Papa ſibimet non arrogat, niſi in externa ſola juriſdictionis poteſtate. IV. Non proprie derivebatur virtus illorum Seniorum a Moſe: ſed ſimilem plane virtutem cum virtute Moſis, a Deo illis communicatam fuiſſe hac phraſi ſignificatur, *ſeponam de Spiritu qui eſt ſuper te, ponamque in eis. Inſinuatur* (ait Cajet.) *quod talem ſpiritum illis daret, qualem participarent à ſpiritu qui fuit in Moſe, ſi ſpiritus ille eſſet diffuſivus ſui, quemadmodum lux candela diffundit lumen ſuum in diaphano.* V. Si tale quid locum habuiſſet in Moſe, & primis illis Senioribus, quale Bellarm. vult, non magis tamen ad exemplum trahi debuiſſet, quam Prophetiæ donum, quo eorundem Seniorum vocatio fuit extra ordinem obſignata *v.* 25. VI. Cum in Eccleſiaſtico ſtatu veteris Teſtamenti, juriſdictionis derivatio nulla fuit a ſummo Sacerdote ad inferiores, non magis quam ordinis ipſius Sacerdotalis, neque potuit ſummus Sacerdos pro ſuo arbitrio, inferioris alicujus poteſtatem, minuere, reſtringere, mutare, aut variare, minus hoc multo credi vel admitti poteſt ſub Teſt. Novo ubi talem differentiam graduum inter Paſtores

ſtores Eccleſiæ non legitur Chriſtus inſtituiſſe. Omnes Miniſtri Chriſti quoad poteſtatem illius muneris quo funguntur, immediate, & ex æquo pendent a Chriſto.

11. Bellarm. *Epiſcoporum Iuriſdictio non eſt æqualis: unus enim habet unum oppidum, alius centum oppida, alius multas Provincias. Hæc determinatio non eſt à Deo, ſed ab homine.*

Proteſt. I. Qui centum oppidorum, aut multarum Provinciarum ſunt Epiſcopi, in eo non ſunt a Deo, ſed ab hominibus, Deus inſtituit Epiſcopum qui eſſet unius Eccleſiæ Paſtor. Perinde hic argumentatur Bellarm. ac ſi diceret, unus vir habet unam uxorem, alius duas, alius plures: ergo jus conjugii non eſt à Deo terminatum. II. Eadem etiam ratione ſequitur poteſtatem ordinis & juriſdictionis internæ non eſſe a Deo: quia alius in uno oppido, conſecrat & audit confeſſiones, alius autem idem facit huc atque illuc curſitando.

12. Bellarm. *Papa non poſſet Epiſcoporum juriſdictionem auferre, aut mutare ſi haberent eam à Deo: ſed certum eſt eum ſæpe hoc feciſſe.*

Proteſt Certum igitur eſt, Papam efferre ſeſe ſupra Deũ.

13. Bellarm. *Epiſcoporum juriſdictio in nullo verbo Dei fundatur.*

Proteſt. Paſtores & doctores in genere a Chriſto ordinatos & conſtitutos in Eccleſia, probat Bellarm. c. 22. ex *Epheſ.* 4. *ipſe dedit*, &c. *c.* 25. addit alterum locum, de conſtitutione eorum ſpeciali, *Act.* 20. *Spiritus Sanctus vos inſtituit Epiſcopos.*

14. Bellarm. *Conſtituti dicuntur Epiſcopi à S. Sancto, non immediate, ſed mediate: quia Apoſtoli, inſpirante Deo, & virtute accepta à S. Sancto illos Epiſcopos conſtituerant.*

Proteſt. I. Non igitur conſtituti fuerunt a Pontifice Romano. Neque potuit eorum juriſdictio auferri aut mutari a Papa. II. Non diverſimode igitur acceperunt poteſtatem ordinis, juriſdictionis internæ, & externæ: ſed integri Epiſcopi conſtituti ſunt a Deo, non minus quoad juriſdictionẽ, quam quoad ordinis poteſtatem. III. Æque immediate eſt conſtitutio Paſtorum a Deo, ac fingĩ poteſt conſtitutio Papæ. IV. Non latebat Bellarm. diſtinctio illa, quam Thomas tradit in 1. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. *a.* 3. & contra Gentes, *lib.* 3, *c.* 70. de mediato & immediato, dici ſcilicet hæc vel ratione *virtutis* mediatæ, & immediatę, vel ratione *ſuppoſiti*: immediatio (ut loquuntur) virtutis eſt, quando inter virtutem cauſæ & effectum, nulla alia virtus intercedit, aut alia cauſa proprie dicta illius effecti, quamvis intercedat ſuppoſitum aliquod tanquam inſtrumentum: hoc ſenſu, omnes veri Miniſtri vocantur & conſtituuntur in Eccleſia immediate a Deo, immedia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tione ſcilicet virtutis Eccleſia tamen intercedit inter Deum & Miniſtros in illa vocatione tanquam inſtrumentum ejus : & hoc ſenſu, mediate vocantur à Deo per Eccleſiam, Bellarm. ipſe lib. 2, cap. 17. non male hoc explicat, ſi loco *Papa*, ponatur in ejus verbis *Paſtor. In Paſtore ſunt tria : Paſtoratus ipſe, qui eſt quaſi forma quædam : Perſona quæ eſt ſubjectum ejus : & conjunctio unius cum altero. Prima eſt à ſolo Chriſto : ſecunda deſignatur ab electoribus, tertia eſt à Chriſto, mediante actu electorum : Electores igitur non dant poteſtatem, neque ſunt cauſa poteſtatis illius quam habet Paſtor.* Cum noverit iſta diſtinguere Bellarm. & hic tamen omnia confundit, prodit miſeriam & cauſæ, & etiam conſcientiæ ſuæ.

CAP. IX. *De Temporali poteſtate Papæ, Lib. 5.*

Quæſtio prima eſt, an Papa, ex jure divino habeat ullam temporalem poteſtatem, in Reges, Principes, Regna, Principatus, & alias perſonas ac res ſeculares vel temporales? Bellarm. affirmat : nos negamus.

THESIS I.

BEllarm. *Papa non eſt Dominus totius mundi : non Orbis Chriſtiani : neque habet ullam mere temporalem juriſdictionem directe, jure divino.*

Proteſt Vere quidem hoc dicitur a Bellarmino, ſed contra ſententiam & praxin Papæ: contra teſtimonium commune omnium Canoniſtarum, qui Papalis juris interpretes habentur conſultiſſimi : & contra authoritatem maximorum Theologorum Pontificiorum, ſicut Alexander Carerius prolixe oſtendit, de poteſtate Papæ, lib. 2. ubi etiam hanc opinionem Bellarm. operoſe confutat, & ejus nomine ipſum Bellarm. inter *impios Politicos*, aut *Hæreticos* ponit, & cap. 5. *anathema* ipſi non dubitat denuntiare, approbante Cardinali cui librum ſuum inſcribit, & ipſo Papa cui palpum iſtum obtrudebat. Imo non deſunt inter ipſos Ieſuitas, qui publicis ſcriptis opponunt ſeſe Bellarm. hac in parte, tanquam Papæ minus æquo tribuenti. Sic enim Azorius, inſtit. mor. par. 2. lib. 4, cap. 19. *Concludimus, veram eſſe Canonici juris interpretum ſententiam, Romanum pontificem habere utramque poteſtatem, ſpiritualem, & temporalem, &c. Mihi non placet modus loquendi quo utuntur Victoria, Sotus* (Bellarm.) *quia inſinuare videntur, penes Papam ſolum eſſe unam poteſtatem ſpiritualem, non temporalem, &c. in jure enim Canonico, abſolute, & ſimpliciter dicitur, Papam utrumque gladium habere, ſpiritualem & temporalem, jure quidem & habitu, quamvis uſu & actu, non niſi in certis quibuſdam cauſis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

2. Bellarm. *Habet tamen Papa in ordine ad bonum ſpirituale, ſummam poteſtatem diſponendi de temporalibus rebus, omnium Chriſtianorum.*

Proteſt. Quod una manu abſtulit Papæ Bellarm. id altera dat. Nam I. Summa poteſtas coactive diſponendi de temporalibus, eſt Dominium in temporalia. Dum igitur hæc poteſtas tribuitur Papæ, conſtituitur Dominus in temporalibus, quod antea fuit negatum. II. Si nulla in re differt poteſtas Papæ a proprio & directo dominio, niſi in fine, aut ordine ad finem, (quæ eſt unica diſtinctionis ratio quæ hic indicatur) tum formaliter, & eſſentialiter non differt. Papa igitur a Bellarm. fit Dominus orbis Chriſtiani, quoad eſſentialem & formalem rationem dominandi. III. Superioris finis reſpectus, ad quem collimat poteſtas Papæ, non minuit, ſed auget dominium ejus nam quo nobilior eſt finis, eo firmior debet eſſe poteſtas quæ ad illum finem eſt exercenda. IV. Temporalia multa ad bonum ſpirituale immediate dirigere non magis poteſt Papa; quam Politicus aliquis Princeps, mediate autem ad ſpirituale bonum omnia dirigere, non minus debet ac poteſt Politicus Princeps quam Papa. Nulla igitur differentia apparet, ne quidem in ipſo fine. V. Sine ulla ratione, reſtringitur iſta poteſtas Papæ, ad temporalia bona *Chriſtianorum.* Nam 1. Chriſtiani æque completum dominium habent in ſua bona, atque infideles. Chriſtiani qua tales, ex ipſorum Pontificiorum Doctorum confeſſione, non ſubjiciuntur ſpiritualibus ſuis ſuperioribus, puta Papæ, niſi quatenus profeſſi ſunt & ſpoponderunt in Baptiſmo, cum Eccleſiam ingrediebantur. Thom. *in* 2. *diſt.* 44. *q.* 1. Sylveſter, in verbo *obedientia*, ſed de ſubjectione bonorum temporalium dominio Papæ vel directo, vel indirecto, nihil ſpondetur in Baptiſmo. Quamvis igitur non rectius, aut verius, magis tamen congruenter univerſali poteſtati Papæ docent Canoniſtæ, & poſt illos Bozius, cum aliis, *Papam eſſe orbis totius Dominum.* Sunt verba Carerii, ubi ſupra. Azorius etiam inſtit. mor. par. 2. lib. 4, c. 19. oſtendit *totum terrarum orbem* eſſe aliquo modo ſubjectum Papæ ſub ratione *ovilis Chriſti, in quo alii ſunt actu, ut Chriſtiani, & alii poteſtate ac jure, ut Pagani.* VI. Nimis generaliter ſine ulla determinatione limitante etiam ex Pontificiorum Doctorum ſententia pronuntiatur hoc de *temporalibus bonis: Nam patet* (ait Cajetanus in 2. 2. *q* 88. *a.* 12.) *innumeras eſſe obligationes, quæ non ſubſunt Papæ ad nutum, ut patet in contractibus inter hominem & hominem. Quo ad bona temporalia non ſubjiciuntur Papæ abſolute ſicut religioſi Prælatis ſuis:* & tamen de ipſis religioſis, affirmat Bonaventura in 2. diſt. 44, 40. *Si*

Prælatus aliquid præcipiat, quod ſit ſupra votum, non teneri eos ad illud implendum. Vbi etiam egregiam regulam addit de obedientiâ debita ſuperioribus ſpiritualibus: *obediendum eſt omnibus qui in cathedra ſedent, in his quæ ad cathedram ſpectant, & in præceptis legis: in aliis autem non mandatur.*

Argumenta Bellarmini.

3. Bellarm. I. *Poteſtas civilis ſubjecta eſt poteſtati ſpirituali. Nam* 1. *finem habet ſubordinatum.* 2. *Sunt inter ſe hæ poteſtates connexæ, per dependentiam: ſed ſpiritualia non dependent à temporalibus: ergo temporalia à ſpiritualibus pendent, illiſque ſubjiciuntur.* 3. *Si temporalis adminiſtratio impediat ſpirituale bonum, omnium judicio, tenetur Princeps temporalis mutare illum modum adminiſtrandi.*

Proteſt. I. Quin poteſtas civilis ſpirituali debeat eſſe ſubjecta, modo ſpirituali, id eſt, ut Sorbonici interpretantur, ſuaſive, directive, & conformiter ad miniſterii Eccleſiaſtici naturam ducenti, nemo Chriſtianus poteſt dubitare. Sed inde nihil concludi poteſt vel pro Papæ, vel pro Eccleſiæ authoritate, in pœnis temporalibus irrogandis. II. His iiſdem rationibus, æque ſpecioſe probat Carerius, lib. 2, cap. 13 &c. Papam directe habere poteſtatem omnem temporalem. III. Simili plane ratione probari poſſit, Medicos habere temporalem poteſtatem in pecuarios, olitores, agricolas, fabros, cereviſiarios, & omnes illos quorum opera in iis rebus collocatur, quæ ad victum, veſtitum, & vitæ conſervationem ſpectant: quia ſanitati ac vitæ conſervationi, cui Medicorum invigilare, ſubordinantur. IV. Quicquid ulla ratione tribuitur poteſtati ſpirituali, id ſpiritualiter non corporaliter intelligi debet, ſicut Alexander Alenſis quem Bellarm. ad ſuas partes vocat, par. 3. q. 40. m. 5. concedit: *ſpiritualis poteſtas judicat ſecundum vindictam ſpiritualem, non corporalem.*

4. Bellarm. 2. *Reſpublica Eccleſiaſtica debet eſſe perfecta, & ſibi ſufficiens in ordine ad ſuum finem conſequendum: ſed neceſſaria eſt ad finem ſpiritualem poteſtas utendi, & diſponendi de temporalibus rebus.*

Proteſt. I. Eccleſia, niſi una cum Chriſto ſpectetur, non eſt reſpublica perfecta, ne quidem quoad ſtatum integralem. II. Non ſibi ſufficit per ſe, ſed ſuam ſufficientiam per fidem apprehendit in Chriſto ſitam. III. Per media viſibilia non poteſt omnes difficultates ſuperare, ad finem ſuum conſequendum, ſed Deo ut fideli conditori, & protectori commendat ſeſe bene agendo, ex illa vocatione qua eſt vocata. IV. Non eſt neceſſarium ut ipſa Eccleſia habeat poteſtatem de temporalibus rebus diſponendi: quia Deus habet & exercet poteſtatem omnia in ejus bonum convertendi. V. Sorbonici in libello de Eccleſ.

:leſ. & Polit. poteſt. ſect. 18. recte reſpondent, *omnis ſufficientia Politiæ Eccleſiaſticæ, ab obſervatione mandatorum Dei, non à iure gladii, aut Monarchia temporali petenda eſt*, Matth. 28, 20.

5. Bellarm. 3. *Non licet Chriſtianis tolerare Regem infidelem, aut hæreticum alios pervertentem: ſed judicare de talibus pertinet ad Papam: ergo etiam judicare Regem eſſe deponendum.*

Proteſt. I. Falſa eſt propoſitio, ſicut Scriptura ubique clamat. II. Falſam eſſe aſſumtionem antea fuit probatum. III. Ex propoſitione & aſſumtione conceſſa, concluſio non ſequeretur. Quamvis enim Monetarii ſit judicare de moneta, non eſt ejus tamen judicium ferre in monetæ adulteratores.

Bellarm. *Non licuit Iudæis eligere Regem non Iudæum. Deut. 17. eadem autem eſt ratio apud Chriſtianos tolerandi, aut non deponendi non Chriſtianum, quæ fuit apud ipſos eligendi non Iudæum.*

Proteſt. I. Electio & depoſitio Regum non pertinebat ad Eccleſiam, ſed Remp. Iudaicam: id eſt, non ad Iudæos qua Eccleſiaſticam, ſed qua Politicam ſocietatem conſtituebant. II. Eligi non debent multa, quæ tamen licite poſſunt ferri. III. Illi ipſi Iudæi Cæſarem tolerare a Chriſto docentur. IV. Integra & propria ratio, quare ſolus Iſraelita debuit eligi in Regem inter Iudæos, non fuit periculum Idololatriæ, ut Bellarm. fingit: nam Proſelytæ etiam excludebantur. V. Primi Chriſtiani tolerabant multos Nerones.

Bellarm. *Hoc fuit quia tum Chriſtianis deerant vires temporales.*

Proteſt. I. Eccleſia igitur per aliquot ſæcula (ex Bellar. ſententia) non fuit reſpublica perfecta, neque vires habuit neceſſarias ad ſuum finem conſequendum. II. Si virium defectus fuiſſet cauſa hujus tolerationis, tum talium Imperatorum gubernatio non fuiſſet precibus Eccleſiæ juvanda: ad quod tamen Paulus hortatur. 1 *Tim.* 2, 2. III. Hac ratione ſubjectio fuiſſet ipſis præſtanda, ſolum propter iram, non etiam propter conſcientiam: quod idem Apoſtulus negat, *Rom.* 13, 5. IV. Carerius ipſe, qui directam poteſtatem in temporalibus tribuit Papæ, hac in parte, modeſtior & ſanior eſt Bellarm. nam lib. 2, cap. 23. concedit, *Ethnicorum Principum Papam non eſſe judicem, ſed in civilibus cauſis omnibus, non minus quam cæteros homines illis ſubjectos fuiſſe: quia lex Chriſtiana neminem ſuo jure aut dominio privat.*

Bellarm. 1 *Cor.* 6. *Paulus jubet conſtitui novos judices temporalium cauſarum.*

Proteſt. I. Idem Paulus, eodem cap. dicit, *quid ad me de his qui foris ſunt judicare?* Vnde etiam Carerius concludit, Papam non fuiſſe judicem Principum Ethnicorum. II. Iu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

bet Paulus arbitros eligere ad lites componendas, non judices Ethnicos deponere, & ſubſtituere Chriſtianos. III. Si vires habuerunt Chriſtiani novos judices ordinarios in omnibus urbibus ubi degebant conſtituendi, tum certe non defuerunt ipſis vires novos Principes conſtituendi.

Bellarm. *Religio non debet exponi periculo evidenti.*

Proteſt. Periculo *exponit* qui legitimam poteſtatem habet illud propulſandi. Petitur igitur illud quod eſt in quæſtione.

Bellarm. *Ius divinum eſt ſervare religionem veram.*

Proteſt. Iuſte, non injuſte. Iterum petitur quæſtio.

Bellarm. *Conjux fidelis, non tenetur manere cum conjuge infideli, ſi ille non vult manere ſine injuria fidei.*

Proteſt. I. Quælibet injuria aut periculum non tollit obligationem manendi. II. Aliud eſt diſcedere extra ditionẽ Regis alicujus, aliud Regem deponere. III. Eccleſiæ erga Regem, non eſt illa ratio quæ eſt uxoris erga maritum ſuum: Rex non eſt Eccleſiæ Rex: neque eſt Eccleſia ſub eodem jugo cum Rege. Valet tamen & iſthic quod Apoſtolus dicit. 1 Cor.7. *Si infidelis ſeſe ſeparet, ſeparatus eſto.*

6. Bellarm. 4. *Reges & Principes omnes Chriſtiani, pacto vel expreſſo, vel tacito, ſceptra ſua ſubjecerunt Chriſto, etiam ſub pœna regni perdendi.*

Proteſt. Subjecerunt ſua ſceptra & animas etiam Chriſto, ſub pœna mortis, & omnis generis cruciatus: non tamen ſequitur inde vel Papam, vel Eccleſiam poſſe iſtas pœnas illis infligere. Eadem ratione concludere poſſit Bellarm. Papam poſſe omnes ſuis bonis exuere, & poſtea mortis ferre ſententiam, in omnes Chriſtianos non Chriſtiane viventes.

7. Bellarm. 5. *Paſtori neceſſaria eſt poteſtas lupos arcendi omni ratione qua poterit, arietes furioſos recludendi, & oves paſcendi ita ut convenit eis.*

Proteſt. I. Cuilibet plebano paſtori magis iſta conveniunt quam Papæ. II. Hæc facienda ſunt a Paſtore, ut recte monet Bellarm. *omni ratione qua poterit*, id eſt, licite & jure paſtorali poterit. Vel igitur nihil dicitur, vel petitur quæſtio. III. Poteſtas harum rerum non magis eſt neceſſaria Paſtori, quam vires illam poteſtatem exercendi. Sed Petro, Apoſtolis, reliquiſque paſtoribus primitivæ Eccleſiæ vires hæc præſtandi defuiſſe, audivimus modo a Bellarmino.

8. Bellarm. 6. 2 Par. 26. *Rex Ozia fuit ad arbitrium Sacerdotis ſeparatus, & conſequenter regnandi authoritate privatus, propter*

lepram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

lepram corporalem: poteſt igitur Pontifex hoc facere, modo propter lepram ſpiritualem.

Proteſt. I. Si agendum ſit exemplis, ex veteri Teſtamento petitis, antiquior & firmior eſt inſtantia quæ petitur à Salomone Rege, judicante & deponente Abiathar Sacerdotem ſummum, 1 *Reg.* 2, 27. II. Ozia non fuit authoritate Regia privatus, ſed uſu ejus in ordinaria procuratione regni. III. Neque facta fuit ipſa ſeparatio ejus ad arbitrium Sacerdotis proprie, ſed Dei. IV. Neque conſequenter fuit Regno privandus, quia ſeparatus potuit per alios regnare. Bellarm. enim hoc tribuit Papæ, quod poſſit per alios Epiſcopi munere defungi.

9. Bellarm. 7. *Iojada Pontifex juſſit, ut Athalia interficeretur, & Ioas Rex crearetur.*

Proteſt I. Athalia non fuit legitima Regina. II. Non fuit à Iojada ſolo depoſita, ſed à tota congregatione confœderata. III. Iojada quæ fecit hac in re præ cæteris, non fecit ex ſingulari poteſtate Sacerdotali, ſed tanquam primaria authoritate pollens inter Iudæos, qui etiam ex affinitate qua regni hæredem attingebat, ſingularem habuit ejus tutelam. 2 *Chron.* 22, 11. IV. Concluſionis ex iſthoc exemplo ſequentis, pudet aliquo modo ipſos Pontificios. Non enim dicere ſolent (quidquid ſentiant ac faciant) licere Papæ pro arbitrio ſuo jubere, ut reges interficerentur: aut interficiendos eſſe Reges ad arbitrium Papæ.

Hactenus actum eſt de poteſtate Papæ ingenita: ſequitur alia poteſtas temporalis Papæ & Epiſcopis ejus ab aliis donata, vel ab ipſis acquiſita, breviter expendenda.

Argumenta Bellarmini.

10. Bellarm. 1. *Non repugnare, Pontificem ſimul eſſe Principem ſpiritualem, & temporalem alicujus Provinciæ: probatur exemplis Melchiſedechi, Primogenitorum, Noë, Abrahami, &c. Moſis, Heli, &c.*

Proteſt. I. Princeps ſpiritualis præter Deum, Chriſtum, nullus eſt: niſi forſan Diabolus ita vocari poſſit quoad ſpiritualem nequitiam, *Epheſ.* 6, 12. & Antichriſtus quoad ſpiritualem uſurpationem templi Dei, 2 *Theſſ.* 2, 4. II. Repugnantia hujuſmodi rerum variam conſiderationem admittit. Quæ non abſolute repugnant in eſſentia & natura ſua, poſſint tamen repugnantiam habere ex inſtitutione Dei ſuperveniente. Et quæ uno ſæculo, vel toto etiam illo ſpatio quod Chriſti adventum præceſſit, non repugnabant, poſtea tamen poſſint repugnare.

III. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

III. De toto tempore naturæ, (ut appellatur) uſque ad legem latam, reſpondet Alenſis *part 4. q. 2. m. 1. Poteſtatem ſpiritualem tum temporis non fuiſſe diſtinctam à poteſtate terrena, per ſolemnem hominum conſecrationem.* Ex illis igitur exemplis, ad Euangelii tempus non ſequitur argumentatio paritatis, cum omnia ſunt diſparia. Neque magis ex iis probatur temporalem poteſtatem convenire Epiſcopo, quam ſpiritualem poteſtatem convenire Magiſtratui civili. Moſes non fuit ſummus Sacerdos, ſed in prima conſtitutione Sacerdotii Aaronici, extra ordinem illa præſtabat quæ ex ordine ad Sacerdotem pertinebant. Heli fuit Sacerdos (quamvis non ſummus) ſed extra ordinem excitatus ut populum judicaret. Sic etiam poſtea Machabæi quaſi in communi incendio vocati fuerunt, quaſi extra ordinem ad remp. erigendam ac ſublevandam, non ad eam conſtanter gubernandam, aut regendam. IV. In novo Teſtamento, Eccleſiaſtica munera eorum qui in verbo & doctrina laborant, magis ſunt ſpiritualia, magiſque totum hominem poſtulantia, quam ſub lege fuerunt. V. Minime omnium convenit hoc Papæ, qui directe præeſſe vult Eccleſiæ univerſali in ſpiritualibus, & indirecte regnis ac Rebuſpublicis in temporalibus, qui tot negotiis diſtrictus tenetur, ut per ſe nunquam poſſit concionari, aut aliis officiis Epiſcoporum propriis defungi, ut ille inſuper directam habeat poteſtatem Principis Politici & mundani. VI. Omnibus exemplis illis à Bellarm. allegatis, & pleriſque inſuper ordinariis, Sacerdotum illorum Veterum, efficacius multo probatur, conjugium ſine ulla repugnantia Eccleſiaſticis hominibus convenire: quod tamen Pontificii negant.

II. Bellarm. *Poteſtas Eccleſiaſtica & Politica, non ſunt contraria, ſed utraque bona.*

Proteſt. I. Conjugium etiam eſt bonum: ergo hac ratione convenit Paſtoribus Eccleſiaſticis. II. Nō ſola contraria illa quæ ſunt bona & mala ſibimet invicem in eodem ſubjecto repugnant, ſed & diſparata bona, quæ uni & eidem ſimul non poſſunt convenire: ut *Act.* 9, 2, 4. *Durare in precibus & adminiſtratione ſermonis & miniſtrare menſis*, opponuntur ut repugnantia, quamvis utraque ſint bona. III. Bona illa quæ ſunt imperfectorum, non conveniunt iis qui ſunt in ſtatu perfectionis: unde etiam inter Pontificios, qui Religioſi vocantur, abrenunciare tenentur, non tantum poteſtati omni civili, ſed & propriis ſuis facultatibus. Sed potior & perfectior eſt ſtatus perfectionis Epiſcoporum, quam ipſorum Religioſorum.

Thom. 2. 2. *q.*184. *a.*7. Repugnat igitur etiam hac ratione, ut Epiſcopi & Prælati Pontificii poteſtatem politicam exercerent.

12. Bellarm. *Vnus Rex poteſt præeſſe togatis, & armatis quamvis pax & bellum magis ſint diverſa, quam bona temporalia & ſpiritualia.*

Proteſt. I. Diverſitas rerum non eſt ratio repugnantiæ in iſtis adminiſtrationibus, ſed diverſitas ipſarum adminiſtrationum, prout à Deo ſunt ordinatæ, & ab hominibus debent earum naturæ congruenter impleri. II. Pax & bellum conveniunt in eodem genere: neque magis diverſa ſunt quam *exhortari in doctrina ſana, & contradicentes convincere*, qui etiam Epiſcopo quaſi pax & bellum Eccleſiaſticum optime conveniunt: *Tit.* 1, 9, 3. Togatis etiam & armatis, temporalibus & ſpiritualibus rebus præeſſe debet Epiſcopus in Eccleſia ſua: ſed ſuo modo, id eſt, Eccleſiaſtico & Spirituali.

13. Bellarm. *Poteſt unus Rex gubernare diverſiſſima Regna, & unus Epiſcopus plurimas Eccleſias, ergo unus homo poteſt regere unum Epiſcopatum, & unum Principatum.*

Proteſt. I. Hæc ratione æque concluditur, Principem poſſe eſſe Epiſcopum, ac Epiſcopum poſſe eſſe Principem. II. Non eſt par ratio Regnorum duorum & Eccleſiæ, cum Principatu. Duo Regna ſub una formali ratione comprehenduntur: ſed adminiſtrationis politicæ, & Eccleſiaſticæ, varia eſt forma, eſſentia, & natura. III. Vt unus homo plures ſimul Epiſcopatus retineat, fatetur Bellarm. de Pontif. *lib.* 2. *cap.* 6. *perniciosiſſimi exempli eſſe.* IV. Fatetur etiam Bellarm. *lib.* 3. *cap.*24. Nullum tam exiguum Epiſcopum eſſe (intelligit autem Papalem) qui poſſit per ſe ſufficere ad concionandum, & ſacrrmenta adminiſtranda, in tota ſua diœceſi. Repugnat igitur maxime, ut aliis etiam negotiis ſemetipſum implicarent, & ſic novo onere ſuos humeros opprimerent, qui priori ferendo impares fuerunt.

14. Bellarm. *Pii homines fuerunt, qui Epiſcopis donarunt Principatus temporales.*

Proteſt. Pius etiam fuit David, qui impoſuit Arcam plauſtro devehendam: & pius Vzza qui manum ſuam eidem admovebat. 2 *Sam.* 6. hæc tamen facta improbata fuerunt.

15. Bellarm. *Et ſi abſolute forte præſtaret, Pontifices tractare ſolum ſpiritualia, tamen propter malitiam temporum, experientia clamat, utiliter & neceſſario donatos ipſis temporales Principatus.*

Proteſt. I. Malitia temporum non mutat inſtitutionem Dei. II. Adverſus iſtam malitiam temporum, ſic inſtruit

ſtruit Apoſtolus Epiſcopos, ut eo diligentius & magis inſtanter in officia ſpiritualia incumbant, *2 Tim 3 & 4* non ut temporali poteſtate ſemetipſos munirent. III. Degeneratio Eccleſiaſtici ſtatus in mundanum, & poteſtatum confuſio, magna pars eſt malitiæ temporum, & aliarum partium cauſa procreans & conſervans. Hoc experientia ita clamat, ut ea de re piis quamplurimis jam olim extorſerit graviſſimas querelas, & Concillis quibuſdam ſanctiones varias ruentem jam Eccleſiam aliquo modo ſufflaminantes.

Argumenta noſtra.

16. *Proteſt. Matth.*20. Vos autem non ſic.

Bellarm. 1. *Dominus hic ſolum inſtituit meros Principes Eccleſiaſticos.*

Proteſt. I. Principatus Eccleſiaſticus prohibetur, non inſtituitur hoc in loco: ſicut antea fuit declaratum. II. Oſtendere debet Bellarm. ubinam à Chriſto inſtituti vel probati ſunt Principes mixti, non mere Eccleſiaſtici, neque mere Politici, ſed ex utraque poteſtate monſtroſe conflati.

Bellarm. 2. *Dominus non prohibet hic dominatum, ſed violentum & tyrannicum dominatum: quod patet ex verbo* κατακυριεύειν.

Proteſt. I. Prohibet Dominus illud quod filii Zebedei petebant: illi autem non petebant licentiam tyrannice dominandi, ſed principatum, aut dominatum. II. Verbum illud ſignificat *dominatum*, ſic patet ex *Luc.*22, 25. ubi eodem ſenſu legitur κυριεύειν ſine præpoſitione, & *Gen.*1, 28. cum mandatur homini ſubjicere ſibi terram, ſine tyrannide, Græci eadem voce utuntur, κατακυριεύσατε: ſicut & *Pſal.*72, 8. ubi agitur de Dominio ipſius Chriſti.

17. *Proteſt. Luc.* 12, 14. Quis me vobis judicem præfecit? *Act.*6. Non eſt æquum nos derelicto ſermone Dei miniſtrare menſis.

Bellarm. 1. *Poſſet reſponderi, Dominum in hoc mundo ſuſcepiſſe perſonam Pontificis, non Principis temporalis, & illis verbis monuiſſe ſimplices Pontifices, ne ſe miſceant alienis negotiis.*

Proteſt. Poſſet igitur inde concludi, I. Papam cum Epiſcopis ſuis in temporali poteſtate uſurpanda non ſequi Chriſti exemplum & admonitionem. II. Suſcipere illos id quod Chriſtus non ſuſcepit. III. Non eſſe ſimplices perſonas, ſed inſtar Gygantum, *Gen.*6, 4. ex nefanda mixtura prognatos.

Bellarm. 2. *Melius poteſt dici, generaliter in utroque loco admoneri Pontifices, & Principes, ne minutis & vilibus officiis ita occupentur, ut omittere cogantur majora.*

Proteſt.

Proteſt. Melior iſta gloſſa eſt merum ſubterfugium, extum enervans, & ſemetipſum evertens. Nam I. Non quæritur tantum qualis admonitio ex verbis illis poſſit leduci: ſed quænam ſit ſententia verborum, & qua ratione nitatur. II. Generalis admonitio non quæritur, ed ſpecialis illa quæ proprie in iſtis locis continetur. III. Sophiſtice, & falſa commixtione referuntur hæc id civiles Principes, & Pontifices, cum ad Principes non pectent, & Paſtores omnes reſpiciunt. IV. Minuta oficia civilia non magis prohibentur Paſtoribus Eccleſiaticis, quam grandiora. Nam *Luc.* 12. omnia illa pariter excluduntur, quæ ſunt præter vel extra vocationem: & *Act.* 6. omnia quæ vocationem aliquo modo impediunt. Sed Bellarm. vult ſuum Papam, & Epiſcopos, grandibus & aureis vinculis onerari, & conſtringi, non ferreis & minutis. V. Omnia mundana βιωτικὰ κριτήρια ab Apoſtolo per comparationem habentur pro minutis, 1 *Cor.* 6, 4. admonitio igitur, vel hac ratione, quoad temporalem urisdictionem, eſt univerſalis. VI. Doctores ipſi Pontificii totum hoc telum in corpus ſuum admittunt. Sic enim Cajet. in *Luc.* 12. *Docet hoc exemplo Dominus prædicatores, ut evitent ſecularia negotia, ut etiam quantumcunque requiſiti, non ſe immiſceant negotiis ſecularibus: quia ſcilicet impertinentia ſunt hæc ad officium prædicatoris.* Dion. Carthuſ. in *Act.* 6. *O utinam Prælati iſta attenderent, quorum jam plures plus quam oportet, decet, aut licet, circa temporalia occupantur, in exterioribuſque verſantur. quia mente ſunt frigidi, nec in ſpiritualibus exercitiis habent ſaporem: hinc offenduntur, negligentes ſeipſos, & ſibi commiſſos.*

18. *Proteſt.* 2 *Tim.* 2, 4. Nemo qui militat implicatur hujus vitæ negotiis.

Bellarm. 1. *Apoſtolus non prohibet regimen Politicum, ſed nimiam ſollicitudinem circa vitam corporalem. Cura enim victus parandi intelligitur per negotia ſecularia.*

Proteſt. I. Quidquid proprie per negotia, vel negotiationes hic intelligitur in propoſitione hujus comparationis, quæ petitur à milite mundano, manifeſtum eſt, in redditione, qua ad Timotheum refertur, omnia implicantia, vel miniſterium impedientia notari: atque adeo regimen Politicum (ut majus impedimentum) magis prohibetur quam cura victus parandi. II. Non eſt nimietas ſolicitudinis quæ prohibetur: ſed ipſa ſollicitudo. Omnis enim ſollicitudo earum rerum quæ militiæ opponuntur, implicat militantem.

Bellarm. 2. *Dicuntur hæc à Paulo non ſoli Epiſcopo: ſed omnibus Chriſtianis.*

Proteſt. Quamvis proportione quadam poſſint hæc verba ad om-

ad omnes Chriſtianos accommodari, exacte tamen non conveniunt niſi Eccleſiæ miniſtris. Nam I. Timotheus hic inſtituitur, non ut vulgaris Chriſtianus, ſed ut miniſter Euangelii. II. Timoth. reſpectu miniſterii, *v.3* vocatur *miles Ieſu Chriſti.* III. Familiare hoc fuit Paulo miniſtros Euangelii ſingulari ratione milites appellare *1 Co.9,7. Phil.2,25.* quæ phraſis etiam fuit veteris Teſtamenti, *Num.4,3 & 8,24,25.* IV. Si omnibus Chriſtianis prohibeantur illa quæ Chriſtiani officium impediunt, tum etiam eadem ratione miniſtris omnibus prohibentur inſuper illa quæ miniſtri officio ſunt impedimento. V. Bellarm. ipſe, de Cclericis *lib. 1. cap.19.* contendit, hiſce verbis nuptias Epiſcopis prohiberi. Reipublicæ vero cura negotium eſt magis ſeculare, & magis implicans quam nuptiæ.

COROLLARIVM.

CVm Bellarmini ſententia, *Papa habet ſummam temporalem poteſtatem diſponendi de temporalibus rebus omnium Chriſtianorum in ordine ad bonum ſpirituale, lib.5. cap.6. & propter malitiam temporum, non ſolum utiliter, ſed etiam neceſſario donati ſunt Pontifici, aliiſque Epiſcopis temporales aliquot Principatus. lib. 5. cap.9. & omnino expediat, ſi poßit eo ſine injuſtitia & bellicis cladibus perveniri, ut omnes Provinciæ mundi ab uno ſummo Rege gubernentur etiam in rebus Politicis. lib.1. cap.9. & non repugnat Euangelio, quin aliquo modo poßit fieri, ut idem ſit Pontifex totius orbis, & ſimul etiam Imperator totius orbis, lib.5. cap.10. in fine.* Nihil (ejus ſententia deeſt, præter occaſionem, & vires, ut Papa ſemetipſum conſtituat totius orbis Imperatorem temporalem.

FINIS TOMI PRIMI.

BELLARMINVS ENERVATVS,

SIVE

Diſputationes Anti-Bellarminianæ,

In Illuſtri Friſiorum Academia, quæ eſt Franekeræ publice habitæ,

A

GVILIELMO AMESIO,
Theologiæ Doctore.

TOMVS SECVNDVS.

Ab Auctore recognitus & auctus.

LONDINI,
Apud HVMPHRIDVM ROBINSON.
CIↃ IↃC XXXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Generoſo & Illuſtri Comiti,

ERNESTO CASIMIRO
Comiti Naſſoviæ,
Friſiæ, Groeningæ, & Omlandiæ GVBERNATORI, &c.

NAſſovico nomini inſcribi qualecunque ſcriptum, ſerio oppoſitum Pontificiæ nationi, nemo quiſquam poteſt mirari, niſi rerum ſuo ſeculo geſtarum plane ignarus, ſolus neſciat, familiam hanc illuſtrem divinitus hac orbis parte excitatam, in patrocinium variarum Eccleſiarum, adverſus tyrannidem Hiſpanico-Romanam. Quod autem Celſitudinem tuam (illuſtriſsime Domine) in iſthoc genere auſus ſim compellare, non illud tantum facit, quod alterum columen ſis familiæ talis, ſed & munus quo fungeris, & locus quem tenes, inter Ampliſsimos Ordines Friſiæ, quorum præſidio, otium Academicum iſtiuſmodi exercitiis tranſigere datur. Huc etiam invitat benigna illa propenſio quam in Academiam noſtram, non ita pridem declaraſti, tum Bibliothecam noſtram publicam, nova quadam bibliotheca, dono tuo auxiſti. Neque vero ſilentio præterire debeo, quod ipſemet particulatim jam olim expertus ſim ſingularem tuam erga me benignitatem, quam nullis officiis eam potuerim ſingulariter promereri. Sperandi igitur, & rogandi animum aſſumſi, ut levidenſe hoc munus, candido animo in obſervantiæ pignus oblatum, ſuſcipere digneris fronte benigna.

Deus optimus maximus, illuſtrem Celſitudinem tuam cum tota familia, omni gratia, & proſperitate augeat, provehatque. Franequeræ, Novemb. 20. Anno 1625.

Illuſtriſ. Celſitudinis tuæ ſtudioſiſſimus Cliens

GVILIELMVS AMESIVS.

TOMVS

TOMVS II. LIBER PRIMVS.

DE CONCILIIS.

CAP. I. *De Concilii convocatione.*

Quamvis methodus hæc ſit plane Babylonica, vel ut Apoſtolus loquitur. *Eph*, 6, 11. μεθοδεία τοῦ διαβόλου, prius agere de Pontifice tanquam Eccleſiæ capite, & de Conciliis in quibus Eccleſiæ congregantur, quam de Eccleſia quidquam tradatur; noſtri tamen inſtituti ratio poſtulat, ut Bellarm. quamvis præpoſtere pergentem ejus veſtigiis perſequamur.

Quæſtio prima eſt, An ad Pontificem Romanum proprie pertineat, indicere Concilium generale, ita ut niſi ejus authoritas accedat, non ſit Concilium ſed conciliabulum? Bellarm. affirmat, lib. 1, c. 12. nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

Bellarm. 1. *Concilium Eccleſiæ non eſt legitimum, niſi congregetur in nomine Chriſti, hoc autem nihil videtur eſſe aliud, quam congregari auctoritate Chriſti, id eſt, ab eo qui à Chriſto habet congregandi authoritatem.*

Proteſt. I. In nomine Chriſti ut aliquid fiat, requiritur quidem authoritas Chriſti, ut cauſa efficiens: ſed ſimul etiam requiritur ut materia, forma, & finis actionis ſit Chriſto & voluntati ejus conveniens, ita ut tota natura actionis talis ſit, qualem Chriſtus probat & agnoſcit pro ſua. Explicatio igitur vel iſthoc nomine eſt imperfecta & fallax. Cajetanus ipſe Cardinalis in Matth. 18. duo hæc adverſus Bellarm. gloſſam obſervat: 1. *Non dixit Chriſtus, ſi omnes, ne de univerſali Eccleſia tantum intelligeretur: non dixit, ſi multi, ne ad magnarum Eccleſiarum gratiam ſermo reſtrictus videatur: ſed dixit, ſi duo, ut etiam minimi numeri fidelium quanta ſit vis explicetur. 2. Non dicit, ubi ſunt duo vel tres congregati, ſeu unanimes, ſed apponit, in nomine meo, ad differentiam concordiæ mundanæ, ſeu etiam humanæ amicitiæ, quæ licet ſit laudabilis, non tamen gaudet hoc privilegio divinæ præſentiæ. Non ſunt enim in Ieſu Chriſti nomine unanimes, quibus aliud vivere eſt quam Chriſtus.* Congregari in nomine Chriſti, non reſpicit convocationem hominum ad certum aliquem locum. Sic enim congregari poſſent homines in nomine Chriſti, qui nomen Chriſti blaſphemarent. II. Falſum eſt illud quod ſubnectitur, congre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

gationem in nomine Chriſti pendere ſemper ab authoritate hujus aut illius hominis ſub Chriſto. Duobus enim vel tribus, ex conſenſu, tribuitur facultas ſeſe hoc modo congregandi, ſine alterius cujuſpiam hominis authoritate. *Matth.* 18, 10, 20. III. Nemo unus eſt qui ordinariam authoritatem à Chriſto accepit congregandi homines in ejus nomine ex omnibus partibus mundi in unum conſeſſum.

2. Bellarm. *Chriſtus cum in cœlum aſcendit, non commiſit Eccleſiam gubernandam, ac proinde congregandam Tiberio, ſed Petro.*

Proteſt. I. Petro non magis commiſſam eſſe Eccleſiam quam aliis Apoſtolis, in priore tomo demonſtratum fuit. II. Æque Tiberio commiſſa fuit Eccleſia, ac illi qui tum temporis Pontifex fuit Romæ. III. Quamvis fidei Tiberii immediate non fuit Eccleſia commiſſa, ita ut ab ipſo dum infidelis maneret, gubernatio Eccleſiæ penderet, fuit tamen à Deo ipſi mandatum, ut fidem reſpiceret, & ad Eccleſiam juvandam gubernationem ſuam ex fide applicaret. IV. Si Tiberius pleroſque omnes Epiſcopos convenire feciſſet in unum locum, qualiſcunque ejus fuiſſet animus, potuiſſent ibi congregati inter ſe conſilia communicare, & ſtatuere quæ eſſent in bonum cõmune, more Concilii generalis, idque in nomine Chriſti: ſicut Paulus & Silas in nomine Chriſti congregati fuerunt in carcere ad orandum. *Act.* 16, 25. V. Nihil impediebat, quin Tiberius idem præſtare potuerit in Concilio Chriſtiano convocando, quod Cyrus præſtitit in Concilio & reditu Iudæorum procurando. *Nehem.* 1, 6. Imperatoribus & Principibus Chriſtianis, quoad exequutionem, plus merito poteſtatis tribuitur in rebus Eccleſiaſticis, quam Tiberio, aut aliis infidelibus poteſt aut debet.

3. Bellarm. *Papa Paſtor eſt Imperatorum & Regum: ovi autem non convenit congregare paſtores, ſed paſtori congregare oves.*

Proteſt. I. Papa nunc dierum eſt paſtoris idolum, non paſtor cujuſpiam ſpiritualis, nedum omnium Regum & Imperatorum. II. Qui ovis eſt ſpiritualiter, poteſt temporaliter paſtor eſſe ejus cujus eſt ovis, & externe aut politice eum cum aliis gubernare, etiam in eis quæ pertinent ad ſacra, David, Salomon, Ezechias, Ioſias, ſuos paſtores, Sacerdotes congregabant olim. Quid cauſæ dici poteſt, cur Chriſtianis principibus non idem liceat in ſuos paſtores.

4. Bellarm. 2. *Concilium generale ab eo indici debet ex auctoritate qui poteſt omnes cogere. Sed Papa ſolus, non Imperator, omnes habet ita ſibi ſubjectos, ut poſſit eos cogere.*

Proteſt. I. Non eſt neceſſarium ſemper, ut Concilium

congre-

congregetur ex auctoritate coactiva. II. Vbi authoritas hujuſmodi requiritur, non eſt neceſſe ut illa ſit penes unum. III. Qua ratione poteſt Papa cogere illos qui vivunt in ditione infidelium tyrannorum, qui alieni ſunt à Chriſtianorum Conciliis, qualis hodie eſt conditio Græcorum? IV. Ne Chriſtianorum quidem Principum ſubditos poſſe à Papa cogi, pro arbitrio ſuo, experientia ipſa docere potuit Bellarm. vel in ipſo conventu Tridentino, cui ipſimet Galli non adfuerunt, niſi jam ad exitum properanti.

5. Bellarm. 3. *Concilia Provincialia indicuntur à Metropolitano, Nationalia à Primate, vel Patriarcha: Concilia igitur Generalia à Papa ſunt indicenda.*

Proteſt. I. Metropolitanus, Primas, Patriarcha, ſunt humanæ creationis nomina, ex mundi typho nonnihil trahentia: neque divini juris quidquam habent in ſe, neque Papæ poſſunt commodare. Hic autem quæritur de jure divino, & de eo quod neceſſarium eſt ad congregationem habendam *in nomine Domini*. II. Quamvis ordinis cauſa, ordinaria convocatio Conciliorum hujuſmodi primariarum civitatum Epiſcopis fuit olim ab aliis Epiſcopis mandata, nemo tamen ex illis temporibus ita deliravit, ut Concilium legitimum *in nomine Domini*, alia ratione non poſſe haberi judicaret.

6. Bellarm. 4. *Antiquiſſimo Canone ſtatuitur præter ſententiam Romani Pontificis, non poſſe Concilia celebrari.*

Proteſt. I. In ſcripturis Canonicis nullus hujuſmodi canon habetur. II. Neque in primæ antiquitatis genuinis teſtibus tale quid reperitur. III. Canonis ipſius verba nihil habent de convocatione Conciliorum, ſed de canonibus condendis. IV. Quicquid tum temporis tributum fuit Epiſcopis Romanis in iſto genere, præ cæteris, hoc non ex jure divino, ſed ex hvmano conſilio, non propter poteſtatem, ſed propter conſtantiam illius ſedis, cum aliæ multæ vacillabant, fuit conceſſum, atque adeo nihil omnino facit pro degeneribus Papis, qui hanc prærogativam ut poteſtatis apicē, ſibimet arrogant ex jure divino.

7. Bellarm. 5. *In Concilio Chalcedonenſi, actione 1. damnatur Dioſcorus, quod Synodum auſus ſit facere ſine authoritate Apoſtolicæ ſedis. Et eo nomine Concilium quoddam Conſtantinopolitanum irritum judicabatur in Concilio 7. generali.*

Proteſt. I. Dioſcorus fuit propter varia graviſſima crimina damnatus, quibus hoc addebatur à Legatis Pontificis Romani, non à Synodo. II. Synodum facere non ſignificat ibi convocare Synodum, ſi vera ſit accuſatio. Concilium enim Epheſinum, de quo ibi agitur, non fuit à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Dioſcoro convocatum, neque ſine authoritate Epiſcopi Romani; Theodoſius enim Imperator illud indixit, ad inſtantem ſupplicationem Leonis Epiſcopi Romani, ſicut apparet ex ejus Epiſtolis. 9 & 10. Septimum (ut vocatur) Concilium nullius eſt authoritatis: fuit enim Idololatriæ mater. Nihil tamen ibi dicitur de convocatione Concilii Conſtantinopolitani, ſed de cooperatione quæ deerat convocato.

8. Bellarm. 6. 7. *Probatur idem ex Concilio Romano, ex teſtimonio antiquorum Pontificiorum, &c.*

Proteſt. Teſtimonia ſunt, ex ſinu deprompta: ſunt de conciliis particularibus: ſunt hominum vel adulatorum, vel ambitioſorum. Ex ſacris literis nihil ſingulare ad hanc quæſtionem vel torquere potuit Bellarm. præter unam illam phraſin de conveniendo *in nomine Domini*, quam nihil ad rem facere, fuit antea declaratum: nihil ex Auguſtino, Chryſoſtomo, Hieronymo, Ambroſio, Gregorio, aut ullo antiquo & claſſico authore: ita ut ex hac egeſtate probationum, ſatis appareat, Papam in hac cauſa improbe ſibimet arrogare poteſtatem illam, quam nullis tabulis oſtendere poteſt ſibi commiſſam.

9. *Proteſt.* I. Imperatores prima generalia Concilia indixerunt: Nicenum, Conſtantinus: Conſtantinopolitanum Theodoſius: Epheſium Theodoſius junior: Chalcedonenſe Valentinianus, & Martianus. & ſic deinceps.

Bellarm. 1. *Hoc argumentum petitur ex mera traditione, & praxi Eccleſiaſtica, ſine ullo Scripturæ teſtimonio. Talia autem argumenta efficacia eſſe negant adverſarii.*

Proteſt. I. Argumenta ex traditione petita, quamvis in ſe ſint inefficacia, adverſus tamen traditionum patronos, ſunt efficaciſſima. Nimis certe ridiculum eſt Bellarm. qui traditionibus fere ſolis in hac ipſa cauſa pugnat, hoc genus arguendi eodem ſpiritu improbare. II. Non petitur hoc argum. ex traditione mera, ſed ex conſuetudine nota, & hiſtoria certa. III. Argumentum quod petitur ex conſuetudine & praxi, quamvis non valeat in quæſtione de fide, vim ſuam habet tamen in quæſtione de praxi. IV. Teſtimonia & exempla Scripturæ ſatis multa ſunt de congregationibus maximis veteris Teſt. quæ illorum fuere Concilia, quod à piis Regibus ſolebant indici: ut à Davide, Salomone, Hezekia, Ioſia.

10. Bellarm. 2. *Conſuetudo alia, qua Papa varia Concilia indixerunt, huic conſuetudini poteſt opponi.*

Proteſt. I. Conſuetudo corrupta poſteriorum temporum, ex diſtractione & imminutione Imperii, & ambitione Papæ, oriunda, non poteſt opponi primitivæ praxi.

II. Nulla Concilia vere Oecumenica, vel talia, qualia prima quatuor fuerunt indicta à Papa illo modo, quo Imperatores prima illa indixerunt.

11. Bellarm. 3. *Nullum eſt Concilium generale Catholicum, à ſolo Imperatore indictum, id eſt, ſine conſenſu & authoritate Romani Pontificis.*

Proteſt. I. Verius multo licet nobis affirmare (quod Bellarm. ipſe non negat) nullum unquam Concilium generale, ſive Catholicum, ſive λιςεικὸν, quale fuit Tridentinum, à ſolo Papa fuiſſe indictum, id eſt ſine conſenſu & authoritate, vel Imperatorũ, vel Regum & Principum aliorum. II. Conſenſus & authoritas non debent hic confundi. Authoritatem coactivam Papæ, in primis Conciliis cunvocandis interceſſiſſe falſum eſt: ſed conſenſum ejus, ſicut & aliorum Epiſcoporum primariorum cum authoritate Imperatorum conjunctum fuiſſe, à nobis non negatur.

12. Bellarm. 4. *Legimus in ſexta Synodo act.* 18. *Conſtantinum & Sylveſtrum Concilium Nicenum congregaſſe.*

Proteſt. I. Synodus illa ſexta trecentis & amplius annis poſt Nicenam habita fuit, atque adeo non eſſet audienda, ſi de hiſtoria Concilii Niceni quidquam teſtaretur contra Euſebium, Athanaſium, & acta ipſa Concilii, quæ una cum omnibus hiſtoriæ illius Scriptoribus, indictionem illius conſtanter tribuunt Conſtantino ſoli. II. Sexta Synodus ipſa, in eadem act. 18. ſicut in cæteris, fatetur ſe *congregatam fuiſſe per Imperialem ſanctionem*: & Leo Papa in Epiſt. ad Conſtantinum Auguſtum, dicit illam Synodum, *nutu Dei, Imperatoris clementia fuiſſe convocatam.* Non eſt veriſimile igitur illam Synodum cum Bellarm. contra Imperatorem ſenſiſſe aut pronunciaſſe. III. Si talia verba fuerint in actione illa prolata, intelligi debent de conſenſu, non de Imperio Sylveſtri.

13. Bellarm. 5. *Ruffinus l.* 10, *c.* 1. *dicit Conſtantinum ex ſententia Sacerdotum Concilium illud indixiſſe.*

Proteſt. I. Ex ſententia etiam bellatorum ſuorum varias expeditiones ſuſcepit idem Conſtantinus: ſed propria tamen authoritate, non eorum. II. Sacerdotes illi fuerunt ex quorum ſententia hoc fecit, Non unus ſummus Sacerdos. III. Sacerdotes fuerint in Ægypto, & circa Conſtantinũ degebant, non Romę. Nihil hic Papale.

14. Bellarm. 6. *Concilium Conſtantinopol.* 1. *fuit convocatum è literis Damaſi ab Imperatore ad Epiſcopos miſſis. Theod. lib.* 5, *c.* 9.

Proteſt. Qui locum conſulet, prout græce legitur, contrarium videbit.

15. Bellarm. 7. *Ex Proſpero, & Evagrio conſtat Synodum Epheſinam non coactam eſſe ſine conſenſu Pontificis.* *Proteſt.*

Proteſt. Hoc facile largimus, quamvis de conſenſu indictionem antecedente, nihil tale ex Proſpero aut Evagrio poſſit probari.

16. Bellarm. 8. *De Chalcedonenſi patet, ex Epiſt. Martiani, & Epiſcoporum ſecunda Maſiæ, & Gelaſtio.*

Proteſt. I. Nihil ex illis patet quod minuit poteſtatem Imperatoris in illa Synodo convocanda. II. Ex ipſa Synodo in act. I. *Synodus* dicitur *facta ex decreto piiſſimorum Imperatorum, Valentiniani, & Martiani.*

17. Bellarm. 9. *Concilia tum temporis ab Imperatoribus indicta fuerunt, ex Pontificum ſententia, & conſenſu, non à ſolo Pontifice: 1. Quia non prohibiti tum fuerunt frequentes hominum conventus, ſine Imperatoris authoritate. 2. Quia non poterat fieri Concilium, niſi in aliqua urbe Imperiali. 3. Quia ſumptibus publicis Concilia fiebant. 4. Quia eo tempore Papa in temporalibus ſubjiciebat ſe Imperatoribus: ideoque cum tantum debuiſſet petere ab Imperatore auxilium ad convocandam Synodum, vel ut permitteret Synodum convocari; tamen ſupplicabat, ut juberet convocari Synodum.*

Proteſt. I. Vltimis hiſce verbis, veritatis evidentia convictus Bellarm. totum illud argumentum nobis concedit, de quo hactenus fruſtra litigavit. *Supplicabat Pontifex Imperatori, ut juberet convocari Synodum.* Et eo nomine quaſi accuſat Epiſcopos Romanos, nimiæ modeſtiæ; *debuiſſent tantum petere, non ſupplicare, ut permitteret non juberet convocari.* II. Concedit hic obiter Bellarm. Epiſcopos Romanos ſexcentis annis in temporalibus ſubjectos fuiſſe Imperatoribus, etiam in ordine ad ſpirituale bonum, quod in Concilis ſpectari ſolebat: quod evertit plane illa quæ antea de temporali poteſtate Papæ diſputavit. III. Timide tamen & parce nimis loquitur Bellarm. cum dicit eos ſubjeciſſe ſe Imperatoribus: cum palam ſit, eos à Deo fuiſſe ſubjectos. *Rom.* 13, 1. IV. Debuiſſet nobis dicere quo jure Epiſcopi Romani jam ſe exemerint huic Imperio, & eo ſuperbiæ proceſſerint ut Imperatores & Reges vice verſa jam Papæ ſupplicare debeant, ut ille juberet Concilium convocari, & magni beneficii loco tandem accipere talem Conciliilarvam, qualis fuit illa Tridentina. V. Fictitiæ illæ cauſæ quatuor quas Bellarm. dicit pro auctoritate Imperatoris tum tempori implorata, ſunt ridiculæ. 1. Quia valuiſſet in Conciliis Provincialibus aut Nationalibus; quæ tamen fuerunt in uſu etiam antequam Imperator quiſquam fuit Chriſtianus. II. Æque jam valent, quantum ad jus divinum, ac olim valebant: ejus enim nulla facta eſt commutatio. Pii autem Epiſcopi jus ſibi adeo conceſſum tot ſæculis non neglexiſſent: neque Imperatores pii tale quid ſibi quaſi hæreditario

jure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ure arrogaſſent. III. Iſtas rationes nuſquam tradiderunt veteres Patres, aut Epiſcopi illi Romani: ſed Bellar. eas jam tandem in eorum gratiam excogitavit. 4. Vera cauſa cur Imperatoris authoritate indicta fuerunt Concilia univerſalia fuit, quod ſolus Imperator, non Papa univerſalem habuit poteſtatem. Atq; hoc totum illud eſt, quod in hac quæſtione contendimus: non dicimus ad ſolum Imperatorem, jure divino, poteſtatem iſtam Concilia convocandi pertinere: ſed ad eum, aut illos Principes, qui per omnes Provincias poteſtatem habent; talem qualem primorum Conciliorum tempore Imperator habuit ſolus in illis mundis partibus, ubi Eccleſiæ Dei maxime florebant.

Dubia quædam.

18. 1. Quid fiet, ſi Concilium ſit neceſſarium Eccleſiæ, & tamen Papa nolit illud indicere?

Bellarm. I. *Iſtiuſmodi caſus vix eſt poßibilis: non enim credibile eſt, ullum Pontificem fore tam malum: ſi eſſet, Deus vel mutaret mentem ejus, vel eum de medio tolleret.*

Proteſt. I. Non tam credibile, quam palpabile jam eſt Pontifici Romano ab aliquot ſæculis non minus odioſum & formidabile eſſe Concilium liberum, quam eſt maleficis ſeveri judicis tribunal. Communis eſt ſenſus & ſententia omnium Paparum, quod Clemens VII ſolitus erat dicere: *Concilium eouſque eſſe utile, quoad de authoritate Pontificis agatur: ea vero in quæſtionem vocata, nihil eſſe periculoſius: atque adeo unicum eſſe præſidium, Concilia vitare, ac declinare. Hiſtor. Concilii Trident.* II. Quis nobis hoc præſtabit, *Deum in tali caſu vel mutaturum Papæ mentem, vel eum è medio ablaturum?* Hac conditione ſit penes Mophtim, Mahumetanorum Papam, poteſtas hæc Concilii convocandi, nihil erit periculi.

19. 2. Quid fiet, ſi Papa ſit Hæreticus, Schiſmaticus, captivus, mortuus, inſanus, aut renunciaſſet?

Bellarm. *Poterit eo caſu Concilium imperfectum congregari, ad providendum Eccleſiæ de capite, vel à Cardinalibus, vel ab ipſis Epiſcopis in locum unum convenientibus.*

Proteſt. I. Credibile eſt igitur Papam poſſe fieri Hæreticum: cur non & Concilii neceſſarii hoſtem? II. Non tantum igitur propter hæreſin, ſed etiã propter Schiſma, imo propter captivitatem, aut amentiam, (quidni & propter ſcelera) poſſit Papa deponi, & alius eligi in ejus locum. III. Concilium hoc non eſt vocandum imperfectum, ſi judicare debeat de Papa, id eſt, de ipſa perfectione Eccleſiæ Romanæ. IV. Conceditur hic tacite, Concilium poſſe in nomine Domini congregari ſine authoritate Papæ: atque adeo tollitur unicum illud argumenti ludi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

brium, quod Bellarm. in hac cauſa potuit ex Scripturis adferre. V. Si Epiſcopi poſſint per ſe ad Concilium convenire, quidni & poſſint, & debeant hoc facere juſſu Regum & Imperatorum?

CAP. II. *De Suffragantibus in Concilio generali.*

Quæſtio ſecunda eſt, an in Concilio generali, ſoli Prælati majores, id eſt, Epiſcopi habeant jus ſuffragii deciſivi ordinarie; ex privilegio autem & conſuetudine, etiam Cardinales, Abbates, & Generales ordinum, licet Epiſcopi non ſint? Bellarm. affirmat: nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Definire in Conciliis ea quæ ſunt credenda vel agenda proprium eſt munus paſtorum: id enim eſt proprie paſcere: eſt enim docere, & docere ita, ut teneantur alii credere. Sed ſoli Epiſcopi ſunt Paſtores.*

Proteſt. I. Definire credenda & agenda, cum authoritate judiciali & conſcientias per ſe obligante, hoc proprium eſt Dei, ſummi paſtoris Eccleſiæ: definire autem diſcernendo & teſtificando de voluntate illa Dei, hoc eſt paſtorum ex officio ordinario, ſed non ita proprium eſt eorum, quin ex occaſione juſta poſſit etiam ab aliis non tantum privatim, ſed & publice fieri. II. Definire in Conciliis generalibus non poteſt eſſe pars muneris paſtorum: quia tum paſtor nullus Eccleſiæ primitivæ, & pauci tantum ſequentium ſeculorum, munus paſtorale potuiſſent implere. *Primis enim trecentis annis, nulla fuit congregatio generalis: poſtea vero vix centeſimo quoque anno.* Sunt verba Bellarm. de Rom. Pont. l. 1, c. 8. III. Si eſſet hoc proprium munus paſtorum, poſſe illud tamen aliis committi, & per alios præſtari docet nos Bellarm. de Rom. Pont. l. 3, c. 24. ubi contendit ſatis eſſe ſi Papa, & Epiſcopi, per alios concionentur, & ſacramenta miniſtrent. IV. Si eſſet proprium Paſtorum, & Epiſcoporum, nihil tamen prohibet quin poſſit cum aliis Theologis, præſertim miniſtris à Deo inſtitutis, communicari, eodem illo jure, quo Bellarm. vult illud extendi ad Cardinales, Abbates, Generales, & tales novellas hominum creaturas. V. Si docere ſit proprie paſcere, tum plerique ſaltem Papæ non proprie paſcunt Eccleſiam, quia non docent. VI. Epiſcopi Diocœſani (qua tales) non ſunt Paſtore à Chriſto inſtituti, nedum ſoli Paſtores. VII. Adeo improbatum fuit olim inter ipſos Pontificios doctiores Monopolium iſtud Epiſcopo-

Epiſcopo-Satraparum ut in ipſa definitione Concilii adverſus illud imprimis cautum eſſe voluerint. *Synodus* (ait Cardinalis Cuſanus in Concord. Cathol. lib.2, c.1.) *eſt cœtus Senum vel Presbyterorum per unam viam tendentium.*

2. Bellarm. *Veteres teſtantur paſsim Concilia eſſe Epiſcoporum.*

Proteſt. Hoc eſt Presbyterorum præcipue, & maxime eorum qui inter eos eminebant, & ordine primi fuerunt.

3. Bellarm. *Omnium Conciliorum hactenus celebratorum decreta, ab Epiſcopis ſolis facta fuerunt*

Proteſt. I. Si hoc verum eſſet, nihil tamen prohiberet, quin ſimilia decreta potuerint & poſſint ab aliis fieri. II. Nihil inde concludi poſſet de jure divino. III. Falſum tamen eſt quod affirmatur.

4. Bellarm. *Epiſcopi ſoli ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ & publicæ.*

Proteſt. Eccleſiaſticæ & publicæ perſonæ ſunt omnes presbyteri: ſunt inſuper tales, quicunque Eccleſiæ nomine ad publicum aliquod negotium delegantur.

5 Bellarm. *Omnes docti non poſſunt admitti.*

Proteſt Inter ſolos Epiſcopos, & omnes doctos, datur tertium, docti ſc. illi præſertim presbyteri qui ab Eccleſiis delegantur.

6. Bellarm. *Si ita eſſet, tunc facile poſſet unus Princeps, in cujus regione ſit Concilium, colligens omnes Presbyteros & doctos homines ſuæ Provinciæ, definire quicquid vellet.*

Proteſt. I. Neque ita eſſe dicimus, omnes ſcil. promiſcue admittendos: neque omnes admiſſos pro numero capitum jus habere ſuffragii, ſed potius pro numero Eccleſiarum à quibus delegantur. II. Hoc ipſum eſt artificium Papæ in Epiſcoporum Monopolio confirmando: quod jam olim obſervavit Ludovicus Card. Ælatenſ. in Conc. Baſil. apud Æneam Sylv. l.1. *Si ſoli Epiſcopi vocem (deciſivā) habeant, id demum fiet, quod Nationi placebit Italicæ, quæ ſola Nationes alias, in numero Epiſcoporum, aut ſuperat, aut æquat.* Hoc illud ſtratagema fuit, quo ſolo multa obtinuit Papa inter ipſos Tridentinos. Miſit eo quot & quos voluit Epiſcopos. Etiam ex iis quos creare ſolet *titulares*, ut numero vinceret eos, qui ulla ex parte licentiam ejus effrænem in ordinem redigere voluerunt. Paul. Suav. hiſt. Concil. Tridentini lib.6, ſeſs.18.

7. Bellarm. *Nulla eſt Reſp. quæ non habet aliquem ordinem in comitiis, ita ut non quicunque de plebe, ſed tantum Principes, & capita cæterorum, locum & ſuffragium habeant.*

Proteſt. I. Aërem hic verberat Bellarm. poteſt enim aliquis ordo eſſe in Conciliis, quamvis alii adſint præter Epiſcopos. Neque noſtrum eſt illud quod hic impugnatur, *quemlibet de plebe habere ſuffragium.* II. Notum eſt omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

bus in pleriſque Regnorum, Rerumpublicarum, Comitiis, non ſolos magnos Dominos, ſed quoſlibet cives à civitatibus & Provinciis delegatos, locum & ſuffragium habere.

Argumenta noſtra.

8. *Proteſt.* I. In celebri illo Concilio, Act. 15. Apoſtolis ipſis præſentibus, locum tamen & ſuffragium habuerunt Presbyteri cum aliis. *Aſcenderunt enim Paulus & Barnabas ad Apoſtolos, & Presbyteros, verſ. 2. excepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis & Presbyteris, verſ. 4. congregabantur Apoſtoli & Presbyteri ut diſpicerent de hac re, verſu 6. Apoſtoli; Presbyteri & fratres ſcripſerunt ſententiam communem, & miſerunt delectos viros qui eam Antiochiam deferrent, verſ. 22 & 23.*

Bellarm. 1. *Apoſtoli interfuerunt tanquam judices ad definiendum: Presbyteri ad conſultandum: plebs non vocata adfuit, & conſenſit, non definiendo, vel diſputando, ſed tantum audiendo, & non reclamando.*

Proteſt. I. In rebus fidei, hominibus nullum judicium competit, niſi inquiſitionis, diſcretionis, & conſultationis. Futilis igitur eſt illa diſtinctio tota inter *definientes & conſultantes.* II. Apoſtoli non indigebant conſultatione Presbyterorum: ſi igitur per ſe voluiſſent definire, per ſe etiam ſoli conſultaſſent. III. Bene conſulere, majoris eſt virtutis, quam ex aliorum conſilio bene definire, quamvis hoc ſit majoris poteſtatis. Hac igitur ſententia, quod perfectius eſt tribuitur Presbyteris, & Apoſtolis minus perfectum. IV. Immerito acuſantur à Bellarm. fideles Hieroſolymitani, inordinatæ coitionis, quaſi abſque vocatione ingeſſiſſent ſeſe in publicum & ſacrum conſeſſum. V. Quod nihil amplius tribuit plebi, quam audire, & non reclamare, hoc textui aperte repugnat, *viſum eſt Apoſtolis, Presbyteris, cum tota Eccleſia, ſcribere, mittere, non imponere onus.*

Bellarm. 2. *Conſuetudo Eccleſiæ in Conciliis ſubſequentibus, hac ita fuiſſe probat.*

Proteſt. I. Conſuetudo potius probari debet ex Scriptura, quam Scriptura ex conſuetudine, *conſuetudo ſine veritate eſt vetuſtas erroris*, dixit olim Cyprianus. II. Conſuetudo iſta debet ante probari, quam aliquid aliud poſſit probare.

Bellarm. 3. *Apoſtoli & Presbyteri tantum vocati ſunt, verſ. 6.*

Proteſt. I. Nihil hinc elici poteſt adverſus Presbyterorum voces definientes. II. Fieri poteſt, ut præparationis ergo primo convenerint Apoſtoli cum Presbyteris: aut tota congregatio ſynecdochice per illos poteſt ibi notari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

notari. Certiſſimum eſt illos fuiſſe convocatos, quorum nomine ſententia lata fuit, & literæ ſcriptæ.

Bellarm. 4. *Soli Petrus, Paulus, Barnabas & Iacobus introducuntur loquentes: Nulli alii ſententias dixerunt.*

Proteſt. I. Hoc argumento, non tantum plebs, & Presbyteri, ſed & novem Apoſtoli jure ſuffragii privantur. II. Suffragium fertur, non tantum loquendo, ſed & conſentiendo, aut in alterius ſententiam quaſi pedibus eundo.

9. *Proteſt.* 2. Concilium generale univerſam Eccleſiam repræſentat: ergo debēt adeſſe homines ex omni genere.

Bellarm. *Optimus modus repraſentandi eſt, quo per Principes repraſentantur populi.*

Proteſt. I. Hac igitur arte, ſolus Papa qui principem ſe dicit totius Eccleſiæ, omnes poteſt repræſentare, & omnia definire ſine Concilio, idque optimo modo. II. Epiſcopi non ſunt Principes aut Domini Eccleſiarum, ullo alio jure, quam quo Chriſti locum occuparunt. III. Optimus modus repræſentandi ſocietatem aliquam liberam, eſt ille qui ex libertate electionis eſt oriundus.

10. *Proteſt.* 3. Communis cauſa, communibus votis eſt juvanda: ſed fidei cauſa eſt communis.

Bellarm. *Cauſa fidei ad Pralatos pertinet ut doctores, ad cateros ut diſcipulos.*

Proteſt. Non ſoli, neque præcipue Doctores ſunt Epiſcopi Papales. II. Diſcipuli etiam idoneis dotibus aucti, poſſunt ex occaſione docere. 1 *Corint.* 14, 31. *poteſtis omnes ſigillatim Prophetare.*

11. *Proteſt.* 4. Vnius hominis, etiam Laici ſententia Scripturæ authoritate magis munita præponi debet, & ſæpe præpoſita fuit ſententiæ totius Concilii. Panormitano, & Gerſone authoribus. Multi etiam Laici ſunt Epiſcopis doctiores.

Bellarm. I. *In diſcuſſione, privati ſententia poteſt anteponi: quia ibi eruditio, non authoritas perſona primas tenet: ſed nullo modo poſt definitionem Concilii legitimi.*

Proteſt. I. Quæ ſententia in diſcuſſione anteponenda eſt, debet etiam illa in definitione, & poſt definitionem, anteponi. Sicut enim concluſio ſequitur ex præmiſſis, ſic definitio ex diſcuſſione. Veritas etiam eſt unica, & unius ejuſdemque valoris, ſive poſt, ſive ante hominum placita ſpectetur. II. Sententia Scripturis munita ejuſdem authoritatis eſt cum ipſa Scriptura. III. Bellarm. hic omnia Concilia Papalia mere humana eſſe prodit, dum hominum perſonas in eorum denifitionibus *primas tenere* affirmat.

Bellarm. 2. *Conditionalis eſt loquutio Panormitani, & Gerſonis, ex qua non licet colligere Concilia errare poſſe.*

Proteſt. Imo abſolute hoc ſupponebatur tum temporis, non tantum poſſe Concilia errare; ſed etiam de facto erraſſe. Sic Cardinalis Cuſanus, de Concordantia Catholica, lib. 2, c. 5. *Notandum experimento rerum, plenarium univerſale Concilium poſſe deficere: quomodo varia talia fuerunt Concilia, quæ judicando errarunt.*

Bellarm. 3. *Epiſcopi authoritatem habent judicandi, non quia docti ſunt, ſed quia ſunt perſonæ publicæ.*

Proteſt. I. Facultas aut poteſtas judicandi eſt à doctrina: auctoritas publica, ex delegatione publica accedit. Iudicium igitur & quoad facultatem, & quoad authoritatem, convenire poteſt doctis qui non ſunt Epiſcopi. II. Epiſcopis autem non doctis facultas & potentia deeſt judicandi: auctoritas igitur fruſtra illis communicatur. Multo plus valet ad judicium, doctrina, ſine publica authoritate, quam talis authoritas, ſine doctrina.

12. *Proteſt.* 5. In primitiva Eccleſia multæ cauſæ fidei coram populo tanquam judice fuerunt diſputatæ.

Bellarm. *Datum eſt populo judicium privatum, non publicum: & hoc quia non poterat aliter fieri.*

Proteſt. I. Neque poteſt aliter unquam fieri, ut populus vera fide ſententię alicui aſſentiatur ſine ullo judicio ſuo. II. Iudicium populi conjuncti eſt ut à nonnullis vocatur *populicum*, atque adeo, *publicum*, non privatum.

CAP. III. *De Iudicio Concilii quale ſit.*

Tertia quæſtio eſt, an in Concilio Epiſcopi ſint tales judices, ut ſtandum ſit eorum ſententia, quia ipſi ſic ſtatuerunt, quomodo ſtatur ſententia Prætoris in cauſis politicis; an vero tantum ſit inquiſitio quædam, & dictio ſententiæ miniſtratoria & limitata, ita ut tantum valeat decretum Concilii; quantum valet ejus ratio? Prius illud à Pōtificiis aſſeritur: poſterius hoc à nobis.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Deut.* 17. *Qui non obedierit eorum ſententiis morte condemnetur.*

Proteſt. I. Sæpius antea, (*de verbo Dei, lib.* 4, *c.* 4. *de Rom. Pontifice, libr.* 1, *cap.* 1. *&c.* locus iſte ad Pontificem Romanum à Bellarm. fuit detortus, ſibimet igitur non conſtat, cum illum hic ad Concilium refert. II. De Concilio generali, extra ordinem ex occaſione congregato, non agitur

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

turillo in loco. III. Agitur ibi de quæſtionibus particularibus, & de rebus etiam facti, non juris tantum: in iſtis vero ipſimet Pontificii concedunt Concilium & Pontificem poſſe errare, atque adeo ſententiam ejus non abſolute ligare. IV. Locus ibi notatur certus ex quo judicium fuit ferendum: *& in hoc inſinuatur* (ait Cajetanus) *quod in hujuſmodi ambiguis conſulendus erat Deus, & ex conſulto ibidem Deo procedendum.* Talis locus, aut tales Dei conſultationes jam nuſquam habentur. V. *Ponderanda eſt illa conditio* (addit etiam Cajetanus) *quodcunque docuerint te juxta legem, niſi enim divinæ legis ori congruat, tam quod docent, quam quod judicant, divina non eſt fultum authoritate.* VI. Lex illa fuit judicialis. VII. Æquitate illius inobedientia illa ſola damnatur, quæ provenit ex ſuperbia, non illa quæ provenit ex conſcientia erga Deum.

2. Bellarm. *Matth.* 18. *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi velit Ethnicus & Publicanus.*

Proteſt. I. Eccleſia peccatorem corripiens & ad reſipiſcentiam vocans ex verbo Dei, debet audiri, ſed non pro imperio definiens de rebus fidei, nullo verbo præeunte. II. Ex iſthoc loco (ſi Bellarm. interpretatio admittatur) concludi poſſit Prætoria poteſtas uniuſcujuſque ſingularis Eccleſiæ: de iſtiuſmodi enim cœtu ibi agitur maxime proprie, non de Concilio generali poſt trecentos annos celebrando.

3. Bellarm. *Act.* 15 *&* 16. *Paulus præcipiebat Eccleſiis cuſtodire decreta Apoſtolorum: de quibus notandum,* 1. *Quod non fuerint ex Scripturis definita:* 2. *Quod non fuerint permiſſa examini diſcipulorum:* 3. *Quod ut vera lex in conſcientia obligabant.*

Proteſt. I. Major fuit Apoſtolorum authoritas, quam ut Epiſcopi ordinarii debeant illis æquari, quaſi par eſſet ratio decretorum, ab iſtis & ab illis factorum. II. Falſum eſt, ad ſuffragia hominum ſine Scripturis facta eſſe illa decreta. Fundamenta enim decretorum illorum duo præcipua erant: prima, quod ex Gentibus multi crediderant, & à Deo ſingularis gratiæ teſtimonium acceperant, abſque obſervatione legis Moyſis, quod Petrus experientia, & Iaçobus ex Prophetis confirmat; ſecundo, quod oppidatim adhuc in illis locis Moſes prædicabatur, & legis zelo ferebantur multi non mali, qui temere non erant offendendi, quod ex Scripturis ſatis fuit manifeſtū: ex priore fundamento, concluſum fuit jugum legis neutiquam imponendum eſſe Gentibus: ex altero, abſtinendum tamen eſſe ab iis, quamvis in ſeſe licitis, quibus in converſatione communi infirmi fratres offendebantur, ſed utrumque ex Scripturis. III. Divina fuerunt man-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

data cum charitate neceſſario connexa. *Rom.* 14 *&* 15. atque adeo potuerunt ſimpliciter imperari. IV. Ration ſcandali, non rerum ipſarum, aut Apoſtolici decreti, conſcientias fidelium in cibis illis de quibus factum eſt decretum, ligatas fuiſſe Apoſtolus ipſe diſerte teſtatur 1 *Cor.* 10, 27, 29.

4. Bellarm. *Concilia omnia dicunt anathema non obtemperantibus: vocant ſua decreta canones, ſive leges Eccleſiaſticas, Epiſcopi difiniendo ſubſcribant: in Concilio Chalcedonenſi, qui noluerunt acquieſcere, pro hæreticis habebantur.*

Proteſt. I. In articulis doctrinæ fundamentalis, anathema dixerunt vetetes, non ex ſua ſed ex Dei & ſcripturæ authoritate, non obtemperantibus: in aliis vel non ſic fecerunt, vel humani aliquid in eo ſunt paſſi. II. *Canon*, διατύπωσις διάταξις minus aliquid ſonat apud veteres Eccleſiaſticos Scriptores quam *Lex.* Directionis, cautionis, & commodæ ordinationis ſunt illæ voces, non coactionis, & αὐτοκρατορίας. III. Definire poſſunt Epiſcopi, ut miniſtri ſententiæ Dei, ſed non ut propria ſua poteſtate. IV. Quæ ex Chalcedonenſi narrantur, neque ſunt undequaque vera, neque ſi veriſſima eſſent juris aliquid probarent, ſed factum tantum. De facto etiam Hæretici habebantur, quia oppoſuerunt ſe veritati declaratæ, non quia declarantium authoritatem negabant.

5. Bellarm. *Si non in Conciliis agendum eſſet ſuffragiis, perperam fieret, ut, ſoli Epiſcopi ſententiam ferrent: fruſtra etiam vocarentur Epiſcopi aliqui rudes & ſimplices, quales aliqui fuerunt in Concilio Niceno. Ruff. lib.* 1, *cap.* 3.

Proteſt. I. Prius illud perperam fieri, fuit antea declaratum. II. Rudes & ſimplices Epiſcopi quales multi ſunt inter ipſos Cardinales Romanos, & eos qui primarias jam ſedes occupant inter Pontificios, fruſtra etiam ad Concilia vocantur. Sed tales nulli fuerunt in Concilio Niceno, rudes vid. & incapaces eorum quæ ſpectant ad religionis veritatem. Ruff. *Hiſt. lib.* 1, *cap.* 3. non dicit aliquos ſimplices Epiſcopos ibi fuiſſe: ſed de variis Epiſcopis dicit, eos fuiſſe *viros etiam in arte Dialectica non improbabiliter eruditos.* De uno tantum (quem *confeſſorem* & *ſeniorem* appellat) affirmat, quod erat *ſimpliciſſimæ naturæ vir, nihil aliud ſciens niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, qui Philoſophum inſignem convertebat ad fidem.* Hujuſmodi ſimplices Epiſcopi non fruſtra vocantur ad ſanctam inquiſitionem veritatis illius quæ retegi ſolet humilibus, cum *Angelicis, Seraphicis, Subtilibus, & Irrefragabilibus Doctoribus* occultatur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Cap. IV. *De Præſide Concilii.*

Quæſtio quarta eſt; an munus proprium ſit Papæ, ut per ſe, vel per ſuos legatos Concilio generali præſideat, & tanquam ſupremus judex, omnia moderetur? Pontificii affirmant: nos negamus.

THESIS I.

Bellarm. *Dicimus Papa eſſe præſidere, vel per ſe, vel per Legatos: quia Papa ipſe certo conſilio abfuit ſemper à Conciliis Orientalibus:* I. *quia non videbatur convenire, ut caput ſequeretur membra.* 2. *Quia Imperator, aut ejus Legatus, præſidebat ſemper illis Conciliis ſaltem quoad locum materialem, quod etiam voluiſſent facere, ipſo Papa præſente. Ne igitur (quod nullo modo convenit, aut eſt tolerandum) vel Princeps ſecularis ſederet ante Papam, vel tumultus excitaretur, non ibat ad illa Concilia Papa, ſed Legatos tantum mittebat.*

Proteſt. Nihil rationis in fictitiis iſtis cauſis, quas Bellarm. pro abſentia Papæ ab antiquis omnibus Conciliis, commentus eſt, ſed Antichriſtianæ ſuperbiæ plus ſatis apparet. Nam I. Si Papa convocavit illa Concilia, (quod Bellarm. antea contendebat) tum omnes eo convenientes eum ſequebantur, & ille ſi eo profectus fuiſſet, ſuum proprium conſilium, non alios fuiſſet ſequutus. II. Egregium caput ſeſe præbet Papa, dum membrorum congregationi, maxime omnium ſolenni, non dignatur adeſſe. Bonus Paſtor vel unam ovem perditam quærit in deſerto. *Luc.* 15.4. III. Si Imperatores tum temporis præſidebant in Conciliis quoad locum materialem, tum ſumma cum injuria deturbati ſunt à Papa, loco ſuo materiali, ſi non etiam formali, quod Bellarm. obſcure hic fatetur, cum dicit *ſaltem quoad materialem.* IV. Quam hoc intollerabile in ſucceſſore Petri, non poſſe tolerare, ut Imperatorem ipſum habeat ſupra ſedentem. *Væ vobis Phariſæis, qui diligitis primum conſeſſum in conventibus, Luc.* 11.43. V. Superbia hac Papæ factum eſt, ut celeberrima illa Concilia (Pontificiorum ſententia) certam illam directionem non habuerint in decretis condendis, quam præſentia Papæ Provincialibus quibuſdam Synodis dicitur impertiiſſe. *Nam poteſtas definiendi infallibiliter, non poteſt ſubdelegari, neque committi Legatis.*

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Papa eſt Paſtor, & Pater univerſæ Eccleſiæ, omnes alii ſunt ejus oves.*

Proteſt. Hoc eſt quæſtionem petere, non probare.

3. Bellarm. *Petrus præſidet in Concilio Apoſtolico. Act.* 15.

 Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt.I. Si Petrus præſediſſet illo tempore, non ſequitur eum ſemper præſediſſe. II. Si ſemper præſediſſet Petrus, cum præſens fuit in conventibus, non ſequitur honorem iſtum etiam Legatis Petri abſentis delatum fuiſſe. III. Si & Petro & Legatis ejus conceſſū hoc fuiſſet de *facto*, quomodo neceſſitas inde concludi potuiſſet *de jure*? IV. Si jus hoc Petri fuiſſet, tabulæ tamen nullæ proferuntur, quibus illud deſcendiſſe probatur ad Papam & ejus Legatos, tanquam ad hæredes ejus ex aſſe. V. Falſum videtur eſſe, illud ipſum quod affirmatur de Petro. Magis enim innuitur in textu Iacobum fuiſſe præſidem, ut Dion. Carth. obſervat.

4. Bellarm. *Probatur ex actis Conciliorum.*

Proteſt. I. Ex actis & factis humanis non probatur jus divinum. II. Acta Conciliorum non habemus tam accurate deſcripta, ut in eorum circumſtantiis poſſimus jus perpetuum fundare. III. Illa Concilia quæ præſidentiam tribuebant Epiſcopo Romano, rationem habuerunt non juris ullius Divini, ſed ordinis conſuetudine introducti, quo, ſine differentia poteſtatis, primum locum Romanæ ſedi tribuere ſolebant in multis. IV. Nemo unus fuit talis Præſes tum temporis, qualis Papa jam vult agnoſci, id eſt, gladio utroque armatus, nedum qualis fuit Tridenti, ubi omnia agebantur ex ejus præſcripto. Præſidentiæ enim ratio duplex eſt, Politica, & Eccleſiaſtica. Politice præſidebat ſummus Magiſtratus: Eccleſiaſtice autem ille, vel illi, quibus munus illud (ordinis non poteſtatis reſpectu) communi conſenſu deferebatur. Sic in Concilio Niceno, Conſtantinus Præſes fuit quoad poteſtatem politicam: ordine autem Eccleſiaſtico, vel Hoſius Cordubenſis, vel Macarius Hieroſolymitanus, & Euſtachius Antiochenus: non Epiſcopus Romanus, aut ejus Legati: quæ contra adfert Bellarm. nullius ſunt momenti: Idem etiam ſatis manifeſtum eſt, de aliis Synodis antiquis, Sardenſi, Conſtantinopolitana prima, Epheſina, &c. In quibus præfuiſſe Legatos Epiſcopi Romani, dum contendit Bellarm. imprudentiam ſuam omnibus prodit. Concilio autem Conſtantinop. 2. neque Epiſcopum Romanum, neque Legatos ejus interfuiſſe, audet affirmare ipſe Bellarm. & tamen ex truncatis, & detortis verbis Zonaræ, debitam illi præſidentiam illam fuiſſe pueriliter concludit. Ex hoc uno exemplo, ſatis probatur; Concilium Oecumenicum, legitimum, poſſe celebrari, abſque ulla præſidentia Epiſcopi Romani.

Cap. V. *De certitudine ſententiæ a Concilio pronunciatæ.*

Quæſtio quinta eſt, an Concilium generale, à Papa confirmatum, poſſit errare, vel in fide explicanda, vel in tradendis morum præceptis toti Eccleſiæ communibus? Pontificii negant: nos affirmamus. Lib. 2.

In hac autem ſententia Pontificiorum, nihil revera tribuitur Concilio, ſed totum illud quod aſſeritur ad Papam efferendum ſpectat. Non dicunt enim Concilium, ne quidem à Papa convocatum, & ipſius Legatis præſidentibus celebratum, non poſſe errare: ſed errorem Concilii non poſſe à Papa confirmari. Hoc autem, ex eorum ſententia, æque affirmari poteſt, de Concilio Diocœſano, ſicut Bellarm. oſtendit c. 5. aut de conſilio unius alicujus Doctoris.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

Bellarm. *Matt.* 18. *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio eorum.*

Proteſt. Nihil his verbis continetur quod proprium eſt iis qui Canones condunt de fide aut moribus toti Eccleſiæ communibus: nihil de decretis à Papa confirmatis: nihil denique de privilegio aut prærogativa ulla Concilii generalis, ſupra cœtum parochialem, aut etiam illo minorem. *Non dixit ſi omnes* (ut Cajet. obſervat in verſ. 19. *ne de univerſali Eccleſia tantum intelligeretur: non dixit ſi multi, ne ad magnarum Eccleſiarum gratiam ſermo reſtrictus videatur: ſed dixit ſi duo, ut etiam minimi numeri fidelium quanta ſit vis explicetur.*

2. Bellarm. *Sive pauci, ſive multi, ſive privati, ſive Epiſcopi, congregati in nomine Chriſti, obtinent quod iis convenit obtinere: alii in rebus parvis & privatis, ſed Epiſcopi in rebus magnis & publicis.*

Proteſt. I. Nihil adhuc reperitur de infallibilitate Concilii generalis, niſi paucorum privatorum cœtus ab omni errore ſit etiam immunes ad eos enim promiſſionem iſtam pertinere Bellarm. hic diſerte concedit. II. Minus nihilo dicitur de infallibilitate Concilii à Papæ confirmatione pendente. III. Si tantum obtineant in nomine Chriſti congregati illud quod ipſis convenit obtinere, tum Concilium non obtinet judicii infallibilitatem: hoc enim non convenit hominibus, niſi cum immediate inſpirantur aut aguntur à Spiritu Sancto. IV. *Convenire* dicitur aliquid fidelibus, vel ex abſoluta neceſſitate medii ad ſalutem, vel ex neceſſitate præcepti ipſis officium hoc aut illud imponentis: prioris generis infallibilitas hujus aut illius Concilii non poteſt cenſeri: poſterioris autem

ordinis omnia & ſingula ſemper vel Conciliis, vel Papæ ipſi ex Cathedra decernenti, non concedi docet Bellarm. dum eum in quæſtionibus particularibus, iis præſertim quæ ſunt *de facto*, errare poſſe fatetur.

3. Bellarm. *Iohan.* 16. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Intelligitur hoc de ſucceſſoribus Apoſtolorum in æternum: non autem ſeorſim exiſtentibus : ergo ſaltem de omnibus in unum congregatis. Maxime etiam Eccleſia Cathedra, per quam Deus nos docet, eſt ſummi Pontificis Cathedra adjuncto conſenſu generalis Concilii.*

Proteſt. I. Non agitur hoc in loco, de docenda Eccleſia ex ulla Cathedra externa, nedum ex Papali. II. Nihil majus aut certius promittitur de docendo, quam de aliis actibus *ducendi* δοηγήσει *eſt ſermo (ait Cajet.) de ducere interno, quod plus ſignificat quam docere : nam docere ſiſtit in intellectu, ducere autem in omnem veritatem ad univerſas partes animi ſe extendit, memoriam, voluntatem & affectum ſimul cum viribus ſubminiſtrantibus.* Non magis igitur promittur hic Epiſcopos immunes futuros ab errore judicii, quam ab errore vitæ, & converſationis. Quamvis iſtiuſmodi promiſſiones Apoſtolis datæ, ſpectent ad eorum ſucceſſores quoad eſſentiam earũ, non tamen quoad modum & gradum illum quoad Apoſtolos pertinebant. IV. In Apoſtolis æque valebat hæc promiſſio cum ſeorſim fuerunt, atque cum ſimul : nihil igitur ſingulare pro Conciliis inde poteſt concludi. V. Si de Conciliis intelligeretur, & omni veritate, ſine exceptione, non tamen ſequeretur ſemper hoc fieri, & in omni conventu quamvis legitimo. VI. Spiritus docuit & duxit Eccleſiam ſine iſta cathedra, annos trecentos. VII. Cathedra Papæ nimis mendiciter hic inducitur quaſi per poſticam, ſine ullo colore.

4. Bellarm. *Act,* 15. *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis. Idem aſſerere poſſunt omnia legitima concilia, quæ ex illo primo formam acceperunt. Præſentia enim Spiritus ſancti non minus aliis temporibus neceſſaria eſt, atque tum fuit.*

Proteſt. I. Concilium illud, *Act.* 15. auguſtius aliquid in ſe habuit, quam Trident. aut etiam legitimum & generale quodcunque. Apoſtoli qui agebantur à Spiritu ſancto, certius multo pronunciare potuerunt quid illis placebat, quam Epiſcopi vulgares. Non ideo viſum eſt Spiritui ſancto, quia ita videbatur Apoſtolis, ſed ideo Apoſtolis quia Spiritui ſancto, cujus illuminatione illi fuerunt edocti. Oſtendant nobis Concilia ſua decreta a Spiritu ſancto proficiſci iis rationibus quibus hoc in Apoſtolis apparebat, & quæſtio hæc erit finita. III. Conceſſus illi Apoſtolorum talis forma fuit Concil. ſequentium, qualis prædicatio Apoſtolica eſt prædicationis ordinariæ,

dinariæ, quam ſcil. ſequi debemus, ſed conſequi nequimus. IV. Minus eſt neceſſaria aliis Conciliis recentioribus, infallibilis aſſiſtentia Spiritus ſancti, quia magis abunde jam inſtituta eſt Eccleſia infallibilibus Apoſtolorum ſcriptis. Neque tamen judicium de iſtiuſmodi rebus ferri debet ex eo quod hominibus neceſſarium videtur, ſed potius ex revelata Dei voluntate.

5. Bellarm. *Eccleſia non poteſt errare, neque in credendo neque in docendo, ergo neque Concilium generale poteſt: quia tota authoritas Eccleſiæ formaliter eſt in Prælatis, & tota Eccleſia repræſentatur per Concilium.*

Proteſt. I. Nulla neceſſaria eſt hujus rationis conſequentia. niſi omnium & ſingularum particularium Eccleſiarum legati, in Concilio adſint, atque etiam omnes illi ſuarum Eccleſiarum ſententias adferant, & illas in omnibus, ſine detractione, aut additione, ſequantur. Hujuſmodi autem Concilium generale, neque hactenus fuiſſe ullum, neque deinceps exſpectandum eſſe fatetur. Bellarm. lib. 1, cap. 17. II. Immunitas illa ab errore, qua Eccleſia gaudet, non provenit ab Eccleſiæ authoritate, neque adfert illi authoritatem, ſed pendet ab authoritate Chriſti, & Eccleſiæ conſolationem parit. III. Vis recte credendi & docendi non eſt formaliter in omnibus prælatis: tum enim omnes eſſent vere fideles, & fidi paſtores. IV. Tota authoritas Eccleſiæ non eſt in Prælatis, ut illa quam exercet Eccleſia in prælatis conſtituendis aut deſtituendis. V. Quælibet repræſentatio Eccleſiæ, non efficit ut Concilium eandem habeat certitudinem directionis cum ipſa Eccleſia, Legati Papę repræſentant ipſum, non habent tamen poteſtatem illam infallibiliter judicandi quam Papa dicitur habere: quia illa non poteſt aliis ſubdelegari. *Ban. in* 2, 2. *q.* 1. *a.* 10. *p.* 60. neque revera poteſt Eccleſia ſuæ fidei judicium Epiſcopis delegare. VI. Conciliorum decreta conduntur à majore parte, poteſt igitur in iis error eſſe, quamvis neque tota Eccleſia, neque totum Concilium ſimul erret. VII. Eccleſia ipſa tota militans poteſt errare in iis quæ non ſunt neceſſaria, neceſſitate medii, ad ſalutem.

6. Bellarm. *Pontifex Romanus non poteſt errare: ergo neque Concilium ab eo confirmatum.*

Proteſt. I. Hæc eſt quæſtionis mendicatio, non probatio. II. Nihil ſingulare concludi poteſt à Papa ad Concilium generale, magis quam ad Provinciale, Diœceſanum, aut etiam Parochiale ab ipſo confirmatum.

7. Bellarm. *Iubemur ſequi Epiſcopos ut Præpoſitos, Paſtores, Doctores, Speculatores, & Patres: ergo ſaltem omnes ſimul fallere nos errando non poſſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Neque omnes qui vocantur Epiſcopi, ſunt (vel quoad eorum ſtatum) tales, quales à Deo ſequi jubemur; neque illi ipſi qui à Deo pro ductoribus commendantur, abſolute in omnibus ſequendi, ſed quatenus præferunt nobis facem verbi Dei, quæ unica pura & perfecta lucerna eſt pedibus, & lux itineri noſtro, *Pſ.* 119, 105. Hac autẽ luce præeuntes, ſequẽdi ſunt etiam ſine Concilio, ſicut Eccleſia primitiva, trecentos annos, ſuos paſtores ſequebatur. Sed Pontificiorum eſt conſuetudo illa, quam graviter perſtringit Canus, lib. 12, cap. 4. *Conſuetudo eſt Saracenorum, Paganorum, Hæreticorum, ut cæca & temeraria ſectæ ſuæ dogmata ſine judicio amplectantur, & quæ diſquiſitione egent maxime, hæc ſine ulla diſquiſitione recipiant. Non erudiuntur iſti, crede mihi, ſed aſtringuntur, nec via ac ratione docentur, ſed quaſi veneficiis & cantionibus in inſaniam agitantur.*

8. Bellarm. *Patres affirmant.* 1. *Concilii generalis ſententiam eſſe in cauſa fidei ultimum Eccleſiæ judicium.* 2. *Hæreticos eſſe & excommunicandos omnes qui non acquieſcunt Conciliis plenariis.* 3. *Divina eſſe, & à Spiritu Sancto edita decreta legitimorum generalium Conciliorum.* 4. *Potius eſſe moriendum, quam recedendum à decretis generalium Conciliorum.*

Proteſt. I. In iſtis omnibus nulla fit mentio diſtinctionis illius inter decreta toti Eccleſiæ communia, & particularia, inter illa quæ ſunt de jure, & alia quæ factum reſpiciunt: hac tamen diſtinctione ſemota, Bellarm. ipſe non defendet has aſſertiones. II. Nullo uno verbo, vel obſcure innuitur ab ullo Patrum à Bellarm. citatorum, Conciliorum authoritatem pendere ex confirmatione Pontificis Romani: ex qua tamen totam Conciliorum infallibilitatem ſuſpendit. III. Vltimum judicium Eccleſiæ non eſt liberum ab errore. Appellatio poſtea datur ad judicium Dei. IV. Hæreticus habetur à Patribus, qui non acquieſcit Conciliis, ſicut Hæreticus aliquo modo dicendus fuit qui non acquieſcebat in ſermone mulieris Samaritanæ, *Ioh* 4, 42. non propter ejus authoritatem, ſed ipſius Chriſti. V. Eadem etiam ratione, non alia, divina fuerunt piorum Conciliorum præcipua decreta, & mortis periculo confirmanda, qua mulieris illius ſermones divini fuere, & arctiſſime tenendi. Non negamus interim, quin major ſit vis teſtimonii Eccleſiaſtici Concilii, quam privatæ perſonæ: ita tamen ut differentia non ſit proprie in ipſis perſonis, ſed in earum ſcientia & veracitate, quæ major multo prę ſumitur eſſe in Concilio, quam in homine privato.

9. Bellarm. *Si Concilia generalia poſſent errare, nullum eſſet in Eccleſia firmum judicium, Hæreſes damnatæ poſſent in dubium revocari;*

tari; dubitandum eſſet de quibuſdam Scripturæ Libris, intolerabilem etiam errorem omnia Concilia admiſiſſent, dum nova ſymbola, aut novas ſententias, tanquam de fide ediderunt.

Proteſt. Conſequentiæ iſtæ nullæ ſunt. Nam I. firmum judicium eſt Chriſti, & Spiritus ſancti in Scriptura. II. Ab illo judicio damnatæ ſunt hæreſes omnes damnandæ. III. Scripturæ Libri non propter Concilia, ſed propter ſemetipſos recipiuntur. IV. Atrox injuria Conciliis piis infertur, dum hunc in modum impietatis accuſantur, quaſi novos articulos fidei edidiſſent.

10. *Proteſt.* Sacerdotes omnes veteris Teſtamenti, ſæpe accuſantur, non ſolum improbitatis, ſed etiam ignorantiæ, & erroris, *Iſ.*56. *Ier.*6 *&* 14. *Ezech.*22. *Hoſ.*9. *&c.* ergo Concilia, ex iſtiuſmodi hominibus cõflata, poſſunt errare.

Bellarm. 1. *Propter aliquos malos reprehenduntur omnes.*

Proteſt. Non propter aliquos paucos: ſed propter aliquos multos, id eſt, pleroſque omnes, ſi non ſimpliciter omnes. Concilium autem errare dicitur, quando major pars in decernẽdo errat, quamvis pauci quidẽ diſſentiant.

Bellarm. 2. *Hæc dicuntur in Sacerdotes diſperſos, non in congregatos ad Concilium enim Sacerdotum mittuntur omnes*, *Deuter.*17.

Proteſt. Congregatio non tollit errorem & improbitatem, ſed unitatem eam, atque adeo fortiore reddit. Accuſantur igitur & *ſodalitia Sacerdotum, Hoſ.*6, 9. & plena eorum congregatio arguitur erroris, 2 *Sam.*6, 3. atque etiam ſceleratæ improbitatis, *Ier.*26, 7, 8, 9. Ad eos autem miſſi fuerunt Iudæi à Moſe, etiam extra Concilium generale, ſicut iidem à Chriſto miſſi fuerunt ad Phariſæos, quatenus moniti ſimul fuerunt, ut caverent à fermento doctrinæ eorum, *Matth.*16. 6, 12.

Bellarm. 3. *Certiores & majores promiſſiones habet Eccleſia novi, quam veteris Teſtamenti.*

Proteſt. Quoad immunitatem ab errore in judicando, majores aliquo modo promiſſiones & privilegia habuit Eccleſia vetus, dum habuit Sacerdotem cum *Vrim Thummim*, præſertim ſi interpretatio Bellarm. admittatur, qua concludit inde, *de Pont. lib.*4, *cap.*3. *& ſigno & verbo promiſiſſe Dominum in pectore ſummi Sacerdotis habitaturum doctrinam & veritatem; & proinde eum non erraturum cum populum docuerit.* Nullo ſigno, nullo verbo promittitur hoc ulli Epiſcopo Teſtamenti Novi.

11. *Proteſt.* Prædictum eſt etiam, falſos futuros doctores in Eccleſia Novi Teſtamenti, ſicut olim fuerunt pſeudoprophetæ. 2 *Pet.*2. *Act.*20. *&c.*

Bellarm. *Hæc non intelliguntur de Conciliis: imo adverſus tales falſos Concilia congregantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Intelliguntur de Epiſcopis ex quibus Concilia conſtant. II. Concilia varia, etiam generalia, ex hujuſmodi falſis doctoribus conſtitiſſe, teſtis eſt Bellarm. ipſe, lib. 1, cap. 6. III. Pontifex Romanus, cui omnem authoritatem tribuit in Conciliis convocandis, moderandis, approbandis, aut reprobandis, poteſt eſſe falſus doctor, ex confeſſione doctiſſimorum inter Papiſtas. Nihil igitur impedit quin poſſit ille æque ac Caiphas, congregare ſuos adverſus Dominum & Chriſtum ejus. *Actor.* 4. 26, 27.

12. *Proteſt.* Concilium Iudæorum, præſide ſummo Pontifice Caipha, fœde ac pernicioſe erravit in rejectione & condemnatione Chriſti.

Bellarm. *Pontifices & Concilia Iudaeorum, non potuerunt errare, antequam Chriſtus veniret: ſed eo præſente potuerunt. Sicut enim non eſt neceſſarium, ut Vicarius Papæ non poßit errare, cum ipſe Papa regat Eccleſiam, & ab errore defendat: ſic etiam non fuit neceſſarium, ut Pontifices Iudaeorum non poſſent errare, quando Chriſtus ſummus totius Eccleſiæ Pontifex præſens aderat, & Eccleſiam per ſe adminiſtrabat.*

Proteſt. I. Bene hoc quidem, quod tantum adhuc frontis ſuperfuit Bellarmino, ut non audeat facere ſuam, execrandam illam, Hoſii, Petri à Scoto, Melchioris Cani, & Hardingi reſponſionem, qua illam ipſam ſententiam Concilii Iudaici, qua Chriſtus Dominus noſter fuit damnatus, defendunt ut rectam, piam, & à Spiritu ſancto profectam. Sic enim Hardingus ex Hoſtio, & Petro à Soto, apud Iuellum, Apolog. c. 6. diviſ. 3. *Concilii illius acta quidē impia erant & ſcelerata: ſententia autem vera erat & bona.* Sic etiam Canus, loc. theolog. lib. 5, cap. ult. *Sacerdotum veterum acta quidem Chriſto adverſa fuerunt: at ſententia hominum alioqui peßimorum, non ſolum verißima, ſed reip. etiam utilißima fuit. Qua ex re fit, ut & noſtrorum Pontificum vita quidem & opera contraria forte ſint Domino Ieſu, ſed eorum judicia, quæ vid. a ſummo Pontifice comprobata ſint, & vera erunt, & Chriſtianis utilia.* Sed Bellarm. puduit aliquo modo ſententiæ hujus tam inſanæ, & immanis. Satis tamen oſtendit ſe non niſi coactum ab eis, & aliis ejuſdem formæ diſceſſiſſe, & ad novum iſtud commentum confugiſſe, idque timide admodum & hæſitanter, *ideo* (quia ſcil. alias reſponſiones non potuit ſuſtinere) *reſpondemus potuiſſe eos errare: non fuit neceſſarium, ut non poſſent errare.* II. Falſiſſimum eſt, quod Bellarm. hic affirmat, præſentiam Chriſti cauſam fuiſſe, quod Iudæi potuerint errare. Nam Chriſtus ipſe teſtatur, eos eundem plane errorem, antea ſæpius erraſſe, in ſanctis Dei ſervis condemnandis, cædendis, & trucidandis, *Matt.* 21, 34, 35, 36, *&c.*

6. *&c.* Stephanus primus Chriſtĩ martyr, idem ſangui-
ne ſuo teſtatum reliquit. *Actor.* 7. 51, 52. Chriſtus etiam
diſerte teſtatur. *Matt.* 5. *&* 15 *&* 23. eos jam olim duces
fuiſſe cæcos, & variorum errorum authores. II. Fal-
ſum & illud, Chriſtum per ſe Eccleſiam Iudaicam viſibi-
liter adminiſtraſſe, tanquam ſummum ejus Sacerdotem.
IV. Si verum illud fuiſſet, omnis tamen ratio poſtula-
ret, ut Pontifices Iudaici, qui ſemper antea immunes fue-
rant ab errore, ut dirigerent homines ad Chriſtum, non
excidérent hoc privilegio per præſentiam Chriſti, ante-
quam infallibili ſuo judicio pronunciaſſent, Chriſtum
jam veniſſe, Ieſum illum eſſe, atque adeo ab illo ſolo de-
inceps, non à ſe, judicium certum eſſe exſpectandum.
Pertinebat certe ad divinam providentiam, ut innoteſce-
ret omnibus quando Pontifices Iudaici deſinebant habe-
re certum & infallibile judicium de fide. V. Chriſtus
ipſe ſi tantam capitis, & auctoritatis deminutionem paſſi
fuiſſent Scribæ & Phariſæi, per ſuam præſentiam non
miſiſſet homines ad ipſos tanquam adhuc in cathedra
Moſis ſedentes, *Mat.* 23. 2. præſertim ſi verum ſit argu-
mentum illud Bellarm. c. 2. *Quos à Deo jubemur audire, illi nos
fallere non poſſunt*, aut firmum ſit quod Bellarm. affirmat
de Verbo Dei, lib. 3, cap. 5. *Voluiſſe Chriſtum his verbis docere
Pontifices & Sacerdotes, tum temporis, judices fuiſſe omnium controver-
ſiarum, iis eſſe credendum, & eorum doctrinam eſſe ab omnibus ſe-
quendam.* VI. Futilis plane eſt illa comparatio Papæ, & ſui
Vicarii, cum Chriſto, & Pontifice Iudæorum. Vicarium
enim Papæ, ſemper errare poſſe fatentur omnes. Præſen-
tia igitur Papæ non eſt cauſa cur poſſit errare: quamvis
ſit revera infinito hominum numero multiplicium & le-
thalium errorum cauſa: & illi minus errent à quibus
Papa maxime abeſt. De particularibus erratis Concilio-
rum à Pontifice Romano approbatorum fruſtra eſſet obi-
ter cum Bellarm. litigare. Illud enim eſt quod agitur in
ſingulis fere controverſiis: neque exſpectandum eſt ut
errorem aliquem à Pontifice Romano approbatum facile
agnoſcat ille, qui profitetur palam, *ſi Papa erraret, præcipiendo
vitia, vel prohibendo virtutes, teneri ſe, credere vitia eſſe bona, & virtu-
tes malas. Bellarm. de Rom. Pont. lib.* 4, *cap.* 5.

13. *Proteſt.* In omni cœtu multitudinis ſæpe accidit, ut
major pars vincat meliorem. Ergo Concilia, in quibus
decreta fiunt ſecundum ſuffragia majoris partis, poſſunt
errare.

Bellarm. *In cœtibus humanis hoc accidit: ſed in Concilio Eccle-
ſiæ, ubi Spiritus ſanctus præſidet, & Chriſtus eſt in medio eorum, major
pars nunquam vincit meliorem.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. In Concilio Eccleſiæ Iudaicæ hoc accidi[t,]
confeſſus eſt modo ipſe Bellarm. II. Concilium Ecc[le-]
ſiæ nullum privilegium habet ſupra cætus alios hum[a-]
nos, niſi virtute promiſſionis illis factæ : ſed nulla exſ[tat]
promiſſio qua Conciliis cavetur adverſus omnem err[o-]
rem. III. Si Spiritus ſancti præſidentia, & Chriſti pr[æ-]
ſentia, in ipſis Conciliis cauſa ſunt cur Concilia non po[ſ-]
ſint errare, tum non poſſunt errare ante confirmatione[m]
vel approbationem Papæ : quia ante illam, & non tu[m]
primum, adſunt : imo tum non poſſunt ſemper adeſſe
Concilio, quia approbatio Papæ ſæpiſſime ſequi soleb[at]
Conciliorum diſſolutionem. IV. Docere nos debet Be[l-]
larm. ubinam reſidet Spiritus ſanctus, non ſemper in m[a-]
jore parte Concilii, quia illi poſſint reſiſtere veritati, e[x]
confeſſione Bellarm. imo in nullo uno ſingulari Concil[ii]
membro adeſſe dicet Spiritum, ita ut non poſſit illud e[r-]
rare. Quomodo igitur, aut qua ratione poſſit in toto re[-]
periri? Præſentia Chriſti varios admittit gradus : no[n]
valet igitur conſequentia à qualibet ejus præſentia, a[d]
infallabilitatem judicandi.

14. *Proteſt.* Non eſt certum de fide divina, hoc aut illu[d]
Concilium legitimum fuiſſe, & legitime hæc aut illa de[-]
creviſſe : ergo Conciliorum decreta firmam infallibile[m]
ac divinam fidem facere non poſſunt.

Bellarm. *Concilium hoc aut illud eſſe legitimum, præſentibus e[ſt]
evidens : abſentibus autem vel poſteris id ipſum eſt notum ex human[a]
fide, ſed certiſſima.*

Proteſt. I. Negatur à variis Pontificiis, evidentiam ip-
ſam alicujus rei in particulari efficere poſſe, ut aſſenſu[s]
inde pendens, ſit de fide divina : ſic Bannes, in 2,2. q. 1
a. 10. p. 152. *Non eſt certum, nec de fide, quod propoſitio qua ſequitu[r]
ex una de fide, & altera cognita lumine naturali, ſit de fide; imo certum
eſt, quod non eſt de fide, quin imo neque eſt concluſio Theologica, ut qui-
buſdam videtur, &c.* II. Quamvis illud a nobis libenter con-
cedatur, negamus tamen evidens eſſe præſentibus in hoc
aut illo Concilio, Concilium illud eſſe legitimum, id eſt,
conditiones eas in eo concurrere, quæ à Pontificiis ad le-
gitimum Concilium requiruntur, quod ſcil. ex Epiſcopis
legitimis conſiſtat, & a legitimo Pontifice convocetur,
dirigatur, & confirmetur. Neque enim lumine naturali,
neque ſenſu, poteſt hoc ab iis dignoſci. III. Neque ab-
ſentes, neque præſentes poſſunt hæc ſcire ex fide illa hu-
mana, certiſſime, quæ evidentiæ naturali aliquo modo
comparari poſſit : quia pauci aut nulli ſunt idonei harum
rerum teſtes.

Bellarm. *Fuiſſe Ciceronem Conſulem, Iulium Cæſarem Dictato-
rem. &c.*

um, &c. ex fide humana pendent, & tamen adeo certa ſunt, ut evidentiam quandam habere videantur.

Proteſt. Facta quædam hujuſmodi poſſunt eſſe certa: ſed conditiones eorum, præſertim illæ quæ a ſenſibus magis removentur, ex teſtimoniis hominum non poſſunt evidentiam habere. Ciceronem fuiſſe Conſulem, & Cæſarem Dictatorem, evidens eſſe videtur: ſed de legitima eorum electione, ſecundum leges Romanas, nihil habetur adeo certum, quin poſſit in dubium vocari. Sic Concilium hoc, aut illud, exempli cauſa, Tridentinum celebratum fuiſſe, ſatis eſt notum: ſed legitime illud fuiſſe convocatum, & legitimos illos Epiſcopos fuiſſe, qui ibi comparuerunt, eoſque legitime ibi decreta feciſſe, hæc non ſunt adeo manifeſta.

Bellarm. *Vide ſi placet de hac re Melchiorem Canum. Lib. 6. de locis. cap ult. ad 10.*

Proteſt. I. Vidimus Canum, & obſervavimus, nihil eum probare, quod pro Bellarm. facit: neque aliam certitudinem ſtatuere de Concilio legitime celebrato, quam de intentione Sacerdotis in Sacramento conſecrando. II. Azorius vidit Canum, & de eo ſic pronunciat, inſtit. mor. par. 2. lib. 5, cap. 5. *Videtur Canus docere, fide divina certum non eſſe hunc vel illum eſſe ſummum Pontificem: quia etſi fide divina creditur, id quod ex una propoſitione divina fide certa, & altera certa evidenti lumine naturali bona argumentatione colligitur; non tamen illud quod conficitur ex una propoſitione divina fide credita, & altera ſola fide humana nota.* Quamvis igitur tanquam fide divina veram concederemus illam propoſitionem, *Concilium in nomine Chriſti legitime congregatum non poteſt errare*, quia tamen aſſumptio, *Concilium Tridentinum in nomine Chriſti fuit legitime congregatum*, nititur tantum fide illa humana cui poteſt falſum ſubeſſe: idcirco concluſio, *Concilium, Tridentinum non erravit*, non poteſt eſſe certa fide divina: neque ulla talis Concilii decreta. Quorum fides pendet ex illa concluſione. Idem etiam Azorius ejuſdem lib. c. 12. clarius adhuc pronunciat: *Canus ait, Concilium Nicænum, Chalcedonenſe, & Epheſinum legitime fuiſſe coacta, ex divina revelatione non creditur, creditur tamen ex humana fide, &c. Idem prorſus dicit Bannes in 22. q. 1. a. 10. dub. 2. ad 2.* Ex hac autem hypotheſi concludit Azorius: *ſi fide tantum humana credimus ea concilia eſſe rite celebrata & confirmata, non video quomodo fide divina credi debeant eorum decreta in fidei cauſis. Nam contra Canum vim magnam habet argumentum: concluſio pendet ex præmiſſis: ergo non poteſt eſſe magis certa quam præmiſſæ, ergo ſi altera præmiſſarum ſit certa tantum fide humana, concluſio nequit eſſe divina fide certa.* Neque juvat emplaſtrum quod Azorius huic vulneri imponit: *eo ipſo quod credimus fide di-*

vina,

vina, definitiones Concilii Nicæni eſſe veras, credimus quoque fide di-vina, illud eſſe Concilium legitime congregatum. Illud enim ipſum quod ſit legitime congregatum eſt ratio propter quam credimus definitiones eſſe veras, atque adeo prius debet credi, quam definitiones ipſæ.

CAP. VII. *De Comparatione Conciliorum cum ſacris Scripturis.*

Quæſtio ſexta eſt, an non Pontificii majorem auctoritatem tribuant Conciliis, quam Scripturæ? Bellarm. negat: nos affirmamus. Si de Conciliis per ſe, & in ſe conſideratis, iſta quæſtio intelligeretur, tum crimen iſtud nullo modo impingi debet iis Pontificiis qui ſentiunt cum Bellarmino: ille enim nullam omnino auctoritatem ſingularem tribuit Concilio per ſe, ſed omnem Papæ. Quia vero Concilium intelligitur a Papa confirmatum, atque adeo Papæ potius quam Concilii auctoritas in comparationem iſtam cum Scripturis ab eo vocatur, & alii Pontificii ſimilem authoritatem tribuunt Concilio per ſe, operæ pretium eſt idcirco audire, quam cauſam dicere poſſit Bellarm. cur iſtius blaſphemiæ non ſit poſtulandus.

THESIS I.

BEllarm. *Si interdum aliqui Catholici dicant, Scripturam pendere ab Eccleſia, ſive à Concilio, non intelligunt quoad auctoritatem, & ſecundum ſe: ſed quoad explicationem, & quoad nos.*

Proteſt. I. Non *aliqui* Pontificii catholici, ſed *omnes* hoc (ſine *ſi*) dicunt: neque *interdum* hoc illis excidit, ſed arcte ab iis tenetur, accurateque defenditur, *Scripturam* ſcil. *ab Eccleſia pendere.* Imminutio iſta, & occultatio rei notæ, eſt turpitudinis confeſſio, cum aliquo ejus pudore. II. Diſtinctio iſta Bellarm. inter Scripturas, *quoad auctoritatem,* & *quoad nos,* futilis eſt diſcerptio unius & ejuſdem rei, ad fallendos imperitos. Auctoritas enim in iſtiuſmodi rebus, nihil aliud eſt quam vis illa fidei faciendæ, & aſſenſus pariendi, quæ ex perſona teſtis vel authoris, in ſuum teſtimonium derivatur. Omnis igitur teſtis, aut teſtimonii auctoritas reſpectum habet ad eos quibus exhibetur, & a quibus fidem aut aſſenſum requirit: atque adeo *Scriptura quoad auctoritatem,* nec re, nec ratione ulla differt a *Scriptura quoad nos.* Eaſdem plane tenebras eidem veritati offundit Bellarminus diſtinctione altera, iſti plane gemella, lib. 3, cap. 14. cum docet, *veritatem fidei, quoad nos, niti Eccleſiæ auctoritate:* quaſi veritas fidei quoad nos, vel alia eſſet, vel aliam

cauſam

auſam & rationem haberet, quam quoad ſe. Vbi tamen lare oſtendit Eccleſiam a ſe Scripturæ præponi, authoriate, quoad nos, atque adeo inepte hic opponi inter ſe, *uoad auctoritatem*, & *quoad nos*. III. Explicatio Scripturæ ſecundum Bellarm.) duplex eſt, de Verbo Dei, lib. 3, .10. *alia more Doctoris*, & *alia more judicis*: illa autem quæ ſt more judicis, pertinet ad Concilia & Papam, *authoritaem requirit neceſſario ſequendam*, ibid. inepte igitur etiam in ac diſtinctiuncula opponuntur inter ſe, *quoad authoritaem*, & *quoad explicationem*. IV. In ipſa Scriptura nulla eſt uthoritas, niſi quoad explicationem veritatis ac volunatis Dei. Si igitur explicationis auctoritate ſuperet Eccleſia Scripturam, tum omni auctoritate Eccleſia eſt maor. V. Cum (ſecundum Pontificios) *Scriptura præcipue ſit n corde Eccleſiæ; Bannes in 1. q.1.a.8. pag.52. neque ullam authoritatem habeat quoad nos, niſi propter Eccleſiam, (quamvis Eccleſiæ ſua uthoritas conſtet abſque Scriptura) neque poßit ullo modo ſeipſam inerpretari, ſed ex Eccleſiæ auctoritate debeat explicari: & cum in ejuſlem Eccleſiæ corde, præter Scripturam multæ ſint traditiones, ejuſdem lane authoritatis cum ipſa Scriptura: & illa etiam Eccleſia poteſtaem habeat multas leges novas ferendi, quæ non minus obligant conſcientias hominum quam ipſa Scriptura, jam ab Eccleſia declarata*, cum inquam, hæc omnia & ſingula ſint recepta placita, & principia Pontificiorum, ab ipſo Bellarm. ſtrenue defenſitata, non debet hoc in dubium vocari, quin apud Pontificios, variis modis, & multis gradibus, major ſit Eccleſiæ, id eſt, Concilii a Papa confirmati, id eſt, Papæ ipſius Concilium confirmantis auctoritas, quam Sacræ Scripturæ. Hæc etiam eſt concluſio a Stapletono magno molimine ſuffulta & munita, Relect. princip. fid. doct. contr. 4. q.5. *Ergo ſaltem æqualis eſt Eccleſiæ & Scripturæ auctoritas.*

2. Bellarm. *Multiplex eſt diſcrimen inter Scripturam Sacram, & Conciliorum decreta, ex quibus intelligitur Scripturam præponi Conciliis.*

Proteſt. Satis multæ ſunt differentiæ, ex quibus pii omnes intelligunt, Scripturas, traditionibus, Conciliorum decretis, Pontificum reſcriptis, & conſenſui Patrum, debere præponi: ſed nullo diſcrimine poteſt oſtendi, Pontificios hodiernos non eandem ſaltem authoritatem tribuere tum cæteris illis regulis incertis, tum etiam Conciliis a Papa confirmatis, quam Scripturis concedunt.

3. Bellarm. *Primum diſcrimen eſt, quod Scriptura eſt verbum Dei immediate revelatum. At Concilia non habent, nec ſcribunt immediatas revelationes: ſed tantum declarant quodnam ſit Verbum Dei.*

Proteſt. I. Immediata ac mediata revelatio, nullum diſcrimen authoritatis faciunt, ſi modo eadem ſit certitudo utrinque,

utrinque, quod verbum Dei declaratur, & nihil præt verbum Dei. Auctoritas enim adhæret verbo: ſi æq hic atque illic de authore conſtet, auctoritas ejus eſt æ qualis Auctoritas ejus qui edictum Principis immedia accipit ex ejus ore, non eſt major, quam eſt illius, q idem edictum, cum eadem juriſdictionis poteſtate m diate, ſed certo acceptum aliis declarat. Imo vero, m jor debet eſſe authoritas ejus qui non poteſt errar quamvis nullam immidiatam habeat revelationem, qua illius qui eatenus tantum ſecurus eſt ab errore, quaten dirigetur immediate. II. Scriptoribus ſacris, in mult ut Bellarm. dicit, hoc eodem in loco, *Deus non nova & in cognita revelabat, ſed tantum immediate inſpirabat, & movebat eos ſcribenda ea quæ viderant, vel audierant, & eos dirigebat ne aliq modo errarent.* Hanc autem aſſiſtentiam & directionem in fallibilem, ne aliquo modo erret, arrogat Bellarm. Papa & Concilio ab ipſo confirmato in generalibus decret fidei & morum. III. In traditionibus ſaltem auctori tas Eccleſiæ à Pontificiis æquari ſolet Scripturæ: qui illas æquat Scripturæ honore, quamvis Eccleſiæ ſoliu auctoritate commendentur, hoc eſt argumentum Sta pletoni. Relict. contr. 4. q. 5. IV. Iudicis auctorita major eſt quam ſcribæ, aut doctoris quamvis immedia te dictata ſcribat: ſed Scriptores ſacri fuerunt pleriqu ſaltem ſcribæ tantum & doctores: Papa autem cum ſu Concilio vult eſſe Prætorius judex.

4. Bellarm. *Scriptores ſacri non debuerunt multum laborare i ſuis libris edendis: at Patres in Conciliis debent rem ipſam quærere, id eſt, concluſiones inveſtigare, diſputando, legendo, cogitando.*

Proteſt. I. Laborandi neceſſitas, non minuit auctoritatem. Auctoritas Papæ, cum definit ac declarat in genere, Scripturam ſacram eſſe regulam fidei, non eſt minor quam cum aliquid ex Scripturis definit: hic tamen, & non illic requiritur labor. II. Multi Pontificii ſtatuunt, *quamvis Papa cum ſuo Concilio non adhibuerit ſufficientem diligentiam, Deum tamen non permiſſurum, ut definiat falſum.* Bannes in 2, 2. q. 1. a. 10. pag. 63 & 64. III. Si verum ſit quod Pontificii reliqui affirmant, *quod Papa & Concilium non poſſunt relinquere ſufficientem diligentiam, cum res fidei definire parant.* Bannes ibid. tum etiam neceſſitas diligentiæ, quæ æquæ certo ſemper adeſt atque revelatio ipſa adeſt ſcriptoribus ſacris, nullum diſcrimen facit actoritatis. IV. Palam eſt Papam cum ſuo Concilio Tridentino, varia decreta de fide condidiſſe abſque iſtiuſmodi examine præeunte: ut in verſionis vulgatæ approbatione.

5. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

5. Bellarm. *In Scripturis nullus omnino poteſt eſſe error: at Concilia in judiciis particularibus errare poſſunt.*

Proteſt. Accuſatio noſtra de judiciis univerſalibus eſt inſtituta.

6. Bellarm. *In Scriptura, non ſolum ſententiæ, ſed etiam verba omnia & ſingula, ad fidem pertinent: at in Conciliis, maxima pars actorum ad fidem non pertinet. Non diſputationes quæ præmittuntur: neque rationes quæ adduntur: neque explicationes, & illuſtrationes quæ adferuntur: ſed tantum ipſa nuda decreta, quæ præponuntur tanquam de fide, eaque non quoad verba, ſed quoad ſenſus tantum.*

Proteſt. I. Nuda iſta decreta igitur quoad eorum ſenſum, cum Scripturis comparamus, & illa dicimus, à Pontificiis, Scripturis vel præponi, vel ſaltem exæquari. II. Si diſputationes, & rationes illæ, ex quibus decreta, tanquam concluſiones, inveſtigantur & deducuntur, non pertineant ad fidem, tum neque ipſa decreta, quatenus ex illis rationibus concluduntur: concluſio enim eſt præmiſſarum rationum effectum, neque poteſt excedere cauſarum ſuarum virtutem. Recte Canus lib. 5. cap. 5. *Certa & firma Eccleſiæ decreta eſſe non poſſunt, quæ non certis & firmis principiis ac fundamentis innitantur. Quocirca ſi vel unum ex his à quibus Eccleſiæ judicium pendet, incertum eſt, certum Eccleſiæ decretum eſſe non poteſt: ſive quæſtio ſpeculativa ſit, ſeu practica. Concluſio quippe debiliorem partem ſequitur.* III. Si concilium poſſit rationes ineptas adferre ad decreta ſua confirmanda, tum poteſt errare in Scripturis interpretandis ac declarandis, ſaltem in ordine ad aliam concluſionem poſſit male Scriptutam iterpretari, tum etiam abſolute tradere poteſt regulam fidei errantem. Applicatio enim Scripturæ ad hanc aut illam concluſionem probandam, præſupponit ſemper interpretationem ejus talem, qualis congruit illi concluſioni. Iudicium ſyllogiſticum de concluſione prærequirit ſemper judicium axiomaticum de præmiſſis. IV. Si Concilium in rationibus decretorum ſuorum poteſt errare, tum Concilium Tridentinum errabit etiam in decreto Anathemate confirmato, dum anathema denuntiat illi qui dixerit Eccleſiam Catholicam *non juſtis rationibus adductam*, conſtituiſſe ut Laici ſub panis tantum ſpecie communicarent.

7. Bellarm. *Scriptura non eget approbatione Pontificis, ut ſit authenthica, ſed tantum ut innoteſcat ejus auctoritas: at Concilia non ſunt rata, niſi à Pontifice confirmentur.*

Proteſt. I. Quæſtio inſtituta fuit de Conciliis jam à Pontifice confirmatis, non confirmandis. II. Perinde eſt, ad Eccleſiæ fidem, ſive Scriptura dicatur nullam auctoritatem habere, ſive nullam, quæ Eccleſiæ poſſit innoteſcere, ſine Papa.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Cap. VII. *De comparatione authoritatis Papæ & Concilii generalis.*

Quæſtio ſeptima eſt, an Concilium generale ſit ſupra Papam, vel Papa ſupra Concilium? nos, cum omnibus Theologis Pariſienſibus, pleriſque omnibus Conſtantienſibus, ac Baſilienſibus, & multis aliis, Concilio in iſta lite favemus: Bellarminus autem Papæ.

THESIS I.

Bellarm. *De hac quæſtione tres ſunt ſententiæ Doctorum: Prima eſt, Concilum eſſe ſupra Papam. Secunda eſt Papam quidem eſſe ſupra Concilium: poſſe tamen ipſum ſeſe ſubjicere Concilio, & poſtea Concilii ſententiæ acquieſcere debere. Tertia ſententia fere communis eſt, Papam adeo eſſe ſupra Concilium, ut non poßit etiam ſe ſubjicere ejus ſententiæ coactivæ.*

Proteſt. I. Coguntur miſeri Papiſtæ, hac diſſenſione ſuorum Doctorum, Dominum ſuum ignorare: quippe quos neſcire neceſſe eſt, Papæ an Concilio debeant ſervire. II. Principium ipſum fidei Romanæ incertum hoc pacto declaratur: quia nondum conſtat inter iſtos magiſtros Iſraelis, penes quos ſit ſuprema poteſtas Eccleſiaſtica, judicium de fide, vel infallibilis poteſtas veritates fidei proponendi, & explicandi, quæ Papiſtis eſt prima ratio credendi, & ultimum illud in quod reſolvitur fides Romana. III. Vnitas illa, quam tantopere jactare ſolent Pontificii, tollitur funditus, in primo hoc principio, circa quod, adeo non ſentiunt unum, ut circa omnia Conciliorum decreta, & Pontificum reſcripta, aut præcepta, neceſſario debent à ſe invicem diſſentire; ita ut in omnibus fidei articulis non poſſint non aliquo modo variare. IV. Turpius adhuc eſt, quod de iſtiuſmodi rebus nullam habent communem ſententiam, ſed unam tantum *fere communem.* V. Pro hac ipſa ſententia *fere communi*, nullum teſtimonium adferre potuit Bellarm. ex ullo veterum Scholaſticorum, quos fatetur *ex profeſſo de hac re non diſputare.* Communis eſt paraſitorom Curiæ Papalis: non Eccleſiæ, ne illius quidem quæ audit Romana.

2. Bellarm. *Romanus Pontifex eſt Paſtor & caput, non ſolum omnium Eccleſiarum particularium, ſed etiam totius univerſalis Eccleſiæ ſimul congregatæ, à Chriſto immediate inſtitutus.*

Proteſt. I. Pontificem Romanum *immediate* à Chriſto inſtitutum caput totius Eccleſiæ univerſalis, & falſum eſſe antea fuit in priore Tomo demonſtratum, & negatur

tur à doctiſſimis Pontificiorum, Thoma Waldenſi, Auguſtino Triumpho, Scoto, Cordubenſi, Bannes, &c. teſte Azorio, inſtit. mor. part.2. lib.4. cap.11. & ab ipſo etiam Bellarmino, de ſummo Pontif. lib.2. cap.12. ubi hæc habet verba: *quod Epiſcopus Romanus quia Epiſcopus Romanus eſt, ſit Petri ſucceſſor, ex facto Petri ortum habuit, non ex prima Chriſti inſtitutione.* II. Reſpondent Pariſienſes, Pontificem, quamvis caput ſit miniſteriale, quoad ſtatum, non tamen, quoad regimen Eccleſiæ per infallibiles canonum conſtitutiones, aut quoad directionem, & poteſtatem coercitivam, in totum Concilium.

3. Bellarm. *Summa poteſtas Eccleſiaſtica non eſt in Eccleſia, vel Concilio, remoto Papa, aut formaliter, aut ſuppletive.*

Proteſt. I. Summa poteſtas Eccleſiaſtica, proprie dicta poteſtas eſt in Chriſto ſolo. Miniſterium tantum & diſpenſatio eſt in Eccleſia & ejus præfectis. II. Quoad homines. Pariſienſes reſpondent, primo, Eccleſiam non abſoluta poteſtate, ſed canone regi: & ſecundo ſummam poteſtatem illos canones conſtituendi, eſſe in Concilio generali, etiam remoto Papa.

4. Bellarm. *Summus Pontifex ſimpliciter, & abſolute eſt ſupra Eccleſiam univerſam, & ſupra Concilium generale, ita ut nullum in terris ſupra ſe judicium agnoſcat. Hæc propoſitio eſt fere de fide.*

Proteſt. Hoc ne *fere* quidem eſt de fide Romana, in Gallia, & apud alios qui ſentiunt cum Conciliis Conſtantienſi, & Baſilienſi. ſed potius eſt fere contra fidem Romanam, & plane contra fidem Chriſtianam, quippe quod caput eſt Antichriſtianiſmi.

5. Bellarm. *Summus Pontifex non poteſt committere, neque Concilio, neque ulli homini, ſupra ſe judicium coactivum, ſed tantum diſcretivum.*

Proteſt. Non poteſt igitur ſubmittere ſeſe poteſtati clavium in Sacramento confeſſionis, ut ſolvantur & ligentur ejus peccata. Confeſſor enim in confeſſione juriſdictionem exercet (ſecundum Pontificios) in foro conſcientiæ, ſupra confitentem. Non poteſt idcirco, ex ſententia Pontificiorum, ad remiſſionem peccatorum pervenire. Et tamen vix fieri poteſt, ut cum ſit hoc modo *ex lex*, ἄνομος, non ſit omnium hominum maxime peccatis coopertus.

Arg. quæ Bellarm. ſibimet opponit.

6. *Proteſt.* Omnis frater offendens poteſt ab Eccleſia judicari, *Matth.* 18, 17. Papa eſt frater. Ergo.

Bellarm. *Nomine Eccleſia vel intelligitur Epiſcopus: vel fide-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

lium cœtus cum ſuo capite, Epiſcopo: ſi autem Epiſcopus peccet, deferendus eſt ad Eccleſiam altiorem: ſi autem Papa peccet, nulla eſt Eccleſia ad quam poteſt deferri.

Proteſt. I. Nulla ſyllogiſmi pars negatur, niſi forſan negentur Epiſcopus & Papa eſſe fratres: nulla diſtinctio adhibetur: ſed concluſio gratis a Bellarm. negatur. Defenſio rationis omnis expers congruit plane primatui Papæ: palam autem eſt Eccleſiæ nomine, intelligi ibi illum cœtum cujus peccator eſt membrum.

7. *Proteſt.* Verba hæc dicta ſunt Petro, *dic Eccleſiæ:* ergo Petrus & ejus ſucceſſores debent aliquando deferre peccatores ad Eccleſiam.

Bellarm. I. *Petrus nondum fuit Pontifex.*

Proteſt. Regula illa non tantum, neque præcipue ad præſentem ſtatum Petri ſpectabat, ſed ad illum qui futurus erat.

Bellarm. 2. *Papa poteſt aliquo modo dicere Eccleſiæ, id eſt, ſibi ipſi ut Præſidi, & Eccleſiæ cui ipſe præeſt, id eſt, publice excommunicare eum qui peccavit.*

Proteſt I. Papa igitur ſic ſequetur Chriſti præceptum, ut poſtquam primo gradu, ſolus peccatorem corripuit, & deinde coram teſtibus, qui eſt ſecundus gradus, poſtea loco tertii gradus, redibit citra primum, dicendo ſibimetipſi, & ultra tertium excommunicando peccatorem antequam ab Eccleſia fuerit admonitus. Sed quis unquam fando audivit, inter ſanos, *Eccleſiam* ſignificare unum Epiſcopum aut Papam? aut *dicere Eccleſiæ* eſſe excommunicare? aut lege aliqua præſcribi ut quidquam a quoquam primo dicatur aliis, & tum *ſibi ipſi?* Monſtroſis hujuſmodi propugnaculis Babylonicus Primatus Papæ debet certe muniri, ut operculum ſimile ſit patellæ.

8. *Proteſt.* Papa eſt membrum Eccleſiæ: ergo eſt minor Eccleſia: quia pars eſt minor toto.

Bellarm. I. *Si accipiatur Eccleſia ſine Papa, tum Eccleſia non eſt totum, ſed pars, major quidem magnitudine molis, ſed minor magnitudine virtutis, ſive auctoritatis.*

Proteſt. I. Eccleſia accipitur a Pariſienſibus, in iſta comparatione, velut cum Papa exiſtens, & ſic eſt actu totum reſpectu Papæ: vel ſine Papa, & tum tamen eſt idem totum quod antea fuit, etiam cum relatione ad Papam, quamvis non actuali, ſed potentiali,. II. Si accipiatur ſine Papa, non poteſt eſſe pars Papæ, neque alio aliquo ſenſu, quam totum uno ut Pontificii putant membro, ut res eſt, carcinomate, carens. III. Immane poſtulatum eſt, quod gratis hic & crude nobis obtruditur: *Vnius Epiſcopi per ſe conſiderati, majorem eſſe virtutem & au-*

ctoritatem

auctoritatem, quam reliquorum omnium Epiſcoporum, cum omnibus Eccleſiis illis quibus præſunt.

Bellarm. 2. *Si accipiatur Eccleſia cum Papa, tum major eſt auctoritas Eccleſiæ extenſive, ſed non intenſive: ſicut res ſe habet inter ens & Deum, & inter Eccleſiam & Chriſtum.*

Proteſt. I. Tota hæc reſponſio, ſicut comparationibus iſtis impie declaratur, conſtituit Papam eſſentiale caput Eccleſiæ, non tantum ſecundum externam gubernationem, ſed etiam ſecundum interiorem influxum, quæ tanta eſt inſania, ut ab iis rejiciatur, qui plurimum tribuunt Papæ. *Thom. p.* 3. *q.* 8. *a.* 6.

9. *Proteſt.* Membrum putridum debet amputari, ſi inficiat totum: ergo & Papa ſi inficiat Eccleſiam.

Bellarm. *In corpore naturali & rebus publicis temporalibus, poteſt hoc fieri, quia membra pendent à toto: ſed alia eſt ratio corporis Eccleſiæ, cujus caput, non à corpore, ſed à Deo auctoritatem accepit.*

Proteſt. I. Pro conceſſo hic Sophiſtice accipitur, Papam eſſe caput Eccleſiæ univerſalis, immediate à Deo conſtitutum. II. Si Papa, propter iſtam rationem, non poſſet ab Eccleſia removeri, tum neque Paſtor aliquis Eccleſiæ particularis, qui a Deo habet auctoritatem. III. Quamvis auctoritas Paſtorum ſit a Deo, derivatio tamen hujus auctoritatis quoad exiſtentiam quam habet in hac vel illa perſona, pendet ab Eccleſiæ deſignatione: & ſic ejuſdem auctoritatis privatio pendet etiam ab Eccleſia, quæ eoſdem illos quos antea deſignaverat, juſtas ob cauſas poſtea ab illa functione poteſt removere.

10. *Proteſt.* Maneret alias Eccleſia ſine remedio, ſi Papa impune omnes vexare & perdere poſſit, nemine reſiſtente.

Bellarm. I. *Non mirum ſi maneat Eccleſia ſine remedio humano efficaci, quando quidem ſalus ejus nititur præcipue divina protectione.*

Proteſt. I. Eccleſia igitur non eſt reſpublica perfecta, ſibi ſufficiens in ordine, ad ſuum finem: non bene inſtituta: tenetur aliquando exponere religionem evidenti periculo. Hæc enim ſunt argumenta Bellarm. de Rom. Pont. lib. 5, cap. 7. ad Eccleſiæ poteſtatem probandam in Regibus deponendis: & multo efficacius, magiſque directe, militant pro poteſtate Eccleſiæ in pernitioſo Papa deponendo. II. Si hæc ratio valeret, tum omnis Medicinæ cura eſſet abjicienda, non tantum in ſpiritualibus, ſed & in corporalibus morbis. Salus enim omnis præcipue nititur divina protectione.

Bellarm. 2. *Licet etiam Papæ repugnare vi & armis, ſi Eccleſiam deſtruere velit.*

Proteſt. Licet igitur ipſum deponere. Sic enim Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

larm. ipſe explicat hanc reſiſtentiam armatam, de Pontif. Rom. l. 5, c. 7. *poteſt qualibet reſp. imperare alteri non ſibi ſubjectæ, & eam cogere ad mutandam adminiſtrationem, imo etiam deponere ejus Principem, & alium inſtituere, quando non poteſt aliter ſe defendere ab ejus injuriis.*

II. *Proteſt.* Decretum hoc fuit Concilii Conſtantienſis à Martino quinto approbati, Concilium generale eſſe ſupra Papam. Vel igitur hoc certum eſt, vel Concilium à Papa confirmatum poteſt errare.

Bellarm. 1. *Non definitur ibi abſolute Concilia habere poteſtatem ſupra Papam, ſed tantum in caſu ſchiſmatis.*

Proteſt. Verba ſunt manifeſta, ſeſſ. 4. *quod ipſa Synodus in Spiritu ſancto congregata, legitime generale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediate habet, cui quilibet cujuſcunque ſtatus, vel dignitatis, etſi Papalis, exiſtat, obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei, in capite & membris, &c.*

Bellarm. 2. *Neque verum eſt quod Martinus quintus confirmaverit hoc decretum.*

Proteſt. Verba etiam ejus ſunt ſatis aperta: I. in ſeſſ. 45. *Sanctiſſimus Dominus noſter, Papa, reſpondendo ad prædicta, quod omnia & ſingula, determinata, concluſa, & decreta in materiis fidei, per præſens Concilium, conciliariter tenere, & inviolabiliter ſervare volebat, & nunquam contrarie quoquo modo: Ipſaque ſic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter, nec alio modo.* II. In Bulla Martini ad inquiſitores directa, hic unus & articulus: *Item utrum credat, quod illud quod ſacrum Concilium Conſtantienſe, univerſam Eccleſiam repræſentans, approbavit, & approbat, in favorem fidei, & ad ſalutem animarum, quod hoc eſt ab univerſis Chriſti fidelibus approbandum & tenendum, &c.* Quod cavillatur Bellarm. de voce *conciliariter*, illud nullius eſſe momenti, & clare ſatis ex verbis ipſis confirmationis, & clarius adhuc ex verbis Bullæ apparet.

LIBER SECVNDVS.

DE ECCLESIA.

CAP. I. *De Eccleſiæ definitione.*

BEllarm. 1. *Quæſtio prima eſt de nomine & definitione Eccleſiæ militantis.*

Proteſt. Duo hic gravia & fundamentalia vitia, ve ex negligentia, vel ex fraude, in principio occurrunt contra

tra leges bene diſſerendi. I. Quod Bellarm. partem Eccleſiæ, militantem ſcil. aggreditur tractare, & tamen nihil omnino tradit de tota illa Eccleſia, cujus partem appellat militantem. Illud certe hoc artificio lucratur, quod imperitos lectores lateat, quando vel illa tribuit militanti Eccleſiæ, quæ ſunt propria totius, non hujus partis, vel etiam illa quæ à communi Eccleſiæ natura, atque adeo à militante ſunt prorſus aliena. Hæc autem ſunt quaſi præcipua loca, ex quibus Bellarm. ſuas & ſententias & argumenta petit. Illa vero Eccleſia tota, cujus militans Eccleſia eſt pars, *comprehendit omnes fideles ab Abel, uſque ad mundi conſummationem*, ait Canus apud Bellarm. c. 3. *eſt corpus Chriſti myſticum, conſtans ex omnibus fidelibus, à principio mundi uſque ad finem ipſius:* definiente Thoma, p. 3. q. 8. a. 3. Secundum vitium à Bellarm. hic admiſſum eſt, quod juſtam diſtributionem illius Eccleſiæ omittit, cujus partes vult explicare. Eccleſiæ ſecundum Scripturas duæ ſunt partes militans & triumphans. Pontificii autem tertiam partem aſſuerunt, docentes Eccleſiam eſſe triplicem, *triumphantem, dormientem, & militantem.* Sic Cardinalis Cuſanus, de Concord. l. 1, c. 4. vel ut Bannes habet in 2. 2. q. 1. a. 10. *Triumphantem, militantem & purgantem.* Bellarm. de tribus iſtis partibus agit ordine ſuo, id eſt de Eccleſia in terris, in Purgatorio, & in cœlo: ſed trimembrem illam diſtributionem conſultiſſimum putavit ſilentio præterire: cum tamen & definitio illa præcedens, & hujuſmodi aliqua diſtributio neceſſaria plane ſit ad quæſtiones de Eccleſia diſtincte & certo intelligendas.

2. Bellarm. *Prima ſententia Hæreticorum eſt, Eccleſiam eſſe prædeſtinatorum congregationem, alia eſt, Eccleſiam eſſe ſanctorum congregationem, qui vere credunt & obediunt Deo. Tertia eſt, Eccleſiam conſtare ex ſolis juſtis prædeſtinatis.*

Proteſt. I. Non ſunt iſta tres ſententiæ, ſed una & eadẽ, cum varietate aliqua verborum explicata. II. Hæc una ſententia non poteſt eſſe hæretica, niſi præter Scripturã, non veteres tantum Patres, ſed & Thom. Aquinas, & Nicolaus ipſe Papa, qui cap. Eccleſia, de conſecr. diſt. 1. Eccleſiam definivit *collectionem fidelium*, hæretici dicantur.

3. Bellarm. *Confeſſioniſtæ, & Calvinus, docent duas eſſe Eccleſias, veram quæ eſt ſanctorum fidelium congregatio: & externam, quæ nomine tantum eſt Eccleſia, in qua boni & mali reperiuntur: ſed malos eſſe in Eccleſia, non de Eccleſia.*

Proteſt. Calumnia eſt manifeſta, quod impingitur illis duarum Eccleſiarum militantium fictio. Non diſtribuunt Eccleſiam militantem in duas ſpecies: ſed duplicem reſpectum aut conſiderationem unius & ejuſdem Eccleſiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

diſtinguunt ac proponunt. Vnam quoad eſſentiam internam, & alteram quoad modum exiſtendi externum. Idem plane eſt, quod Bellarm. ipſe refert ex Auguſtino, *In Eccleſia eſſe animam internam ſc. dona gratiæ: & corpus, vel externam profeſsionem: ex quo fit, ut quidam ſint & de anima & de corpore Eccleſiæ: quidam autem de corpore, & non de anima.* Idem etiam alio modo explicat Alex. Alen. p. 3. m. 3. a. 3. *Mali ſunt quidem de unitate Eccleſiæ: ſed non de unitate corporis Eccleſiæ: non ſunt ſecundum propriam rationem corporis, vel quoad unionem corporis myſtici, de corpore Eccleſiæ.* Idem denique eſt quod Apoſt. Iohannes docet 1 Epiſ. 2, 19. *E nobis egreſsi ſunt, ſed non erant ex nobis.* Eadem plane eſt diſtinctio Apoſtoli Pauli Rom. 2, 28, 29. inter *Iudæum in propatulo, & Iudæum in occulto: Iudæum in litera, & Iudæum in ſpiritu, illum cujus laus eſt ex hominibus, & illum cujus laus eſt ex Deo.* Ipſe etiam Bellarm. c. 9. Donatiſtas dicit orthodoxos eo modo calumniatos eſſe, tempore Auguſtini, quo nos Pontificii, & idem reſponſum ab ipſis tuliſſe. *Cum Donatiſtæ calumniarentur, Catholicos duas Eccleſias facere, unam quæ ſolos bonos, aliam quæ bonos cum malis contineret: reſponderunt Catholici, ſe nunquam duas Eccleſias ſomniaſſe, ſed tantum diſtinguere partes vel tempora Eccleſiæ, &c. Auguſtinus dicit bonos ſic eſſe in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, ut ipſi ſint domus Dei conſtructa ex vivis lapidibus: malos ſic eſſe in domo, ut ipſi tamen non ſint domus.*

4. Bellarm. *Noſtra ſententia eſt, Eccleſiam eſſe cœtum hominum ejuſdem Chriſtianæ fidei profeſsione, & eorundem ſacramentorum communione colligatum, ſub regimine legitimorum paſtorum, ac præcipue unius Chriſti in terris Vicarii Romani Pontificis.*

Proteſt. I. Definitionem iſtam non explicare eſſentiam Eccleſiæ diſertis verbis fatetur ſtatim ipſe Bellarm. *Definitio noſtra* (inquit) *ſolum comprehendit hunc ultimum modum exiſtendi in Eccleſia.* Qualis autem ſit modus ille exiſtendi in Eccleſia declarat iſtis verbis: *ſicut capilli, aut ungues, aut mali humores in corpore humano.* Perinde igitur facit Bellarm. in Eccleſia definienda, ac ſi quis hominem definiret per illa ſola, quæ reperiuntur in capillis, unguibus, aut humoribus malis. II. Vltimum illud, de ſubjectione ad Pontificem Romanum, non poteſt ulla ratione, ut neceſſarium, demonſtrari, ne quidem ad Eccleſiæ capillos, ungues, & malos humores: quamvis regimen Papæ ad talem Eccleſiam ſpectare, non gravate fatemur.

5. Bellarm. *Hoc intereſt inter ſententiam noſtram, & alias, quod omnes aliæ requirunt internas virtutes ad conſtituendum aliquem in Eccleſia: nos autem ut aliquis aliquo modo dici poſsit pars veræ Eccleſiæ, de qua Scripturæ loquuntur non putamus requiri ullam internam virtutem, &c. Eccleſia enim eſt cœtus hominum ita viſibilis & palpabilis, ut eſt cœtus populi Romani, vel Regnum Galliæ, aut Reſpublica Venetorum.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Sophiſtice hic agitur in differentia iſta ſtatuenda. Nam in priore parte narrat quid alii requirunt *ad conſtituendum aliquem in Eccleſia:* ſed in poſteriore docet, quid ille cum ſuis requirit, *ut aliquis modo dici poßit pars veræ Eccleſiæ.* Differentia igitur ad unum & idem non refertur. II. Falſum eſt, internas virtutes requiri à nobis, ut aliquis ſit in *Eccleſia* quoad viſibilem ejus ſtatum. III. Vt quis vere ac proprie dicatur pars illius Eccleſiæ, quæ in Scripturis, Epheſ.4,16. dicitur *vim habere intus agentem,* neceſſario requiruntur internæ virtutes. IV. Si Eccleſia Romana quam Bellarm. definivit ſit tam palpabilis, tum non eſt illa Eccleſia quam credimus fide, quæ eſt *eorum quæ non cernuntur, Heb.* 11, 1. & quam Apoſtolus appellat *myſterium magnum. Eph.* 5,32.

6. Bellarm. *Non Baptizati, Hæretici, Apoſtatæ, Schiſmatici, Excommunicati, non ſunt de Eccleſia.*

Proteſt I. Hæc non proprie ſpectant ad quæſtionem. II. De Hæreticis, & Apoſtatis, propriis ac plenariis conſentimus. De infantibus fidelium, & fidelibus nondum baptizatis, adeo manifeſte falſum eſt quod affirmatur, ut niſi habendi tales eſſent pro membris Eccleſiæ, non deberent baptizari. Baptiſmus enim ſua natura eſt ſigillum inſitionis jam factæ in Chriſtum, atque adeo in Eccleſiã. Act.10, 47, 48. Schiſmatici poſſunt eſſe de Eccleſia illa à qua ſemetipſos non ſepararunt. Excommunicati poſſunt, ab Eccleſia particulari, qui ſunt & manent vera membra Eccleſiæ militantis.

7. Bellarm. *Reprobi ad Eccleſiam pertinere poſſunt.*

Proteſt. Hoc non poteſt negari, ſi intelligatur ſecundum extrinſecam rationem Eccleſiæ militantis, *prout capilli, ungues aut mali humores pertinent ad corpus humanum:* quam explicationem dedit nobis antea Bellarm. c.2. *aut quemadmodum civitas Romana multos non cives dicitur complecti:* quæ eſt illuſtratio Bellarm. hoc ipſo cap.7. Nullam igitur adhuc quæſtionem habemus conſtitutam.

8. Bellarm. *Magni & manifeſti peccatores ſunt in Eccleſia.*

Proteſt. At hoc etiam conceditur a nobis, eodem ſenſu quo antecedens illud effatum: id eſt, quemadmodum Bellarm. hoc ipſo c.9. fatetur Iohannem de Turrecremata, Alexand. Alenſem, Hugonem, Thomam, Petrum à Soto, Canum, & alios hoc explicare, id eſt, ita ut iſtiuſmodi peccatores *non ſint membra vera, nec ſimpliciter corporis Eccleſiæ, ſed tantum ſecundum quid & æquivoce.* Vel etiam quemadmodum Bellarm. ſemetipſum interpretatur: *non ſunt membra viva corporis Chriſti. Pertinent ad hominem exteriorem Eccleſiæ, non tamen ad interiorem. Non ſunt in Eccleſia eo modo quo ſunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

boni. Sunt membra mortua, & arida, quæ ſolum adhærent reliquis externa conjunctione. Ita pertinent ad regnum Dei, ut ſimul pertineant ad regnum Diaboli.

9. Bellarm. *Infideles occulti pertinent ad Eccleſiam.*

Proteſt. Neque de iſtis à Bellarm. diſſentimus, ſic ſuam ſententiam explicante, cap. iſto 10. *Sunt partes exteriores, membra arida, mortua, non ſunt in Eccleſia eo modo, quo eſſe videntur. Non ſunt uniti, niſi conjunctione externa. Non ſunt de Eccleſia, niſi ſecundum apparentiam, & putative non vere.* Tota igitur hæc diſputatio magno conatu decem capitibus peracta nullam omnino quæſtionem certam, aut controverſiam habet propriam circa quam verſatur.

10. Quæſtio illa, cujus umbram quandam, variorum ſophiſmatum quaſi denſa nube involutam, exhibuit nobis Bellarm. eſt, an magnifica illa, quæ in Scripturis, dicuntur de Eccleſia Chriſti, quod ſit, *à Chriſto redempta, corpus Chriſti, ſponſa Chriſti, vivificata, acta, & ducta, a S. Sancto particeps omnium benedictionum ſpiritualium, ita ut portæ inferorum non ſint adverſus eam prævaliturα* quæſtio (inquam) eſt, an hæc, & hujuſmodi proprie & plene conveniant toti multitudini Chriſtianam fidem profitenti, & Pontif. Romano, ſubjectæ; an vero ſolis fidelibus viris? vel an conveniant Eccleſiæ militanti, ſecundum eſſentialem ejus naturam, quæ propria eſt verorum fidelium an vero ſecundum externum illum exiſtendi modum, quo includi fatetur Bellarm. *reprobos impios, & ſceleſtos?* Hujus quæſtionis veritas eſt adeo clara, ut Bellarm. non potuerit eam cum ulla ſpecie tractare.

CAP. II. *De Eccleſiæ viſibilitate, & immunitate ab errore.*

THESIS I.

QVæſtionem ſecundam proponit Bellarm. ſimilem plane prioris, & cum illa plane conjunctam. Nobis hanc ſententiam ſine ulla diſtinctione aut explicatione, tribuit: *Vera Eccleſia eſt inviſibilis, ſolique Deo cognita:* Cujus contrarium ſuſcipit ille confirmandum etiam, ſine ulla declaratione ſui ſenſus. Nihil igitur hic niſi confuſio tenebrarum. Nos autem fatemur Eccleſiam militantem, quamvis quoad eſſentialem ſuam formam, & tota ſimul ſit inviſibilis, viſibilem tamen eſſe quoad formam accidentalem & externam, in ſuis partibus, & ſingulatim, & conjunctim in cœtibus Eccleſiaſticis a Chriſto inſtitutis. Bellarm. itidem, quamvis acriter contendat Eccleſiam eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eſſe viſibilem, tandem tamen cap. 15. concedit eam quoad ſuam formam eſſentialem eſſe inviſibilem, *Videmus* (ait) *tum cœtum hominum, qui eſt Eccleſia: ſed quod ille cœtus ſit ipſa vera Chriſti Eccleſia, non videmus, ſed credimus. Res illa, ſeu incomplexum illud de quo prædicatur Eccleſiæ ratio ac definitio, viſibile quiddã eſt: at complexum prædicati cum ſubjecto* (hic cœtus eſt Eccleſia vera) *ſola fide tenetur.* Nulla igitur controverſia reſtat de ipſa natura Eccleſiæ veræ, utrum ſit viſibilis necne? Quæſtio hic tamen conſtitui poteſt, an tota Eccleſia militans, ſit aliquo modo viſibilis in illa dependentia, quam tota ſimul ab uno viſibili capite, uno certo gubernationis ordine dicitur habere: ſed iſtam controverſiam Bellarm. non attingit. Et tamen propter iſtum reſpectum ad Pontificem Romanum, & ad ejus judicium præmuniendum, contendunt Pontificii pro abſoluta viſibilitate Eccleſiæ. *Cum omnia planè dogmata ex teſtimonio Eccleſiæ* (id eſt, Pontificis, ut Eccleſiæ capitis) *pendeant, niſi certiſſimi ſimus, quæ ſit vera Eccleſia, incerta erunt prorſus omnia*, ait Bellarm. cap. 10. Et conſequenter etiam, eodem reſpectu, fidem internam docent non requiri in Eccleſiæ membro: *quia alias* (ait Bellarm. ibid.) *nulla erit inter nos & hæreticos amplius quæſtio de eccleſiæ viſibilitate, & cap. 9. ſequeretur Pontificem malum non eſſe caput eccleſiæ: & alias epiſcopos, ſi mali ſint, non eſſe capita ſuarum eccleſiarum. Caput enim non eſt humor, aut pilus, ſed membrum, & quidem præcipuum.* Talis eſt concatenatio politicarum imaginationum in Theologia Romana.

2. Quæſtio etiam tertia nititur calumnia mera: nos enim non dicimus, *eccleſiam viſibilem interdum ita errare in fide & moribus, ut penitus deficiat*: quam ſententiam affingit nobis Bellarm. ſed dicimus. I. Hanc aut illam viſibilem Eccleſiam, etiam Romanam poſſe penitus deficere. II. Eccleſiam totam militantem, aliquando ita obſcurari, ut comparative dici poſſit inviſibilis: quia nulla eſt conſpicua, mundo patens, & publice celebris, Eccleſia particularis, uno tempore, quales alio tempore, ſunt multæ. III. Eccleſiam aliquando viſibilem eſſe non tantum cum defectibus multis in doctrina, diſciplina, ſacramentis, & adminiſtrandi ratione, ſed etiam cum variis impuris miſturis: ita ut Eccleſia ſit viſibilis, cum tamen eccleſia talis, qualem in omnibus ſequi tuto poſſimus, ſit inviſibilis. IV. Hanc autem communem defectionem vix unquam accidere docemus præterquam regnante Antichriſto. Sed & Bellarm. ipſe cum aliis Pontificiis hujuſmodi ſtatum Eccleſiæ futurum docent ſub regno Antichriſti. Sic enim Bellarm. de Rom. Pont. lib. 3, c. 7. *Antichriſti tempore, propter atrocitatem perſecutionis ceſſare debet publicum, & quotidianum*

tidianum eccleſiæ officium, & ſacrificium, ut aperte docet Dan c. 12. *Omnium conſenſu, Antichriſtus interdicturus eſt omnem divinum cultum.* Ita ut nulla reſtet quæſtio de Eccleſiæ militantis viſibilis defectione: ſed de Antichriſto tantum, & ejus regno: quibus de rebus alibi dictum eſt.

3. Quæſtio quarta eſt, an Eccleſia poſſit errare? De qua nos diſtinguendo ſtatuimus, Eccleſiam, (ſi hoc nomine intelligatur univerſitas fidelium) non poſſe errare in iis quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem: in aliis poſſe. Si autem hoc nomine intelligatur univerſitas Epiſcoporum talium, quales apud Pontificios conſtituunt Eccleſiam repræſentativam, eos abſolute dicimus poſſe errare. Bellarm. ex adverſo ſtatuit. *Eccleſiam abſolute non poſſe errare, nec in rebus abſolute neceſſariis, nec in aliis quæ credenda, vel facienda nobis proponit: ſive per eccleſiam intelligatur univerſitas fidelium, ſive univerſitas epiſcoporum.* Vbi ſatis abſurde credenda & facienda proponi docet ab univerſitate fidelium, prout diſtinguitur ab univerſitate Epiſcoporum: quaſi omnes & ſinguli fideles eſſent judices decernentes quæ ſint credenda; & quæ facienda.

Argumenta Bellarmini.

4. Bellarm. *Eccleſia Dei eſt columna & firmamentum veritatis:* 1 *Tim.* 3. *Vbi vult Apoſtolus ſignificare, veritatem fidei, quoad nos, niti eccleſiæ authoritate & verum eſſe quicquid eccleſia probat, falſum quicquid illa improbat.*

Proteſt. I. Per Eccleſiam hoc in loco non intelligitur proprie univerſitas vel fidelium omnium, vel Epiſcoporum: ſed talis Eccleſia particularis qualis fuit Epheſina, in qua Timotheus tum temporis verſabatur. II. Talem Eccleſiam poſſe errare, & deficere, experientia ipſa docet illos, qui hodie intuentur Eccleſiam Epheſinam. 3. *Non dicitur columna quod eccleſia firmet & ſuſtineat veritatem* (ait Contarenus in illum locum) *ſed quoniam firmatur & ſuſtentatur à veritate.* IV. Ita tamen firmatur & ſuſtentatur à veritate, ut ſimul etiam *veritatem Euangelicam fortiter portet*, (ut Dion. Carthuſianus loquitur) cognitionem & profeſſionem veritatis habens *non vacillantem* (ut Thomas notat) *ſed firmam.* Sed inde non ſequitur, nullum errorem in ea reperiri: veritas enim poteſt illam columnam ſuſtentare, & ab illa columna portari, quæ errorem aliquem ſimul portat. V. Non mittitur his verbis Timotheus ad Eccleſiam Epheſinam, ut inde tanquam ex certa regula diſcat veritatem: ſed illa cura ipſi mandatur, ut ita proſpiciat Eccleſiæ illi, quoad doctrinam ſanam, & adminiſtrationem ex voluntate Chriſti ordinatam, ut veritas ibi firmam ſedem poſſit habere, tanquam in immobili columna.

lumna. VI. Veritas illa quæ neceſſario debet ibi manere, ut ſit domus Dei, indicatur ab Apoſtolo, eſſe *magnum myſterium pietatis*, non quælibet veritas. VII. Veritas hæc appenditur Eccleſiæ tanquam columnæ, quamdiu ibi veritatis neceſſariæ profeſſio conſervatur.

Bellarm. *Hoc modo officina librariorum, & arca cuſtodiunt veritatem, & ſi de cuſtodia ageretur, melius arca, quam columna Paulus comparaſſet Eccleſiam.*

Proteſt. Cuſtodiunt illæ quidem ut inſtrumenta libros veritatis: ſed non cuſtodiunt veritatem, ut propria ejus ſubjecta: non cuſtodiunt profeſſionem veritatis, ut ejus teſtes. Hæc aliis rebus aut hominibus non conveniunt, præterquam Eccleſiæ ſoli. *Phil.* 2, 15,16. & ratione profeſſionis firmiter conſervatæ, Eccleſia potius comparatur columnæ quam arcæ aut officinæ.

5. Bellarm. *Eccleſia gubernatur à Chriſto, tanquam à ſponſo ſuo, & à Spiritu tanquam ab anima: ergo ſi Eccleſia in dogmatibus fidei vel morum errat, Chriſto & Spiritui ſancto error tribueretur, Chriſtus tenetur removere omnem errorem ab Eccleſia, ex quo magnum oritur malum.*

Proteſt. I. Eccleſia gubernatur à Chriſto ne erret ad mortem: non ne erret omnino. gubernatio autem Chriſti non debet extendi ultra ſuum finem. II. Gubernatio Chriſti non eſt perfecte efficax in Eccleſia, dum hic manet: Eccleſia igitur eſt ſponſa quæ aptatur in hoc mundo, ut in futuro Chriſto ſiſtatur. 2 *Cor.* 11,2. III. Imperfectio effecti, non eſt tribuenda cauſæ perfectæ, ſed incapacitati ſubjecti. IV. Chriſtus non tenetur illum errorem avertere ab Eccleſia, ex quo ſua natura exoritur magnum malum: quia poteſt vel malum illud avertere, vel idem convertere in occaſionem boni majoris. V. Si hæc ratiuncula quidquam valeret, ſequeretur inde nullum fidelem poſſe errare: omnes enim fideles gubernantur à Chriſto, & à Spiritu ſancto.

6. Bellarm. *Si Eccleſiam non audierit ſit tibi veluti Ethnicus. Mat.* 18.

Proteſt. I. Per Eccleſiam hoc in loco intellexit antea Bellarm. lib. 2, c. 15. Concilium generale. Poſtea c. 19. Epiſcopum, vel cœtum cum Epiſcopo, vel denique Papam. Hic jam intelligi vult univerſitatem vel fidelium, vel Epiſcoporum. Cum tamen certum ſit nihil horum intelligi proprie, ſed illam Eccleſiam, cujus frater offendens eſt membrum, ad quam ex inſtituto Chriſti poſſit ac debeat deferri. II. *Audire* non eſt credere Eccleſiæ in omnibus, ſed auſcultare increpationi vel admonitioni de peccato ex verbo Dei depromptæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 7. *Eccleſia eſt ſancta quoad profeſſionem: ergo profeſſio Eccleſiæ nihil continet niſi ſanctum.*

Proteſt. I. Hac ratione ſequeretur hunc vel illum ſingularem fidelem, qui ſanctam habet profeſſionem, non poſſe errare. II. Profeſſio fidelium ſingularium, & Eccleſiæ, nihil ex primaria ſua intentione continet, niſi ſanctum: ſed ex errore & infirmitate, aliquid non ſanctum poteſt admixtum habere.

8. Bellarm. *Tum maxima pars dogmatum fidei in dubium revocari poſſet.*

Proteſt. Vere hoc dicitur de iis quorum fides pendet ab Eccleſiæ authoritate: ſed non de iis, qui per Spiritum gratiæ fundantur & radicantur in fide ſua, per & propter authoritatem Dei.

Error Eccleſiæ.

9. Nos loco multarum demonſtrationum unam inſtantiam dabimus manifeſti erroris Eccleſiæ. *Auguſtini & Innocentii I ſententia, ſexcentos circiter annos viguit in Eccleſia, Euchariſtiam etiam infantibus eſſe neceſſariam.* Verba ſunt Maldonati Ieſuitæ in *Ioh.* 6. quæ explicari poſſint ex Auguſtino de peccat. mer. & remiſſ. lib. 1, cap. 24. *Chriſti Eccleſiæ inſtitutum tenent, non poſſe quenquam hominem, abſque Dominicæ menſæ participatione, ad vitā æternam pervenire.* quod nominatim de infantibus affirmat, ex conſenſu Innocentii Papæ. cont. Iul. lib. 1, c. 2. & lib. 3, c. 11. contra duas epiſt. Pelag. lib. 2, cap. 4. Iam vero contraria ſententia in Eccleſia viget, & Concil. Trid. anathema denunciavit ſententiæ priori, atque adeo Innocentio Papæ, & Auguſtino, cum Eccleſia tota illius ætatis, ſeſſ. 21. can. 4. *Si quis dixerit parvulis, antequam ad annos diſcretionis pervenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem, anathema ſit.* Vel certe Papam cum Eccleſia, vel Concilium cum Papa, graviter erraſſe neceſſe eſt.

CAP. III. *De Eccleſiæ Notis.*

THESIS I.

Quæſtio quinta eſt de Notis Eccleſiæ: lib. 4.

BEllarm. *Controverſia de Notis veræ Eccleſiæ eſt utiliſſima.*

Proteſt. I. Nullum omnino uſum habet, ſi verum ſit, quod Bellarm. affirmat, lib. 3, c. 2. *Eccleſiam eſſe cœtum hominum ita viſibilem, & palpabilem, ut eſt cœtus populi Romani, vel Regnum Galliæ, aut Reſp. Venetorum.* ſupervacaneum enim eſſet & plane ridiculum ſollicite diſputare de Notis Regni Galliæ, aut Reipubl. Venetorum. II. Nullum uſum habere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

habere poteſt (ex Bellarm. ſententia) apud eos qui norunt, quænam ſit Chriſtiana fides, quæ ſacramenta, & quis Pontifex Romanus: quia ex iſtis definitionem Eccleſiæ, atque adeo certam ejus notitiam habent, ſi modo Eccleſia ſit, ut Bellarm. contendit, *cœtus hominum ejuſdem Chriſtianæ fidei profeſſione, & eorundem ſacramentorum communione colligatus, ſub regimine legitimorum paſtorum, ac præcipue Romani Pontificis, ibid.* II. Nullum neceſſarium uſum habet ex noſtra ſententia, ſaltem quoad totam Eccleſiam militantem: quia cum definimus Eccleſiam per veram fidem, neminem latere poſſit, externam aut viſibilem notam illius Eccleſiæ, eſſe veræ illius fidei externam profeſſionem. IV. Quoad particularem Eccleſiam à Chriſto inſtitutã, nullus eſt uſus hujus diſputationis de Notis, antequam Eccleſiam ipſam notandam habeamus definitam: quod in Bellarm. non immerito deſideratur. Non eſt igitur magni momenti Controverſia iſta de notis, ex ſeſe, ſed propter perverſitatem Pontificiorum, qui omnia collocant in externis, videndum eſt breviter quid illa quæ Bellarm. de notis iſtis tradit, habeant in ſe veritatis & utilitatis.

2. Bellarm. *Notæ debent eſſe propriæ rei diſcernendæ, non communes, ne quidem aliorum opinione. 2. Debent eſſe notiores ea re cujus ſunt notæ. 3 Debent eſſe inſeparabiles.*

Proteſt. Nota aliquando idem fere ſonat cum ſigno, aut argumento, quo aliquid poſſit declarari. ſed quia illa argumenta maxime apta ſunt ad rem aliquam declarandam, quæ propria ſunt ejus, & faciliora ſunt perceptu, idcirco per approbationem, non male vocantur illa argumenta notæ, in quibus iſtæ conditiones occurrunt. Sed I. male & ſophiſtice inſeritur illud de *aliorum opinione:* quia ſi ad opinionem hujus aut illius exigendæ eſſent rerum proprietates, tum nihil certi de iis haberemus. II. Ambigue dicitur, *notas eſſe notiores re notata:* quia huic aut illi homini, hoc aut illo modo, notitia diſtincta vel confuſa, poſſint ſimul eſſe magis & minus notæ.

3. Bellarm. *Vera prædicatio Euangelii, legitima adminiſtratio Sacramentorum, & legitima diſciplina, non ſunt ullo modo ſufficientes notæ eccleſiæ. 1. quia non declarant quæ ſit vera Eccleſia, niſi probabiliter, ſecundum hæreticos ſed potius ubi lateat Eccleſia.*

Proteſt. I. Non adhibentur iſtæ notæ à nobis ad veram eccleſiam militantem, quoad eſſentiam ejus internam, certo & neceſſario declarandam; ſed ad viſibilem aliquem cœtum deſignandum, qui eſt eccleſia particularis, ex inſtituto Chriſti formata. II. Hanc autem eccleſiam declarant, & quæ ſit, & ubi appareat, non ubi lateat, idque certo, non probabiliter tantum. III. Hac etiam ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ne, declarant ſimul nobis illum cœtum viſibilem, qui
nobis debet haberi pro eccleſiæ militantis vera part
IV. Iſtæ ipſæ notæ confirmantur à Bellarm. ut maxim
eſſentiales, dum ex iis eccleſiam definit. lib. 3, c. 2. *eſt cœ*
tus hominum, ejuſdem Chriſtianæ fidei profeſſione, & eorundem ſacr
mentorum communione colligatorum, ſub regimine legitimorum paſt
rum. Profeſſionis enim publicæ, Chriſtianæ fidei, prima
ria pars eſt prædicatio ejus probata & recepta.

4. Bellarm. *Syncera prædicatio veritatis, eſt nota communiſſim*
omnibus ſectis, ſaltem opinione ipſarum: quæ enim ſecta unquam fuit
quæ non diceret ſe habere ſynceram prædicationem veritatis?

Proteſt. I. Hoc egregio commento illudere poſſit Bel
larm. Chriſto Domino, tradenti notam vel (ut Nazian
zenus loquitur) characterem Chriſtiani, *Ioh.* 13, 35. *ex h*
omnes cognoſcent vos eſſe diſcipulos meos, ſi charitatem habueritis alii i
alios. Quis enim dealbatus hypocryta non diceret ſe ſu
ſimiles amare? II. Hac etiam ratione refutat Bellarm
totam ſuam definitionem Eccleſiæ, præter caudam illam
a ſe gratis aſſutam, de Papa quæ enim ſecta non diceret ſ
habere profeſſionem Chriſtianæ fidei, & ſacramentorum
communionem ſub regimine legitimorum paſtorum? an
idcirco dicet ſuam definitionem eſſe communiſſimam
Sicut Apoſtolus Iohannes notam illam diſcipuli Chriſt
interpretatur, de charitate quæ non eſt in *verbo*, *aut lingu*
ſolum, ſed facto & veritate. 1 *Ioh.* 3, 18. ſic etiam prædicatio Eu-
angelii, cum cæteris notis Eccleſiæ, intelligi debent, non
de opinione & dictis hominum, ſed de re ipſa in veritate

5. Bellarm. *Nemo noſſe poteſt ubi vere credatur verbum: ergo ne-*
que ubi ita prædicatur ut etiam recipiatur.

Proteſt. Agitur hic proprie de Eccleſia, quoad viſibilem
illum ſtatum, quem habet in aſpectabili cœtu, ad iſtum
autem non neceſſario requiritur vera & interna receptio
verbi à ſingulis membris illius cœtus, ſed externa profeſ-
ſio talis receptionis: ſecundum quam tamen ſtatuere &
pronunciare debemus etiam de interna receptione.

6. Bellarm. *Notius eſt quæ ſit vera Eccleſia, quam quæ ſit vera*
prædicatio verbi.

Proteſt. Hoc eſt omni ex parte falſum. Nam I. verbum
eſt cauſa Eccleſiæ: quo reſpectu, dicitur in Scriptura *ſe-*
men, & *fundamentum* ejus, ſed cauſa, ordine naturæ, & co-
gnitionis diſtinctæ notior eſt ſuo effecto. II. Bellarmi-
nus ipſe in definitione Eccleſiæ explicando naturam e-
jus, per Chriſtianæ fidei (cujus objectum eſt verbum
Dei) profeſſionem: numquid per ignotius explicavit?
III. Quoad noſtram perceptionem, facilius eſt cognoſce-
re, utrum Chriſtiana fides publice prædicetur, & recipia-
tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ur in aliquo cœtu, quam aliquacunque ratione cognoſce-
e, perſonalem profeſſionem Chriſtianæ fidei? à membris
llius cœtus ita eſſe receptam, ut ſufficiat ad Eccleſiam
onſtituendam.

Bellarm. *Quænam ſit vera prædicatio diſcimus ab Eccleſia. Scri-turam ipſam, & ſenſum ejus, non poſſumus ſcire, niſi ex teſtimonio Ec-cleſiæ. Eccleſia eſt Scripturæ cuſtos, & doctor.*

Proteſt. I. Diſcimus ab artifice, grammatico, logico, &c. qualis ſit ars illa quam profitetur: & tamen non novimus artificem (niſi vaga, confuſa, incerta & erratica cognitio-ne) niſi prius intellecta ejus arte. II. Poſſumus diſcere veram verbi prædicationem à Deo, per ſingularem ali-quem nuncium, non ab Eccleſia; & ſic maxima ex parte, prima inſtitutio eorum qui alieni fuerunt ab Eccleſia ſo-let diſpenſari. Illa etiam quæ diſcimus in Eccleſia, non tam proprie ab Eccleſia diſcimus, quam à Deo per ejus miniſtros. III. Si vera eſſent illa quæ Bellarminus po-ſtulat ſibi dari, de teſtimonio Eccleſiæ: non ſequeretur tamen, quin cum intelligimus aliquo modo Scripturam, poſſimus ex ejus prædicatione in hoc aut illo cœtu rece-pta, dignoſcere cœtum illum eſſe Eccleſiam Dei. IV. Non eſt neceſſarium, ut omnis cuſtos theſauri noſcatur prius quam theſaurus: aut omnis Doctor, quam doctrina: ſed contra potius, ſi loquamur de cognitione diſtincta Cu-ſtodis & Doctoris, quatenus ſunt tales.

7. Bellarm. *Separatur aliquando vera prædicatio verbi ab Ec-cleſia vera: ut Eccleſiis Corinthiorum, Galatarum, cum Apoſtolus ad illas ſcribebat.*

Proteſt. I. Quoad quantitatis gradum, & puritatem qua-litatis, poteſt aliquando abeſſe: ſed non quoad eſſentiam, ſubſtantiam, aut ſummam rei. II. Chriſtianæ fidei pro-feſſio quam Bellarm. ponit in definitione Eccleſiæ, æque poteſt ab Eccleſia ſeparari. Hoc igitur non magis facit ad-verſus notam Eccleſiæ, quam adverſus ejus definitionē. III. Quod dicitur de Eccleſia Corinthiorum, & Galata-rum, corruptio illa fuit partium tantum, non totarum Eccleſiarum, 1 *Cor.* 15, 12. *quomodo dicunt quidam inter vos:* fuit in *fieri*, non in *facto eſſe*.

8. *Proteſt.* Ioh. 10. Oves meæ vocem meam audiunt.

Bellarm. 1. *Non docet hic locus ubi ſit Eccleſia, ſed qui ſint electi.*

Proteſt. I. Excepit antea adverſus notas noſtras, quod *non poſſimus ex iis ſcire, qui ſint electi, & potius diſcimus ex iis ubi la-teat Eccleſia, quam quæ ſit.* Hic vero ex adverſo, docere eas fatetur qui ſint electi, non ubi ſit Eccleſia. II. Si doceat hæc nota qui ſint electi, tum etiam qui ſunt membra Ec-cleſiæ, atq; adeo, dum indicat ubi tales ſint, indicat etiam

ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ubi ſit Eccleſia, ſaltem quoad membra diſperſa, illud a
tem quod facit & indicat hominem Chriſtianum, ſi ide
exiſtat in congregatione unita, facit etiam & indicat co
gregationem Chriſtianam, id eſt, Eccleſiam.

Bellarm. *Non poteſt ſciri, qui corde audiunt vocem Chriſti.*

Proteſt. Poteſt ſciri, qui profitentur ſe corde audire:
illa profeſſio eſt nota Eccleſiæ viſibilis.

9. *Proteſt.* Eph.5. Mundans eos lavacro in verbo vit

Bellarm. *Docetur hic non ubi ſit Eccleſia, ſed quid boni Deus co
tulerit Eccleſiæ: mundatio autem eſt inviſibilis.*

Proteſt. I. Docetur aperte ibi eſſe Eccleſiam ubi illu
bonum per verbum & Baptiſmum communicatu
II. Mundatio eſt aliquo modo viſibilis, ex confeſſio
lib.3, c.9. *Baptiſma ſanctum: profeſſio ſancta: unio ſancta: ſan
conſecratio.* ſi hæc omnia in Eccleſia ſunt viſibiliter ſanct
certe viſibilis aliqua eſt ſanctiſicatio & mundatio in E
cleſia Dei, & idem Bellarm. de Baptiſ. lib.1, cap.13. mu
dationem hanc fieri contendit per viſibilem Baptiſmun

10. *Proteſt.* Matt. 18. Vbi ſunt duo vel tres &c. ill
ſum in medio eorum.

Bellarm. 1. *Demonſtratur hic non ubi ſit Eccleſia, ſed ubi
Chriſtus.*

Proteſt. Demonſtratur cœtus ille in quo Chriſtus adeſ
dum demonſtratur ubi ſit Chriſtus: ille autem cœtus e
Eccleſia: Chriſtus enim ambulat inter ſeptem candel
bra, quæ ſunt ſeptem Eccleſiæ. *Apoc.* 1,20 & 2,1.

Bellarm. 2. *Quomodocunque in nomine Chriſti congregari, n
eſt nota Eccleſiæ: convenit enim omnibus hæreſibus, & ſchiſmatis.*

Proteſt. Congregari ad verbum Chriſti vere prædican
dum, reverenter audiendum, & recipiendum, hoc e
congregari in nomine Chriſti: neque convenit hæreſi
bus, & ſchiſmatis Eccleſiam deſtruentibus.

11. *Proteſt. Ioh.*15. Vos mundi eſtis propter ſermone
quem loquutus ſum vobis.

Bellarm. *Hic locus ſimilis eſt ſecundo.*

Proteſt. Sequitur igitur ſecundum intelligendum etia
eſſe de eloquutione vel prædicatione verbi externa, & e
juſdem externa receptione, non interna ſola.

12. *Proteſt. Rom.*1. Euangelium virtus Dei eſt in ſalu
tem omni credenti.

Bellarm. *Effectus Euangelii eſt inviſibilis.*

Proteſt. I. Inviſibile effectum Euangelii, multa habet ad
juncta, & effecta viſibilia. II. Vel negat hic Bellarm
Eccleſiam eſſe effectum Euangelii, contra diſerta verb
Scripturæ, *Epheſ.*2,30, 1 *Pet.*1,23, vel negat Eccleſiam eſ
ſe viſibilem.

13. *Proteſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

13. *Proteſt.* Chryſoſtomus idem nobiſcum ſentiebat: Hom. 49. in Matth. *Qui vult cognoſcere quæ ſit vera Eccleſia Chriſti, unde cognoſcat, niſi tantummodo per Scripturas?* Et Auguſtinus, de unitate Eccleſiæ: *Nolo hominum documentis, ſed divinis oraculis ſanctam Eccleſiam demonſtrari.*

Bellarm. 1. *Ad locum Chryſoſt. jam ſæpe reſpondimus.*

Proteſt. Nunquam quidquam ad rem, niſi pudendum admodum fuiſſet, quod reſpondere debuerat, habuiſſemus hic illud repræſentatum. Bellarm. à repetitionibus unius & ejuſdem reſponſi non adeo, ut hic videri vult, abhorret.

Bellarm. 2. *Ex Scriptura probatur ubi ſit Eccleſia, quia Scriptura docet quæ ſint notæ.*

Proteſt. I. Scriptura igitur cum notificat notas Eccleſiæ, debet eſſe non tantum Eccleſia ipſa, ſed & notis ejus notior. II. Si Scriptura doceat quæ ſint notæ, tum ubicumque doctrina illa quam Scriptura docet prædicatur, recipitur, & exercetur, neceſſe eſt ut ibi appareant Eccleſiæ notæ, atque adeo ipſa Eccleſia.

14. *Proteſt.* Scriptura eſt notior quam Eccleſia: quia ex Scriptura probatur Eccleſia.

Bellarm. *Simpliciter Eccleſia eſt prior & notior, quam Scriptura: aliquando tamen ex hypotheſi, Scriptura eſt notior: quando videlicet Scriptura eſt recepta, & clare loquitur, & oritur quæſtio de ipſa Eccleſia: ſicut interdum contrario.*

Proteſt. I. Hæc ſunt ſimpliciter ſophiſtica: quia agitur hic de verbo Dei, vel de doctrina eſſentiali, quæ in Scripturis continetur, non de modo ejus, qui eſt in ſcriptione. Agitur etiam de Eccleſia hac aut illa particulari, non de tota Eccleſia militante, ab initio mundi, uſque ad finem ejus. II. Sunt etiam ſimpliciter falſa. Cum enim ut ex ipſa definitione Bellarminiana liquet, fides Chriſtiana, pertineat ad eſſentiam Eccleſiæ, & illa fides eſt ex auditu verbi Dei, neceſſe eſt, ut verbum ipſum Dei ſit ſimpliciter prius Eccleſia. III. Populus aliquis ſit Eccleſia, eo quod verbum Dei habet ſibi inſitum ἔμφυτον. *Iac* 1, 21. verbum idcirco ita ſe habet ad Eccleſiam, ſicut abſtractum ad concretum, ſapientia ad ſapientem, juſtitia ad juſtum: ſed ſapientia eſt ſimpliciter prior ac notior ſapiente, juſtitia juſto: ergo & verbum Eccleſia. IV. Si Scriptura ſit notior *quando eſt recepta*, quod Bellarm. fatetur, tum ſemper eſt notior: ſemper enim ex quo data fuit, fuit & erit in Eccleſia recepta. V. Si in quæſtionibus de Eccleſia, notior ſit Scriptura, tum etiam ſimpliciter & in omnibus. Non dicent enim Pontificii, aliquod aliud fidei principium eſſe, de quo quæſtio poſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

oriri, quod eſt Scriptura ſimul & Eccleſia notius:
Scriptura non minus clare, aut immediate inſtituit E-
cleſiam de aliis neceſſariis, ac de Eccleſiæ ipſius natu
VI. Quæ Bellarm. narrat de Scriptura ab Eccleſia re-
pta, ſunt conſiderationes ab hominum conditione pe-
dentes. Cum autem agendum erit cum homine infide,
qui neque Eccleſiam, neque Scripturam recipit; ridic-
lus eſſet, qui primo illi proponeret Eccleſiam, ut ex
cognoſceret verbum Dei; & non potius verbum Dei,
ex eo Eccleſiam, & omnia neceſſaria diſceret. In pri
igitur receptione verbum Dei eſt prius ac notius: & ce
te ex receptione, non perdit naturam aut dignitate
ſuam: eſt igitur ſemper & ſimpliciter notius, & pri
VII. Inter nos & Pontificios, quæſtio orta eſt de E
cleſia: Scriptura eſt utrinque recepta: Scriptura en
clara eſt de Eccleſia ut fatetur Bellarm. hoc in loco: ſ
quitur: igitur, vel ex hypotheſi Bellarm. Scriptura
hic eſſe notiorem, & ipſius Scripturæ prædicatione
(quantum ad notitiæ rationem) poſſe eſſe veram Eccl
ſiæ notam.

15. Bellarm. *Legitima adminiſtratio ſacramentorum, non pot eſſe nota Eccleſiæ: quia eam omnes ſibi vendicant: quia minus no eſt quam Eccleſia, & quia vera Eccleſiæ aliquando non ſyncere tr ctant Sacramenta.*

Proteſt. I. Omnia iſta non minus valent ad probandu
ſacramentorum communionem, non pertinere ad def
nitionem Eccleſiæ (ubi tamen Bellarm. lib. 3. cap. 2. vu
illam copulari cum Chriſtianæ fidei profeſſione) qua
ad eandem excludendam ex numero notarum. II. E
cleſia vera non falſo vendicat ſibi ſacramentorum legit
mum uſum, ut aliæ ſectæ, ſed utitur, fruitur, in verita
te. Notior eſt hominibus, quam Eccleſia ex Chriſti i
ſtituto formata. Nulli Eccleſiæ tali perpetuo deeſt quoa
eſſentiam. III. Bellarminus hac in re, ex contention
& ſtudio nobis contradicendi, contradicit omnium Pa
trum & Scholaſticorum doctrinæ de Sacramentis, qu
ſic explicatur ab Alex. Alenſi, part. 4. q. 1. m. 2. a. 2. *Cu in Abel, & Cain, inciperet diviſio civitatis ſpiritualis Hieruſalem, civitate Babylonis; oportuit eſſe ſigna aliqua ſacra, quibus diſtingue rentur cives hieruſalem à civibus Babylonis: ſicut videmus in al rebus: oves enim unius gregis, diſcernuntur ab ovibus alterius gregis proprio ſigno, & ſacræ ædes, à non ſacris, propriis ſignis diſcernuntur & civitas nobilis aliquo ſigno donari conſuevit: ut civitas Romana penula: & dignitas militaris, accinctione gladii: & officium tradition virgæ vel clavium, ex quibus omnibus colligitur, quod ſacrament fuerunt neceſſaria homini poſt lapſum, ad hoc ut diſcerneretur eſſe civi*

ſpiritualis,

ſpiritualis *Hieruſalem & de grege Domini, & de militia ejus.* Ab iſthoc uſu quem ſacramenta habent in Eccleſia notanda, occaſionem cæperunt Scholaſtici ineptas illas quæſtiones movendi, *de charactere à ſacramento impreſſo,* in quibus ſe cum ſui miſere torquent ac vexant.

Hactenus diſputatum eſt de notis Eccleſiæ à nobis approbatis : ſequuntur notæ Bellarminianæ.

16. Bellarm. *Prima nota eſt ipſum Catholicæ Eccleſiæ, & Chriſtianorum nomen.*

Proteſt. I. Duo nomina diverſæ ſignificationis non conſtituunt unam notam : ſophiſtice igitur à Bellarm. conjunguntur Catholici, Chriſtiani. II. Contra fidem datam hic agit Bellarm. promiſſio ejus exſtat cap. 2. *deducemus notas Eccleſiæ ex Scripturis : at nomen Catholicæ* Eccleſiæ in Scripturis nullibi reperitur, nedum ut characteriſtica hujuſmodi vis vel huic, vel alii qualicunque nomini tribuatur. III. Hinc etiam ſequitur neque *Catholicæ*, neque *Chriſtianæ* Eccleſiæ nomen poſſe eſſe reciprocam notam Eccleſiæ, quoniam Eccleſia fuit aliquando ſine iſtis nominibus : ad notam autem requirit Bellarm. ut ſit inſeparabilis. IV. Nullum nomen poteſt eſſe propria nota alicujus rei, niſi Deus promittat ſe non paſſurum ut ulla ratione cum aliis rebus communicetur : quod de nullo uno nomine vel Eccleſiæ, vel etiam Dei ipſius poteſt affirmari. V. Iſta nomina non ſunt ne in uſu quidem præſenti, propria Pontificiorum. Eccleſiæ Orientalis vocantur vulgo in illis partibus, Catholicæ : Chriſtianæ vero, non ſolum illæ, ſed omnes qui aliquo modo Chriſti nomen profitentur. Nos autem certis demonſtrationibus parati ſumus oſtendere, non nos nomine tantum, ſed & re ipſa, Chriſtianos eſſe, atque adeo Catholicos.

Bellarm. *Nulla eſt hæreſis, quæ non accipiat nomen ab aliquo homine, auctore ſuo.*

Proteſt. I. Falſum hoc eſſe evincunt nomina Gnoſticorum, Acephalorum, &c. II. Si verum hoc eſſet de particularibus hæreſibus, non tamen eadem eſt ratio generalis apoſtaſiæ, qualis ut Papiſtarum. Iudæi adhuc antiquo nomine cognominantur illius Eccleſiæ, cujus ſunt tantum defracti & abjecti rami. Hæc prima nota, egeſtatem ſolam cauſæ Pontificiæ notat, cum voculæ captantur incertæ, ut iis puerili plane modo fulciatur columna ipſa fidei Romanæ. Si Patrum unus aut alter habita locorum & temporum ratione, ſimplicioribus commendavit nomen Catholicum, non magis in eo legem

gem Eccleſiæ notandæ ſtatuere voluit, quam noſtr confeſſionis homines jam volunt in nomine Eccleſiæ r formatæ. Iidem Patres æque gloriabantur in titulo E cleſiæ *Apoſtolica*: & tamen inter alias hæreticorum ſ ctas, una fuit *Apoſtolicorum*: quidni & ſimiliter potuiſſ eſſe hæreſis *Catholicorum*?

17. Bellarm. *Nota ſecunda eſt antiquitas.*

Proteſt. I. Antiquitas ſi ſimpliciter & per ſe conſid retur, non poteſt eſſe propriæ nota Eccleſiæ, quia com munis eſt affectio omnium rerum vetuſtarum, tam pro fanarum, quam ſacrarum. Si accipiatur in concreto cu ipſa Eccleſia, tum non poteſt eſſe nota: quia eſt obſcu rior, vel ignotior quam eſt Eccleſia per ſe. Facilius eni eſt multo ſcire hic aut illic eſſe Eccleſiam, quam ſci eam ibi aut alibi jam eſſe, atque etiam olim fuiſſe an multa ſæcula. III. Nullo modo poteſt eſſe inſeparab lis nota Eccleſiæ: quia & omnis particularis Eccleſi & ipſa etiam Catholica tota habuit initium, atque al quando fuit non antiqua. IV. Eccleſia illa eſt antiqui ſima, quæ fundamentum ſuum collocatum habet in do ctrina Apoſtolorum & Prophetarum, qui ab initio fue runt: talem autem antiquitatem non habet Eccleſi Pontificiorum, ſed noſtra.

18. Bellarm. *In omni inſigni mutatione religionis, ſemper iſ ſex demonſtrari poſſunt. 1. auctor ejus. 2. dogma novum. 3. temp quo cœpit. 4. Locus ubi cœpit. 5. quis eam oppugnaverit 6. Exigu aliquis cœtus unde cœperit. ſed nihil horum de nobis poteſt oſtendi er noſtra Eccleſia eſt illa vetuſta ſine inſigni aliqua mutatione*

Proteſt. I. Ex iſtis ſex unum tantum eſt, quod gene raliter poſſit oſtendi de omnibus hæreſibus: quod icili cet *dogma novum* introduxerint. *Hæreſin quandam* (dicit Au guſtinus c. 67.) *& ſine auctore, ſine nomine Philaſter commemora* An debuerat igitur illa hæreſis tanquam veritas antiqu probari? Fides noſtra, in erroribus rejiciendis, non de bet ex hiſtoriis humanis, vel temporum, locorum, & hominum cognitione ſuſpendi. II. In Eccleſiam Iu daicam varii & graves errores irrepſerant, ante adven tum Chriſti: Chriſtus tamen ipſa dogmata ſola refuta bat, nulla habita ratione auctorum, locorum, tempo rum, & ſimilium nugarum. III. Quamvis in multi erroribus Pontificiorum, quam proxime ſaltem accede re poſſimus, ad auctores, loca, tempora deſignanda, operæ pretium eſſe duceremus, quia tamen magna par illius apoſtaſiæ, non ſubito, ſimul fuit invecta, ſed pau latim & per certos gradus inſinuata dormientibus vigili bus, idcirco tam exacta circumſtantiarum notatio in to ta mutatione non eſt exigenda. Bel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 1. *Lutherus etiam paulatim propoſuit ſua.*

Proteſt. Tota Lutheri ætas, vix unius gradus rationem bet ad declinationem antecedentem.

Bellarm. 2. *Matth.* 13. *non dicuntur zizania nata dormienti- s hominibus, ſed ſeminata, mox autem nata apparuiſſe, & cognita iſſe.*

Proteſt. Dicitur expreſſe, ita ſeminata fuiſſe zizania, ormientibus hominibus, ut non *mox*, ſed *poſtquam germi- ſſet herba, & fructum edidiſſet, tandem apparuerint.*

19. Bellarm. *Tertia nota eſt Duratio diuturna, neque unquam errupta.*

Proteſt. I. Duratio non differt reipſa ab antiquitate. ſdem igitur rationibus apparet illam non eſſe pro- iam, illuſtrem, & inſeparabilem notam, quibus hæc emonſtrata modo fuerunt de antiquitate.

20. Bellarm. *Quarta nota Amplitudo, ſive multitudo & varie- s credentium. Eccleſia enim Catholica non ſolum debet amplecti om- a tempora, ſed etiam omnia loca, omnes nationes, omnia hominum nera.*

Proteſt. I. Amplitudo iſta per ſe non eſt propria fidei hriſtianæ, ſed aliquando convenit errori; ut cum, ut ieronymus loquitur, *ingemuit orbis, & mirabatur ſe factum rianum:* vel ut Vincentius Lyrinenſis (ex quo Bellarm. anc notam deſumſit) eandem rem explicat, *peſte Ariana, n jam portiunculam quandam, ſed pæne totum orbem contaminave- t, adeo ut prope cunctis Latini ſermonis Epiſcopis, partim vi, partim aude deceptis, caligo quadam mentibus offunderetur.* Convenit ominio Antichriſti. *Apocalyp.* 17, 1, 15. *Meretricis magnæ dentis ſupra aquas multas, aquæ illæ ſunt populi, & turbæ, & gen- s & linguæ.* Amplitudo etiam veræ Eccleſiæ, eſt minus ota quam ipſa Eccleſia per ſe. Neque eſt inſeparabilis æc Amplitudo ab Eccleſia. Non poteſt igitur eſſe Ec- leſiæ nota. II. Si Eccleſia Catholica debeat amplecti *nnia tempora*, tum certe fraudem facit Bellarm. cum in efinitione hujus Eccleſiæ, quaſi conditionem eſſentia- em ponit *lib.* 3. *cap.* 2. ut ſit *ſub regimine Pontificis Romani.* ontifex enim Romanus non fuit omni tempore Eccle- æ paſtor. III. *Vniverſalitas Eccleſiæ* (ait Bannes in 2. .1. a.10. pag. 109. &c.) *dupliciter poteſt conſiderari: & ratione ateriæ, qui ſunt fideles, ex quibus congregatur: & ratione formæ ilicet fidei. Ratione materiæ, eſt Catholica, non quia actu extendi- r ad omnes angulos terræ: ſed quia nullum excludit: omnes indiffe- enter vocat: & omnes ſuis præceptis (quæ ſunt Dei) obligat: & (for- aſſe) quia ſucceſſive ſe ad omnes nationes extendit. Ratione formæ, el fidei univerſalis eſt, quia fides ad omnia ſe extendit: ordinat homi- em quoad omnes ſuos actus interiores & exteriores: remedium proponit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

contra omne genus peccatorum: & purificat totum hominem. Poſterioris hujus rationis explicatio, quamvis magis argut[a] quam ſolida videatur, oſtendit Ecclſiam quamlibet particularem poſſe Catholicam univerſalem vocari, quamvis una paræcia contineatur, & recte quidem ſic vocatur, ſi fidem illam profiteatur, quæ ab Apoſtolis per totum fere mundum fuit prædicata. Fatetur hoc Bellarm[.] *ſi ſola una Provincia retineret fidem veram, adhuc vere & clare diceretur Catholica, dummodo clare oſtenderetur, eam eſſe unam & eanden[m] cum illa quæ fuit aliquo tempore, vel diverſis, in toto mundo.* Nihi[l] igitur hac nota requiritur, quod de Eccleſia noſtra non demonſtramus: neque quidquam ex illa depromere poteſt pro ſe, aut adverſus nos, niſi principium, ſuo more petendo.

21. Bellarm. *Quinta nota eſt ſucceſsio Epiſcoporum in Romana Eccleſia, ab Apoſtolis deducta, uſque ad nos.*

Proteſt. I. Hic Bellarm. nimis aperte quod eſt in quæſtione mendicat: vult enim adjunctum Eccleſiæ Romanæ notam eſſe Eccleſiæ veræ. Quod autem de induſtria hoc facit, apparet ex illo reſponſo, quo Calvino illudit: *qui in Africa, Ægypto, Aſia ad veram Eccleſiam pertinent, non poſſunt quidem oſtendere ſucceſsionem continuam Epiſcoporum ſuorum particularium: ſed poſſunt oſtendere ſucceſsionem continuam Epiſcoporum univerſalium, qui ſunt Romani.* Statuit igitur ſucceſſionem veram, in vera Eccleſia Romæ, eſſe notam Eccleſiæ veræ, non tantum Romæ, ſed etiam per totum orbem terrarum. II. Succeſſio perſonalis aut localis, (niſi ſaltem conjunctam habeat ejuſdem doctrinæ continuationem) non eſt propria Eccleſiæ: unde etiam Bellarm. ipſe quaſi fatetur hanc notam tantum eſſe (ut loquuntur) *ſine qua non. Non eſt Eccleſia (ait ille) ubi non eſt hæc ſucceſsio: ex quo tamen non colligitur neceſſario ibi eſſe Eccleſiam ubi eſt ſucceſsio.* Concedit etiam ſucceſſionem verorum Paſtorum non poſſe ibi ſubſiſtere, ubi Epiſcopi ſunt hæretici manifeſti. *Omnes Eccleſiæ Patriarchales Græciæ, habuerunt per longa tempora manifeſtos hæreticos, & proinde interrupta eſt veterum paſtorum ſucceſsio.* Nihil igitur concludere poteſt ex hac ſucceſſione pro Eccleſia Romana, niſi gratis ipſe concedatur, quod toties petit, doctrinam Eccleſiæ Romanæ eſſe veram. Præclare Nazianzenus: τὸ ὁμόγνωμον καὶ ὁμόθρονον: τὸ δ' ἀντίδοξον καὶ ἀντίθρονον. III. Si ſucceſſio legitima in Eccleſia vera, intelligatur, tum palam eſt illam eſſe magis ignotam, quam eſt ipſa Eccleſia: atque adeo, non poſſe eſſe notam Eccleſiæ. IV. Nulla eſt ſucceſſio Eccleſiæ ſimpliciter neceſſaria, & omnino inſeperabilis ab ea, præter continuationem & propagationem ejuſdem doctrinæ, & adminiſtra-

niſtrationis formæ, quam Chriſtus per Apoſtolos in
cleſiis primis legitur conſtituiſſe: hæc autem minime
nnium invenitur in Eccleſia Romana.

22. Bellarm. *Eccleſia nullo modo poteſt eſſe ſine Paſtoribus, & iſcopis. Illi ſoli ſunt veri Epiſcopi, qui ab Apoſtolis per legitimam ceſſionem, & ordinationem deſcendiſſe oſtenduntur. Ad hoc autem uiritur, ut ſuccedat quis alicui Apoſtolo, ſicut Clemens Petro: vel cui quem Apoſtolus fecit Epiſcopum: vel ut fiat Epiſcopus ab eo qui et Apoſtolicam authoritatem, id eſt, à Papa: & ut ordinetur à tri- Epiſcopis, vel ex diſpenſatione, ab uno aſſiſtentibus Abbatibus. Sed theràni non habent tales Epiſcopos: ergo.*

Proteſt. I. Quamvis Eccleſia non poſſit eſſe bene con- tuta, ſine Paſtoribus: Eccleſiæ tamen militantis mem- la diſperſa, & hæc vel illa Eccleſia particularis, poſſit tempus ſubſiſtere, ſine Paſtore, ſicut ubique apparet Actis Apoſtolorum. II. Epiſcopi diœceſani (qua- s hic intelligit Bellarm.) neque ſunt ſoli, neque (qua les) veri Paſtores. III. Ab Apoſtolis deſcenderunt nnes illi Paſtores, qui ſecundum canones Apoſtolicos Scripturis traditos ſunt in Eccleſia conſtituti. IV. Ho- m perpetua ſucceſſio ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, on eſt neceſſario oſtendenda ex hiſtoriarum humana- m incertis teſtimoniis, quis, cui, quando, quomodo cceſſerit: ſed ex promiſſione illa Chriſti, qua ſpopon- t, ſe per omnes ætates excitaturum operarios, ad ſa- tem electorum procurandam. V. Ordinandi poteſtas piſcopis, & Abbatibus, ab hominibus quidem fuit de- ta: à Deo vero cuique Eccleſiæ particulari quoad jus t conceſſa. VI. Paſtores hunc in modum ab Apoſtolis eſcendentes, & iſto jure ordinatos, habemus nos, per ei gratiam, in omnibus Eccleſiis ex voto noſtro conſti- tis. VII. Auctoritas illa quam Papa ſibimet arrogat Paſtoribus ordinandis, non eſt *Apoſtolica* ſed *Apoſtatica.*

23. Bellarm. *Sexta nota eſt conſpiratio in doctrina cum Eccleſia ntiqua.*

Proteſt. I. Vera quidem eſt iſta nota, & ſola per ſe ſuf- ciens, ad veram Eccleſiam diſcernendam, ſi recte intel- gatur. Eadem illa eſt, quam nos probamus, & Bellarm. tea reprobavit, in *ſyncera veritatis prædicatione, cap.* 2. Sed mis perverſe & præpoſtere agit Bellarm. dum doctri- am Eccleſiæ antiquæ peti vult ex Patrum quorumdam vulis & non ex fontibus ipſis Scripturæ ſacræ.

Bellarm. *Certum eſt antiquam Eccleſiam, primis quingentis nis, veram Eccleſiam fuiſſe, & proinde Apoſtolicam doctrinam re- uiſſe.*

Proteſt. I. Certum quidem hoc eſt: ſed non omnibus

iis,

iis, quorum intereſt Eccleſiam veram notam habere. II. Neque cuiquam certum eſt, nullam omnino variationem in ulla doctrinæ parte, in Eccleſiam tot ſæculi irrepſiſſe. Certum eſt, & Ivellus noſter luculente oſtendit, Pontificiorum varia dogmata quingentis illi ſeculis, fuiſſe in Eccleſia Dei, prorſus inaudita. Qua Bellarm. blaterat, de noſtrorum confeſſione, & hęreſibu exploratis, ſunt calumniæ rancidæ, & frequenti refutatione detritæ.

34. Bellarm. *Septima nota eſt Vnio membrorum inter ſe, & cum capite.*

Proteſt. I. Vnio per ſe conſiderata, non eſt Eccleſiæ propria. tribuitur etiam Antichriſti regno. *Apoc. cap.* 17. *verſ.* 13. *Hi unius ſunt ſententiæ, & vires, ac auctoritatem ſuam Beſtiæ tradent.* II. Vnio in vera fide, non eſt notior ipſa fide. III. Vnio Eccleſiæ habet ſuam latitudinem, per varios gradus, qui omnes non ſunt æque neceſſarii ad eſſentiam Eccleſiæ. IV. Vnio Eccleſiæ propria, eſt ſpiritualis & myſtica, non viſibilis aut in ſenſum incurrens. V. Vnio Eccleſiæ Papiſticæ cum ſuo capite Papa, non probat eam eſſe veram Eccleſiam, niſi prius probetur, Papam eſſe caput Eccleſiæ veræ. VI. Vnio illa quæ ſub Papa habetur, eſt coacta, & ſervilis, qualis eſt miſcellanei exercitus, militum varie animatorum, ſub uno duce aut Imperatore. *Non poſſunt aliter ſentire* (ait Bellarm.) *quia ſubjiciunt ſenſum ſuum, ſenſui unius.* VII. Neque tamen hac unione poſſunt gloriari. Canoniſtæ, ab una parte, & Sorboniſtæ ab altera, Ieſuitas habent pro falſis Prophetis, circa ipſam auctoritatem Papæ. Dominicani etiam annumerant eos ſemi-Pelagianis, propter doctrinam illam quam tuentur de Gratia & libero arbitrio. Becani & Bellarmini libri quidam publice fuere Pariſiis damnati, & combuſti. VIII. Vnitas illa quæ pendet ex Papa uno, (quamvis non raro plures etiam ſimul habiti ſint pro Papis) non facit Eccleſiam *unam, ſed ſub uno, prout Regna varia ſunt, ſub uno Rege*, ut Cajetanus obſervat, *in* 2, 2. *q* 39. *a.* 1. IX. *Vnitas Eccleſiæ* (ut Bannes docet *in* 2, 2. *q.* 1. *a.* 10.) *in eo maxime ponitur, quod unum Regem habet Deum, vel Chriſtum: eiſdem legibus gubernatur: eandem habet fidem, ſpem & charitatem: idem exemplar cœleſte: unum cultum: unam communionem, vel communicationem operum membrorum ad invicem. Hæc eſt unitas Eccleſiæ illius* (*addit Bannes*) *quæ includit omnes fideles ab initio mundi uſque ad finem.* Hanc unitatem per Dei gratiam, colimus nos: quæ etiam luculenter apparet in harmonia noſtrarum confeſſionum: quamvis in omnibus omnes non prorſus idem ſentiamus.

25. Bellarm. *Octava Nota eſt ſanctitas doctrinæ.*

Proteſt. I. Doctrina vera, ſemper eſt ſancta hæc igitur ota quoad rem ipſam, eadem eſt cum illa à nobis propo-ita, & à Bellarm. impugnata de ſyncera Euangelii præ-icatione. neque poteſt ulla certa ratione diſcerni, niſi eritas prius demonſtretur. II. Hæc ipſa doctrina (ut lias omittamus) quam Bellarm. tradit de Eccleſia, ſan-titati eſt admodum inimica: dum docet nullam veram anctitatem requiri, ut quis ſit membrum Eccleſiæ, & orporis Chriſti myſtici, ſine ulla diſtinctione.

26. Bellarm. *Nona Nota eſt efficacia doctrinæ.*

Proteſt. Efficaciam habet adventus Antichriſti, illam cil. quæ eſt Satanæ. 2 *Theſſ.* 2,9. Efficacia autem Spiri-us Dei, ab illa ſæpe non poteſt diſcerni, niſi per verita-em doctrinæ.

27. Bellarm. *Decima nota eſt ſanctitas vitæ auctorum noſtræ religionis.*

Proteſt. Legantur igitur vitæ Pontificum Romanorum.

28. Bellarm. *Vndecima Nota eſt gloria miraculorum.*

Proteſt. I. Miracula non dicit Bellarm. ipſe eſſe ſemper eceſſaria ad Eccleſiæ exiſtentiam: ſed tantum *ad novam dem, vel extraordinariam miſſionem.* Non ſunt igitur inſepa-abiles Eccleſiæ notæ. II. Non ſemper ſunt neceſſaria d extraordinariam miſſionem: ut videre eſt in multis 'rophetis veteris Teſtamenti, de quorum miraculis nihil arretur. III. Nos nullam novam fidem, aut extraor-inariam miſſionem profitemur, talem ſcil. qualis fuit 'rophetarum. IV. Miracula Chriſti, Apoſtolorum & rimitivæ Eccleſiæ, illam Eccleſiam obſignant, quæ ve-am Euangelii doctrinam profitetur. V. Pleraque eorum niraculorum de quibus Pontificii gloriantur, ſunt illa rodigia mendacia, & ſigna magna, quæ Antichriſtum omitatura dicuntur, 2 *Theſſ.* 2,9. *Apoc.* 13,13.

29. Bellarm. *Duodecima Nota eſt lumen propheticum.*

Proteſt. Lumen iſtud non conſtanter in Eccleſia lucet, on poteſt igitur eſſe Nota. Neque tamen ullum homi-um exiſtimatione, quaſi Prophetam, proferre poteſt ellarm. ex ſuis, cui non poſsit opponi (ſi tanti hanc no-am faceremus) unus Hieronymus Savanorola; ex teſti-nonio Mirandulæ, & Philippi Comminæi.

30. Bellarm. *Decima tertia Nota eſt confeſsio adverſariorum.*

Proteſt. Eccleſia igitur illa, quæ adverſarios habent per-icaces, malignos, virulentos, maledicos, diabolos, non rit Eccleſia vera.

31. *Decima quarta Nota eſt infælix exitus, ſeu finis eorum qui Eccleſiam oppugnarunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Infœlicitas hujuſmodi hominum non ſempe apparet mundo. Hujus generis tamen exempla ſi diligenter obſerventur, vel in una aliqua religione, ubi noſtro Pontificii infeſtis animis ſunt perſecuti, ſicut Thuanu multa de Gallia notavit, & Foxius noſter de Anglia, & aliis quibuſdam locis, habebunt inde Pontificii quod poſſi ipſis eſſe non inutili notæ, documento, vel admonitioni.

32. Bellarm. *Vltima Nota eſt Fœlicitas temporalis, divinitus i collata, qui Eccleſiam defenderunt.*

Proteſt. Neque ſemper ſic ſe res habet: & cum Deu ita ſuis benedicit, eventus eſt qui ſequitur ex cognitione Eccleſiæ, & congruente ejus defenſione: non propria ratio eam primo cognoſcendi.

COROLLARIVM.

Chriſti occultata Eccleſia in ſua ſenſibili particularitate membrorum, conſciri nequit: ſed ſolum in vi rationis, quadam univerſalitate rationis attingitur. Conjecturalis Eccleſia, intra ſuam conjecturam ex ſignis receptam admittit Chriſto in Spiritu non adhærentes. Sunt hæc verba Cardinalis Cuſani in Epiſtola ad Rodericum de Trevino. ſcripſit autem tempore Concilii Baſilienſis: ex quibus apparet diſtinctionem Eccleſiæ, in viſibilem, & inviſibilem non eſſe novam, ſed receptam olim fuiſſe à doctiſſimis Pontificiorum, eodem plane ſenſu: quo jam à nobis uſurpatur.

LIBER TERTIVS.

DE CLERICIS.

CAP. I. *De nomine Clericorum.*

Quæſtio prima eſt, an miniſtri Eccleſiæ, commode, & juſta ratione, à populo Dei diſtinguantur *Clericorum* appellatione? Pontificii affirmant: Nos negamus.

THESIS I.

Bellarm. *Ex divinis literis deprompta hæc appellatio, in ore omnium Conciliorum, omnium Patrum, totius Eccleſiæ, orbis terrarum univerſi, omnibus ætatibus ac ſeculis fuit.*

Proteſt. I. Non potuit ex Scripturis depromi, quæ in Scripturis non continetur, tanquam appellatio propria miniſtrorum, vel Novi, vel etiam Veteris Teſtamenti. II. Nemini præterquam Deo ipſi & Chriſto convenit authoritas, & jus imponendi nomina, quibus miniſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Dei ab aliis diſtinguantur. Nominum enim impoſitio, ad parentes, & dominos pertinet, quorum hi mancipiis & poſſeſſionibus, illi natis indere ſolent nomina arbitratu ſuo, ut ex Scripturis apparet: qua ex re factum eſt, ut jus, authoritatem, dominium notet impoſitio nominum *Gen.* 2, 19, 20. *Pſal.* 147, 4. *Iſ.* 40, 26. Si igitur Concilia, vel Patres hoc nomen impoſuerunt miniſtris Dei, authoritatem ſibi temere arrogarunt in ſervos alienos. III. Falſum & fictum eſſe quod Bellarm. affirmat, de *omnibus Patribus, tota Eccleſia, & orbe univerſo*, ſatis liquet ex eo, quod de primis duobus à Chriſto ſeculis, nullam inſtantiam, aut teſtimonium profert hujuſmodi appellationis miniſtris appropriatæ.

2. Bellarm. *Tertullianus de monogamia, hoc modo loquitur: Cum extollimur, & inflamur adverſus Clerum, tunc unum omnes ſumus, tunc omnes ſacerdotes, &c.*

Proteſt. I. Tertullianus floruit initio tertii ſeculi. Circa illud tempus, hanc appellationem in uſu fuiſſe non negamus: ſed & alias phraſes incommodas, de *ſacerdotibus, altaribus, meritis*, &c. præter Scripturæ ſtylum, cum præjudicio veritatis, & Eccleſiæ periculo, tum temporis dicimus in Eccleſiam irrepſiſſe. II. Tertullianus cum hunc librum ſcribebat, deſciverat ab Eccleſia ad hæreſin Montani: illi ipſi quos dicit inflatos fuiſſe adverſus clerum, & appellationes ipſas *cleri* & *ſacerdotum*, minus probaſſe, fuerunt veri Chriſtiani, & orthodoxi: ita ut ex hoc ipſo loco colligi poſſit, Eccleſiam in principio ægre admiſiſſe hujuſmodi novos titulos, à novatoribus quibuſdam affectatione non probanda introductos. III. Alia eſt appellatio ex Scripturis deprompta, à Tertulliano uſurpata, quam Pontificii jam ſpernunt: *Apolog. cap.* 39. *præſident probati quique ſeniores.*

3. Bellarm. *Hierem.* 12. *Spiritus ſanctus ita loquitur, Cleri eorum non proderunt eis: quæ verba Origenes, Epiphanius, Hieronymus de Eccleſiaſticis ordinibus interpretantur.*

Proteſt. Spiritus ſanctus nihil tale loquitur: ſed interpres aliquis Græcus ex errore. Origenes, & alii poſt ipſum allegorici, captabant aliquando ludendi anſam ex interpretationis errore.

4. Bellarm. *Dathan & Abyron idem olim clamabant adverſus ſacerdotes veteris teſtamenti: Num.* 16.

Proteſt. Non fuit idem: nam I. Non fuit ibi lis aut quæſtio mota de nomine, ſed de ipſo munere ſacerdotii *verſ.* 10, 12. Illi ſeditionem movebant contra ſacerdotes à Deo inſtitutos, & ſanctificatos: nos autem pro talibus contendimus, adverſus ambitum & conjurationem eo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

rum, qui ipſorum locum, & populi Dei privilegia vi injuſta occuparunt.

5. *Proteſt.* Tota Eccleſia in Scripturis *Clerus*, appellatur, 1 *Pet.* 5, 3.

Bellarm. 1. *Probabile eſt Cleri appellationem, hoc loco poſitam, non ad Eccleſiam univerſam, ſed ad eos tantum eſſe referendam, qui proprie Clerici vulgo nominantur: ita ut Epiſcopi ibi moneantur in paſcendis Laicis, cavere turpe lucrum, ſed in Clericis regendis (qui proprii Epiſcoporum miniſtri erant) fugere dominandi cupiditatem.*

Proteſt. I. Si Dominium in miniſtros, hic prohibeatur Epiſcopis, tum Papæ & Papalium & Epiſcoporum praxis nota damnatur, qui jus ſibimet arrogant, inferiores miniſtros pro ſuo arbitrio, ad uſum hunc vel illum applicandi, leges ipſis ponendo, & imponendo multas, quæ propria ſunt Dominorum. II. Idem etiam profitetur Bellarm. cum dicit Clericos eſſe *proprios Epiſcoporum miniſtros:* quod tamen adeo falſum eſt, ut ne de Apoſtolis quidem ipſis affirmari poſſit, eos habuiſſe presbyteros pro ſuis miniſtris: ut Petrus luculenter oſtendit, cum ſcribit ad presbyteros, tanquam collega, συμπρεσβύτερος, *verſ.* 1. & unicum *Principem paſtorum* agnoſcit, Chriſtum *verſ.* 4. Miniſtri Eccleſiaſtici, ſunt Eccleſiæ, tanquam objecti circa quod verſantur miniſtri: ſunt Chriſti, tanquam principalis cauſæ, & Domini, à quo pendent, miniſtri: ſed nullo modo Epiſcoporum, niſi eo modo, quo omnia dicuntur eſſe poſſidentiũ, vel jure ſcil. vel injuria. III. De Dominis Epiſcopis, nulla fit mentio apud Petrum, ſed de Epiſcopis Domini, id eſt, Presbyteris, *verſ.* 1. *Presbyteros qui inter vos ſunt precor.* IV. Non duo ponuntur officia Paſtoris, (ut Bellarm. ſomniat) *paſcere Laicos, & regere Clericos:* ſed commune officiũ paſcendi, & unum ejus commune objectum, *verſ.* 2. *paſcite Dei gregem, qui penes vos eſt.* Manifeſtum hoc eſt, ex copulatione modi qui præſcribitur in verſiculo tertio, cum antecedentibus, tanquam ad unum actum *paſcendi* pertinentium: *Paſcite, non coacte, non turpiter, neque ut dominantes.* V. *Clerum & gregem*, unum & eundem cœtum tanquam objectum illius actus notare, ex eadem copulatione apparet: ſicut etiam ex oppoſitione illa dominationis, & exemplaris inſtitutionis, quæ non ſunt oppoſita, niſi reſpectu ejuſdem: *non ut dominantes cleris, ſed ut exemplaria gregis.* IV. Cajetanus in explicatione hujus loci, ſic nobiſcum concludit: *Nec intelligo per cleros eos quos appellamus Clericos, ſed Chriſtianos omnes ad divinam ſortem aſcitos.*

6. Bellarm. *Sine dubio, S. Petrus alluſit ad Levitas Iudæorum, qui Num.* 18. *& Deut.* 18. *dicuntur eſſe de ſorte Domini, & Dominus dicitur*

dicitur eorum ſors: Levitis autem reſpondent nunc ſoli ſacerdotes, & eorum miniſtri.

Proteſt. I. Non eſt hoc ſine dubio, reſpexiſſe Petrum ad Levitas. Non enim Levitæ, ſed Eccleſia, vel Populus Dei ubiqne in vetere teſtamento, vocatur *ſors, hæreditas, & poſſeſſio Dei.* II. Eccleſia non miniſtri Eccleſiæ, dicitur à Petro *c* 2, *v*. 9. *ſacerdotium, & populus quem ſibi Deus ut proprium vendicat*, id eſt ſors. III. Neque Levitæ, neque miniſtri novi teſtamenti uſquam vocentur *ſortes aut clerici*: imo nuſquam vocantur ſors domini: quamvis Dominus vocetur eorum ſors, & munus illud miniſterii quod ſelectione obtigit ipſis ſortis etiam nomine deſignetur.

7. Bellarm. *Poteſt eadem appellatio Cleri, diverſa ratione, cum univerſæ Eccleſiæ, tum ſolis templi miniſtris aptiſſime convenire.*

Proteſt. Poteſt hoc quidem concedi ut ſingulariter dicatur de Miniſtris: ſed ea lege atque omine, ut I. Nullus ſtylus aut ſolemnis titulus miniſtrorum conficiatur inde, ſine authoritate Dei. II. Vt nulla inde ſeparatio ſtatuum introducatur, quaſi vilis eſſet Populus Dei reſpectu clericorum. III. Vt obiter tantum, ex occaſione, hujuſmodi conceptu explicato, in uſu communi frequententur & obſerventur Scripturæ phraſes & appellationes, quibus optime, ac tutiſſime, inſtituta Dei explicantur. IV. Non tamen debet concedi, ut *aptiſſime* ullo modo dicatur de miniſtris, id eſt, aptius quam de univerſa Eccleſia: quia Eccleſiæ tribuitur à Deo: Miniſtris autem ab hominibus ſolis.

Bellarm. *Eccleſia ſors eſt & hæreditas Chriſti, quia eam acquiſivit ſanguine ſuo: ſimul tamen quædam certa Eccleſiæ portio, altaris miniſterio conſecrata, magis propria ratione ſors & hæreditas Chriſti dici poteſt: ſicut ſynagoga Iudaica, paßim hæreditas Domini vocabatur, & tamen ſolam tribum Leviticam ſpeciali ratione ſic Dominus appellabat.*

Proteſt. I. Dominus nuſquam ſic appellavit tribum Leviticam, ex ſpeciali ratione. II. Nulla poteſt eſſe magis propria ratio hujus appellationis, quam redempto illa quæ pertinet ad Eccleſiam totam. III. Miniſterium altaris externi, poſt ſacrificium Chriſti oblatum, nullo modo pertinet ad hæreditatem Chriſti non magis quam tenebræ ad lucem. IV. Niſi miniſtri altaris magis ſint redemti quam Eccleſia, non poteſt hæc appellatio, niſi æquivoce, magis ipſis convenire quam Eccleſiæ toti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP. II. *De vocatione Miniſtrorum.*

THESIS I.

BEllarm. *Quæſtio ſecunda eſt de inſtitutione miniſtrorum Eccleſiæ. Appellatione autem creationis Epiſcoporum, tria continentur. Electio, quæ eſt deſignatio certa perſonæ ad Eccleſiaſticam præfecturã Ordinatio, quæ eſt ſacra cæremonia, qua certo ritu, futurus Epiſcopus inungitur & conſecratur: & Vocatio, ſeu miſſio, quæ jurisdictionem tribuit, ac reipſa Paſtorem ac præſulem facit.*

Proteſt. I. Turbat nonnihil hic in initio Bellarm. dum quæſtionem proponit ſub appellatione *inſtitutionis*, & explicat tamen ſub *creationis* appellatione. Inſtitutio enim apud Pontificios ſignificat *conceſſionem Eccleſiæ ſeu beneficii, clerico nominato & oblato à Patrono* : & differt proprie à *confirmatione*, atque etiam à *collatione* beneficii : *Azor part. 2. lib. 6, cap 22.* quæ tamen ſub creatione miniſtri continentur. II. Sine ulla ratione quæſtionem inſtitutam de miniſtrorum creatione, reſtringit in explicatione ad creationem *Epiſcoporum*. III. Inſtitutionis, aut creationis, conſtituit tres partes, quæ partium naturam non habent. *Vocatio* unum & idem eſt quod Inſtitutio aut creatio, tota enim derivatio Eccleſiaſtici juris in hanc aut illam perſonam, tam in Scripturis, quam in communi ſermone *vocatio* nominatur. *Electio* etiam nihil aliud eſt quam eſſentialis modus vocationis ordinariæ, atque adeo definitio hæc electionis ab Azorio *par 2, lib. 6, cap. 14.* laudatur ut concinna : *Electio eſt alicujus hominis ad Eccleſiam paſtore deſtitutam, canonice facta vocatio.* Ordinatio autem nihil aliud eſt quam electionis teſtificatio, & complementum. Vnde etiam Cardinalis Cuſan. illud : *Ordinatio ſæpe idem eſt quod electio, de Concord. Cathol. lib. 2, cap. 32.* IV. Ordinatio male deſcribitur per *cæremoniam unctionis*, niſi admodum improprie utrunque vocabulum accipiatur. V. Poſt electionem & ordinationem legitimam, nulla vocatio aut miſſio generaliter eſt exſpectanda : neque poteſt intelligi quid vocationis deſit miniſtro, ſic electo & ordinato.

2. Bellarm. *Proteſtantium ſententia eſt, Electionem & vocationem, jure divino ad Eccleſiam univerſam ſpectare ; & ordinationem ad Paſtores, nomine totius Eccleſiæ : contra autem Doctores Catholici ſumma conſenſione docent, jus Epiſcopos ordinandi ac vocandi, ad plebem nullo modo pertinere poſſe : jus autem eligendi fuiſſe aliquando, & aliquo modo penes populum, ſed Pontificum conceſſione vel conniventia, non lege Divina.*

Proteſt. I. Vel novum aliquid intelligit Bellarm. per *jus vocandi*,

vocandi, vel aperte falſum eſt quod affirmat de *ſumma conſenſione* Catholicorum, in eo plebi adimendo, & in *eligendi jure* eidem tribuendo tantum *ex conceſſione, & conniventia* Papæ, ſic enim contra Pariſienſes teſtantur, de *Eccleſ. & Polit. Proteſt. ſect.* 2. *Praxi Eccleſiæ primitivæ, & ſacris canonibus exploratiſſimum eſt collationes beneficiorum, ſicut nunc eas vocitant, quadringentis & mille annis, communi jure, hoc eſt ſacroſanctis electionibus factas. Ratio eſt, quoniam omnis principatus, quoad vim coactivam, ab hominum conſenſu pendet, ut lex divina & naturalis confirmant.*

3. Bellarm. *Vt hæc omnia diſtincte, atque ordine demonſtremus, diſputabimus primo de ordinatione, tum de vocatione, poſtremo de electione.*

Proteſt. Hoc non eſt diſtincte, & ordine, ſed præpoſtere, & confuſè diſputare. Ordinationem præponere vocationi & electioni, eſt equis præponere currum. Eſſentia ipſa vocationis in electione legitima conſiſtit. Ordinatio pendet ab electione, ſicut coronatio Principis, aut Magiſtratus inauguratio ab electione, ſucceſſione, aut æquivalente aliqua conſtitutione. Quamvis etiam ritus ordinationis, ſicut & inaugurationis vel coronationis, aliis aliquando honoris cauſa tribuatur; jus tamen ejus pendet ab electione & ſpectat ſemper ſuo jure ad eligentes. *Ex electione electus acquirit jus ad rem, Azor. par.* 1, *l.* 6, *c.* 14. Ex eadem igitur exurgit integra cauſæ ratio, propter quã introduci debet in poſſeſſionem rei, quam appellant nonnulli *jus in re*: quæ tamen revera nullam facit variationem juris, ſed tantum uſus & effecti juris. Sed Bellarm. de induſtria videtur prius illo ordine hæc propoſuiſſe: *electio, ordinatio, vocatio*: & nunc alio, fere inverſo, *ordinatio, vocatio, electio*: ut veri & genuini ordinis horum actuum nulla ratio haberetur, cujus ſcilicet unius luce, facile arguitur perverſitas & corruptio Pontificii Cleri, ſicut ſtatim apparebit.

De Ordinatione.

4. Bellarm. *Ordinatio, tum Epiſcoporum, tum aliorum Eccleſiæ Miniſtrorum, non ad plebem, ſed ad ſolos Epiſcopos pertinet.*

Proteſt. I. Ad Epiſcopos Papales, Presbyteris gradu ſuperiores, non poteſt pertinere jure Divino: quia ipſimet ſunt vel juris vel injuriæ humanæ. II. Ad Epiſcopos divinos, id eſt, Presbyteros, in Eccleſia bene conſtituta, actum ipſum ordinandi pertinere concedimus. III. Ad totam Eccleſiam tamen ſemper pertinet, quoad jus, vim & virtutem illam quam habet in miniſtro Eccleſiæ conſtituendo: ſicut celebratio matrimonii vim aut virtutem omnem acceptam refert legitimo conſenſui conjugum.

IV. Eccleſiæ ſtatu, miniſterio, & ordine deficiente, collapſo, vel corrupto, à plebe etiam actus ipſe ordinationis quatenus neceſſarius eſt ad miniſtri conſtitutionem, in tali caſu, poteſt legitime exerceri.

5. Bellarm. *Moſes ordinavit Aaronem.*

Proteſt. I. Neq; dubitavit unquam quiſquam noſtrum, quin ſimilem auctoritatem habenti, licitum ſit miniſtros ordinare, vel extraordinarios, vel ordinarios. In ordinariis tamen miniſtris Eccleſiæ novi Teſtamenti, conſtituendis, major eſt poteſtas Eccleſiæ jam liberæ, quam fuit illius veteris quæ in omnibus habuit aliquid ſervile.

6. Bellarm. *In teſtamento novo, ubicunque mentio fit manus impoſitionis, ſemper ea Apoſtolis cæteriſque Epiſcopis nunquam vero plebi tribuitur.*

Proteſt. I. In hiſtoria novi teſtamenti, exempla habemus conſtitutionis miniſterii & ejuſdem etiam conſervationis: ſed non reſtaurationis ejus, aut reformationis poſt generalem apoſtaſiam: omnia igitur quæ pertinent ad plebem fidelem, in tali caſu, non repræſentantur ibi certis exemplis. II. Tribuitur Presbyteris, *Tim.* 4, 14. Quamvis enim nonnulli Patrum, ex uſu temporum ſequentium, illum locum de Epiſcopis tranſcendentibus interpretari videantur, faciunt id tamen ſine ratione, & contra Scripturæ phraſim ac uſum. II. Cum tribuitur Apoſtolis, & Euangeliſtis, veris eorum ſucceſſoribus, qui ab ipſis conſtituti fuerunt, aliquo modo tribuitur, id eſt, Presbyteris, non Epiſcopis tranſcendentibus. IV. Apoſtoli ipſi non conſtituebant miniſtros ordinarios niſi plebis conſenſu, ut cauſa concurrente. *Act.* 14, 23.

7. Bellarm. *Idem patet ex plurimis Conciliorum decretis, & teſtimoniis Patrum.*

Proteſt. Nihil aliud ex iſtis patet, quam actum & ritum ordinationis, partim conſuetudine, & partim decretis humanis, primario Presbytero, vel Epſcopo fuiſſe poſt aliquod tempus tributum.

8. Bellarm. *A ſeculo non eſt auditum, ut Epiſcopum non Epiſcopus ordinaret.*

Proteſt. De Epiſcopis ipſis tranſcendentibus, hoc falſum eſſe teſtatur Hieronymus, verbis illis quæ apud Bellarm. *c.*4. citantur, dum fuiſſe tempus docet quando Epiſcopi tales nondum erant, ſed *communi Presbyterorum conſilio, Eccleſiæ gubernabantur*: quomodo enim potuerunt Epiſcopi primi ab Epiſcopis ordinari? II. Epiſcopos veros à veris Epiſcopis ordinarie dicimus ordinandos eſſe, ſed nomine Eccleſiæ cui ordinantur.

9. Bellarm. *Tribus modis poteſt intelligi, Paſtores à Paſtoribus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ordinari, nomine totius Cleri & Populi: 1. *Quomodo nomine totius corporis, lingua loquitur, oculi vident, &c. ſi hic ſit ſenſus adverſariorum, non eſt magnopere contendendum.* 2. *Vt in ipſo populo ſit vera poteſtas ordinandi: qui ſenſus adverſariis probari non debet, ſi ipſi ſibi conſtare velint: quia ſic ordinandi munus non paſtoribus poßit ordinari.* 3 *Vt in populo ſit poteſtas juriſdictionis ita ut imperare poßint paſtoribus, ut certis hominibus à ſe deſignatis manus imponant: qua de re in capite ſequenti diſputandum erit.*

Proteſt. I. Si primo ſenſu concedat Bellarm. Paſtores ordinari nomine Eccleſiæ, tum fatetur, poteſtatem ordinandi eſſe aliquo modo *originaliter* in tota Eccleſia: quia poteſtas videndi originaliter eſt in animali toto, quamvis formaliter, & ſubjective, ſit in oculo tantum, tum etiam ordinationis exercitium pendet à tota Eccleſia, ſicut actus videndi hoc vel illud determinate pendet non ab oculo, ſed à toto. II. Secundus ſenſus poteſt defendi, ſine ullo incommodo, quamvis enim in Eccleſia bene conſtituta, non debeat aliis quam presbyteris, ordinandi munus mandari: in defectu tamen idoneorum presbyterorum, poteſt non presbyteris mandari. III. In tertio ſenſu abſque cauſa, fit mentio *juriſdictionis:* poteſtas enim ordinandi, ſecundum Scholaſticos, & Canoniſtas, non eſt juriſdictionis, ſed officii ſimplicis, & Actus aliquis Eccleleſiæ, (ut electio legitima) poteſt presbyteros obligare ad ordinandum, ſine imperio juriſdictionis.

10. Bellarm. *Ex iis quæ dicta ſunt argumentum (ni fallor) indiſſolubile colligitur: Non ſunt veri Paſtores qui non ſunt per manus impoſitionem, à veris paſtoribus ordinati: Lutherus, Zuinglius, Calvinus, &c. non fuerunt à veris paſtoribus Epiſcopi ordinati, ſed presbyteri tantum, ergo nec illi, qui primis illis ſucceſſerunt, ab iis ordinati, fuerunt veri paſtores, ſed Eccleſia ſine Paſtoribus eſſe non poteſt: ſequitur igitur adverſarios veram Eccleſiam non habere.*

Proteſt. I. Ritus impoſitionis manuum, non eſt abſolute neceſſarius ad eſſe Paſtoris. Non magis quam coronatio ad eſſe Regis: aut celebratio nuptiarum, ad earum eſſe. Bellarm. de *Eccleſ. lib.* 3, *cap.* 10. cum Driedone, docet *Baptiſmum externum non requiri: ut quis ſit de Eccleſia: non baptizatum aliquando in Eccleſiam intrare aliunde, quam per ordinariam portam.* An impoſitio manuum eſt magis neceſſaria ad Miniſterium? an fieri nullo modo poteſt, ut intret quis aliunde, quam per hanc portam? II. Baptiſmum, propter neceſſitatem quam habet, à quolibet Chriſtiano collatū, valere docent Pontificii. An manuum impoſitionem magis neceſſariam ſtatuent, & irritam tamen facient niſi ab iis adhibeatur, quos ipſi habent pro Epiſcopis? III. Docet Bellarm. *ibid. ad hoc, ut quis locum Chriſti teneat, & quod propterea*

pterea debeamus illi obedientiam , & eo ſenſu ſit verus Paſtor , &c. non requiri legitimam electionem (quæ complectitur etiam ordinationem) ſed ſolum ut habeatur pro tali ab Eccleſia. Quamvis igitur primi reformatores non fuiſſent rite ordinati cum tamen & illi, & ſucceſſores eorum ab Eccleſiis quibus præfuerunt, habiti ſint pro veris Paſtoribus, ſufficit hoc ipſum (ſi nihil aliud obſtet) ad Eccleſiam in ſuo ſtatu conſervendam. Sed improbatione ſophiſtica Bellarm. ſuos Epiſcopos, propter Eccleſiam, vult agnoſci: noſtras autem Eccleſias, propter Epiſcopos, vult damnari. IV. Communis eſt ſententia Doctorum Pontificiorum, quod ſimplex Presbyter, poſſit vel confirmationis ſacramentum adminiſtrare, vel aliquem ex majoribus ordinibus conferre, *Papa jubente*, vel concedente. Filincius, Ieſuita, de caſibus conſcientiæ, *par. 1. tract. 9. cap. 5.* Quidni igitur & abſque conceſſione Papæ, *neceſſitate jubente?* Summa conſenſione docent omnes Pontificii, Epiſcopum ſemel unctum & conſecratum, quamvis ſit Simoniacus, Hæreticus, Excommunicatus &c. poſſe tamen valide ordinare, idem ibid. Quiſquamne vero tam excors eſt, ut putet in tali uno nebulone, ſceleribus omnibus cooperto, & ab Eccleſia præciſo, plus eſſe poteſtatis, ad miniſtros inſtituendos, quam in omnibus piis presbyteris una cum fidelibus Eccleſiis Chriſti? VI. Si concedatur, hoc, quod ex ordine, nemo poſſit eſſe legitimus Paſtor, niſi ſit à legitimo paſtore & Epiſcopo, ordinatus; in ordinis tamen defectu, cum jam primo inſtaurari debet ordo, non poteſt tam accurate obſervari: atque adeo extraordinarium aliquid tum poteſt intervenire, ſine ullo vitio.

Bellarm. 1. *Eccleſia bene conſtituta non poteſt ruere, aut deficere.*

Proteſt. Particulares Eccleſias poſſe deficere, & externam Eccleſiarum fere omnium faciem, ac adminiſtrationem, poſſe turpiter fœdari, miſera experientia plus ſatis demonſtravit.

Bellarm. 2. *Si Lutherus, Calvinus, &c. extraordinariam habuiſſent vocationem, veniſſent omnino cum ſignis & miraculis.*

Proteſt. I. Extraordinariam dicimus quorundam ordinariorum miniſtrorum vocationē, eo tantum ſenſu, quo Sacerdotes Pontificii, quædam ab ipſis Ieſuitis, dicuntur legitime facere *jure extraordinario:* ad quæ facienda tamen non ſolent venire cum ſignis & miraculis, Filincius, ubi ſupra. II. Extraordinaria vocatione, quæ ſic appellatur, quia ſuperat virtutem ordinariis mediis communicatam, non ſemper & neceſſario requirit miracula ad confirmationem ſui, ut apparet in multis Prophetis: nedum illa, quæ ſic eo nomine tantum vocatur, quia rece-

dit

dit in aliqua parte, ab ordine, jam depravato, ut poſſit illum reſtaurare: ſicut videre eſt in Ezra & apparet ſatis ex natura rei.

II. *Proteſt.* Falſus fuit Bellarm. cum putavit ſuum illud triviale ſophiſma argumentum eſſe *indiſſolubile*. Hujus autem argumenti oppoſiti ſolutio haud adeo facile reperietur. Sacerdotes Pontificii, in ſua ordinatione deſtituuntur. I. *Efficiente cauſa* principali, & neceſſaria, id eſt, inſtitutione Chriſti: quia nullus eſt *ordo Sacerdotum* paſcentium, in novo Teſtamento inſtitutus. II. Deſtituuntur *materia:* quia ſunt plerique omnes ſecundum canones Apoſtolicos miniſterii Eccleſiaſtici prorſus incapaces. III. Deſtituuntur *forma:* quia accipere cum certis verbis *ſtolam & caſulam, calicem & patinam, inungi, &c.* non magis ſapiunt exemplar Apoſtolicum, quam puerilis aliquis aut ſcenicus ludus. IV. Deſtituuntur *fine:* quia ſacrilega illa perſonati Epiſcopi verba: *Accipe poteſtatem offerre ſacrificium Deo miſſamque celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis*, nhil habent cum officio Chriſtiani Paſtoris commune. V. Deſtituuntur *objecto:* quia nulli particulari Eccleſiæ ſolent ordinari, ſed indeterminate, vel ut loquuntur *ſine titulo*, contra Concilii Chalcedonenſis decretum. VI. Deſtituuntur *adjuncto neceſſario*, idoneo ſcilicet examine aut exploratione antecedente. VII. Deſtituuntur denique *fundamento* unico ordinationis juſtæ, id eſt, legitima & libera electione Eccleſiæ. Pontificii igitur nullos habent Paſtores recte ordinatos: atque adeo (Bellarm. concludente) nullam habent Eccleſiam veram.

De Vocatione.

12. Bellarm. *Vocatio ſeu miſſio in miniſtrorum, non ad populum pertinet: ſed ad Epiſcopos: & potiſſimum ad ſummum Pontificem.*

Proteſt. I. Male confunduntur hic *vocatio* & *miſſio*. Miſſio enim nuſquam in ſcriptura ſignificat vocationem ordinariam, qua per homines in aliquem derivatur: neque ſua ſignificatione notat actum aliquem hominum vocantium hominem ordinaria ratione vocandum. Apoſtoli ipſi, nunquam hoc ſibi arrogabant, ut miſſionem ſuam haberi voluerint pro vocatione ordinarii Paſtoris, *quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* ſupple (ait Cajetanus) *à Deo.* II. Abſurde admodum diſtinguitur vocatio Miniſtri, ab ejus ordinatione, & electione, tanquam pars diſtincta. Neque in Scripturis, neque in antiquis Patribus alia vocatio ordinaria memoratur, quam illa quæ exurgit, quaſi totum, ex electione & ordinatione. Sed Pontificii præter, & ſupra illa, habent *confirmationem, collationem, inſtitutionem:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nem : quæ tamen Bellarm. noluit explicare, ſed honeſto *vocationis* titulo, ſophiſtice obvelare. III. Cum vocationem, aut miſſionem iſtam, ita deſcripſerit nobis Bell. *cap.* 2. quod *juriſdictionem tribuit, ac reipſa Paſtorem facit*; nimis ridicule à Bellarm. collatur, inter *ordinationem* & *electionem*. IV. Iſtum ordinem ſequi, perinde eſt, ac ſi quis primo ageret de celebratione nuptiarum, (quæ eſt natura ordinationis:) ſecundo de conjunctione nuptiali: & tum demum poſtea de electione, vel conſenſu in nuptias.

13. Bellarm. *Eccleſiaſtica juriſdictio, non eſt in ipſo cœtu fidelium, ſed in capite, id eſt, in Papa, & ab eo ad Epiſcopos cæteros derivatur.*

Protoſt. I. Nulla Eccleſiaſtica juriſdictio exercetur in vocatione miniſtri. Ordinatione omnes Pontificii referunt ad poteſtatem ordinis, diſtinctam à poteſtate juriſdictionis. Electio talis eſt actus ut Bellarm. ipſe *cap.* 2. fateatur, ejus poteſtatem aliquando fuiſſe penes populum, tertium non datur, ex natura rei. II. Sine ulla ratione, duplicem reſtrictionem obtrudit nobis Bellarm. ita ut quæſtionem ipſam non tam probet quam declinet. Quæſtio eſt de tota *vocatione:* ille autem diſputat de *juriſdictione* tantum, non de ordinis poteſtate. Quæritur etiam de vocatione *miniſtrorum :* narrat ille ſuum ſomnium de juriſdictione *Epiſcoporum* tantum. III. Iuriſdictio ab ipſo Bellarm. de *Pontif. lib.* 4. *cap.* 22. *diſtinguitur in interiorem, ad regendum in foro conſcientiæ : & exteriorem ad regendum in foro exteriori.* Et priorem illam omnibus Sacerdotibus immediate à Deo conferri, Abulenſem introducit affirmantem: cui etiam ipſemet videtur aſſentiri. Illa ſaltem eſt recepta ſententia omnium Scholaſticorum: poteſtatem clavium, quæ illis eſt juriſdictio interior in foro conſcientiæ, à Deo, & à Chriſto ſolo communicari: & hominum actionem ſolummodo intervenire, tanquam inſtrumentum quoddam. IV. Communior ſententia, etiam Pontificiorum doctorum eſt, Epiſcopum nihil juriſdictionis accipere à Pontifice Romano: ſicut videre eſt apud Azorium *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 50. ubi hæc propoſitio Petri Soti exſtat diligenter notanda: *Antiquiſſimi illi Epiſcopi, Cyprianus, Auguſtinus, à Romano Pontifice nihil ſibi arbitrabantur in ſuis diœceſibus commiſſum eſſe : electione plebis, & ordinatione comprovincialium, quaſi miniſterio quodam putabant ſe ſuſcipere auctoritatem.* Ejus igitur ſententia, tota hæc miſſio & vocatio ab electione & ordinatione diſtincta, eſt nova fictio, qua adulatores quidam gratificari ſtuduerunt Papæ Romano. Tota igitur iſta quæſtio optime, & judicioſiſſime determinatur ab Henrico, Quodlibeto 9. *quæſt.* 22.

ſicut

ſicut idem Azorius refert, per diſtinctionem: *Epiſcopi immediate à Chriſto habent poteſtatem, tam eam quæ eſt Ordinis, quam eam quæ eſt juriſdictionis, in ordinando Eccleſias ſecundum inſtituta divinæ legis: ſed juriſdictionem in ordinando Eccleſias, ſecundum edicta à Papa inſtituta, habent à Papa.*

14. Bellarm. *Dictum eſt Petro, dabo tibi claves: paſce oves: & Apoſtolis: mitto vos, &c.*

Proteſt. Hæc omnia nihil facere pro derivatione juriſdictionis à Papa, vident & agnoſcunt doctiſſimi Pontificiorum: inter quos Victor, qui pater fuit Scholaſticorum modernorum in Hiſpania, his non obſtantibus contendit, *potuiſſe quemlibet Epiſcopum in ſua provincia concedere legem, ut Presbyteri eligerent ſibi Epiſcopum, etiam inconſulta ſede Petri. Azor: loco cit.*

15. Bellarm. *Paulus, Barnabas, Titus conſtituebant Epiſcopos, & Presbyteros.*

Proteſt. Paulus & Barnabas conſtituebant ordinarios Paſtores *per ſuffragia, Act.* 14, 23 Titus autem ſicut Paulus ipſi *ordinavit. Tit.* 1, 5. Paulus autem ordinatio non diſſentiebat à praxi Pauli.

De Electione.

Secundum praxis Papalem, Paſtores primo ordinantur, & poſtea eliguntur: quod perinde eſt ac ſi princeps aliquis coronaretur, aut Magiſtratus inauguraretur, antequam eſſet electus. hæc eſt ratio methodi Bellarminianæ.

16. Bellarm. *Ius eligendi Miniſtros, non convenit populo, jure divino. Sed ſi quid aliquando in hac re populus potuit, id totum habuit ex convenientia, vel conceſſione Pontificum.*

Proteſt. I. Priori parti hujus propoſitionis opponimus judicium, & rationes Cardinalis Cuſani, & in illo totius Concilii Baſilienſis. Sic enim ille, de concordantia Catholica lib. 2. cap. 18. *Rectores Eccleſiaſtici per conſenſum jure divino, & humano, conſtitui debent: Avitius Papa dixit, oportet ut qui omnibus præeſſe debet, ab omnibus eligatur. Diſt.* 66. *Archiepiſc. & quod nullus detur invitis: quoniam ſecundum Leonem, nulla ratio ſinit, ut inter Epiſcopos habeatur, non electus. Adhuc enim, ut unum corpus in concordantia conſtituatur, ex ſubjectis, & præſidente, ratio, & naturale jus, ſimul & divinum exigunt, in hac ſpirituali matrimoniali unione conſenſum mutuum, quem ex omnium electione, & electi conſenſu deprehendimus. Epiſcopus non eſt qui non eſt electus. Plebani etiam, & Curati, ſunt eligendi. Iura, & dicta ſanctorum Patrum loquuntur, nullum ad præſidentialem curam ordinari debere, niſi electum ab iis, quibus præſidere debet: at præſidentia originem ab iis ſe habere cognoſcat, quibus præeſt, & ſic abſque ſuperbia in amore paſcat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Et cap.34. Ex ſubjectorum electione & conſenſu, radicatur ſuperiorum poteſtas. Recta regula prærequirit ſubjectionem liberam Chriſtianorum: cum ipſi non arctentur, extra terminos libertatis. II. Impudentia Bellarm. in illis verbis, *Si quid aliquando in hac re populus potuit*, quibus non de jure tantum, ſed & de facto dubiam facit popularem electionem, non poteſt ſatis accuſari. Azorius enim Ieſuita, part.2. lib.3. cap. 28. & l.6. c.14. fatetur, *veterem ritum, ac morem fuiſſe Epiſcopos eligendi, quo plebe præſente, imo & ipſius ſuffragiis aliquando eligebantur: eamque rationem eligendi, duraſſe uſque ad Gregorium I. imo & ad Caroli Magni, & Ludovici Pii uſque tempora perduraſſe. Apoſtolos præfeciſſe miniſtros, populi teſtimonio approbatos: Eccleſiam, Apoſtolorum exemplo canones ſanciviſſe, ne Eccleſiarum præfecti eligerentur ſine populi ſuffragio.* III. Turpiſſimum eſt ſubterfragium, referre hoc ad *convenientiam* aut *conceſſionem* Pontificum: cum palam ſit, Pontifices nullam ſingularem auctoritatem habere, niſi ex convenientia, & conceſſione Eccleſiarum, ſed omnia illa, de quibus liquet quod olim ſine Papa facta fuerint, & jam tamen ab ipſo ſint occupata, ſic accipi volunt Pontificii quaſi occupatio Papæ, eſſet juris divini, & neglectus Papæ fuiſſet ex ejus convenientia, aut conceſſione. Hoc autem perinde eſt, ac ſi fur, aut latro aliquis cauſam dicturus, in ſuam defenſionem allegaret, bona illa quæ juſtis poſſeſſoribus eripuit, in eorum poſſeſſione antea fuiſſe, tantum ex ſua conniventia, aut conceſſione. IV. Cum ipſos Pontifices non conſtituit, neque agnoſcit jus divinum, (ſicut loco ſuo demonſtratur) fieri non poteſt, ut vel electio Paſtorum, vel quidquam aliud conveniat ipſis illo jure.

Argumenta Bellarmini.

17. Bellarm. *Paſtores vocandi ſunt à Deo, tanquam Aaron, Hebr.5. Atque Aaron à ſolo Moſe fuit electus.*

Proteſt. I. Aaronis vocatio non ſtatuitur ibi exemplar modi, quo vocandi ſunt omnes Paſtores: ſed exemplum vocationis legitimæ, quæ quoad eſſentiam omnibus Pontificibus, atque etiam Paſtoribus debet convenire. In vulgari verſione, deeſt, & ut recte obſervavit Cajetanus. Si autem recte legatur, *ſicut & Aaron*, tum Aaron manifeſte introducitur ut exemplum, aut ſpecies, ad generalem regulam illuſtrandam: omnes nempe Eccleſiæ præfectos à Deo vocari debere. II. Si Bellarm. gloſſa valeret, ſequeretur inde nullum ex ſucceſſoribus Aaronis, fuiſſe legitimum ſacerdotem: quia nemo eodem plane modo electus, & vocatus fuit quo Aaron, qui & ſine hæreditario ullo jure fuit inſtitutus, & nominatim

Deo deſignatus, & inſuper, ut Cajetanus notat, *judicio* *irga florentis, ac incendii invidorum*, confirmatus.

18. Bellarm. *Chriſtus voluit ut Apoſtoli gubernarent Ecleſiam,* *i poteſtate, eaque ratione, qua ipſe præſens eam gubernaverat, Io-* *in.20,21. ſed ille elegit Apoſtolos & Diſcipulos, ſine conſilio aut ſuf-* *agio ullo multitudinis.*

Proteſt. I. Si omnia iſta conſiderentur, nihil creſceret apa, magis quam quilibet Paſtor. II. Similitudo ibi otata, *ſicut & miſit me Pater, ita & ego mitto vos*, non eſt in mni qualitate: *non eſt æqualitas*, annotat Toletus. Quamis igitur in multis poſſit hæc ſimilitudo procedere, maime proprie tamen, advocationis eſſentiam generalem pectat, & ſuppeditationem donorum quæ eo requireantur: ad modum gubernationis externæ nullis funius trahi poteſt.

19. Bellarm. *Ovibus non convenit, ut paſcant & regant: Po-* *uli autem ſunt oves: & eligere Paſtores pertinet ad gubernationem* *& regimen.*

Proteſt. I. Electio quamvis pertineat ad gubernationem & regimen conſtituendum, non tamen eſt actus regiminis, aut gubernationis. II. Oves rationales poſſunt eligere ſibi Paſtorem, ſicut ſponſa eligit ſibi ſponſum, non per juriſdictionem, aut gubernationem, ſed potius per ſubjectionem, ſicut antea declaratum fuit, ex Cardinale Cuſano.

20. Bellarm. *Apoſtoli Epiſcopos à ſe creatos, mittebant ad po-* *ulos abſentes, & infideles.*

Proteſt. I. Apoſtoli nullos Epiſcopos, aut ordinarios Paſtores hunc in modum inſtituerunt. II. Reſpondet Cardinalis Cuſanus lib. 2. *Non concludi (ex eo quod Apoſtoli* *fecerunt erga infideles) Eccleſiis aliquando fuiſſe proviſum ſine electio-* *ne: quia tunc non fuerunt Eccleſiæ, ſed miſſi fuerunt ad ædificandas* *Eccleſias, & ideo electio locum habere non potuit: quia Eccleſia eligens* *tunc defecit. Vnde illi miſſi gerentes figuram Chriſti, ſecundi Adæ, ex* *coſta ſua, ſcilicet divini verbi, ſibi Evam ædificarunt, quam deſpon-* *ſaverant: & ſic Eva genita poſt hæc, non dabatur niſi ſponſus de-* *ſideratus.*

21. Bellarm. *Probatur eadem noſtra concluſio ex decretis Conci-* *liorum veterum: Laodiceni, Martini Papæ: Nicæni ſecundi, Con-* *ſtantinopolitani quarti.*

Proteſt. I. Antiquiſſimum horum Conciliorum Laodicenum ſcilicet habitum fuit ann. 364. neque aliud quidquam teſtatur, quam *turbis* inordinatis electionem non eſſe permittendam. In reliquis aliquid forſan tentatum fuit adverſus populi libertatem: ſed fruſtra ut Azorius fatetur, qui concedit (loco ante citato) popularem ele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ctionem perduraſſe uſque ad tempora Caroli Magni, &
Ludovici Pii. II. Nihil in ullo horum Conciliorum
dicitur de *jure divino:* nihil de Pontifice Romano: erg
nullo modo pertinent ad Bellarm. concluſionem pro
bandam.

22. Bellarm. *Presbyteri Alexandriæ, ſemper unum ex ſe ele
ctum, in excelſiori gradu collocatum Epiſcopum nominabant. Hier. a
Euag. Athanaſius creavit Frumentium Epiſcopum Indorum. Ruf
lib 10. cap. 9. Epiphanius ordinavit Paulinianum Presbyterum mo
naſterii, fratribus inconſultis Sic Auguſtinus deſignatus fuit Epiſco
pus Anglorum, à Gregorio I. & Bonifacius Germanorum à Gre-
gorio II.*

Proteſt. I. Presbyteri Alexandriæ non dicuntur elegiſ-
ſe, ſed electum nominaſſe. Illa etiam electio non fuit in
Paſtorem, ſed in ordinis locum, inter Paſtores. II. De
Frumentio, narrat Ruffinus primo, illius opera colle-
ctam fuiſſe Eccleſiam, congregationes ibi habitas, & Ec-
cleſias conſtructas, nullo Epiſcopo conſulto tum poſtea
Athanaſium fuiſſe (ab ipſo nomine proculdubio, & ex
conſenſu Eccleſiæ Indicæ) rogatum, ut provideret ipſis
idoneum Epiſcopum, pro more illorum temporum.
Quamvis igitur Athanaſius ordinavit Frumentium E-
piſcopum Indorum, recto ordine forſan minus accurate
obſervato; non fecit hoc tamen vel ſine conſenſu Eccle-
ſiæ Alexandrinæ, vel dubitans de conſenſu Indorum in
vocationem ejus, cujus opera fuerant ipſi vocati. III. E-
piphanii factum oſtendit ordinationes tum temporis ad-
modum perverſe & inepte fuiſſe nonnunquam præcipi-
tatas. *Paulinianum ignorantem, & nullam penitus habentem ſuſpi-
tionem, per multos diaconos apprehendi juſſit: & teneri os ejus, ne for-
te liberari ſe cupiens, adjuraret eos per nomen Chriſti: primo diaconum
ordinavit: & rurſus eum ingenti difficultate, tento ore ejus, Presbyte-
rum ordinavit.* Hæc igitur narrantur ab ipſo Epiphanio in
in epiſt. ad Ioh. Hieroſol. apud Hieron. ex quibus appa-
ret, nihil ſtatui poſſe de jure divino, ex hoc exemplo
ordinationis tam ridiculæ, & perturbatæ: nedum ex
poſteriori aliquo ſingulari facto ſeculi Gregoriani. Epi-
phanius tamen in eodem loco ſatis indicat quænam ratio
ex ordine, & jure debuerat tum temporis obſervari,
cum dicit ſe *increpaſſe fratres, quod non illum omnes fratres ſuo
poſcerent teſtimonio.*

23. Bellarm. *Populus non poteſt judicare, quis eſt idoneus ad
miniſterium. Major pars eſt mala. Tumultibus & ſeditionibus obno-
xia eſt electio popularis.*

Proteſt. I. In Eccleſia bene conſtituta populus non eſt
tam ſtipidus, vilis, ἀνδραποδῶδης, ac inter Pontificios, ne-
dum

ꝛum tam nequam. II. Populus expertus, & uſu peri-
us, non minus bene de multis judicat, quam eruditi. &
Ariſt. Pol. 3. ad iſtas ipſas objectiones de populi poteſta-
e reſpondet, *univerſum populum nulla re inferiorem eſſe quam
nus, vel pauci.* III. Populus in judicando dirigi poteſt,
c ordinarie debet, a judicio aliorum Paſtorum, electio-
iem vel præeunte, vel comitante. IV. Tumultus ac ſedi-
iones nuſquam legimus inter orthodoxos exortas fuiſ-
e, de electione Presbyteri, aut Paſtoris à Chriſto inſti-
uti: quamvis de electione Epiſcoporum ex typho mun-
i trahentium, acciderunt aliquando: quæ etiam ab E-
iſcoporum ambitu & ambitione magis profectæ ſunt,
quam a diſcordia plebis. Inſtituta tamen Dei non ſunt
mutanda propter incommoda quibus ſunt obnoxia ſed
lla incommoda ſunt cavenda & curanda propter inſtitu-
a, quæ obſervare tenemur. V. Si tam incommoda eſ-
et hæc ratio eligendi, veteres eam tam diu non paſſi
uiſſent.

24. Bellarm. *Ratio hac eligendi ad ſuffragia populi paulatim in
Eccleſiam erepſit. Apoſtolicis temporibus, inſciente Populo, Paſtores
ligebantur. Deinde cæpit populus adhiberi, ad teſtimonium dandum
le vita & moribus eligendi Tertul. Apol. cap, 39. non pretio, ſed teſti-
monio. Tum capti ſunt ii tantum ordinari, quos populus poſtulaſſet:
Leo epiſt. 87, 89. Tandem obtinuit conſuetudo, in quibuſdam locis,
it etiam jus ſuffragii ſibi populus uſurparet, Chryſ. de Sacerd. lib. 3.
Sed poſtquam hoc aliquandiu toleratum eſt, & apparuit ejus rei con-
uſio & indignitas, paulatim ſublata eſt populo electio & poſtulatio,
ſolumque relictum eſt teſtimonium vitæ & morum. Nam etiam nunc
n ordinationibus, petitur populus per Diaconum, an aliquid habeat
idverſus ordinandos.*

Proteſt. I. Summa cum impudentia aſſeritur, *Apoſtolicis
emporibus, inſciente populo, Paſtores fuiſſe electos:* cum nullum
eſtimonium, exemplum, aut veſtigium hujuſmodi ele-
ctionis in tota Scriptura reperiatur; ſed contrarium adeo
manifeſtum eſt, ut Azorius ipſe Ieſuita *part. 2. l. 6. c. 14.*
fateatur, *negari non poſſe, ritum eſſe ab Apoſtolis ſervatum, quo mi-
niſtros Eccleſiæ præficiebant, populi teſtimonio approbatos. Act. 1, 6,
13 & 14. quem ritum, & formulam, Eccleſia diu ſervavit, quia
Apoſtolorum exemplum ſequi voluit.* II. Teſtimonium illud
cujus mentionem facit Tertullianus, vim habuit electio-
nis: proponitur enim ut principalis & unica cauſa ho-
noris ſeniorum: unde etiam vocantur ibi *ſeniores probati.*
III. Poſtulatio ab electione voce tantum, non re ipſa
differt. IV. Ridicule ſibimet contradicit Bellarminus.
cum docet paulatim, uſq; ad Leonis & Chryſoſtomi tem-
pora, auctam fuiſſe populi poteſtatem in electione Paſto-
rum:

rum: cum antea contendebat a Concilio Laodiceno, aliis, ante hæc tempora, populum excluſum fuiſſe ab electione. V. Populi jus in ſuffragando calumnioſe tribuitur *uſurpationi* Eccleſia enim, ut Azorius, loco citato, fatetur, *canones ſancivit, ne Eccleſiarum præfecti eligerentur ſine populi ſuffragio, aut ſaltem teſtimonio, aſſenſu, petitione, nominatione vel approbatione.* VI. Neque ſyncere agit Bellarm. cum ſuffragii jus, populum habuiſſe, non concedit, niſi *in quibuſdam locis, & aliquandiu, circa Chryſoſtomi ætatem.* Cyprianus enim, ſua ætate, hunc morem obſervatum fuiſſe teſtatur, *fere per provincias univerſas ep* 68 Azorius etiam (loco citato) idem affirmat, ac oſtendit in *Africa, Græcia, Hiſpania, Gallia, & ubique*, fuiſſe obſervatum, ac *duraſſe uſque ad tempora Caroli Magni & ultra.* VII. Contra omne jus, & fas *paulatim ſublata eſt populo electio, & poſtulatio:* quia ex illa pendebat ut Azorius obſervat. 1. *ne paſtor invitis ovibus præficeretur.* 2. *ut paſtor ab ovibus magis amaretur & coleretur.* 3. *ut inter Paſtorem & Eccleſiam conjugium ſpirituale mutuo amborum conſenſu contraheretur.* VIII. Quamvis Pontificii Epiſcopi dum de ordinandorum vita ac moribus lingua ignota petunt teſtimonium, aut ſententiam populi, vel abſentis vel ne de facie quidem aut nomine eos cognoſcentis, vel ſaltem alieni, & nihil eos curantis, Deo & ejus Eccleſiæ illudunt; eo ipſo tamen adverſus ſemetipſos teſtantur quid juris populus olim habuit in electione; & quod ordinatio Paſtorum fieri debet in illa ipſa Eccleſia, cui præficiuntur.

Argumenta noſtra.

25. *Proteſt.* Claves regni cœlorum, ſunt aliquo modo datæ toti Eccleſiæ. *Matth* 16 & 18 ergo hæc poteſtas eligendi eos qui clavibus ex officio utantur.

Bellarm. 1. *Dicitur Petrus in perſona totius Eccleſiæ accepiſſe claves, quia in totius Eccleſiæ commodum eas accepit, tanſmiſſurus enim ad ſucceſſores communicaturus cum aliis omnibus Epiſcopis & Preſbyteris.*

Proteſt. I. *Schola Pariſienſis hoc infallibili munita firmamento congruenter ad mentem omnium antiquorum Doctorum Eccleſiæ perpetuo, conſtanterque docuit, Chriſtum fundando Eccleſiam, prius, immediatius, atque eſſentialius, claves, ſive juriſdictionem, toti Eccleſiæ dediſſe, quam Petro, primario, proprie ac eſſentialiter Eccleſiæ conveniunt: Epiſcopis, inſtrumentaliter, miniſterialiter, & quoad executionem tantum.* tract. de Eccleſiaſt. & Polit. poteſt. part. I. II. Non ſufficit ad phraſin illam fundandam, quod in commodum Eccleſiæ datæ ſint claves, niſi Eccleſia etiam poſſit ſaltem ſibimetipſi proſpicere, ut ab iis tractentur ex quo-

x quorum miniſterio maximum commodum percipere oſſit. III. Falſum eſt, quod dicitur. Petrum, aut a-um aliquem Eccleſiæ miniſtrum, *tranſmittere claves ad ſuos ucceſſores*, nedum ut poſſit proprie *cum aliis communicare.* Moriente Pontifice (dicit Bellarm. de *Pont. lib.* I. *cap.* 12.) *aves manent in manibus Chriſti.* Nullum autem certum ac eſignatum ſuppoſitum, inter Chriſtum ac miniſtrum ccedentem intercedit, ad earum derivationem, præter cclesiam cui præficitur, neque magis conſentaneum eſſe uidquam poteſt, quam ut miniſtri Chriſti, quaſi ex ma-u ſponſæ ejus accipiant poteſtatem ipſi miniſtrandi.

Bellarm. 2. *Poteſtas ligandi & ſolvendi, dicitur eſſe in Eccleſia, uia eſt in ejus prælatis.*

Proteſt. Poteſt hoc quidem concedi, ut quod miniſtri abent, aut agunt, cum Eccleſiæ conſenſu, id toti Eccle-æ tribuatur, ſed ſi nullæ eſſent Eccleſiæ partes, neque n poteſtatis hujus inſtrumentali derivatione, neque in ſu ejuſdem moderando; tum nulla ratio admitteret anc formam loquendi. Quod addit hic Bellarm. de Prælato uno aut pluribus per Eccleſiæ nomen intelli-gendis, hoc antea fuit à nobis diſcuſſum.

26. *Proteſt.* Populus Chriſtianus divinum habet man-datum, ut audiant veros Paſtores, & fugiant falſos: ergo & eligere bonos, & rejicere pernicioſos.

Bellarm. I. *Populus quidem debet diſcernere verum à falſo Pro-heta: ſed non alia regula quam diligenter attendendo, an is qui præ-icat, dicat contraria iis, quæ dicebantur à prædeceſſoribus vel iis quæ icuntur ab aliis ordinariis paſtoribus, & præſertim ab Apoſtolica ſede, & Eccleſia principali.*

Proteſt. I. Non quæritur jam de regula, ſed de jure & poteſtate eligendi. II. Regula iſta Bellarm. eſt plane Lesbia, quæ poſſit ad quoſlibet hæreticos, poſtquam ali-quamdiu duraverint, & ſeſe diffuderint, accommodari, præſertim, ſi Apoſtolicam aliquam ſedem habeant faven-tem. Per hanc regulam Chriſtus ipſe fuit à Iudæis reje-ctus & condemnatus.

Bellarm. 2. *Populus cum ſit rudis, non poteſt aliter judicare de doctrina Paſtoris.*

Proteſt. Hæc ipſa vox fuit eorum qui olim hoſtes erant Chriſti, *Ioh* 7, 49. *turba hæc, quæ non novit legem, execrabilis, eſt.* Sed Chriſtus omnes, etiam rudes, ad Scripturas mittit, ut ex illis judicium ferant. *Ioh.* 4, 39. ac ſpondet etiam ipſis pio corde quærentibus, cognitionem veritatis. *Iohan.* 7, 17. Neque tamen omnes illi qui in populo cenſen-tur, ſunt adeo rudes, ut Pontificii vellent, aut ut eorum ſacrificuli plerique ſolent eſſe.

Bellarm. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 3. *Si populus per ſe poſſet judicare, non egeret præ-*
tori

Proteſt. I. Obſervandum imprimis eſt quomodo B-larm. hic ſophiſtice terminos commutat, ut aliquid d-re videatur: non dicit, ex illa ſuppoſitione, populo n opus eſſe *Paſtoribus*: de quibus quæſtio habetur, ſed *-dicatoribus:* quia ſcilicet apud Pontificios, *Sacerdotes, Conf-ſores,* & maxime *Epiſcopo-ſatrapæ ſunt* Paſtores (& illos ſe-per vult eſſe neceſſarios) quamvis non ſint prædicato-. II. Paſtorum verorum alia ſunt officia, præter il-unum, unde prædicare: quorum nomine egent ipſis etn ii qui maxime judicio valent. III. Prædicationis etn uſus eſt, non tantum judicium formare, ſed etiam p-movere & flectere cordis affectiones. IV. Non eſt -ceſſarium ad electionem Paſtoris, ut omnes in pop poſſint *per ſe* ſine peritiorum ope judicare; nedum perfecte hoc poſſint: ſed debent omnes eouſque ſcire, fugiant falſum doctorem.

Bellarm. 4. *Debet omnino populus Paſtorem ſuum potius ſe-quam alterum, contraria docentem qui non eſt Paſtor, etiamſi for- contingeret, ut Paſtor erraret.*

Proteſt. Hoc eſt quod impii quidam irriſores omnis -ligionis, inter Primores Pontificiorum unice optant, quærunt, ut populus ſequeretur larvatum quemlibet -piſcopum, & ſacrificulum, quamvis abducat eos à Ch-ſto, quamvis autem hoc impium ſit, periculum tamen -lud, quod imminet Eccleſiæ à malis Paſtoribus, electi-nis jus ipſius eſſe evincit. Recte enim & pie Cardina- Cuſanus: *Ratio fortis aßignatur, cum conſenſus ſit neceſſari-. Manifeſtum eſt, ſcientiam legis ex ore ſacerdotum requiri ac inſup- ex falſa doctrina, quæ ex ignorantia, vel malitia ſacerdotis ſemina-tur populum non excuſari. Vnde ſi non deberet populi conſenſus int-venire, in præſide, injuſte puniretur, ex ignorantia, vel malitia ſa-cerdotis: quum ad ejus præſidentiam, eorum conſenſus nunquam i-tervenit: nihil enim poteſt tunc ipſi populo imputari.*

Bellarm. 5. *Dominus jubet ut falſi prophetæ non audiantu- Populo, non autem ut populus eos deponat, & alios ſubſtituat.*

Proteſt. I. Sicut poteſtas radicatur (ut Cuſanus loqu-tur) in libera populi ſubjectione: ſic etiam poteſta- privatio, in legitima ſubjectionis illius privatione. Qu- igitur mandatur populo *ne audiat* hunc vel illum, id eſ- ne ſubjiciat ſe illius miniſterio; mandatur ſimul quoa-rem ipſam, ut privet eum illo miniſterio.

27. *Proteſt.* Epiſcopi non ſunt Domini, ſed miniſtri Ec-cleſiæ, 1 *Cor.* 3. & 1 *Pet.* 5. Eccleſia eſt columna & firma-mentum veritatis, 1 *Tim.* 3.

Bellarm. 1

Bellarm. 1. *Epiſcopi ſunt miniſtri, regendo & imperando.*

Proteſt. I. Qui miniſtrant alicui ſocietati regendo & ıperando, poſſunt, ſolent, & (ex lege communi) dent illi ab illa ſocietate. II. Miniſtri Eccleſiaſtici, on poſſunt Eccleſiæ legitime imperare, niſi quatenus clarant imperia & mandata Chriſti: & hoc optime nvenit cum electione Eccleſiæ. III. Quædam ſaltem faciunt, ut in iis non tantum voluntatem Chriſti er- Eccleſiam totam exequantur, ſed etiam voluntatem cleſiæ erga particularia membra: ita ut non tantum gant, ſed etiam pareant Eccleſiæ.

Bellarm. 2. *Eccleſia eſt columna veritatis, quia ſemper audit trum.*

Proteſt. I. Nimis ridicula eſt hæc impudentia, Eccle-m Epheſinam, à Paulo plantatam, à Timotheo rigam, à Petro, quantum intelligi datur, nunquam ſalutam: ſemper audire Petrum. Veritatem non eſſe veritam, niſi audiatur a Petro. II. Per quemcunque Eccleſia ritatem audivit & recepit, certum eſt illam habere jus enarium illius veritatis conſervandæ, & omnes illas nctiones continuandi, quæ neceſſariæ ſunt ad ejus conrvationem: alias non eſſet *columna & ſtabilimentum*, ſed aſi *diverſorium* veritatis: hoc juris tamen non haberet, non poſſet eligere & inſtituere ſibi miniſtros.

28. *Proteſt.* Non ſoli Apoſtoli, ſed tota Eccleſia elegit atthiam, & Barnabam, ut ex iis Deus, unum aſſumet. *Act.* 1.

Bell. 1. *Factum hoc eſt ex conceſſione Petri, non ex neceſſitate.*

Proteſt. I. Non magis ex conceſſione Petri quam reliorum Apoſtolorum. Non legimus in Scripturis Peım ſolum tale quidquam unquam feciſſe: neque de nceſſione ejus quidquam narratur, vel indicatur. Poit forſan Petrus præire aliis ſuffragio ſuo, (quæ mens Chryſoſtomi a Bellarm. hic laudati) ſed nihil præribere reliquis Apoſtolis. II. Si Apoſtoli, ex conceſıne hoc permiſerunt Eccleſiæ, exemplo tamen ſuo ſa indicarunt, quid maxime ſit ex uſu Eccleſiæ.

Bell. 2. *Non tam electio fuit, quam poſtulatio electionis à Deo.*

Proteſt. Electio plenaria, per homines, non potuit locm habere in Apoſtoli vocatione: quatenus potuit, fuit ſervata.

Bellarm. 3. *Ab exemplo uno non deducitur, aliquid eſſe de jure ino.*

Proteſt. Ab exemplo uno, cum aliis conjuncto, cujus tio eſt communis, & divinitus approbata, recte poteſt c deduci. Sic Cyprianus vel Sinodus Africana ep.68. de hoc

de hoc exemplo pronuntiat: *ſecundum divina magiſteria o*
ſervatur.

29. *Proteſt.* Diaconi etiam eliguntur ab Eccleſia: *Act.*

Bellarm. 1. *Hoc exemplo non probatur, id eſſe jure divino.*

Proteſt. Ius divinum eſt quod a Deo promulgatur quamvis id fiat iſtiuſmodi exemplo, cujus ratio non e ſingularis, ſed communis.

Bellarm. 2. *Tributum eſt populo, ex conceſſione Apoſtolorum, Lucas ipſe aperte teſtatur.*

Proteſt. Neque aperte, neque obſcure hoc teſtatur Lu cas: niſi omnia illa, quæ Eccleſia fecit ex inſtitutione & directione Apoſtolorum, tributa ipſi fuerint ex concel ſione.

Bell. 3. *Non quæritur de electione Diaconorum, ſed Paſtorum.*

Proteſt. Fortius igitur ſtringit argumentum, ut Syno dus Africana notat apud Cyprianum, loco citato: *Neq hoc in Epiſcoporum tantum & Sacerdotum, ſed in Diaconorum ordina tionibus obſervaſſe Apoſtolos, animadvertimus.* Si ne Diacono quidem eligere voluerint Apoſtoli, ſine ſuffragiis Eccle ſiæ, certe Paſtores noluerunt ipſis obtrudere non con ſentientibus: plures enim & graviores ſunt cauſæ, con ſenſum Eccleſiæ requirentes, in Paſtoribus quam in Dia conis inſtituendis.

30. *Proteſt.* Apoſtoli creabant Presbyteros per ſuffra gia. *Actor.* 14, 23 χειροτονήσαντες.

Bellarm. 1. *Verbum* χειροτονέω *tria ſignificare poteſt.* 1. *Elige per ſuffragia.* 2. *Eligere ac decernere quocunque id fiat modo. Act.* 1 26 & 10, 41. 3. *Ordinare per manuum impoſitionem, ut apud E cleſiaſticos Scriptores.*

Proteſt. I. Prima illa ſignificatio ſola eſt propria & na tiva, ut Bellarm. ipſe fatetur: reliquæ tropicæ: ſed nativa vocis alicujus ſignificatione non eſt recedendum in Scripturis interpretandis niſi manifeſte repugnet ſer ſui contextus. Sed nulla talis reddi poteſt ratio, cur hc in loco aliud hac voce ſignificaretur, quam quod propr ſonat, eligere ſcilicet per ſuffragia. II. Secunda illa ſ gnificatio, metaphora eſt, tam dura, ut nullum ejus ex emplum dari poſſit, niſi *Actor.* 10, 41. ubi ab hominibu ad Deum, transfertur, per analogiam: quid autem in ho minum uſu ſignificet vox aliqua, non debemus aut po ſumus ex eo ſenſu ſtatuere quem habet Deo tributa, ſe contra, quia primo creaturis impoſita fuerunt hujuſmo di nomina, & poſtea ad res divinas imperfecte notand applicata. In illo etiam loco, dum ad Deum hæc vox ap plicatur, in vocatione Apoſtolorum, analogia quædam innuitur teſtationis, inter illam vocationem, & ordin

ria

am eam, quæ per hominum ſuffragia confertur, ita ut
l ex hac ipſa tranſlatione vocis, ſatis appareat, quem
nſum habeat in ordinaria Miniſtrorum vocatione.
I I. *Actor.* 1, 26. Non eadem eſt vox, ſed συμψηφίζεσθαι:
æ etiam non ſignificat ibi (ut Bellarm. vult) *cooptare*,
nquam actum Dei, ſed *coannumerare*, tanquam actum ho-
inum, qui proprius eſt ejus ſenſus. IV. Tertia ſignifi-
tio, non fuit in uſu vel ſacro, vel profano, tempore
oſtolorum: neque in verſione græca veteris Teſta-
enti, neque in novo, neque in Scriptoribus ullis græ-
s, niſi recentioris ævi talis uſus vocis reperitur. Fuiſ-
t igitur Lucas tum temporis quaſi barbarus iis quibus
ribebat, vel nihil iis ſignificans, vel aliud quam voluit,
ordinatinationem intellexiſſent, per χειροτονίαν. V. Or-
natio apud ſeptuaginta interpretes, in Actis, in Epi-
olis ad Timoth. conſtanter ſignificatur alia voce, dum
ροθεσία, χειρεπιθεσία, vel ἐπίθεσις χειρῶν appellatur: & χειρο-
νία ſuffragiorum electionem notat apud Paulum 2 *Cor.*
19. non eſt autem credibile Lucam, hoc uno in loco,
n tantum ab uſitata ſua phraſi, ſed & a verſione 70.
terpretum, quorum phraſes retinere ſolebat, ſine cauſa
ceſſiſſe, & alieni ſenſus voce lectorem turbaſſe. V I. A-
d veteres etiam Scriptores Eccleſiaſticos, ſignificat
ec vox electionem per ſuffragia. Teſtes hujus rei ſunt
heodorus Balſamo & Zonaras, in Can. 1. Apoſt. *Olim,*
um populis civitatum licebat eligere ſacrorum præfectos: convenie-
t ipſe Populus, & alii quidem hunc, alii vero deligebant illum, &c.
gentes extendebant manus. χειροτονίας *nomen hinc ſumptum, quo ſic*
am ſynodorum Patres inveniuntur uſi, ſuffragium nominantes χει-
ροτονίαν. Exſtat hoc teſtimouium in notis, quibus Chry-
ophorus Iuſtellus, illuſtravit Codicem Canonum Ec-
eſiæ, pag. 198. V I I. Si aliquando poſtea ſignificet or-
nationem, hoc fit per metonymiam ſubjecti pro ad-
ncto: quoniam ordinatio fuit conſequens adjunctum
ectionis: aut per ſynecdochen, totam illam actionem
tabat cujus ordinaria fuit pars. Hiſce omnibus ratio-
bus evincitur, neque ſecundum, neque tertium Bell.
nſum, in iſthoc loco poſſe admitti.

31. Bellarm. 2. *Si accipiamus primo modo, tunc notandum eſt.*
ροτονεῖν *non ſignificare eligere per ſuffragia ab aliis data, ſed proprio*
ffragio: Lucas igitur vult dicere, Paulum & Barnabam non ad ſuf-
gia populi, creaſſe Epiſcopos, ſed ad ſuffragia propria tantum.

Proteſt. I. Nullum exemplum dari poteſt, ubi χειροτονεῖν
nificat in cœtu eligere, ita ut ſuffragium unius, aut
iorum tantum exſpectetur. I I. Non negamus Pau-
m & Barnabam ſuffragia ſua contuliſſe, ſed ſolos illos.

III. *χειροτονεῖν* is dicitur, qui præeſt *χειροτονίας*, quo ſen
tribuitur Presbyteris primariis vel Epiſcopis, aliquan
apud Euſebium: ut *lib.* 6. *cap.* 43. & per Conſtantinu
Imperatorem, in vita Conſt. *Lib.* 3. *pag.* 146. ſecundu
editionem Stephani, declaratur, quod ſit *ευτρεπίσαι τὴν χ*
ειροτονίαν, *moderari electionem:* cujus obſignatio & compl
mentum in impoſitione manuum ponebatur.

32. *Proteſt.* Cyprianus, vel potius Synodus Africa
apud Cyprianum, *epiſt.* 68. inter alia multa quæ profe
pro populi jure in electione Miniſtrorum, hæc habe
Plebs maxime habet poteſtatem, vel eligendi dignos Sacerdotes, vel i
dignos recuſandi: quod & ipſum videmus de divina auctoritate deſce
dere, &c.

Bellarm. 1. *Cyprianus tantum vult dicere hoc ab exemplis div*
nis deſcendere. At exempla non faciunt rem eſſe de jure divino,
præcepta Dei.

Proteſt. I. Cyprianus dicere proculdubio *voluit*, qu
diſertis verbis dixit, *deſcendere hoc de divina auctoritate: &*
cundum devina magiſteria. II. Exempla quæ mandantu
vel approbantur a Deo, & rationibus illis nituntur, qu
a Deo præcipiuntur obſervari, æque faciunt rem eſſe
jure divino, atque præceptum directum. Sed talia ex
empla proferuntur, & ita declarantur a Cypriano.

Bellarm. 2. *Cyprianus tribuit populo poteſtatem eligendi, & ſu*
fragandi, more teſtis tantum, non judicis.

Proteſt. I. Hoc non eſt, *maxime habere poteſtetem eligendi,*
recuſandi. II. Si hoc ita fuiſſet tum Plebs eſſet *immuni*
contagio delicti, cum ſacerdote peccatore communicans: quod Cy
prianus negat. III. Tum etiam non *teneretur à peccat*
præpoſito ſeparare ſe: quod ille affirmat: Fruſtra certe ha
omnia ſcripta fuiſſent plebi, ſi plebis non eſſet judicare.

33. *Proteſt.* Concilium Nicænum, in epiſtola ad Al
xandrinos, apud Theodoretum, *lib.* 1. *cap.* 9. tribuit p
pulo poteſtatem eligendi.

Bellarm. *Nihil aliud hinc colligi poteſt, quam tum cœpiſſe co*
ſuetudinem, ut populus electioni admiſceretur. Non autem inde colli
tur id eſſe de jure divino.

Proteſt. I. Non loquitur Synodus de *conſuetudine*, ſe
diſertis verbis, de *legibus & ſanctionibus* Eccleſiæ. II. Tu
non cœpiſſe hanc conſuetudinem, ſatis eſt manifeſtur
& ex ante dictis, & etiam ex eo quod tam univerſale
approbationem habuit, a Concilio Nicœno, atque etia
Imperatoris Conſtantini, in epiſtola quam ſcripſit
Antiochenos, apud Euſeb. de vita Conſt. lib. 3. III. I
divinum, adverſus Pontificios, hoc modo probatur:
natura rei, egregie illuſtratur.

36. *Prote*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

34. *Proteſt.* Teſtimonium præbent electioni plebis Conilia, Patres, Imperatores, Iura Civile & Canonicum, liſtoriæ, Pontificii, Pontifices ipſi &c.

Bellarm. 1. *Non teſtantur eſſe de jure divino.*

Proteſt. I. Supponunt & illuſtrant jus divinum. II. Teantur poteſtatem quam Papa ſibi, & ſuis jam arrogat, on eſſe juris divini. III. Tam vetus, & tam diutura conſuetudo apud Pontificios, in iis quæ favent eorum rannidi & ſuperſtitioni, vim habere juris divini. *Conetudo* (ait Bellarm. c. 3.) *eſt optima juris interpres.*

Bellarm. 2. *In his omnibus, uno vel altero exceptis, nulla fit entio electionis, ſed tantum poſtulationis, vel teſtimonii.*

Proteſt. Et aperte falſum hoc eſt, & vanum: quia poulatio eſt electio imperfecta. & teſtimonium neceſſario ærequiſitum, ut cauſa, vim habet plane ſimilem & æıalem.

Bellarm. 3. *Populus elegit ex conceßione Pontificum.*

Proteſt Eadem conceſſione, qua calicem olim, aut etiam anem ipſum, in Cœna Dominica participavit.

CAP. III. *De ordinibus Miniſtrorum.*

Quæſtio tertia eſt de diſtinctione Clericorum, ſeu Miniſtrorum Eccleſiæ.

THESIS I.

BEllarm. *Diſſentimus ab adverſariis de numero, de antiquitate, & de officio Clericorum.*

Proteſt. Prima & primaria diſſentio hic ſophiſtice oc-ıltatur. Nos enim vel maxime in eo à Pontificiis diſntimus, quod illi inter Eccleſiæ Miniſtros numerant eaturas humanas: nos autem nullos miniſtros Eccleaſticos agnoſcimus, præter illos quos Chriſtus inſtiıit, & Eccleſiæ in Scripturis commendavit. Ex ſeptem lis ordinibus quos nobis obtrudunt, quinque ſunt, quoım ipſimet fatentur nullam haberi mentionem expreſm in Scriptura. Filincius Ieſuita, de caſibus conſcienæ, part. 1. tract. 9. cap. 1. Cum tamen 1. Miniſtri omnes ccleſiaſtici debent *à Deo conſtitui in Eccleſia*, 1 *Cor.* 12, 28. *à hriſto donari, Eph.* 4, 11. *& conſtitui à Spiritu Sancto, Act.* 20, 28. . Debent à *Spiritu* Sancto accipere *dona* ſuis muneribus onvenientia. 1 *Cor.* 14, 4. 3. Debent *Miniſteria* obire Chriſto *Domino* directe pendentia, *verſ.* 5. 4. Debent *operationes* exerere, Deo ipſo in ipſis agente *verſ.* 6. Qui igiır hoc ſibi arrogant, ut novos miniſtros in Eccleſia onſtituant, Eccleſiaſticos proprie dictos; ii, 1. Pec-

cant in Deum, Chriſtum, & Spiritum Sanctum, quoru locum & thronum non verentur occupare. II. Inj riam faciunt ſuis illis creaturis, quos omni faculta idonea, & ſpe benedictionis, quaſi truncatos pedibu aut cruribus fractos, ad negotia longe maxima protr dunt. III. Graviſſimam inferunt injuriam Eccleſ Dei, quum illas adminiſtrationes admittunt, quæ & i utiles ſunt ſibi, atque etiam ingratæ Domino & ſpon ſuo, Chriſto. Præterea Bellarm. cap. 1. contendit Mi ſtros eſſe *Clericos, quia illi ſunt ſors Domini, & Dominus eſt eor ſors.* Major autem præſumtio, vix poteſt cogitari, qua præſcribere Domino, quos & quales habebit pro ſua ſo te ac hæreditate, & quibus ipſe ſors erit.

2. Bellarm. *Ordo Eccleſiaſticus vel accipitur proprie qui ce ritu ſacro & ſolemni, confertur ab Epiſcopo, & ad certum miniſteri ſacrificio divino exhibendum refertur: cujus generis ſunt ſeptem: S cerdos, Diaconus, Subdiaconus, Acolutus, Lector, Exorciſta, & Oſti rius: vel communiter, qui quomodocunque dedicatur divinis obſequi etiamſi non referatur ad ſacrificium: & hoc modo, Monachi, virgin vidua Deo ſacratæ, & laborantes in ſepeliendis defunctis, ordines cuntur.*

Proteſt. I. Abſurdum commentum eſt ex Idololatri miſſatica profectum, quod ordo Eccleſiaſticus definitu per relationem ad Euchariſtiam, magis quam Bapti mum, aut Prædicationem verbi. II. Durandus jam lim figmentum iſtud refutavit: in *ſent 4. diſt. 24. quæſt.* dum oſtendit, quod hac ratione Epiſcopatus eſſet orc proprie dictus: quia ſcilicet. *Nobiliorem & propinquiorem h bitudinem habet ad ſacramentum Euchariſtiæ, poteſtas Epiſcopal ordinans miniſtrum, ad ejus conſecrationem, vel confectionem, qu minorum ordinum poteſtas, diſponens populum, tantum ad ejus ſuſcept nem.* III. Quod autem refertur ad Euchariſtiam ſi ratione ſacrificii proprie dicti, hoc facit ſeptem illos O dines Pontificios, ſeptem gradus ſacrilegii ſpirituali IV. Epiſcopus non debet in definitione collocari: qu minores ordines poſſunt ſecundum Pontificios à Pre bytero, vel Abbate, ex commiſſione aut delegatione co ferri. Filincius *cap. 5.* V. *Ritus* illi *ſacri* quibus conferu tur iſti ordines (ſi unum ſaltem excipias) ſunt ludi lud ficabilis, & Ordines ipſi ritibus illis non obſtantibus, d viduntur, à Scholaſticis, in *ſacros*, & *non ſacros*. Bonave tura in 4 d 24. *Durand. Rational lib. 2. cap. 1.* VI. Ponti cii non habent ſeptem iſtos ordines, in ſacrificii ſui cel bratione, niſi cum Papa, (ut Durandus ibid.) *celebriter mi ſarum ſolemnia agens, ſex habet ſecum ordines*: inter quos tam neque *Exorciſta*, neque *Oſtiarius*, neque tiam *Lector*, nom

nantu

ıntur: ſed *Epiſcopi & cantores* eorum vices gerunt: & ta-
en ſacramentum, & perfectionem in illo numero ſe-
ırio docte obſervat Durandus. ibid. VII. Nullam cau-
m, aut rationem adfert Bellarm. cur varii ex iſtis ordi-
bus quos *proprios* appellat, non ſint *communibus* annume-
ndi: ita ut ſine *officia* communia, non miniſterii deter-
inati gradus. VIII. Si communiter ſint Ordines, qui
omodocunque dedicantur, divinis obſequiis, tum omnes Chri-
ani habent ordinem ſacrum, & pertinent ad Clerum.
eque certe hypodiaconi, lectores, oſtiarii magis olim
dinabantur, quam Diaconiſſæ, vel ut à quibuſdam Græ-
s vocabantur, Presbyteriſſæ: nam & iſtis manus impo-
ſolebant: *Concil. Chalced. can.* 14. Imo & omnibus ba-
izatis: ſicut Hieronymus contra Luciferianos teſta-
r: *an neſcitis* (inquit) *Eccleſiarum hunc eſſe morem, ut Baptizatis
tea manus imponantur?*

3. Bellarm. *Clemens lib. 8. conſtitut. omnium fere ordinum ri-
s declarat. Ignatius in Epiſt. ad Antiochenſes ſalutat ſex ex iſtis Or-
ıibus.*

Proteſt. I. Bellarm. ipſe in libro de ſcriptoribus Eccle-
ıſticis, fatetur illos libros Clementis, eſſe *apocryphos, nul-
is nominis, improbatos, corruptos, & depravatos:* & Ignatii Epi-
olam ad Antiochenſes, *ad manus Euſebii & Hieronymi non
venisse.* Præterea Ignatius ſalutat *Cantores*, & *laborantes*,
i non ſunt ordines: & inſalutatum præterit totum
dinem *Acolutorum.* II. Fatentur ipſi Pontificii, Ordi-
s iſtos non fuiſſe in Eccleſia prima. *Durand. Rational. lib.
cap.* 1. *Sacerdotes & Diaconi tantum nominantur ab Apoſtolo: ca-
ri Ordines poſtea adjecti ſunt, propter multitudinem credentium.
navent. in* 4. *d.* 24. *n* 67 68 *In Eccleſia primitiva, ordines non
nt explicati & diſtincti, ut nunc.* Scotus in Report. in ean-
m diſt. neque in principio fuiſſe, neque nunc neceſſa-
os eſſe tot ordines, affirmat. *In primitiva Eccleſia, &c. Nunc
ro non eſt tanta devotio, adſumendum corpus Chriſti, quod neceſſe ſit,
miniſtros habere. imo nunc quatuor Ordines conferuntur ſimul, ſed
mpore medio, &c.* III. Apud veteres, in ſeculo ſecundo,
entio quidem fit iſtorum nominum; non tamen appa-
t, quod minores illi Ordines, gradus habebantur deter-
inati, miniſterii Eccleſiaſtici, nedum ad ſacrificium
oprie ſpectantis: ſed officia quædam in ſe communia,
ere ab Eccleſia, certis quibuſdam impoſita, qui hoc pa-
o, exercebantur aliquo modo ad miniſterium vere di-
num.

4. Bellarm. *Reſtat officium. Dicamus de ſingulis.*

Proteſt. Fruſtraneum eſt, & ridiculum de minorum (ut
cantur) & non ſacrorum Ordinum officiis, anxie di-

 ſputare;

ſputare: Quia I. Non ſunt legitimi gradus Miniſterii ſa
cri, ſicut jam ſatis eſt declaratum. II. Apud ipſos Pon
tificios officiorum nulla habetur ratio in ſcenica eorum
ordinatione. *Tota die videmus* (ait *Bonav. in 4. d. 25, num 34*
parvulos ad ordines minores promoveri, qui nec ſciunt quid ſit ordo, n
quid ibi detur. III. Notum eſt, in pleriſque Pontificiorum
Eccleſiis, horum omnium ordinum officiis defungi Sa
crificulum, cum cuſtode templi, puero aliquo forte i
partem etiam puerilis ludi vocato, cum Miſſa vulga
modo celebratur. IV. Vni eidemque homini, omnes in
feriores ordines ſimul apud ipſos, committi ſolent, ſin
ulla cogitatione, vel conferentis, vel ſuſpicientis, de offi
ciis anne his unquam attingendis, Nobili, per ſaltum, E
piſcopo creando, funes campanarum & claves &c. in ma
nus tradunt, cũ mandato, ut obſervet tempora pulſuum
juſto tempore aperiat & claudat templum, ejuſque ſup
pellectilia bona fide cuſtodiat: librum lectori aperiat
candelas accendat, &c. Diacono etiam obediat: cum il
idem eodem tempore ſupra hæc omnia munera ad Ep
ſcopatum elevatur: ita ut officia iſta ſint in nuda ſpecta
cula, vaniſſimarum cæremoniarum, & puerilium ludo
rum redacta. His igitur omiſſis: quid Bellarm. habet d
Diaconis, & Presbyteris breviter videamus.

De Diaconis.

5\. Bellarm. *Diaconorum erat, (præter officium oblationes coll*
gendi & opes Eccleſiæ adminiſtrandi) etiam ſacrificanti ſacerdoti aſ
ſtere ac miniſtrare, & populo diſtribuere Euchariſtiam.

Proteſt. I. Miniſtrare ſacrificanti, & diſtribuere Euch
riſtiam, non pertinent ad eſſentiam, vel ullo modo ad in
ſtitutionem Diaconorum ſicut apparet ex *Actor 6 Omni*
parte liquet (ait Cajetanus in illum locum) *quod ſeptem e*
gendi erant diaconi, hoc eſt, Miniſtri non altaris, ſed menſarum, n
ad diaconos altaris ſpectaret, vacare orationi, & verbo Dei: è regi
autem iſtorum, dicitur, nos vero orationi, & verbo Dei inſtabimus, &
1 Tim. 3. Non legimus alios in ſacra ſcriptura Diaconos, quam illos
Actis Apoſt. inſtitutos miniſtros temporalium Eccleſiæ. II. Neq
ex Scripturis, neque ex antiquiſſimis Eccleſiaſticoru
ſcriptorum, poteſt probari, diaconos tale quid factitaſſ
III. Aſſiſtere potuerunt Diaconi Miniſtro Cænam a
miniſtranti, ſicut & nunc, in Eccleſiis quibuſdam refor
matis, ſolent ex officio communi, non ex ordinatio
determinata. IV. Diſtributio Euchariſtiæ, tempore A
poſtolorum, nec requirebat, nec admittebat operam Dia
coni aut miniſtri alicujus determinati, ut intercederet
inter benedicentem & communicantes, *Crediderim ego (*

Cajetanus in Mat. 26.) *quod ſicut calicem unus diſcipulus dedit lii, ita patinam cum pane ſancto, propinquiores Ieſu, remotioribus ſucceſſive porrexerunt. Acceperunt à Ieſu, non manu ad manum, ſed ex menſa.*

9. Bellarm. *Non eſt credibile, impoſitione manuum Apoſtolos uſuros fuiſſe, ſi ſolum miniſterium menſarum Diaconis committere voluiſſent.*

Proteſt. I. Cura pauperum, viduarum, pupillorum & peregrinorum, diſpenſatio charitatis & conſervatio pacis Eccleſiæ, non fuit Apoſtolis tam vilis, atque eſt in oculis Pontificiorum. II. Bellarm. ipſe *cap.7.* iſtorum Diaconorum officium ad ſolas menſas reſtringit, ſic enim reſpondet, de eorum electione, ne ſit exemplum eligendi Paſtores. *Hic locus non eſt ad propoſitum: nos enim agimus de electione Paſtorum, qui præficiuntur Eccleſiæ regendæ: iſti autem Diaconi erant præficiendi menſis.*

Bellarm. *Antea viduæ miniſtrabant menſis, nec tamen certo ritu ordinabantur.*

Proteſt. I. Sine ulla probatione, gratis hoc affirmatur, *viduas ante miniſtraſſe.* II. Qui miniſtrabant antea, non habuerunt Miniſterium ſtabile ſibi commiſſum, ex directione Spiritus ſancti, & Eccleſiæ electione. III. Ipſis Diaconiſſis viduis quæ miniſtrabant pauperibus & peregrinis, manus olim imponebantur. *Concil. Chalced. can.* 14.

7. Bellarm. *Diaconorum erat tempore ſacrificii, Euangelium legere.*

Proteſt. Neque ab initio factum eſt hoc ſemper à Diaconis: neque in eo quidquam eſt, quod non poſſit fieri, vel à Presbytero, vel etiam a quolibet fideli gravi, & legendi perito.

8. Bellarm. *Diaconorum erat baptizare, prædicare, &c. ut docent exempla Stephani, & Philippi. Actor.* 7 & 8.

Proteſt. I. Prædicare aliquo modo, ex occaſione, atque etiam eodem modo, quo Stephanus & Philippus hoc feciſſe narrantur convenit cuilibet fideli, ſecundum menſuram illam donorum quam accepit. *Omnes diſcipuli, diſperſi euangelizabant ſermonem Dei. Actor.* 8, *verſ.* 4. Mulier captiva apud Iberos prædicavit: & Rex nondum baptizatus ab illa muliere inſtitutus idem fecit. *Ruffin. lib.* 10, *cap.* 10. Edeſius, & Frumentius, adhuc privati Indorum fuerunt præcones. Theodoret: *lib.* 1, *cap.* 24. *Ruff. lib.* 10, *cap.* 9. *Niceph. lib.* 1, *cap.* 23. Origenes, nondum impoſitionem manuum adeptus in ipſa Eccleſia docebat *Euſeb. lib.* 6, *cap.* 20. quod ejus factum ab Alexandro Hieroſolymitano Epiſcopo, ac Theoctiſto Cæſarienſi defenditur illuſtribus exemplis Evelpii, Paulini, & Theodori, qui idem fecerant

rant cum approbatione. ibid. II. Philippus non bapt
zavit qua Diaconus, ex ordinaria poteſtate, ſed ex rev
latione ſingulari: ut aperte colligitur ex *Actor.*8,26. Cl
mens etiam ille, cujus auctoritatem Bellarm. in hac ip
cauſa, & hoc ipſo capite laudat *Conſtit. lib* 6. *cap.* 7. dic
Philippum iſtum fuiſſe Philippum Apoſtolum, non Di
conum.

9. Bellarm. *Eſt tamen obſervandum, hæc omnia, ac præcipue o*
ficium prædicandi, propria Epiſcoporum eſſe: ita ut ne Presbyteris qu
dem prædicare liceat, niſi ex Epiſcopi mandato, aut conſenſu.

Proteſt. I. Obſervandũ igitur eſt, Diaconos nõ fuiſſe ir
ſtitutos ad prædicandũ, baptizandũ, &c. ſi enim ordina
rentur ad illa præſtanda quę propria ſunt Epiſcoporũ, t
Epiſcopi eſſent nõ Diaconi, ordinati. II. Obſervandũ eti
Epiſcopos Papales non eſſe Epiſcopos, quia non occupar
tur in illis, quæ propria ſunt Epiſcoporum. III. Man
feſte falſum eſt, quod hic affirmatur, nullis Presbyter
licitum eſſe prædicare, niſi ex mandato & conſenſu Ep
ſcopi. Officium enim prædicandi ubique in novo teſta
mento, a Deo ipſo mandatur Presbyteris immediate, nu
quam autem Epiſcopis ullis ordinariis a Presbyterorur
ordine & gradu, diſtinctis. Poſtea quidem (ut Hiero
nym. loquitur ad Nepotian.) *peßimo conſuetudo fuit, in quibu*
dam (non omnibus) *Eccleſiis, tacere presbyteros, præſentibus Epi*
ſcopis, in eodem ſcil. cœtu, ubi Epiſcopus quotidie conçio
nabatur, ſed & hoc tamen ab eodem Hieronymo, tribui
tur *invidiæ & ſupercilio* Epiſcoporum, ſicut etiam a jure Ca
nonico, *diſt.* 95, *cap.* 1. & Hieron. ad Ruſticum Epiſcopos
in hoc, dicit *invidia diabolicæ tentationis fuiſſe inflatos, quia nole*
bant Presbyteros facere quod jubentur à Deo: injuſtißimos fuiſſe, &
ſolos voluiſſe in Eccleſia potentari. Hæc omnia in jus Pontifi
cium referuntur a Gratiano, *diſt.* 95. IV. Si totum ho
concederetur Bellarmino, Presbyteros ſcil. prædicare, &
baptizare, ex mandato & conſenſu Epiſcoporum: non ta
men ſequeretur inde, (ex Bellarm. ſententia) hoc offi
cium proprium eſſe Epiſcoporum, non Presbyterorum
nam uſus etiam clavium quem habent Presbyteri in for
interiori, (ſecundum Pontificios) pendet ex mandato &
conſenſu eorum qui juriſdictionem habent externam
Bellarm. de *Pont, lib.* 4, *cap.* 22. officium tamen ipſum no
eſt proprium eorum.

Cap. IV. *De diſtinctione Epiſcopi, & Presbyteri.*

1. Bellarm. *Exiſtit quæſtio: ſit ne Presbyter idem omnino quod*
Epiſcopus ac præſertim jure divino.

Proteſt

Proteſt. I. Quæſtio hæc inſtituitur à nobis, non *præſertim*, ſed tantummodo, *de jure divino* jus humanum ſilere debet in theologia, ubi agitur de veritate, ac voluntate divina. Intelligi debet hæc quæſtio, de Presbyteris *laborantibus in ſermone & doctrina.* 1 *Tim.* 5, 17. quomodo etiam Epiſcopi deſcribuntur apud Euſebium. *l.* 7, *cap.* 13. οἱ τοῦ λόγου προεςῶτες. Fuiſſe enim in primitiva Eccleſia, aliud etiam genus Presbyterorum gubernationi tantum attendentium, teſtatur Origenes, tomo 3. contra Celſum, ſicut habetur in ejus Philocalia, *cap*, 18. ubi, cum Celſus exprobrat doctoribus Chriſtianis, quaſi ſtolidos quærerent auditores: reſpondet, inter alia, Chriſtianos doctores primo diſcernere, & explorare ſuos auditores προβασανίσαντες: & ex probatis duos ordines ſtatuere, unum incipientium, (qui ab aliis catechumeni vocantur) alterum perfectiorum: & inter perfectiores, (ait) οἵτινες τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευςεῖν τοὺς βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων. &c. id eſt, (interprete Tarino) *Nonnulli præpoſiti ſunt, qui in vitam & mores eorum qui admittuntur inquirant: ut qui turpia comittunt eis communi cœtu interdicant: qui vero ab iſtis abhorrent, ex animo complexi, meliores quotidie reddant.*

2. Bellarm. *Fuit antiqua hæreſis Aerii, nihil intereſſe inter Epiſcopum & Presbyterum.*

Proteſt. I. Hujuſmodi hæreſeos nulla mentio habetur in Conciliis vel etiam in hiſtoria Eccleſiaſtica. II. Auguſtinus ex Epiphanio hunc titulum tribuit huic ſententiæ inter alias, ſed incertum ſe fatetur quænam eſſet *regularis definitio hæretici:* in præfatione. Epiphanii autem tempore hæreticus vocabatur Aërius, non propter ſententiã iſtam, ſed propter ſegregationem quam una fecit; ſic enim Patres Concilii Conſtantinopolitani primi, *Canone ſexto* qui in codice canonum, eſt 169. *Hæreticos autem dicimus, eos qui olim ab Eccleſia abdicati ſunt; & qui poſtea à nobis anathematizati: præter hos autem, & qui ſe ſanam quidem fidem profiteri προσποιουμένους ſubaſſumunt, ſegregaverunt autem ſeſe, & adverſus canonicos noſtros Epiſcopos congregationem faciunt.* Aërius fuit inter hos poſtremos forſan quoad hanc ſententiam & ejus tuendi modum. Epiphanii autem defenſionem quam ſententiæ Aerii, & ejus argumentis oppoſuit, ineptam fuiſſe, Bellarm. ipſe fatetur & probat. *cap.* 15. auctoritas igitur ejus, hac in parte, exiguam vim habet. III. Si hæreſibus apud Pontificios, annumeretur hæc ſententia, hoc non eſt mirandum: hæreticus enim in papatu definitur, *qui non credit iis omnibus quæ in Eccleſia Romana pro veris traduntur. Diſt.* 19. *cap. Nulli* Hæreſis fuit olim, ſi quis Antipodas eſſe affirmaret. Aventin. *Annal. lib.* 3.

3. Bellarm. *Eccleſia Catholica docet, jure divino, Epiſcopatu Presbyterio majorem eſſe, tum ordinis poteſtate, tum etiam juriſdictione. Concil. Trident. ſeſſ. 23. Theologi, in 4. ſent. diſt. 24. Thom. 2, q. 184. a. 6.*

Proteſt. I. Mirum eſt Eccleſiæ Catholicæ hanc eſſe doctrinam, quæ non poteſt ex ullo Concilio declarari, nis ex Tridentino, ex juratis mancipiis Papæ conflato: neque ex Theologis ullis, præter Scholaſticos. II. Concilium ipſum Tridentinum non definivit Epiſcopos Presbyteris ſuperiores *jure divino*: quamvis hoc omni conatu egerint Hiſpani, ut illis verbis conſtitueretur canon. Hierarchiam quidem dicunt *divina ordinatione* eſſe inſtitutam, ſed iſtam phraſin fraudulenter inſeruerunt legati, ex ſententia Lanezii Ieſuitarum generalis, qui diſtinctionem excogitavit inter *jus divinum* & *Ordinationem divinam*: Illa enim dicebat eſſe de jure divino, quæ à Deo ſolo pendent, tam in univerſali, quam in particulari, & omni tempore: Ordinationis autem divinæ, quæ à Deo ſolummodo veniunt in univerſali, & particularia homines exſequuntur. *Hiſt. Concil. Trident. lib. 7.* III. Scholaſtici nihil omnino dicunt *de jure divino*, quoad poteſtatem propriam Epiſcoporum. Solent quidem dignitatem quandam & officium tribuere Epiſcopo, ſupra Presbyterum; ſicut etiam & Archipresbytero, Archiepiſcopo, Metropolitano, Primati, Patriarchæ, ſed inter omnes veteres Scholaſticos, ne unus quidem reperitur, qui iſtas differentias peti docet ex *jure divino. Durandus in 4. diſt. 24. q. 7.* ſatis aperte indicat, ſuo judicio, Epiſcopi ſuperioritatem ex ordinatione eccleſiaſtica pendere, non ex inſtitutione divina: *& q. 6.* docet expreſſe, Epiſcopum nihil aliud eſſe, quam *Presbyterum perfectum, aut completum.* Imperfecti vero paſtores non ſunt tales ex jure divino, ab eo enim exigitur, ut omnes *Miniſterium ſuum impleant. Col. 4, 17.* Totum hoc myſterium optime explicatur à Cardinale Cuſano, de *Concord. Cathol. l. 2, c. 13. Omnes Epiſcopi, & forte etiam Presbyteri, æqualis ſunt poteſtatis, quoad juriſdictionem, licet non exequutionis: quod quidem exercitium exequutivum ſub certis poſitivis clauditur, & reſtringitur, &c. unde ceſſante cauſa ſtatui illius, tunc ceſſant illa poſitiva jura.*

Argumenta Bellarmini.

4. Bellarm. *Epiſcopus major eſt Presbytero, ordinis poteſtate, idque jure divino.*

Proteſt. Non audet Bellarm. dicere Epiſcopum eſſe ſuperiorem, quantum attinet ad Ordinem: quia Scholaſtici omnes contrarium docuerunt: mutat igitur phraſin, & ſupe-

ꝛ ſuperiorem eum vult *quantum ad ordinis poteſtatem.* Sed uperior non poteſt eſſe ordinis poteſtate, qui non eſt ſuerior ordine: quia ordo, & poteſtas ordinis, ex natura ei, & jure divino, pari paſſu, vel gradu incedunt: ita ut Ordo definiatur per jus ac poteſtatem. Et certe cum omnis poteſtas ordinis ſit poteſtas clavium, ac claves non alio gradu traduntur Epiſcopis, quam Presbyteris; fieri non poteſt, ut habeant illi majorem ordinis poteſtatem, ure divino.

5. Bellarm. *Solus Epiſcopus poteſt ordinare Presbyteros: teſte Epiphanio, Damaſo, Concilio Ancyrano, & Antiocheno, Chryſoſtomo, Theodoreto, Theophilacto, Oecumenio, Hieronymo.*

Proteſt. I. Ius divinum eſt, quod divinitus promulgaur. Deus autem non promulgavit ſuum jus per iſtos teſtes primo: eorum igitur teſtimonium non eſt ſufficiens probatio, niſi ex Scripturis loquantur. II. Nihil teſtanur de jure divino. III. Ne factum quidem teſtantur, niſi longo tempore poſt Eccleſiæ faciem primam, & divinam. IV. Concilium Ancyranum contra teſtatur. Presbyteros poſſe ordinare, ſed *non in aliena paræcia, ſine literis Epiſcopi.* Hieronymus de ſuo tempore loquens, in omnibus Presbyterum Epiſcopo parem facit, præterquam in ordinatione. *Ordinatio autem* (judicio Marſilii Patavini, defenſoris Pacis, dict. 2, cap. 15. *Non ſignificat collationem ſacrorum ordinum, ſed œconomicam poteſtatem regulandi, vel dirigendi ritus.* Reliqui vel nihil habent ad rem: vel ex præjudicio, & conſuetudine ſuorum temporum loquuntur.

6. Bellarm. *Eſſe ex jure divino, ut ſoli Epiſcopi ordinent, inde colligitur, quod habebatur irritum, ſi quid in ea re feciſſent, qui veri Epiſcopi non erant. Greg.* III. *& Damaſus.*

Proteſt. I. Non ſequitur ratio ab eo quod à quibuſdam, iiſque non antiquiſſimis, *habebatur*, ad *eſſe de jure divino.* II. Habebantur etiam irritæ ordinationes, *ſine titulo* Concil. Chalced. can. 6. & Diſt. 70. cap. ſanctorum. *Sine tribus Epiſcopis, una cum Metropolitano per Vicarios Epiſcoporum: per ipſos Epiſcopos denique extra ſuas diœceſes, abſque venia,* factæ. Et tamen Pontificii non pronunciabunt tales ordinationes irritas eſſe jure divino.

7. Bellarm. *Soli Epiſcopi, ut ordinarii Miniſtri, poſſunt confirmare baptizatos: nec non templa & altaria conſecrare. Act. 8.*

Proteſt. I. De conſecratione templorum & altarium non laboramus. Parietes dealbati, poſſunt eſſe parietum, & lapidum, unici conſecratores. Sed confirmatio baptizatorum, quatenus juris divini aliquid in ſeſe habet, & ex eo ſpectatur, æque ſaltem convenit Presbyteris ac Epiſcopis. Satis hoc probari poteſt ex jure ipſo Canonico,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

diſt.95. & evincitur illa Hieronymi ratione, *quid majus e Chriſto? aut quid poteſt corpori & ſanguini ejus anteponi!* II. A poſtolus Act.8. non fuerunt Epiſcopi: non miſſi ad con firmationem ordinariam.

8. Bellarm. *Epiſcopi id ſunt in Eccleſia, quod erant Pontifices i veteri teſtamento: id Presbyteri apud nos, quod illic minores ſacerdo tes: Pontifices autem ibi jurisdictione majores erant ſacerdotibus: erg & Epiſcopi Presbyteris.*

Proteſt. I. Bellarminus antea de Pontif. voluit ſui Pa pæ ſingularem poteſtatem probare ex Pontificis Iudaic figura & exemplo: hic vero in unius Papæ locum ſur rogat infinitum numerum Epiſcoporum. Et figuræ igi tur illius, & argumenti ſui utriuſque vim omnem peri mit ipſe. II. Chriſti figura fuit Pontifex Iudaicus, no Papæ, aut Epiſcoporum. III. Si Epiſcopus eſſet in no vo Teſtamento conſtitutus ejuſdem generis cum Ponti fice Iudaico, tum omnia illa quæ ſingulariter ad ipſun ſpectant, fuiſſent æque clare, & diſtincte, nobis in Teſta mento novo tradita, ac illius omnia fuerunt in veter Teſtamento: ſed hoc nemo ſanus affirmabit.

Bellarm. *Nulla ratio patitur, ut diſtinctior fuerit Hierarchia i teſtamento veteri, quam in novo.*

Proteſt. I. Miniſterium eſt magis diſtinctum, in Paſto ribus, Doctoribus, Senioribus, Diaconis, quam ſi Epiſco pus Papalis additus, faciat cæteros ſuos ſervos. II. Ea dem ratio permittit aliam eſſe differentiam adminiſtra tionum, in novo, quam in veteri Teſtamento, quæ volui alia eſſe ſacra adminiſtranda, aliam Eccleſiæ formam ex ternam, & alias leges, nihil de diſtinctione Iudaicæ ſimil loquentes. III. Quod autem hoc argumento innuit Bellarm. juriſdictionis poteſtate diſtingui Epiſcopum a Presbytero, totum illud contra eſt. Nam 1. Iuriſdictic apud Iudæos, non fuit penes unum Pontificem. 2. Epi-ſcopi *titulares*, vel *annulares* a Papa creantur, qui Epiſcopa-lis ordinis habent poteſtatem, abſque ulla juriſdictione, & in aliorum Epiſcoporum Diœceſibus, exequuntur il-la quæ ſunt ordinis. Azor. p.2, l.3, c.29. Iuriſdictio i-gitur Epiſcopo non eſt eſſentialis. 3. Presbyteros vero, Parochos, vel Plebanos juriſdictionem habere, & ex-communicandi poteſtatem, ex jure ipſo Canonico, com-muni, liquido probat Iohannes Fileſacus Theologus Pa-riſienſis, in commentario de Epiſcoporum auctoritate, ex tit. de off. Iud. ord. lib. 1. Decr. c. 3, ſect. 1. 4. Non poteſtate, ſed exequutione poteſtatis diſtingui Presby-teros ab Epiſcopis, idque Eccleſiaſtico jure ſolo, docuit olim Nicolaus Cuſanus, de concord. l.2, c.13. *Patet omnes*

Epiſcopos,

[E]piſcopos, & forte etiam Presbyteros, æqualis poteſtatis eſſe quoad juſdictionem, licet non exequutionis: quod quidem exercitium exequutium ſub certis poſitivis reſtringitur, &c. Vnde ceſſante cauſa ſtatuti lius, tunc ceſſant illa poſitiva jura.

9. Bellarm. *Apoſtoli Iure divino, majores fuerunt ſeptuaginta [D]iſcipulis: ſed Epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt, & Presbyteri ſeptuaginta [di]ſcipulis: ergo Epiſcopi Presbyteris majores ſunt jure divino.*

Proteſt. I. Niſi aſſumptione Epiſcopi ita dicantur ſuc[c]edere Apoſtolis, ut ſint etiam Apoſtoli, vel eundem [g]radum cum ipſis obtineant, idque jure divino, ſyllo[g]iſmus eſt falſus, quoad formam, & nihil concludit. [I]I. Si autem ſic intelligatur aſſumptio, tum negatur, ut [m]anifeſte falſa. Bellarnius ipſe de Pontif. lib.4. cap.25. [h]æc habet verba: *Epiſcopi non ſuccedunt proprie Apoſtolis, quoniam Apoſtoli non fuerunt ordinarii, ſed extraordinarii, & quaſi de[le]gati Paſtores, qualibus non ſucceditur. Epiſcopi nullam partem ha[b]ent veræ Apoſtolicæ auctoritatis. Eodem modo ſuccedunt Epiſcopi [A]poſtolis, quo Presbyteri diſcipulis 72. At conſtat Presbyteros illis [p]roprie non ſuccedere: ſed ſolum per ſimilitudinem. Nam diſcipuli illi [7]2. non fuerunt Presbyteri, nec ullum ordinem aut juriſdictionem à [C]hriſto ſuſceperunt.* IV. Sicut Apoſtoli in auctoritate Apo[ſ]tolica nullos habuerunt ſucceſſores, ex confeſſione Bel[l]arm. ſic nec in ordine Epiſcopali, ullos potuerunt ha[b]ere, quia ullum ordinem Apoſtoli nunquam habuerunt. [S]*imul* (ait Bellarm. ibid.) *fuerunt in Eccleſia Apoſtoli & Epiſco[p]i: ſed non ſucceditur proprie niſi præcedenti.* In operis vero parte [i]lla, quæ ſemper eſt Eccleſiæ neceſſaria, Presbyteri ſuo [m]odo ſucceſſores ſunt Apoſtolorum: Epiſcopi autem [q]uales nunc dierum ſunt, nullo omnino modo. Si non[n]ulli Patrum ludant iſtiuſmodi comparationibus, uſum [p]oſteriorum temporum ſpectantes, hoc jus divinum non [a]ttingit. Patres enim aliquando, ut Bellarminus fatetur [c]ap. 15. dicunt Presbyteros *locum Apoſtolorum*, imo ipſius [C]*hriſti.*

10. Bellarm. *Matth. 24, 25. Fidelis ſervus & prudens, &c. [h]æc verba Hilarius, & cæteri Patres de Epiſcopi dicta eſſe volunt.*

Proteſt. I. Hæc eadem verba Bellarm. de Pontif. lib.1. [c]ap.9. intelligi contendit, *de uno Petro*, excluſis omnibus [a]liis, etiam Apoſtolis ipſis: quomodo igitur poſſint ad [o]mnes Epiſcopos extendi? II. Si quibuſdam Patribus [a]pplicentur hæc verba ad Epiſcopos, non ſequitur inde quod proprie ſpectant ad ipſos. Origenes & Remigius [a]pplicat ad omnes prædicatores bonos. Chryſoſtomus etiam ad ſeculares poteſtates. Lyranus denique ad omnes. III. Si proprie ſpectarent ad Epiſcopos, nihil tamen inde ſequeretur, quod pertinet ad quæſtionem.

11. Bellarm. *Act.20,21. Spiritus Sanctus conſtituit vos Epi-ſcopos regere Eccleſiam Dei.*

Proteſt. Iſti Epiſcopi tales fuerunt, quales multos tum habuit una Eccleſia Epheſina, id eſt, *Presbyteri,* ſicut etiam diſerte vocantur. verſ. 17. *accerſivit Presbyteros Eccleſiæ.* Ho: uno loco jugulatur cauſa Epiſcopalis tota, ſicut gloſſa ipſa ordinaria in illa verba ex Hieronymo obſervat.

12. Bellarm. *Si jure humano Epiſcopi Presbyteris præeſſent, inveniretur certe principium aliquod hujus inſtitutionis, poſt Apoſtolica tempora.*

Proteſt. I. Neganda eſſet conſequentia, quamvis intelligeretur de ſeculo Tertulliani, qui primam facit mentionem ſummi Sacerdotis. Ipſe enim Tertullianus, non potuit invenire principium variorum rituum, quorum *traditionem prætendit auctricem, & conſuetudinem confirmatricem.* De corona mil. cap. 3 & 4. illos tamen ritus juris eſſe divini Pontificii ipſi non affirmabunt. A nobis vero, qui & tot ſeculis à principio ſumus remotiores, & annalibus eorum temporum deſtituimur, iniquiſſimum eſt poſtulare, ut vel omnium conſuetudinem veterum initium certum inveniamus, vel eaſdem agnoſcamus pro inſtitutis divinis. Archiepiſcoporum, Primatum, & Patriarcharum, &c. Principium non definiunt Pontificii: neque ideo tamen præeſſe illos Epiſcopis dicent, jure divino. 2. Satis eſt ad juris divini patrocinium huic aut illi conſuetudini adimendum, ſi principium ejus non tradatur in Scripturis, quæ ſunt juris divini pandectæ.

13. Bellarm. *1 Tim.5, 19. Epiſcopus ſit judex Presbyterorum.*

Proteſt. I. Nulla ibi mentio fit Epiſcopi, ſed Timothei Euangeliſtæ. II. Nihil dicitur de judice ordinaria juriſdictione armato. Accuſatio enim recipitur ab aliis præter judicem. III. Presbyteri judicandi fuerunt à Presbyteris, ſicut Prophetæ à Prophetis, 1 *Corinth.* 14, 32. Timotheo dum adfuit actionem totam dirigente.

14. Bellarm. *Ignatius, Clemens, Dionyſius, Irenæus, Tertullianus idem teſtantur de ſuis temporibus.*

Proteſt. I. Clementem eſſe à recentioribus corruptum; & Dionyſii ſcripta ignota fuiſſe uſque ad tempora Gregorii, fatetur Bellarm. ipſe in libello de Script. Eccleſiaſt. Ignatius eſt etiam dubiæ fidei: ſed tamen per *Pontificem* intelligit Chriſtum. Irenæus nullam comparationem habet Epiſcoporum cum Presbyteris: ſed per Epiſcopos intelligit Presbyteros illuſtriores. Tertullianus præſidentiam Epiſcopi tribuit *Eccleſiæ honori.*

15. Bellarm. *Omnia Concilia, etiam antiquiſſima, à ſolis Epiſcopis fuere celebrata Euſeb.*

Proteſt.

Proteſt. Hoc eſt impudentia vincere non argumentis. Euſebius ipſe a Bellarm. hic laudatus, diſertis verbis teſtatur, *Presbyteros & Diaconos*, fuiſſe in Synodo Romana. lib.6. cap.43. *Presbyteros & Doctores fratrum in villis*, in alia Synodo fuiſſe præſentes, cum aliis ex *fratribus*, lib.6.c.24. In alia *Presbyteros & Diaconis infinitos*. lib.7. cap.28.

16. Bellarm. *Multis in locis legimus Presbyteros ab Epiſcopis excommunicatos: nuſquam autem Epiſcopos à Presbyteris.*

Proteſt. I. Nuſquam legimus in Scripturis, excommunicandi jus eſſe unius Paſtoris: ſed legimus eſſe cœtus coacti. 1 Cor.5. II. Poſtquam Epiſcopi fuerunt introducti, actus ejuſmodi ipſis attributi ſolebant, quia præfuerunt illis, non quia ſoli eos perficiebant.

17. Bellarm. *Soli Epiſcopi ſolium ſive thronum habent in Eccleſia, quod eſt poteſtatis indicium.*

Proteſt. I. Diu fuit antequam Paſtores Chriſtiani habuerunt thronos, quaſi inſignia poteſtatis. II. Presbyteros etiam ſeſſum ſuum habuiſſe in throno, objicit Ærius, & Epiphanius non negat. Her. 75. *Epiſcopus ſedet in throno: & Presbyter etiam ſedet.* Euſebius etiam teſtatur lib. 10. cap.4. thronos plures fuiſſe in uno templo, εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμήν. Plures ergo fuerunt, in una Eccleſia, ſedentes in thronis, & participes ejuſdem honoris, ac poteſtatis. Concilium etiam Laodicenum, can. 56. teſtatur Presbyteros cum Epiſcopo ſediſſe ἐν τῷ βήματι, id eſt, ut a quibuſdam vertitur, in tribunalibus.

Argumenta noſtra.

*Proteſt. Phil.*1, 1. Miniſtri unius Eccleſiæ diſtribuuntur in *Epiſcopos & Diaconos.*

Bellarm. *Nomina illa Epiſcopus & Presbyter, Apoſtolorum tempore communia fuerunt omnibus Sacerdotibus, licet res ipſa & poteſtates diſtincta eſſent.*

Proteſt. I. Priore capite, cum probanda fuit Bellarm. diſtinctio, ex jure divino, inter Epiſcopum & Presbyterum, ne unum quidem attulit ſacræ Scripturæ locum, quo res & poteſtates iſtæ diſtinguuntur. Nunc autem concedit nomina hæc fuiſſe communia. Ex ipſius igitur conceſſis, concludere nobis licet, nullam omnino vel nominum, vel poteſtatum diſtinctionem, inter Epiſcopum & Presbyterum tradi in Scriptura ſacra. II. Si res ac poteſtates, tum temporis fuiſſent ita diſtinctæ, quemadmodum nunc ſunt; fuiſſet profecto æque ridiculum, nomina ipſa promiſcua uſurpare, ac ſi jam quis ſcriberet ad *Epiſcopos & Diaconos Romanos.* III. Si fuiſſent nomina iſta communia, cum tamen re ipſa (ex ſententia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm.) unus tantum fuit Epiſcopus, & Presbyteri plures, præpoſterum admodum fuiſſet, Presbyterorum nomine & numero præterito, Epiſcopos in plurali numero nominare. IV. Ex ipſis Pontificiis, non pauci agnoſcunt evidentiam hujus teſtimonii tantam eſſe, ut res ipſas tum temporis communes fuiſſe, non nomina tantum, cogantur fateri. Sic Cardinalis Contarenus, in illum locum: *Eo tempore, qui Presbyteri erant, erant etiam Epiſcopi, Vterque ordo conferebatur Presbytero.* Dion Carthuſ. *Per Epiſcopos intelliguntur Presbyteri (ut Haymo aſſerit) unde dici ſolet, quod in Primitiva Eccleſia, Epiſcopi non diſtinguebantur à Sacerdotibus.* Azorius Ieſuita, p.2, l.3, c.16. *Apoſtolorum temporibus paßim Presbyteri, qui in civitatibus conſtituebantur, ſimul etiam erant Epiſcopi.*

19. *Proteſt. Tit.* 1, 5, 7. Presbyteri ſunt Epiſcopi.

Bellarm. *Nomina eo tempore communia erant.*

Proteſt. Quamvis excuſari poſſet, ſi ex præjudicio, ſimplicior aliquis ſic interpretaretur ſalutationem præcedentem; hic tamen, ubi res ipſa, poteſtas, & proprietates Epiſcopi, æque in commune tribuuntur Presbytero, ac nomen, tale ſubterfugium non eſt ferendum. II. Si ſola nomina hoc in loco communicentur: debuiſſet nobis dicere Bellarm. utri ordini proprie conveniunt res ipſæ, quæ habentur, v. 6, 7, 8, 9.

20. *Proteſt.* 1 *Tim.* 1, 3. Apoſt. præcepta tradit de Epiſcopis tantum & Diaconis, Epiſcopi igitur fuerunt presbyteri, alias non fuiſſent prætermiſſi.

Bellarm. *Sub nomine Epiſcoporum comprehenduntur etiam Presbyteri. Paulus enim generatim inſtruere voluit Clerum univerſum.*

Proteſt. I. Ad nauſeam uſque obtruditur commentum idem de nomine. Sed in omnibus locis communio nominis concedatur hoc clare importat communionem etiam rerum. II. Si hic generatim tantum inſtruatur Clerus, locum illum indicari nobis poſtulamus, ubi ſpeciatim inſtruitur Epiſcopus a Presbytero diſtinctus. III. Rationem expoſcimus, quare non, & nomine, & inſtitutione, æque diſtinguatur Epiſcopus à Presbytero, in novo Teſtamento, ac in veteri, Pontifex à minore Sacerdote, ſi ſimilis fuit diſtinctio munerum.

21. *Proteſt.* 1 *Tim.* 4, 14. Timotheo impoſitæ ſunt manus *Presbyteri*: non igitur tum temporis erant alii Epiſcopi Presbyteris majores.

Bellarm. *Nomine Presbyterii intelligitur chorus, ſive cœtus Presbyterorum, id eſt, Epiſcoporum, qui novo Epiſcopo manus imponunt.*

Proteſt. I. Cœtum fuiſſe Presbyterorum, id eſt, Epiſcoporum, dum concedit Bellarm. ſi ſimpliciter ageret, totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

um concedit argumentum. II. Si vero cœtum Epiſco-
orum illum qui impoſuit manus Timotheo, conſtare
ult ex talibus, quales nunc Pontificio Epiſcopo novo
nanus imponunt, & voci vim facit, & Apoſtoli menti.
Cum enim iſtiuſmodi Epiſcopi nullum exemplum pro-
ert Bellarm. ex Scripturis, unde colligit talium homi-
um cœtum? cum etiam ipſi Apoſtolo Paulo Prophetæ,
& Doctores, non Epiſcopi manus impoſuerunt, *Act.* 13,
,2,3. nihil magis eſt conſentaneum, quam ſimiles Pro-
phetas & Doctores, una cum Paulo, *per prophetiam cum im-
oſitione manuum,* Timotheo benedixiſſe.

22. *Proteſt.* *Act.* 20, 17, 28 *&* 1 *Pet.* 5, 2. Presbyteri & Epiſcopi ſunt iidem.

Bellarm. *Nomina, eo tempore, fuere communia, & propterea in his locis, veri Epiſcopi presbyteri appellantur.*

Proteſt. I. Si veri fuere Epiſcopi, omnes qui iſtis in locis compellantur, tum multi Epiſcopi fuerunt unius & ejuſdem civitatis. II. Si unus aliquis cœteris major, & cui cœteri fuerunt *Bailivi* ut Thomas loquitur, aut *ſervi*, quæ Phraſis eſt Bellarm. in præfat. tum certe injuria eſt ipſa facta, quod ſine diſcrimine eodem modo cum ſervis ſuis tractatur: & reliqui etiam fruſtra vocati fuerunt Epheſo, Miletum, ut illa mandata acciperent, quæ proprie ad Epiſcopum ſpectabant, & non ad ipſos, niſi ex mandato & conſenſu Epiſcopi: à quo etiam & potuiſſent eadem commodius audire, atque etiam debuiſſent, antequam eorum quidquam executioni mandari poſſint. III. Si nomina tantum fuerunt communia, tum certe neque Paulus, neque Petrus recte diſpenſabant præcepta quæ tradiderunt illis, dum de officiis tam diſtinctis, nihil præceperunt quod commune non eſt ordini inferiori, majorem illum Epiſcoporum nulla propria inſtitutione informantes, neque inferioribus verbo ullo innuentes, quid ſuperioribus illis, debebant obſequii.

23. *Proteſt.* Hieronymus in 1. cap. ad Tit. teſtatur, *Epiſcopos magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate, Preſbyteris eſſe majores: & in communi debere Eccleſiam regere.* Et in epiſtola ad Evagrium dicit, *Apoſtolum perſpicue docere eoſdem eſſe Presbyteros, quos Epiſcopos:* & ex ejus verbis, *manifeſtiſſime comprobari, eundem eſſe Epiſcopum, atque Presbyterum.*

Bellarm. I. *Hæc Hieronymi verba aliqui pie interpretari conantur, de nominibus Epiſcopi, & Presbyteri, non de ipſa re. At certe verba illa: Communi Presbyterorum conſilio, Eccleſiæ gubernabantur. Et illa: magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate, Preſbyteris eſſe majores, &c. aliud ſignificant, quam ſolam communitatem vocabulorum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Nova hæc pietas eſt, vel pia potius fraus Pontificiorum, qua *excogitato commento*, ut in Indice Expurg. Belg. diſerte fatentur, veterum teſtimoniis *affingunt ſenſum commodum*, non ipſis auctoribus, ſed Curiæ Romanæ. II. Cum Bellarm. hic fatetur Hieronymi teſtimonium non admittere commentitiam illam interpretationem, de *communitate vocabulorum*, tacite agnoſcit, Hieronymum ſe habere adverſarium, & innumeros interpretes qui Hieronymum ſunt ſecuti, atque adeo jus ipſum Canonicum, diſt. 95. in ſubterfugio illo Catholico, quo omnibus Scripturæ teſtimoniis, a nobis in hac cauſa productis, illudere conatur: *Nomina eo tempore communia erant*. Hieronymus enim eadem illa teſtimonia, omnia & ſingula profert, ad ſuam ſententiam confirmandam, Epiſt. ad Evagrium: ſi igitur Hieronymus aliud ſignificet quam communitatem vocabulorum; neceſſe etiam eſt ut ejus judicio, aliud etiam ſignificetur in ipſa Scriptura.

24. Bellarm. 2. *Sententia illa, quæ docet, Hieronymum velle omnes Presbyteros fuiſſe Epiſcopos, quia duæ iſtæ dignitates omnibus Sacerdotibus primo illo tempore dabantur; non plane ſatisfacit.*

Proteſt. Non ſatisfacit revera, ſi Epiſcopatus & Presbyteratus pro duobus muneribus, in unum hominem collatis (quæ eſt ſecunda tabula naufragium patientis Hierarchiæ:) ſatis tamen indicat, Pontificios modeſtiores agnoſcere, quæ duo jam habentur munera, Apoſtolorum tempore fuiſſe conjuncta in una & eadem perſona, & in una ejus vocatione.

25. Bellarm. 3. *Michael Medina affirmat Hieronymum idem omnino cum Aerio ſenſiſſe: & in eadem hæreſi fuiſſe Ambroſium, Auguſtinum, Sedulium, Primaſium, Chryſoſtomum, Theodoretum, Oecumenium, & Theophylactum. Sed hæc ſententia eſt valde inconſiderata.*

Proteſt. Simplex & candida eſt hæc Medinæ confeſſio quoad ſummam rei: neque juſto ullo argumento à Bellarm. refutatur.

Bellarm. 1. *Hieronymus ubique agnoſcit Epiſcopum eſſe majorem Presbytero, quantum ad ordinis poteſtatem.*

Proteſt. Nuſquam hoc agnoſcit, de jure divino, aut de temporibus Apoſtolicis: neque poteſtate ordinis, Epiſcopum (de facto) anteponit, ſed ordinationis & ſimilium rituum directione quoad exercitium.

Bellarm. 2. *Hieronymus etſi jure divino, agnoſcere non videtur, diſcrimen inter juriſdictionem Epiſcopi, & Presbyteri: agnoſcit tamen hoc diſcrimen introductum fuiſſe ab eo tempore, quo dictum eſt. Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, vel quo ſcripta eſt epiſt. 1. ad Cor. 4. idque ab Apoſtolis ipſis.*

Proteſt. Futilius & turpius multo eſt iſtud effugium, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quam priora illa duo fuerunt, quæ Bellarm. ipſe rejecit. Nam I. Hieronymus dicit introductum eſſe hoc diſcrimen poſtquam *in populis*, non poſtquam *Corinthi* dicebatur, *ego ſum Pauli, ego Apollo*, &c. verbis autem Apoſtoli utitur, ut formula concinna, ſchiſmatis deſignandi. II. Hieronymus ex aliis Epiſtolis, quæ ſcriptæ ſunt, longo intervallo, poſt priorem, ad Corinthios, probat Presbyteros Epiſcopis eſſe pares: ſicut Bellarm. obſervat. III. Si hoc diſcrimen ab Apoſtolis introductum fuiſſet ex occaſione ſchiſmatis inter Corinthios exorientis, & in remedium ejus; Paulus aliquam feciſſet mentionem hujus mutationis, vel faciendæ, vel factæ: quod tamen nuſquam apparet ipſi in mentem veniſſe. IV. Hieron. expreſſe dicit *conſuetudine* hanc mutationem factam, & in epiſt. ad Euagrium, oſtendit, Alexandriæ, non niſi tempore Heraclæ, & Dionyſii, id eſt, altero ſeculo poſt Eccleſiam ibi collectam, conſtitutam, diſcrimen hoc fuiſſe introductum: & ſuo etiam tempore diſcrimen nullum fuiſſe, niſi in *ordinatione*.

Bellarm.4. *Hieronymus in illa ſua ſententia non adeo conſtans videtur: ut valde probabile ſit, eum non omnino certum fuiſſe.*

Proteſt. Verba ejus ſunt in Epiſt. ad Euagr. *Apoſtolus perſpicue docet: manifeſtiſſime comprobatur: parva tibi videntur tantorum virorum teſtimonia?* Hæc non ſunt verba dubitantis, quæ Bellarm. ad ſuſpicionem incertitudinis Hieronymo affricandam argutatur, nullius ſunt momenti. Si tamen fuiſſet Hieronymus incertus, ex duabus ejus ſententiis, ea potius eſſet amplectenda, quam ex Scripturis confirmat: neglecta illa, quam ſine Scripturis admittit.

26. *Proteſt.* Ambroſius in Epheſ. 4. docet, primum Preſbyterum olim Epiſcopũ fuiſſe vocatum: & 1 *Tim.* 3. Epiſcoporum & Presbyterorum unam eſſe ordinationẽ.

Bellarm.1. *Loquitur ſolum de ratione ſucceſſionis Epiſcoporum.*

Proteſt. Tum nullam cauſam habuiſſet dicendi, *Non per omnia convenire ſcripta Apoſtoli, cum ordinatione quæ nunc in Eccleſia eſt.* Tum etiam ſine ulla ratione protuliſſet exemplum Epiſcopalis privilegii Presbyteris etiam communis: *apud Ægyptum Presbyteri conſignant, ſi præſens non ſit Epiſcopus.*

Bellarm.2. *Ambroſius in* 1 *Tim.* 3. *docet Epiſcopum majorem eſſe Presbytero: & ideo à Presbytero Epiſcopum ordinari non poſſe: quod Presbyter non habeat Epiſcopalem ordinationem.*

Proteſt. Nihil horum docet, de jure divino, neque de puriſſimis & primis Eccleſiæ temporibus: ſed plane contraria.

27. *Proteſt.* Chryſoſtomus in 1 *Tim.* 3. *hom.* 11. dicit *inter Epiſcopum atque Presbyterum intereſſe ferme nihil &c.* Sic etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Primaſius, Theophilactus, & Oecumenius, in eunder locum.

Bellarm. I. *Iidem teſtantur Epiſcopos ordinare poſſe Presbyter non poſſe.*

Proteſt. I. Ex conſuetudine forſan & inſtitutione humana, ut Hieronymus interpretatur: non ex jure divino. II. Ne id quidem teſtatur Chryſoſtomus, ad Epiſcopos ordinationem ita pertinere, ut Presbyteri non poſſint ordinare: ſed *in ordinatione Epiſcopos eſſe ſuperiores:* id eſt, primas partes habere. III. Quicquid illis tribuitur in ordinatione ſupra Presbyteros, Chryſoſtomi judicio, eſt *ferme nihil, & in juriſdictione æquantur.*

Bellarm. 2. *Hi auctores loquuntur de iis rebus, quæ nullo modo Presbyteris conveniunt: tale autem nihil eſt, niſi ordinatio, præcipue ſacerdotum.*

Proteſt. I. Loquuntur generaliter: *Nihil ferme: ſola ordinatione.* II. Ne de Ordinatione quidem dici poteſt, quod nullo modo Presbyteris convenit, ſicut Bellarm. ſatis intellexiſſe apparet ex eo quod addit, *præcipue ſacerdotum.* Neque vere tamen hoc additur. Nam ut Durandus in Rationali, *l.* 2, *cap.* de ſacerd. teſtatur; *ſecundum canonicam traditionem, Presbyter cum ordinatur, Epiſcopo eum benedicente, & manum benedictoriam ſupra caput ejus tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas juxta manus Epiſcopi teneant ſupra caput illius. Spiritum ſanctum invocantes.*

28. *Proteſt.* Theodoretus in Philip. I. aliquoties repetit, Presbyteros fuiſſe, quos Paulus Epiſcopos appellat.

Bellarm. I. *Docet quidem eos nomen habuiſſe Epiſcoporum: ſed veros Epiſcopos nomine Apoſtolorum ſolitos eo tempore appellari.*

Proteſt. Illud ita docet, ut quilibet intelligens poſſit videre eum ex Scripturis vere docere, non tantum de nomine, ſed & de re ipſa: hoc autem ita tradit, ut Bellarm. ipſe non auſus fuerit tam futilem obſervationem ab ipſo acceptam inter argumenta ſua urgere.

Bellarm. 2. *Idem auctor docet in* I *Tim.* 3. *Epiſcopos majorem dignitatem aſſecutos eſſe.*

Proteſt. Non jure divino.

29. *Proteſt.* Auguſtinus *Epiſt.* 19. ad Hieronymum, ſic ait, *quamvis ſecundum honorum vocabula jam Eccleſiæ uſus obtinuit, quod Epiſcopatus Presbyterio major ſit, in multis tamen Auguſtinus, Hieronymo minor eſt.*

Bellarm. *Senſus eſt, ante Chriſtiana tempora, nomina iſta, Epiſcopus & Presbyter, non erant honoris vocabula: nunc autem ſunt: & ſecundum hæc nomina, Auguſtinus, Hieronymo major eſt, quamvis aliis multis nominibus Auguſtinus Hieronymo minor ſit.*

Proteſt. I. Bellarm. Auguſtinum facit otioſe, & inepte, philo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

hiloſophari, de nominum uſu, qui fuit ante omnia Chriſtiana tempora. II. Nullus talis uſus fuit horum nominum, ante Chriſtiana tempora, ſine ſignificatione honoris. III. Facit Auguſtinum illud ſibi pro ſcopo habuiſſe propoſitum, ut ſe majorem Hieronymo prædicaret: quod eſt plane contrarium ejus menti, In ſumma Bellarminus ita nugatur, ut faciat Auguſtinum inſanire.

CAP. V. *De Cælibatu.*

Quarta quæſtio eſt, an cælibatus ſit neceſſarium annexum clericorum, vel ordinum ſacrorum? Pontificii affirmant, nos negamus.

I. Bellarm. *Cælibatus, & votum continentiæ, ordinibus ſacris eſt annexum, non quidem jure divino, ſed tamen jure Apoſtolico, antiquiſsimo, rectiſsimo, & æquiſsimo, & quod nullo modo expediat, ut hoc tempore relaxetur.*

Proteſt. I. Obſcure, & ſophiſtice agit Bellarm. quod cum prius ordines Eccleſiaſticos promiſcue defenderat, ſine ulla diſtinctione eorum in *ſacros,* & *non* ſacros hic ſubito ſine ulla explicatione, nedum probatione iſtius diſtinctiunculæ, ut legitimæ, obtrudit nobis quæſtionem de ordinibus *ſacris:* quo nomine intelligit, non omnes ordines quos vult Eccleſiaſticos eſſe, & ritu ſacro conferri, ſed ſolos Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, ex doctrina Scholaſticorum, in *ſent.* 4. *diſt.* 37. II. Sophiſtice etiam confundit *cælibatus annexum*, *cum voto continentiæ*, in iſtis ordinibus ſacris. Nam ut Durandus in ſent. ibid. docet, *indicitur continentia ordinatis, ſive conſentiant, ſive non, ordo non impedit, aut dirimit matrimonium ratione voti adjuncti: quia ex nullo ſtatuto votum poteſt in ungi alicui facto, niſi vovens voluntarie conſentiat, etiamſi verbo diceret, & mente non conſentiret.* III. Abſque ulla ratione, aut ſenſu, *jus Apoſtolicum* fingit univerſale & perpetuum, quod non eſt *divinum*, eadem etiam ratione, *jus Propheticum* eſſet non divinum: & ſcripta etiam Prophetica, & Apoſtolica, diſtingui poſſent à Scriptura divina. IV. Nullum omnino eſt inſtitutum, univerſale rectum, æquum, quod nullo modo expediat, hoc tempore, in ullo loco, relaxari, quod non eſt juris divini. Bellarm. igitur ſibimetipſi contradicit, dum huic cælibatui omnia illa tribuit, & detrahit ſimul juris divini auctoritatem. V. Diſpenſatio relaxans, ſi locum haberet in hoc negotio, vel hoc tempore, alicubi ſaltem, expediens eſt, vel nunquam poteſt expedire: quia nulla cauſa relaxationis fingi poteſt, quæ non æque huic atque alii alicui

tempori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tempori conveniret. Hæc igitur clauſula gratis (ut ajunt) adjicitur: neque in ſequentibus ullum habet probationis colorem annexum.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Probatur Scripturis : ac primum Tit.* 1,8. *oportet Epiſcopum eſſe caſtum, & continentem.*

Proteſt. Quod ex Scripturæ præceptis probari poteſt, illud proculdubio eſt juris divini. Bellarm. ipſe cap.7. fatetur *præcepta Dei facere rem eſſe de juro divino.* Cum igitur antea conceſſit, cælibatum iſtum non eſſe juris divini, præmonuiſſe videtur, ſe hujuſmodi Scripturæ loca, vel rixæ tantum cauſa, vel contra conſcientiam ſuam, in iſta cauſa proferre. II. *Caſtum* illud non legitur in authentica verſione vulgari: neque ulla reddi poteſt ratio, quare vox Græca (σωφρων) magis ibi ſignificet caſtitatem cælibatus, quam *cap.*2,*v.*5. ubi tribuitur maritatis: aut *verſ.*12. ubi officium notat, ab omnibus neceſſario præſtandum. III. Continentia etiam, non virginitatis eſt propria, ſed omnium Chriſtianorum eſt in omnibus. 1 *Cor.* 9, 25. & hoc in loco *ad omnia extenditur quæ indigent fræno*, ut Cajet. notat. agitur enim de maritis & patribus liberorũ *verſ.*6.

3. Bellarm. 2 *Tim.* 2,4. *Nemo militans Deo implicare ſe debet negotiis ſecularibus: ſed talia ſunt nuptiæ.*

Proteſt. I. Nuptiæ ex ſe, non ſunt negotia neceſſario implicantia, ſunt enim qui *habent uxores*, & tamen quod attinet ad implicationem, *ſunt ut non habentes.* 1 *Cor.* 7,22. II. Datur uxor pia in *auxilium*, non in impedimentum, tam in vita ſpirituali, quam in re familiari. III. Eadem ratione concludi poſſit, non debere miniſtrum Eccleſiæ, domui ſuæ præeſſe contra. 1 *Tim.*3,4. IV. *Bellarm.* contendit alibi (*de Pontif. lib.*5, *c.*10.) *regimen politicum iſtis verbis non prohiberi, ſed ſollicitudinem illam nimiam, quæ prohibetur etiam laicis.* Mirus eſt interpres Scripturæ Bellarm. qui Regnum & Principatum mandatum extra ſecularia negotia ponit, & conjugium iis comprehendit: qui eiſdem verbis nihil prohiberi contendit, quod in laicis probatur, quibus conjugio vult miniſtris Eccleſiæ interdici.

4. Bellarm. 1 *Cor.* 7,5. *Vacandum eſt conjugibus, conſenſu, ad tempus, ab opere nuptiarum, ut orationi poßint inſtare: ergo homines ſacrati perpetuo debent ab opere nuptiarum, quia quotidie orationi inſiſtere debent.*

Proteſt. I. Quod Apoſtolus dicit, intelligendum eſt de oratione extraordinaria, quæ jejunium habet conjunctum: *ut vacetis jejunio & precibus.* Talibus autem orationibus ſacrati homines quotidie non inſiſtunt. II. Hac ratione,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tione, ſacratis etiam hominibus perpetuo abſtinendum eſſet à cibo: *jejunio & precibus* III. Similiter etiam omnibus Chriſtianis abſtinendum eſſet perpetuo à nuptiis: omnibus enim dicitur, *indeſinenter orate*, 1 *Theſſ.* 5, *verſ.* 17. David certe uxoratus, frequentior, & ſpiritualior fuit in oratione, quam ſacratorum Papalium quiſquam.

5. Bellarm. *In veteri teſtamento, continentia ab uxoribus fuit requiſita, in iis qui Deo propinquaturi erant.*

Proteſt. I. Continentia à conjugio in veteri teſtamento à nullo ſacerdotum ordine requirebatur. II. Nulla ſingularis continentia præſcribebatur orantibus, prophetantibus, &c. Sed tantum cæremoniales cultus partes quaſdam tractantibus: ab iſtis autem cæremonialibus obſervationibus veteris teſtamenti non tantum ſimile aliquid externum, ſed & amplius multo concludere, in novo, eſt ludere cum ſanctis.

Bellarm. 6. *Probatur teſtimoniis Conciliorum.*

Proteſt. I. Omnia Conciliorum decreta, non ſunt juris Apoſtolici. II. Nullum unum Concilium generale antiquum profert Bellarm. diſerte confirmans illud quod eſt in quæſtione.

7. Bellarm. *Probatur teſtimoniis veterum Pontificum.*

Proteſt. Non ita veterum quin præcurſores fuerint Antichriſti.

8. Bellarm. *Probatur teſtimoniis veterum Patrum.*

Proteſt. Eorum ſcilicet qui larvatæ & imaginariæ ſanctitatis laudem & admirationem, perverſa quadam æmulatione, quaſi contagione quadam, contraxerant ab Eſſæis, Marcionitis, Eucratitis, Originianis, Montaniſtis, & aliis hæreticis. Ex his omnibus tamen non probatur, cœlibatum, ex jure Apoſtolico, univerſaliter fuiſſe Paſtoribus in primitiva Eccleſia præſcriptum.

9. Bellarm. *Matrimonium impedit munus ſacrificandi: quia mixtam habet impuritatem & pollutionem, non qua peccatum ſit, ſed qua ex peccato tamen nata ſit.*

Proteſt. Talem ſaltem impuritatem circumgeſtant ſecum ſemper omnes filii Adami, Chriſto ſolo excepto: & revera ſolus Chriſtus idoneus fuit ad munus ſacrificum vere ac proprie expiatorium offerendum.

10. Bellarm. *Impedit ſtudium orationis & lectionis.*

Proteſt. David tamen uxoratus, ſepties de die orabat, in lege Dei meditationem ſuam habuit, interdiu & noctu.

11. Bellarm. *Impedit efficaciam prædicationis.*

Proteſt. Illius nempe quæ in humanis præſumptionibus, non in divinis præceptis verſatur.

12. Bellarm. *Impedit curam paſtoralem.*

Proteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Prout impediebat eam in Apoſtolis, & Prophetis.

13. Bellarm. *Impedit curam pauperum, hoſpitalitatem, benignitatem, & cogit Clericos ex avaritia vendere ſacramenta.*

Proteſt. Virtutes illas in conjugibus reperiri, Scriptura ubique teſtatur: vitia contraria vidit olim Salomon, *in uno cui deeſt ſecundus*: *Eccleſ* 4. 4. & totus mundus hodie cum execratione videt in Mercatoribus Romanis.

14. Bellarm. 1. *Impediret ſacramentorum adminiſtrationem, tunc enim vix diſtinguerentur Clerici a Laicis.*

Proteſt. Differentia igitur fere una Clericorum à Laicis, apud Pontificios, in eo conſiſtit, quod Laici ſoli poſſint uxores habere, & Clerici tantum concubinas.

Hæc omnia impedimenta à Bellarm. ficta eſſe ad fucum faciendum imperitis, ſatis apparet ex eo, quod fatetur ipſemet, *cap,* 18. *Eccleſiam Romanam, multis jam ſeculis permiſiſſe Græcis ſacerdotibus uſum uxorum*: quod nihil aliud eſſet, (ſi impedimenta talia eſſent in matrimonio qualia Bellarm. fingit) quam ipſis permittere *impuritatem vel pollutionem ſacrificandi muneri adverſam: carnalem diſpoſitionem, orationi & electioni repugnantem, efficacis prædicationis obſtaculum: curæ paſtoralis corruptionem: avaritiam & ſymoniam turpem: & confuſionem ordinis totius.* Tales autem permiſſiones ac diſpenſationes non ſolet Papa præ ſe ferre, nec Ieſuitæ jactare. Idem etiam ex eo manifeſtum eſt, quod matrimonium Pontificiis eſt Sacramentum conferens gratiam ſanctificantem, quæ certe non eſt effectum cauſæ opera gratiæ ſic impedientis, quemadmodum Bellarm. hic nugatur.

Argumenta noſtra.

15. *Proteſt.* 1 *Tim.* 4, 1, 3. Doctrina dæmoniorum eſt prohibere matrimonium.

Bellarm. 1. *Eccleſia non prohibet matrimonium: ſed ſolum requirit eam conditionem in iis qui initiari volunt ſacris myſteriis.*

Proteſt Qui requirunt cælibatum prohibent matrimonium: ſed Pontificii requirunt cœlibatum: ergo prohibent matrimonium.

Bellarm. 2. *Eccleſia non cenſetur prohibere judicia forenſia, nec officium tortoris, etiamſi nolit talia ab Eccleſiaſticis fieri.*

Proteſt. Imo vero, ſi pro auctoritate, aut imperio, nolit talia ab Eccleſiaſticis fieri, prohibet illa ab Eccleſiaſticis fieri.

Bellarm. 3. *Apoſtolus notat eos, qui abſolute nuptias ut mala prohibebant.*

Proteſt. 1. Apoſtolus notat, ipſam doctrinam nuptias prohibendi eſſe doctrinam Dæmoniorum; ſicut autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

enenum eſt venenum, ſive abſolute, ſive ex conditione ropinetur; ſic etiam doctrina diabolica, manet diaboli- a, ſive condionaliter proponatur. II. Apoſtolus *verſ.* 3, 4. illam prohibitionem damnat quæ libertatem illam nfringit, quam creationis lex, & jus divinum conceſſit; ed Bellarm. ipſe concedit, jure divino, liberum eſſe ma- rimonium cum Eccleſiaſtici miniſterii conditione. II. Apoſtolus *verſ.* 1. diſerte notat, doctrinam illam iabolicam eſſe quæ opponitur doctrinæ a ſe traditæ. *c.* 3. *piritus autem diſerte docet.* Sed in illo capite docuerat, *unius xoris virum poſſe eſſe Epiſcopum verſ.* 2, 4. Pontificii abſolute amnant nuptias, in ratione illa Syricii Papæ: *qui in carne unt, Deo placere non poſſunt,* ad Himeric. *cap.* 7.

16. *Proteſt.* Paulus inter Epiſcopi virtutes, numerat onjugium. 1. *Tim.* 3. *Tit.* 1.

Bellarm. *Falſum eſt, Paulum inter dotes & virtutes abſoluti E- iſcopi, ponere conjugium.*

Proteſt. Non ponit quidem tanquam ſpeciem virtutis: eque hoc volumus: ſed ponit tanquam conditionem, uæ optime convenit, cum ſumma Epiſcopi perfectione.

17. *Proteſt.* Apoſtolus, *Heb.* 13, 4. Citra exceptionem ronunciat conjugium honorabile eſſe in omnibus.

Bellarm. 1. *Si omnium conjugia ſint honorabilia, tum conſangui- eorum, & injuſſu parentum contracta*

Proteſt. I. Non ſequitur: quia omnium quædam con- ugia poſſunt eſſe licita, & honorabilia, quamvis non ta- ia. II. Conjugia intelliguntur divino jure permiſſa: ualia ſacerdotum eſſe, Bellarm. non negat.

Bellarm. 2. *Honorabile eſt, in omnibus legitime conjunctis.*

Proteſt. Illi autem omnes legitime conjunguntur, ſen- entia Apoſtoli, qui non ſunt *ſcortatores, & adulteri*, Divino ure *damnati: ibid.* Ergo & ſacerdotes.

18 *Proteſt* Apoſtoli habuerunt uxores. 1 *Cor.* 9.

Bellarm. 1. *Non eſt omnino certum, qui ex Apoſtolis, uxores ha- uerint, & qui non habuerint*

Proteſt. Quaſi hoc eſſet in argumento robur, hos aut il- os Apoſtolos, potius quam alios habuiſſe uxores, & non n eo, quoſdam eorum habuiſſe, atque adeo cæteris fuiſſe iberum, habere, vel non habere.

Bellarm. 2. *Certum eſt eos ex Apoſtolis, qui habuerunt uxores, oſtquam vocati à Chriſto fuerunt, officio conjugali renunciaſſe. Reli- uerunt enim omnia, patrem matrem, uxorem. Mat.* 19.

Proteſt. Sic igitur officio conjugali renunciarunt, ſicut lomeſtico & filiali: ſed filiorum officium & domeſti- cum, poſtea præſtabant, quatenus nõ retrahebant a Chri- ſto ſequendo: *Mat.* 8, 14. *Ioh.* 19, 27. Ergo & conjugale.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 3. *Apoſtolus* 1 *Cor*. 9. 5. *non de uxoribus, ſed de p*
fœminis loquitur, quæ ſequebantur Apoſtolos, & eis miniſtrabant.
de uxore loqueretur, diceret τὴν ἀδολφὴν.

Proteſt. I. Articulum illum ſingulis perſonis τὴν no
adhibuit Apoſtolus, quia non de ſe ſolo, ſed & de Bar
naba loquebatur. II. Nulla ratio patitur credi, cetero
Apoſtolos, per varias regiones circumduxiſſe muliere
non uxores. III. *Soror mulier* non eſt phraſis rationi con
gruens: ſed *ſoror uxor:* quia omnes ſorores ſunt mulie
res, ſed non omnes uxores. IV. *Poteſtas circumducendi,* ju
illud ſonat, quod habet maritus in uxorem. V. Mulie
rem divitem non circumducere non fuiſſet Eccleſiarun
quærere levamen, quod tamen intendit Apoſtolus ibi d
ſe teſtari pauperis, non uxoris, nullus fuiſſet uſus.

Bellarm. 1. *Paulus dixit ſororem mulierem, pro muliere ſorore.*

Proteſt. Hoc eſt, mutavit phraſim perſpicuam, in præ
poſteram, ſine cauſa, & ſine exemplo.

Bellarm. 2. *Poteſtas illa fuit in actionem circumducendi, no*
in mulieres: vel in mulieres, ut diſcipulas.

Proteſt. Poteſtas non eſt in actionem, ſine poteſtate i
actionis illius objectum. Neque habet Doctor poteſta
tem diſcipulam, qua talem, circumducendi quo velit.

Bellarm. 3. *Mulieres illa vel non miniſtrabant pecuniam. ſe*
obſequium: vel non ſemper fuerunt cum Apoſtolis.

Proteſt. Nulla miniſtratio obſequii communis, Apo
ſtolis neceſſaria fuit, quæ non potuit majore cum hone
ſtate, & ædificatione, à viduis Eccleſiarum exſpectari
An autem ſemper fuerint tales cum Apoſtolis, necne
hoc quæritur: ſed an ſemper potuerint eſſe.

19. *Proteſt.* Conjugium eſt de jure divino, naturali
Gen. 1. Non poteſt igitur tolli ulla humana lege, ita ho
mo obligetur ad contrarium.

Bellarm. 1. *Præceptum illud eſt affirmativum: neque obligat,*
niſi in cauſa neceſſitatis, quando periculum immineret, ne hominun
genus periret.

Proteſt. I. Sophiſtice declinatur tota vis argumenti
Non enim agitur de præcepto proprie dicto, ſed de jur
ac poteſtate: non de obligatione ad conjugium, ſed d
obligatione contraria excludenda. II. Alia neceſſitas eſt
conjugii poſt lapſum, præter multiplicationem: 1 *Cor.* 7
2. ad fornicationem & impuritatem vitandam.

20. *Proteſt.* Præcipitur conjugium omnibus, qui do
num continentiæ non habent. 1 *Cor.* 7.

Bellarm. 1. *Apoſtolus loquitur de conjugatis.*

Proteſt. Loquitur expreſſe de *calibibus*, *& viduis*, *verſ.* 8

Bellarm. 2. *Non eſt præceptum, ſed concilium,*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Si ſit conſilium, tum (ex Pontificiorum ſen-entia) majoris eſt perfectionis, quam cœlibatus.

Bellarm. 3. *Dicitur iis qui votum continentiæ non habent.*

Proteſt. Dicitur omnibus ad quos Apoſtolus ſcribit vo-um autem hujuſmodi prohibentur habere. *verſ.* 35. *Non t laqueum vobis injiciam.*

21. *Proteſt.* Continentia res eſt difficillima, nec omni-us datur. *Matth.* 19. non debet igitur indifferenter om-ibus Clericis imponi.

Bellarm. I. *Illi ſolummodo debent eſſe ſacerdotes, qui videntur oc donum habere.*

Proteſt. Neque videtur, quidquam in ſacrificulis Pon-ficiis unde colligi poſſit, eos magis hoc donum habere uam alios: neque ex conjecturis incertis debent certa nera & vota conſcientiis imponi Chriſtianorum.

Bellarm. 2. *Habent donum continentiæ qui volunt.*

22. *Proteſt.* Non magis quam Apoſtolus Paulus habuit erficere, quod voluit, *Rom.* 7. *verſ.* 15. etſi haberet, quis oſſit polliceri, in iſtiuſmodi rebus, voluntatem illam erpetuo ſibi conſtantem? Recte Cajetanus in *Matth.* 19. *uibus datum eſt, non qui voluerint, dicitur: quoniam non eſt vo-ntis, neque currentis, ſed miſerentis Dei, à quo datur donum virgi-itatis ſervandæ. Non dicit, qui vult, ſed qui poteſt capere, capiat: uia etſi velles, & non ſentis te tantæ conſtantiæ, ut poſſis, non es de umero eorum qui poſſunt capere.*

Bellarm. 3. *Conjugati coguntur ſæpe diu abſtinere ſe ab uxore.*

Proteſt. Cum Deus imponit nobis neceſſitatem hujuſ-nodi, tum ille nos tentat, & ſimul dat exitum: cum au-em nos nobiſmetipſis talem neceſſitatem imponimus, um nos tentamus Deum, atque adeo nulla ejus niti poſ-umus promiſſione.

23. *Proteſt.* Cælibatus Clericorum prodigioſas libidines arit.

Bellarm. I. *Non eſt cælibatus, ſed abuſus cælibatus qui iſta parit.*

Proteſt. I. Similiter ſibimetipſi reſpondeat Bellarm. de npedimentis miniſterii, quorum antea conjugium ac-uſavit, quis eum faſcinavit, ut non poſſit æque acute iſtinguere inter uſum & abuſum, in conjugio, ac in ælibatu? II. Cælibatus quidem non eſt cauſa libidi-um prodigioſarum, ſed cælibatus coactus: Sicut abſti-entia non eſt cauſa cur homines comedunt excremen-a, & bibunt lotium ſuum: ſed coacta abſtinentia à cibo t potu naturali & ſalubri, eſt cauſa tam monſtroſæ vo-ationis. *Iſ.* 35, 12.

Bellarm. 2. *Nec tamen admittimus, tot eſſe concubinarios, & npuros, inter Eccleſiaſticos, quot hæretici dicunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Satis erit ad argumenti confirmationem , &
hypocriticæ, ac impuræ continentiæ Papiſticæ detectio
nem, ſi admittatur, quod ab iis hac de re dicitur, qui Ca
tholici vocantur : ſic enim Maximilianus Cæſar, in lite
ris ad Papam, apud Thuanum , *Hiſtor. lib.* 36. *Hoc ſæculo, v*
inter multos unus reperitur, qui caſtum cœlibatum præſtet. Omnes fe
publici ſunt ſcortatores , cum maximo animarum diſcrimine , & popu
offenſione. Eſpencæus etiam Epiſc. in *Tit. cap.* I. *Turpiſſimu*
eſt , quod officiales permittunt , Clericos cum concubinis , meretricibu
& pellicibus cohabitare , liberos procreare ſinunt , accepto ab iis cer
quotannis cenſu : atque adeo alibi à continentibus, nam habeant (in
quiunt) ſi velint. Addatur iſtis graviſſimum teſtimoniu
& conſideratio Polidori Virgilii , de invent. rer. lib.
cap.4. *Tantum abſit ut illa coacta caſtitas conjugalem Vincerit ,*
etiam nullius delicti crimen majus ordini dedecus , plus mali religion
plus doloris omnibus bonis impreſſerit, inuſſerit, attribuerit, quam ſace
dotum libidinis labes. Proinde forſan tam è rep. Chriſtiana , quam
ordinis uſu eſſet , ut eadem aliquando jus publici matrimonii ſacerdot
bus reſtitueretur, quod illi ſine infamia ſancte potius colerent , quam
ſpurciſſime hujuſmodi naturali vitio turpificarent.

DE DIGAMIA.

Præcedenti quæſtioni, propter affinitatem annectitur a
tera : Num lege prohibitum ſit, ne, qui poſt primæ u
xoris obitum alteram duxit , ad ſacros ordines admi
tatur. Tota autem controverſia eſt de verbis illis Pau
li I *Tim.* 3, 2, 12. *Tim.* 1, 6. *oportet Epiſcopum & Diacon*
eſſe unius uxoris virum : quibus nos intelligimus plur
uxores eodem tempore prohiberi , non ſucceſſiv
Pontificii etiam ſucceſſive.

Argumenta Bellarmini.

23. Bellarm. I *Tim.* 5, 9. *Vnius viri uxor , non poteſt intell*
quaſi plures mariti ſimul prohiberentur : quia nunquam auditum
unam mulierem plures maritos ſimul habuiſſe.

Proteſt. I. Auditum hoc & viſum teſtatur ſatis Chi
ſtus *Mat.* 19. *dimiſſam duxerit.* Teſtatur Tertullianus *A*
log. cap. 39. *Omnia indiſcreta ſunt apud nos, præter uxores : in iſto*
conſortium ſolvimus, in quo ſoli cæteri homines conſortium exercent,
non amicorum ſolummodo matrimonia uſurpant ſed & ſua amicis
tientiſſime ſubminiſtrant, ex illa credo majorum & ſapientiſſimorum
ſciplina , Græci Socratis , & Romani Catonis , qui uxores ſuas am
communicaverunt. II. Quamvis *cap.* 5, 9. (ubi vox præter
temporis uſurpatur) concederemus rationem haberi ſu
ceſſionis (quod tamen falſum eſt) alia tamen eſt ra

cap. 3

p. 3, 2. ubi in præſenti tempore requiritur (Cajetano ob-
:rvante) ut ſi habet uxorem, unam tantum habeat: &
ı monogamia non magis reſpicitur tempus præteritum,
ıam in *vigilantia, temperantia, & hoſpitalitate.*

24. Bellarm. *Eo tempore, quo Paulus hæc ſcripſit, non erat con-
etudo, neque apud Iudæos, neque apud Gentiles, ut unus vir duas ſi-
ul uxores haberet, non erat igitur cur tam ſerio prohiberetur.*

Proteſt. Fuit in conſuetudine polygamia, quoad rem ip-
m, etiam apud eos qui apertam ejus profeſſionem dam-
:bant: *tunc temporis* (ait Cajetanus in iſtum locum) *multi
ıres uxores habebant.* Iuſtinus Martyr in Triphonem, etiam
:ofeſſionem ipſam polygamiæ objicit Iudæis: *Magiſtri
ſtri, ad hoc tempus, quatuor aut quinque uxores unumquemque ha-
re permittunt.*

Argumenta noſtra.

15. *Proteſt.* Vnius uxoris vir, opponitur alicui crimini:
njunguntur enim ut genus & ſpecies, *ſine crimine, & unius
oris vir*: ſucceſſive autem plures uxores habere, nun-
ıam fuit crimen.

Bellarm. 1. *Poſſumus hoc in loco, nomine criminis, intelligere, non
ım peccatum, ſed etiam quicquid ab hominibus reprehendi ſolet, aut
ılam ſpeciem præ ſe ferat, tanquam ſignum alicujus vitii, ſicut incon-
ientia eſt bigamia etiam ſucceſſiva.*

Proteſt. I. Non poteſt criminis nomen ita extendi in il-
loco: quia cætera omnia quæ nominatim ibi prohi-
ıntur, ſunt vere ac proprie peccata. II. Vxorem ſecun-
ım ducere, poſt prioris mortem, nullam incontinentiæ
:eciem habet majorem, in oculis proborum, quam idem
ıtium temporis tranſigere cum una & eadem uxore.

Bellarm. 2. *Poſſumus nomine criminis intelligere peccatum gra-
: ſed tum erit gradatio in verbis, ab irreprehenſibilitate, ad dotes, mo-
ıamiam, ſobrietatem, &c.*

Proteſt. Neque eſt monogamia dos, aut inter χαρίσματα
ımerari ſolet: neque patitur ulla ratio, ut Tit. 1, 6. *Non
ere plures uxores*, magis ſit dos, quam *non habere libere im-
ios.*

26. *Proteſt.* Nulla ratio reddi poteſt, cur ille qui alteram
ıorem duxit poſt mortem prioris, excluderetur eo no-
ıne ab ordine ſacro.

Bellarm. 1. *Vna cauſa eſt moralis, videlicet minor ſuſpicio incon-
ıntiæ, ſive perfectior continentia.*

Proteſt. I. Moralis perfectio fingitur, quæ in tota lege
ırali non continetur, ne quidem ut à Chriſto perfectiſ-
e explicatur. II. Si ratio eſſet moralis, tum certe
lto magis à ſacris ordinibus removerentur fornicato-
& adulteri,

Bellarm. 2. *Prohibentur etiam adulteria, & concubinatus, ſed n magis quam digamia : non iſta prohibentur una ſola ratione, & ea n primaria: digamia vero duabus rationibus prohibetur , digamia etia ex natura ſua ſignum eſt incontinentiæ magis diuturnæ firmiuſque i hærentis.*

Proteſt. I. Hic turpitudo meretricia Pontificiorum gnoſcitur, qui magis à ſuis ſacris arcent eos quos non a dent arguere peccati , quam adulteros & ſcortatore II. Vna cauſa in flagitioſo peccato fundata , magis vale debet, quam vel duæ, vel ducentæ, abſque peccato fict & abſque verbo introductæ. III. Abſurdæ plane & r probæ perverſitatis eſt , quod hic affirmatur, uxorem liam ducere poſt prioris mortem, quod non eſt peccatu incontinentiæ, ſignum eſſe majoris incontinentiæ, qua maxima incontinentiæ peccata, adulterium, & concub natus impurus.

Bellarm. 3. *Primaria cauſa eſt myſtica, v. 1. perfecta ſignific conjugii Chriſti cum Eccleſia.*

Proteſt. Primaria igitur cauſa hujus prohibitionis , mera fictio. Neque enim Chriſti unionem cum Eccle ſignificat conjugium , ex deſtinata aliqua & myſtica cramenti repræſentatione , ſed tantum illuſtrat eam , voluntaria ſimilium accommodatione : neque ullibi quirit Scriptura, ut major ſit ſignificatio in conjugio n niſtrorum, quam aliorum: neque ulli rationi convenit, myſtica ſignificatio, eaque perfecta, quæratur in conj gio, forſan ab ethnicis contracto, & dotis ac perfectio s rationem habeat poſtea in miniſtris verbi.

Cap. VI. *De Exemptione Clericorum à jugo poteſtatis ſecularis.*

Bellarm. 1. *In cauſis eccleſiaſticis , quarum cognitio non pe à legibus civilibus ſed ab Euangelio , vel à canonibus , &c. li ſunt Clerici, jure divino, a ſecularium Principum poteſtate.*

Proteſt. I. Cauſæ Eccleſiaſticæ, quoad cognitionem rum , non pendent tantum ex Euangelio , & canoni Eccleſiaſticis , ſed etiam ex lege morali : ex qua et pendet cognitio præcipua graviſſimarum cauſarum c lium. II. Cauſæ eccleſiaſticæ cognoſci etiam poſſun à magiſtratu civili, ad Eccleſiæ ordinem conſervandum ſtabiliendum. III. In iſtiuſmodi cauſis Clerici non m gis liberi ſunt jure divino à ſecularium Principum po ſtate, quam alii Chriſtiani.

2. Bellarm. *Non ſunt exempti Clerici ab obligatione legum ci lium, quæ non repugnant ſacris canonibus, vel officio clericali: loqu*

le legibus politicis: de obligatione directiva, non coactiva, & in defectu Eccleſiaſticæ legis.

Proteſt. Propoſitio non eget probatione: ſed limitationes ejus in æternum egebunt.

3. Bellarm. *Non poſſunt Clerici à Iudice ſeculari judicari, etiamſi leges civiles non ſervent.*

Proteſt. Pugnat hoc, I. Cum legibus & exemplis veteris Teſtamenti. II. Cum jure naturali, quo partes omnes reip. ſubjiciuntur judicio totius. III. Cum ſententia Pontificiorum doctiſſimorum, & praxi ipſa quotidiana. Bannes in 2,2. q. 67. utrumque teſtatur: *Iure naturali reſpublica poteſt exercere ſuam poteſtatem in clericos, pacem reip. perturbantes.* IV. Cum Apoſtolico præcepto, *Rom.* 13, 1, *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto.*

Bellarm. *Reſpectu Clericorum, Principes non ſunt ſuperiores poteſtates.*

Proteſt. I. Sunt ſuperiores reſpectu totius ſocietatis cui præficiuntur: ejus autem partē faciunt Clerici. II. Magiſtratus à Deo ipſo conſtitutus eſt miniſter & vindex ad iram, malum facientibus in illa ſocietate. *Rom.* 13, 4. Nullo igitur jure poſſunt clerici male facientes prorſus eximi ab ejus judicio, niſi Deum ipſum non agnoſcant ſuperiorem poteſtatem reſpectu ſui. III. Generatio Clerici non eſt corruptio ſubditi: tum enim Eccleſia deſtrueret rempublicam.

Bellarm. 4. *Bona Clericorum, tam Eccleſiaſtica, quam ſecularia, libera ſunt, ac merito eſſe debent, à tributis Principum ſecularium.*

Proteſt. De facto ipſo, concedit Bellarm. locum non habuiſſe ante tempora Iuſtiniani. De merito & æquitate hujus facti, ex eo judicium ferri poteſt, quod hac ratione, nulla bona poſſunt ad Clericos pervenire, ſine Principis ac reipublicæ detrimento: nam quoad communes ſumptus ferendos, illa omnia bona ſunt quaſi extincta, vel ut alicubi phraſis eſt, in *manu mortua.* Hoc autem quamvis in tenuibus miniſtrorum alimentis, & ſcholaſticorum ſuppellectile &c. probatæ ſit æquitatis; in Epiſcoporum tamen & monaſteriorum latifundiis, non eſt ferendum.

30. Bellarm. *Exemptio Clericorum, in rebus politicis, tum quoad perſonas, tum quoad bona, introducta eſt jure humano, pariter & divino. Ius autem divinum intelligimus, id quod ab exemplis vel teſtimoniis Teſtamenti veteris vel novi, per quandam ſimilitudinem deduci poſſit.*

Proteſt. I. Contra nuper *Cap.* 7. pronuntiavit Bellarm. *Non efficaciter probamus eſſe de jure divino, id omne quod aliquando factum legimus.* Quanto minus illud, quod per ſimilitudinem tantum deducitur ab exemplis? II. Nulla talis ſimilitudo

militudo oſtendi poteſt ex Teſtamento novo. III. Veteris teſtamenti exempla non quadrant.

31. Bellarm. *Ioſeph Patriarcha exemit ſacerdotes Ægyptiorum Geneſ.47.*

Proteſt. Neque Dei nomine hoc fecit : neque ſacerdotes magis quã omnes Regis adminiſtros publicos exemit.

32. Bellarm. *Artaxerxes exemit ſacerdotes Iſraeliticos. Ezr.7*

Proteſt. Eodem jure, quo conceſſit Hezræ argenti talenta centum, tritici coros centum, & vini bathos centum *verſ.22.*

33. Bellarm. *Deus Levitas ſibi delegit : & ſoli Pontifici ſubjectos eſſe voluit, Num.3.*

Proteſt. Quod ſoli Pontifici non fuerint ſubjecti, ſed una cum Pontifice Regi, hiſtoria veteris in Davide, Salomone, Hezekia, Ioſia, ſatis clare teſtatur.

34. Bellarm. *Filii Regum cum familiis ipſorum eximuntur à tributis. Matth.17, 26. Clerici autem proprio pertinent ad familiam Chriſti.*

Proteſt. I. Veri fideles ex plebe, magis proprie pertinent ad familiam Chriſti, quam clerici non fideles. II. Filii Dei non ſunt liberi ab officiis honoris erga patres patriæ, quæ lege morali imperantur. III. Chriſtus ipſe, quatenus legi ſubjectus, tenebatur penſitationibus illis. Vnde eſt (ut Cajetanus notat) quod *ſcandalum activum fuiſſet in ipſo negatio cenſus: ne ſcandalizemus, dicit, non ne ſcandalizentur verſ.27.*

35. Bellarm. *Idem probatur ex teſtimoniis ſacrorum Canonum. Tridentino, Colonienſi, Lateranenſi.*

Proteſt. Canones iſti non ſunt ſacri, ſed ſacrilegi.

36. Bellarm. *Exemptio Eccleſiaſticorum, pertinet ad illum gradum præceptorum naturalium, quæ deducuntur quidem ex principiis juris naturæ, ſed per conſequentiam non abſolute neceſſariam, nec omnino evidentem, & ideo egent humana conſtitutione, id eſt, ad jus Gentium.*

Proteſt. Fatetur igitur Bellarm. argumenta ſua omnia, quibus hanc exemptionem probare conatur ex principiis juris naturæ, eſſe ſophiſtica : quia deſtitui illa dicit *conſequentia abſolute neceſſaria.* Conſtitutionem autem humanam, tali conſequentiæ æquipollentem, nunquam oſtendet.

37. Bellarm. *Quod ubique fit, ex natura ipſa deſcendit : ſed ubique ſacerdotes eximuntur.*

Proteſt. I. Bellarm. ipſe *cap.28.* fatetur, *ante Iuſtiniani tempora, Clericos non fuiſſe liberos à tributis, quæ pendi ſolent ratione poſſeßionum.* Non igitur ubique & ſemper fuerunt exempti. II. Quamvis aliqua privilegia ubique concedi ſoleant ſcholaſticis, & ſacratis, talis tamen exemptio, qualem Bellarm. defendit, *ab omni judicio civili, & ab omni cenſu ac tributo.*

buto in tantis poſſeſſionibus, quantæ jam ſunt Eccleſiaſticorum Papalium, nuſquam unquam habuit locum, extra dominium ipſius Papæ.

38. Bellarm. *Poteſtas Eccleſiaſtica, ſic ſe habet ad ſecularem, ſicut ſpiritus ad carnem: eam igitur dirigit, judicat, coercet, non ab illa dirigitur, judicatur, aut coercetur.*

Proteſt. Vt nihil hic de comparatione dicatur, concluſio non attingit quæſtionem. Quamvis enim poteſtas Eccleſiaſtica non judicetur, poſſunt tamen homines Eccleſiaſtici judicari, & eorum bona cenſeri.

39. *Sacerdotes ſunt Patres & Paſtores: natura igitur duce debent judicare, non ab ovibus & filiis judicari.*

Proteſt. I. Principes etiam, ſuo modo, ſunt Patres & Paſtores Eccleſiaſticorum. Qui uno modo judicant, poſſunt alio modo, ex occaſione judicari, ſicut Reges aliquo modo à medicis judicantur. II. Flagitioſi ſacerdotes excidunt jure & privilegiis piorum: poſſeſſiones autem quæ ſunt Eccleſiaſticorum, non ideo excidunt jure communi.

40. Bellarm. *Clerici ſunt miniſtri Dei: bona eorum ſunt Deo conſecrata: in ea igitur nullum jus eſt homini profano.*

Proteſt. I. Quia ſunt miniſtri Dei, idcirco ad publicum Dei miniſtrum pertinet curare, ut officium ſuum faciat. II. Bona externa non poſſunt jam eo modo Deo conſecrari, quo olim in veteri teſtamento. Neque poteſt quiſquam privatus, ſua donatione jus publicum immutare.

Argumenta oppoſita Covarruviæ, & Medinæ: quæ ſunt etiam noſtra.

41. *Proteſt.* Nulla exſtat lex divina, qua Clerici eximantur à Principum juriſdictione.

Bellarm. *Oſtendimus multa eſſe teſtimonia Scripturæ ex quibus per probabilem conſequentiam, ducatur iſta concluſio.*

Proteſt. Eadem probabilitate, qua quidlibet ex quolibet deduci poſſit.

42. *Proteſt.* Leges multæ, in Codice & Authenticis teſtantur, Clericos olim Imperatoris juriſdictioni fuiſſe ſubjectos.

Bellarm. I. *Si hoc argumentum vim ullam haberet, probaret etiam in rebus Eccleſiaſticis & ſpiritualibus, non eſſe liberos Clericos jure divino, à poteſtate principum laicorum conſtat enim non paucas leges Iuſtiniani, de rebus plane Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus diſponere.*

Proteſt. Ex hoc etiam probat illius ævi Eccleſiam agnoviſſe: Principes ſcil. eſſe cuſtodes utriuſque tabulæ: & ipſis, hoc officium imponi, curare, ut in Eccleſiaſticis & ſpiritualibus rebus, Dei leges obſerventur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 2. *Leges illæ procedunt de facto, non de jure.*

Proteſt. I. Non igitur ubique & ſemper obtinuit iſta exemptio Clericorum. II. Perinde eſt hoc, ac ſi diceret Bellarm. jus procedere, ſed non de jure.

43. *Proteſt.* Paulus appellavit Cæſarem. *Actor.* 25.

Bellarm. 1. *Paulus coactus eſt appellare Cæſarem.*

Proteſt. Nulla coactione adduci voluit Paulus, ut violaret jus naturale, divinum, gentium, aut alios confirmaret in tali peccato.

Bellarm. 2. *De facto ſaltem, ſi non de jure propter alios, Cæſarem judicem agnoſcere debuit.*

Proteſt. Verum proculdubio fuit, quod Apoſtolus agnoſcere debuit. Neque de facto potuit proprie appellare, niſi etiam de jure agnoſceret eum judicem, quem appellavit; Appellatio enim eſt provocatio ad ſuperiorem judicem ab inferiore. Verba etiam Pauli ſunt ſatis clara: *ad tribunal Cæſaris ſto, ubi me oportet judicari.*

44. *Proteſt.* Iubemur ſubjici Regibus, Principibus, & ſublimi omni poteſtati. 1 *Pet.* 2. *Rom* 13. ubi Chryſoſtomus notat, hæc dici etiam Clericis, Monachis, & ipſis etiam Apoſtolis ac Euangeliſtis.

Bellarm. 1. *Intelligitur hoc de legitimis ſuperioribus: quales Reges non ſunt reſpectu Clericorum.*

Proteſt. Apoſtoli volunt ut omnes ſubjiciant ſeſe Regibus, quia ſunt legitimi omnium ſuperiores. Bellarm. reſpondet, Reges non eſſe legitimos ſuperiores Clericorum, id eſt, negat aſſumtionem Apoſtolicæ rationis.

Bellarm. 2. *Fatemur tamen Reges eſſe Reges etiam Clericorum, & Monachorum.*

Proteſt. Negavit antea Bellarm. cap. 28. *Principes eſſe ſuperiores poteſtates reſpectu Clericorum:* & jam modo, *eſſe legitimos ſuperiores & judices eorum.* Reges igitur cum fatetur eſſe Clericorum Reges, intelligit Regem ſcenicum, aut nominalem.

45. *Proteſt.* In lege naturæ, Primogeniti fuerunt ſacerdotes, nec tamen exempti à majorum ſuorum poteſtate.

Bellarm. *Non fuerunt civilibus magiſtratibus ſubjecti.*

Proteſt. Si Primogeniti nulli familiarum Magiſtratibus erant ſubjecti, tum neque eorum familiæ: atque adeo nulla tum temporis fuit civilis ſocietas ordinata.

46. *Proteſt.* Levitæ ſubjecti fuerunt Moſi.

Bellarm. *Moſes etiam fuit ſacerdos.*

Proteſt. Moſi autem ut Principi ſubjectos fuiſſe Levitas, ex eo apparet, quod ſimiliter poſtea ſubjecti fuerunt Ioſuæ, Davidi, Salomoni, Hezekiæ, &c.

47. *Proteſt.* Chriſtus ipſe ſubjectus fuit Pilato. Ioh. 10.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *De facto, non de jure.*

Proteſt. Eodem facti genere atque adeo jure, quo Matri, & Legi fuit ſubjectus.

48. *Proteſt.* Ordo clericalis, non liberat (jure divino) à debito ſervitutis, à debito pecuniario, à debito conjugali: ergo nec à debito ſubjectionis civilis.

Bellarm. *Non eſt par ratio: nam majus eſt vinculum inter dominum & ſervum, creditorem & debitorem, virum & uxorem, quam inter Principem, vel magiſtratum & civem.*

Proteſt. I. Auctor vinculorum iſtorum omnium, eſt unus & idem, videlicet, Deus. II. Si per Principem, vel magiſtratum, intelligatur publica poteſtas totius civitatis, cujus civis eſt membrum, non eſt ſimpliciter verum, quod dicitur de vinculo majore arctiſſimum enim eſt vinculum inter partem & totum. III. Vinculum illud quod minus eſt non ſolvitur ſæpe, cum majus eſt ſolutum: conjugium ſolvitur, & debitum tamen non ſolvitur morte.

49. *Proteſt.* Lex Euangelica, & Baptiſmus non eximit a juriſdictione civili: ergo nec clericatus.

Bellarm. *Non eſt eadem ratio, quia lex Euangelica, & Baptiſmus non excludunt Principatum civilem: ſed Clericatus & Monachatus non poteſt ſuo munere recte fungi, niſi immunis eſſet à juriſdictione civili.*

Proteſt. Munera illa Clericorum & Monachorum non ſunt à Deo, quibus ordinatio Dei eſt tam inimica.

50. *Proteſt.* Injuria fiet Principibus, ſi inviti ſuo jure priventur, quod in clericos, ante clericatum habebant.

Bellarm. *Qui utitur jure ſuo, nullam facit injuriam.*

Prrteſt. Hæc eſt ipſa quæſtio, an ſit jus Clerici.

Bellarm. *Qui domicilium juſta de cauſa transfert in aliam civitatem, vel Provinciam, deſinit eſſe ſubditus priori Principi, ſine injuria ejus.*

Proteſt. I. Omnibus ubique ſubditis hoc legibus non permittitur. II. Non eſt par ratio: quia talis civis bona, ſi maneant in ditione Principis prioris, tributum illi ſolvunt: & perſona quando præſens eſt, ab ipſo judicatur: ſed clericus præſens, & ſe & bona ſua quæ in ditione Principis poſſidet ipſius imperio ſubducit.

51. *Proteſt.* Vna eſt civitas continens laicos & Clericos: hujus civitatis caput eſt Princeps: illi igitur ſubjici debent omnes.

Bellarm. *Laici & Clerici formaliter conſtituunt duas civitates.*

Proteſt. Paulus igitur non fuit Clericus Romanus: nam ille fuit formaliter civis Romanus *Act.* 16, 37. ejuſdem plane civitatis cum Tribuno cap. 22, verſ. 25 &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

LIBER QVARTVS.

DE MONACHIS.

Cap. I. *De vita Monaſtica.*

THESIS I.

BEllarm. *Nomina Monaſtices apud Græcos quinque inveniun*
tur θεραπευτής, cultor, vel medicus : ἀσκητής, *pugilis,ſi*
exercitator : ἱκέτης, *ſupplex : Philoſophus,& Monachus. Propr*
autem Monachi non ſunt , niſi ii religioſi , qui ſoli vitæ contemplati
dant operam: qui in actione verſantur,regulares, vel religioſi vocantu

Proteſt. Nullum nomen monaſtices ex libro vitæ , i
eſt, ex Scripturis profertur. Omnia iſta nomina (præt
unum illud *Monachi*) prout officium denotant , conv
niunt omnibus Chriſtianis : prout actum deſignant , no
Monachis hodiernis ; ſed Chriſtianis illis qui vocatio
ſuæ congruenter vivunt. III. Monachi ſolitarii n
men, non convenit membro vel Chriſtianæ Eccleſiæ v
ſocietatis humanæ,ſed potius Nebuchadnetſari ab homi
nibus depulſo, & in ſortem brutorum detruſo *Dan.*4. &
tales revera ſunt inter Monachos illi,quos Durandus ra
tional. lib.2, cap.1. appellat *girovagos. vagabundos,*& *circum*
celliones. Tales olim fuerunt quos Euagrius lib.1, cap.21
ita deſcribit : *Terram depaſcuntur (unde & armenta vocantur) h*
ſolum conſequentes,ut vivant,ita ut ſuibus ac beſtiis ſimiles reddantu
aſpectuſque ipſorum . & mens quoque ab humana forma & mente diſ
deant,& homines viſos fugiant,&c. IV. Qui ſoli vitæ contem
plativæ dant operam , nec perfectionis , nec religionis r
gulam ſequuntur. Status etiam apud Scholaſticos *ad offi*
cia & opera facienda , & relationem & obligationem habe
Azor. p.1. lib.11, cap.23.

2. Bellarm. *Religio (ut hic accipitur) eſt ſtatus hominum,*
perfectionem Chriſtianam, per paupertatis , continentiæ , & obedient
vota tendentium.

Proteſt. I. Religio nuſquam in Scripturis denotat ſta
tum: neque ullus poteſt eſſe ſtatus religionis, alius à ſta
tu gratiæ,qui convenit omnibus fidelibus,qui ſunt Chr
ſto inſiti,& in regnum Dei tranſlati. II. Paupertas,con
tinentia , & obedientia erga hominem,non ſunt via pe
fectionis, ſed lex Dei. *Pſal.* 119,1. III. Monachi in ipſ
īngreſſu profeſſionis ſuæ finguntur perfecti ; ſic Alexan
der Alenſis. *p.4. quæſt.23. m.4. qui ſtatum aggrediuntur perf*
ctionis,non indigent relaxationibus, vel indulgentiis, non dantur igit

indu

ndulgentiæ intrantibus in religionem, quia non debent dari non indi-gentibus. Azorius etiam. *p* 1. *lib.* 12, *cap.* 5. hæc habet: *Thomas, Cajetanus, Antonius Waldenſis, Paludanus, Angelus, Sylveſter, & alii ſummiſtæ, aperto docent per profeſſionem, omnia vitæ priſtinæ peccata deleri. Ex verbis Angeli, veteres Monachi didicerunt, per habitum vitæ monaſticæ ſuſceptum, reſtitui hominem in eum ſtatum, in quo eſt quiſpiam, cum ſacro baptiſmate renaſcitur: nec Monachum redditurum rationem de peccatis ante Monaſticam vitam admiſſis, & ſi ſtatim atque habitum ſuſcepit, è vita decederet, eum in cœlum evolaturum.* IV. Monachi occupantur in operibus ſupererogationis, atque adeo ſunt plus quam perfecti. Plus præſtant quam Deus mandat: ſibi ſuperfluam habent perfectionem, ad alios perficiendos.

Bellarm. *Hoc intereſt inter Epiſcopos & Religioſos, quod Epiſcopi ſunt in ſtatu perfectionis adepta, Religioſi vero in ſtatu perfectionis acquirendæ.*

Proteſt. I. Status perfectionis acquirendæ, eſt quies motus. II. Epiſcopi vel Paſtores veri in eo ſtatu ſunt, qui indicatur fuiſſe Timothei, 1 *epiſt. cap.* 4, *verſ.* 15. *tuus profectus manifeſtus ſit inter omnes.* III. Si hæc eſſet ratio Epiſcoporum, & Monachorum, tum maxime conſentaneum eſſet, ut ſoli Monachi veterani fierent Epiſcopi: & Epiſcopi imperfecti revocarentur denuo ad ſua Monaſteria: qualis tamen tranſitus juri Pontificio adverſatur.

4. Bellarm. *Tres iſtæ virtutes, paupertas, continentia, & obedientia, ſunt aptiſſima inſtrumenta perfectionis: qui tradimus Deo animum per obedientiam, corpus per continentiam, & res externas per paupertatem: continentia etiam removet concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum paupertas, & ſuperbiam vitæ obedientia.*

Proteſt. Tria iſta, prout à Pontificiis docentur & exercentur, 1. Non ſunt virtutes. 2. Non ſunt inſtrumenta à Deo ſanctificata ad perfectionem acquirendam. 3. Nihil Deo tradunt, niſi fruſtraneum & abominabilem cultum. *Matth.* 15, 9. 4. Concupiſcentias non removent, ſed celant.

5. Bellarm. *Ad iſta tria accedere debet votum, ut ſit ſtatus; poteſt enim aliquis perfectus eſſe, & non in ſtatu perfectionis, quemadmodum multi ſunt in ſtatu perfectionis qui non ſunt perfecti.*

Proteſt. I. Hanc neceſſitatem voti ad ſtatum efficiendum, negat & refutat Henricus, apud Azorium, *par.* 1. *l.* 11, *c.* 23. & Azorium habet non diſſentientem. II. Statum perfectionis agnoſcebat modo Bellarm. ipſe in Epiſcopo, qui tamen, ut Epiſcopus nihil ſingulariter vovet. III. Fictitius & ridiculus eſt perfectionis ſtatus, qui hunc in modum à perfectione ſeparatur: præſertim ſi adjiciatur placitum illud Pontificiorum; *Religioſum Mona-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

chum non peccare, ſi in vita perfectione minime procedat: quia ſcil. non tenetur ex voto ſtudere perfectioni, ſed tantum in ſtatu perfectionis manere. Azorius *p.2.l.11.c.ult. quæſt.11.*

6. *Poſſumus Deum diligere, eique ſervire. 1. Per contemplationem. 2. Per actionem. 3. Per utramque ſimul. Hinc tria ſunt genera religionum. 1. Eorum qui profitentur vitam contemplativam ſolam. 2. Eorum qui profitentur vitam activam ſolam. 3. Eorum qui profitentur vitam mixtam.*

Proteſt. I. Nemo poteſt Deum diligere eique ſervire, in contemplatione ſola. Theologia eſt nobiliſſima praxis. II. Nemo ſervit Deo ſicut debet, niſi ipſi ſerviat in communione ſanctorum, ita ut Eccleſiæ Dei ſuam operam navet. III. Contemplatio & actio, unam tantum conſtituunt religionem, quæ eſt fidelium omnium communis. Sed Bellarm. per vitæ mixtæ Monachos intelligit præcipue Ieſuitas: quorum multi in ſua vita mixta, (ſi vox populi ſit vera) imitantur illos Monachos, qui ut Zozomenus lib.1, cap.21. refert, *in mediis turbis verſantes circulatores ſeſe nuncupabant, cum viris viri, & cum mulieribus mulieres eſſe volentes.*

7. Bellarm. *Varietas hac inſtitutorum, in eadem fidei conſenſione, nihil obeſt Chriſtianæ religioni, ſed potius valde prodeſt. 1. Quia hac ratione proviſum eſt omni hominum generi. 2. Quia cum omnis ordo initio ferveat, paulatim autem poſtea fervorem illum remittat, varietate iſta, fervor in Eccleſia perpetuo conſervatur.*

Proteſt. I. Varietas religionum, in eadem religione, tantum obeſt illi quantum unitati obeſt multitudo. Huc accedit (quod Canus lib.5, cap. 5. paulo ante finem habet) *vel in Concilio Lateranenſi animadverſum fuiſſe, religionum nimiam multitudinem, quam nunc eſſe videmus, valde Eccleſiæ Chriſti incommodare.* II. Deus in Scripturis proſpexit ſatis omni generi hominum, quantum attinet ad religionem veram: ſed ſicut apud veteres Romanos, *quidvis colere jus fuit, præter verum Deum. Tertul. Apolog.* ut omni generi hominum in communi errore providerent: ſic Pontificii quamlibet religionis formam admittunt præter veram, ut omne genus hominum in religionis depravatione retinerent. III. Chriſtus certum ordinem religionis conſtituit ad finem uſque duraturum Epheſ.4. cujus etiam zelus, conſervari poteſt, ſine ullo inſtituto novo & humano.

8. Bellarm. *Olim Antonius, Baſilius, Auguſtinus, Benedictus religiones inſtituerunt, ſine ulla Pontificis approbatione quæſita: nunc autem ex occaſione Waldenſium, confirmatio Papæ eſt neceſſaria ad religionem novam inſtituendam.*

Proteſt. I. Ex hoc ipſo videre eſt, Papam olim non ita dominatum fuiſſe in Eccleſia, ne quidem ſeculis iſtis Mo-

naſtici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

aſticis & corruptis, ſicut nunc inter ſuos facit. II. Hinc tiam apparet, variarum iſtarum religionum illum fructum fuiſſe, ut veræ religionis reſtitutio, quam ſolam Waldenſes quæſiviſſe conſtat, viſa fuerit multis religio quædam nova. III. Quæſtio hic exoritur (quam Bellarminus ſicco pede tranſit) Vtrum Papa non poſſit errare in ordinis hujus aut illius approbatione ac confirmatione, cum magno Eccleſiæ ac religionis detrimento. Qua de re ita pronunciat Canus loco modo citato: *Ordines vel probare, vel refellere, non ad ea pertinet in quibus ſummus Pontifex errare nequit. Noſtro hoc ſeculo, tam multæ ſunt religiones à Pontificibus confirmatæ, ut qui eas omnes tueri velit tanquam Eccleſiæ vel utiles vel neceſſarias, hic imprudentiæ, ne dicam ſtultitiæ nomine, jure optimo ſummiſque rationibus arguatur.*

De Origine Monachorum.

9. Bellarm. *Nos oſtendemus.* 1. *Religioſam vitam, diu ante quartum ſeculum incepiſſe.* 2. *Originem ejus non fuiſſe caſum, vel errorem, vel pravam imitationem, ſed perfectionis deſiderium.* 3. *Religiones quæ nunc ſunt, eaſdem eſſe quoad eſſentiam, cum iis quæ erant temporibus antiquiſſimis*

Proteſt. I. Iſtis omnibus conceſſis, Monachatus tamen poteſt eſſe *planta quam non plantavit Pater ille cœleſtis*, atque adeo *eradicanda Mat.* 15, 13. II. Primum horum non poteſt probari, de ordine aliquo Monaſticen viventium, ſecundũ certam regulam ab homine excogitatam. III. Secundum non eſt veriſimile, niſi intelligatur de tali deſiderio perfectionis quale Apoſtolus tribuit Galatis. *c.* 3. *verſ.* 3. *adeo amentes eſtis? quum ſpiritu inceperitis, nunc carne perficimini?* ſic autem inepta eſt oppoſitio illa, quam Bellarm. facit, inter *perfectionis deſiderium, & pravam imitationem.* IV. Tertium eſt manifeſte falſum.

10. Bellarm. *Gen* 4, 26. *Enoch inſtituit peculiarem aliquem cultum, & ſublimiorem, quam eſſet religio vulgi, dicitur enim primus cœpiſſe invocare nomen Domini.*

Proteſt. I. *De inſtituto* Enoch vel alterius cujuſpiam hominis, nihil ibi dicitur. 2. *De facto* narratur, quod nomen Dei, non Enoch, incæpit eo tempore ſingulariter, diſtinctionis cauſa vocari ſuper quoſdam, qui *filii Dei* nominabantur, in oppoſitione ad *filios hominum, Gen.* 6, 2. quid hoc ad filios *Benedicti, Franciſci, Dominici, &c.*

11. Bellarm. *Num.* 6. *habemus vota Nazaræorum.*

Proteſt. Vota libera, ſecundum regulam à Deo præſcriptam, ſine paupertatis, continentiæ, aut obedientiæ nexu, nihil commune habent cum Monachatu.

12. Bellarm. *Helias, & Helizaus, cum filiis Prophetarum, ſin[e] uxoribus, ac divitiis, vixerunt in mundo.*

Proteſt. Sine divitiis quidem ſtudioſe comportatis: ſed neque ſine poſſeſſionibus, neque perpetuo ſine uxoribus ſicut apparet in ipſis Prophetis, Ieremia, Samuele & aliis.

13. Bellarm. *Rechabai, Ierem.* 35. *figura fuerunt Monachorum noſtrorum.*

Proteſt. Habuerunt illi uxores, filios, & filias: *verſ.*8. & in civili modo vivendi, auſcultabant præcepto ſui patris. Nihil hic monaſticæ religionis.

14. Bellarm. *Iohannes Baptiſta, Princeps fuit Monachorum & Eremitarum.*

Proteſt. Ille tamen regulam nullam ſuis diſcipulis tradidit obſervandam, præter illam quæ communis eſt omnium Chriſtianorum: verſabatur quidem in deſerto, variis oppidis inſtructo, partim propter antegreſſam prophetiam, & partim propter aquarum commoditatem. *Ioh.* 3, 23. ſed nihil cultus, aut perfectionis in eo collocabat.

15. Bellarm. *Apoſtoli primi fuerunt Monachi Chriſtiani, vitam cœnobiticam inſtituentes, ubi eſſent omnia communia. Actor.* 4, 33. *quæ ratio vivendi fuit eorum tantum qui volebant perfectius vivere, illi autem voto ad illam perfectionem ſemet obligabant.*

Proteſt. I. Bellarm. antea *cap* 2. docuit Monachatum eſſe hominum, non perfectorum, ſed tendentium ad perfectionem: ac proinde ſtatum Epiſcoporum, non eſſe ſtatum Monachorum, quia non eſt ſtatus perfectionis acquirendæ, ſed acquiſitæ. Hic tamen Apoſtolos ipſos collocat in ſtatu Monachali, infra ſtatum Epiſcoporum, quos vult ſucceſſores eſſe Apoſtolorum. II. Docuit etiam *cap.* I. *proprie Monachos non eſſe, niſi qui ſoli vitæ contemplativæ dant operam:* Hic tamen Apoſtolos qui à Chriſto vocati fuerant ad vitam activam, eamque maxime laborioſam, vult primos Monachos fuiſſe. Hujuſmodi contradictiones, ſunt ipſo Bellarm. indignæ. III. Neque mentio fit ullius *inſtituti* Apoſtolici in textu: neque praxin ullam talis inſtituti, narrat hiſtoria rerum ab ipſis geſtarum. IV. Communicatio bonorum ſingularis, eo tempore adhibita fuit, non ex voto, ſed ex occaſione, non ad ſpiritualem perfectionem acquirendam, ſed ad corporalem defectum amovendum.

CAP.

CAP. II. *De Conſiliis.*

BEllarm. I. *Conſilium perfectionis eſt opus bonum, à Chriſto nobis non imperatum, ſed demonſtratum: non mandatum, ſed commendatum.*

Proteſt. I. Mandata perfectionem docent ſummam: *Pſal.* 119,96. non Conſilia tantum. II. Conſilium prout diſtinguitur, prorſus à præcepto, non poteſt eſſe opus bonum: quia ſicut omne opus malum prohibetur, ſic omne bonum imperatur. *Phil.* 4,8. III. Conſilium nobis datur non tantum à Chriſto in novo teſtamento (ſicut Pontificii volunt) ſed etiam in veteri, à Prophetis. IV. Quicquid à Chriſto nobis demonſtratur, & commendatur ut faciendum, id ipſum imperatur, & mandatur: quandocunque enim Deus notum nobis facit, ſe velle, ut aliquid faciamus, illa voluntate, tanquam lege tenemur. *Matth.* 7,11. 1 *Theſſ.* 4,2,3. & 5,18.

2. Bellarm. *Differt à præcepto ex parte materiæ, dupliciter: 1. Quia materia præcepti eſt facilior, & ſumpta ex principiis naturæ: conſilii autem, difficilior, & ſuperans quodammodo naturam. 2. Quia materia præcepti bona eſt, ſed conſilii melior, & perfectior: ſi ſcil. circa eandem materiam verſentur.*

Proteſt. I. Difficilius eſt præcepta Dei perfecte implere, quam ut difficiliora conſilia quæramus. II. Naturam nobiſcum natam, ſuperant varia præcepta: natura nobis divinitus communicata. 2 *Pet.* 1,4. à nullo conſilio magis quam à præceptis ſuperatur: *Phil.* 4,13. III. Nulla materia poteſt eſſe melior aut perfectior, quam legis regiæ, *Iac.* 2,8.

3. Bellarm. *Differt ex parte ſubjecti, quod præceptum commune ſit omnium, conſilium non item.*

Proteſt. Omne præceptum non eſt omnium commune: ut illa quæ ſunt propria Paſtorum, Parentum, liberorum, &c.

4. Bellarm. *Ex parte formæ, quod præceptum ſua vi obligat, conſilium in arbitrio hominis poſitum ſit.*

Proteſt. Conſilium abſolute poſitum in arbitrio hominis, non eſt voluntas Dei: neque eſt opus bonum.

5. Bellarm. *Ex parte finis: ſive effectus, quod Conſilium ſi non obſervetur, nullam habet pœnam: & ſi ſervetur, majus habet præmium.*

Proteſt. I. Si conſilium datum ſit bonum & accommodatum, non poteſt negligi ſine peccato, cui pœna debetur. II. Præmium nullum (nedum majus) illi debetur, qui facit quod non pręcipitur, recte enim Alexander Alenſis, *p.* 3. *q.* 63. *m.* 5. *a.* 2. *Nullus ſervit Deo (proprie loquendo) niſi qui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

facit quod Deus præcepit, & ſicut præcepit : aliud opus non poteſt eſ *ſervitium, quo (proprie loquendo) ſerviatur Deo : & ideo ex tali oper* *(proprie loquendo) non meretur aliquod bonum.*

6. Bellarm. *Sententia Catholicorum omnium eſt, multa eſſe ve* *& proprie conſilia Euangelica, ſed præcipue tria : Continentiam, Obe* *dientiam & paupertatem.*

Proteſt. I. Omnium Catholicorum Papiſtarum non po teſt eſſe una ſententia de numero conſiliorum, quan multa ſint: quia non conſentiunt inter ſe de conſiliorun natura, qualis ſit. Conſilium appellant quidã, illud quo opponi putant peccato veniali, ſic Scotus in 2. *d.*21. *q.*1. *Gabriel Biel in d.*22. *q.*1. *a.*3. *dub* 1. Alii Conſilia volunt eſ ſe illa, per quæ melius & expeditius homo ſalutem con ſequatur: ita ut naturam habeant mediorum aut inſtru mentorum tantum: ſic Medina in 1.2. *q.*108. *a.*4. & Be larm. ipſe *cap.* 2. At vero Bellarm. *cap* 7. conſilii natura in neutro horum collocat, ſed ut ante vidimus, in com mendatione non obligante, Non potuit igitur narra Bellarm. quam multa ſint Conſilia, ex ſententia omniu Catholicorum, ſed tantum *eſſe* multa, cum tamen intere vel maxime conſcientiæ omnium, ſcire quam multa ſin conſilia, ne liberum ſibi relinqui putent tanquam conſi lium, quod eſt neceſſarium Dei præceptum. II. Tria il la præcipua conſilia, prout jam à Monachis obſervantu nihil habent commune cum Euangelio Chriſti.

Argumenta Bellarmini.

7. Bellarm. *Iſaiæ* 56, 4. 5. *Eunuchis voluntariis promittit* *major gloria, quam ſit filiorum & filiarum Dei, ubi etiam continent* *conſulitur (qui elegerint) & declaratur meritoria gloria ſingularis.*

Proteſt. I. Eunuchi non magis hoc loco approbantu quam alienigenæ. *v.*3. II. Nihil promittitur Eunuchi qua tales ſunt, ſed qua *apprehendunt fœdus Dei. v.*4. hoc au tem non eſt conſilii, ſed maxime neceſſarii præcept III. Eunuchi nominantur *v.*3. tanquam ii qui per def ctum illum videri poſſint a benedictione Dei alieni, *Deu* 23. ſicut *ſterilis quæ non parit, c.*54, 1. Majorem gloriam tr buere Eunuchis, qua tales ſunt, quam filiis Dei per ado ptionem, eſt blaſphemia inſignis in Deum & Chriſtun quorum ſumma gratia eſt adoptio noſtra. *Eph.* 1, 5. *Ga* 4, 4. 5, 5. Non laudantur Eunuchi, qui eligunt Eunucha tum: ſed qui eligunt voluntatem Dei : hæc autem ele ctio eſt *via veritatis*, id eſt præceptorum Dei: *Pſal.* 119, 3 6. Nulla fit mentio alicujus *meriti*, ſed *doni : nomen æternu* *dabo eis.* Sed Pontificiorum logica, meritum conclud ex dono.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

8. Bellarm. *Mat.* 13. *Terræ bonæ una pars reddit fructum centeſimum, alia ſexageſimum, alia triceſimum. Hac eſt diſtinctio virginitatis, viduitatis, & conjugii caſti.*

Proteſt. Si luſoria hæc interpretatio eſſet admittenda, ſequeretur inde. I. Sermonem de Regno Dei, nihil continere, præter illa quæ pertinent ad caſtitatem. II. Nullos eſſe fructus cordis boni & honeſti, præter hunc unum: *Luc.* 8, 15. III. Interpretationem parabolæ, à Salvatore adhibitam, eſſe ipſa parabola obſcuriorem.

9. Bellarm. *Matth.* 19. *Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum.*

Proteſt. Hoc non eſt omnium volentium, aut voventium, ſicut Cajetanus obſervat in illum locum, ſed quibus datum eſt. 2. *Propter regnum cœlorum,* notat finem, non præmium, id eſt, ut poſſint expeditius vacare regno Dei promovendo.

Bellarm. *Contra eſt omnium Patrum expoſitio.*

Proteſt. Non eſt. nam Thomas ipſe, ex Hieronymo, *propter regnum*, interpretatur, *propter Chriſtum*, quamvis autem videre ſolent Patres mercedis promiſſionem, hoc tamen neque adverſatur interpretationi noſtræ, neque meritum papiſticum infert. Hoc utcumque certum eſt ex Scripturis: Regnum Dei non eſſe in iſtiuſmodi externis: *Rom.* 14, 17. & talia non poſſe nos Deo commendare, ut amplius habeamus propter illa: 1 *Cor.* 8, 8.

10. Bellarm. *Matth.* 19, 24. *Si vis perfectus eſſe, vade vende omnia, &c.*

Proteſt. Adoleſcens iſte, falſo ſibimet arrogaverat impletionem totius legis: ut igitur luculenta experientia convinceretur erroris, ſingulare iſtud, non ſupra, ſed ſecundum legis mentem, ipſi proponitur, ut ex Dei voluntate, (per eum declarata, quem ipſemet agnoſcebat Doctorem bonum, ac divinum) venderet omnia &c.

Bellarm. 1. *Credibile eſt eum vera dixiſſe: quia Dominus intuitus eum, dilexit eum: Mar.* 10, 21.

Proteſt. Non eſt hoc credibile: I. Quia Dominus *verſ.* 23. oſtendit ex ejus exemplo, divites non facile introire in regnum Dei: at vero ſi legem ſervaſſet, jam antea ingreſſus fuiſſet ad vitam: *verſ.* 17. II. Quia ille qui diligit, ex toto corde, paratus eſt omnia dimittere, propter Deum: nec efficitur triſtis, ſi ei dicatur a Deo, ut dimittat omnia; iſte autem juvenis, audito Chriſti verbo triſtis diſceſſit. *verſ.* 22. Quod autem Dominus eum dicitur dilexiſſe, hoc nihil aliud indicat, quam quod ſtudium ejus, quamvis cum errore conjunctum approbavit, & placide cum ipſo egit.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *Qui diligit ex toto corde, non tenetur facere omnia, q*
Deus conſulit, ſed ſolum quæ præcepit: hoc autem conſilium eſſe: ex
apparet, quod non abſolute, ſed ſub conditione proponitur: ſi vis perf
ctus eſſe.

Proteſt. I. Sophiſtice declinatur vis argumenti. Noſt
verba ſunt *qui diligit ex toto corde, paratus eſt omnia dimittere p*
pter Deum: nec efficitur triſtis, cum eo vocatur. Bellarm. antea r
ſpondit: *eum qui diligit, non teneri facere omnia quæ Deus conſ*
lit. Non quæritur hic de obligatione, ſed de promptit
dine animi, ex dilectione Dei fluente. II. Tota hæc ſ
phiſtica, ſatis refutatur verbis illis Chriſti, *Ioh.* 21, 15 &
diligis me? paſce agnos meos. Vbi oſtendit Dominus, eum q
diligit ex toto corde, paratum ſemper eſſe ſequi Chriſ
quocunque vocat vel ducit. III. Non magis conditi
nalis fuit hæc vocatio hujus adoleſcentis, quam altera
la Petri ſicut apparet ex *Marc.* 10, 21. *Luc.* 18, 22. IV. Pr
cepta ipſa, cum ſimili conditione aliquando proponunt
I *Pet.* 1, 17. V. Perfectio ipſa præcipitur *Matth.* 5, 48.
conſequenter omnia illa quæ neceſſaria ſunt ad per
ctionem.

II. Bellarm. 3. *Dominus Mat.* 5. *loquitur de perfectione nec*
ſaria ad ſalutem, hic autem de perfectione alia, quæ non eſt neceſſa
ad ſalutem, ſed ad excellentiorem gloriæ gradum: alias tenerentur o
nes vendere omnia.

Proteſt. I. Bellarm. hic ad incitas redactus, conſilium
num evertit, ut aliud poſſit ſophiſtice tueri. Perfectio
nim illa de qua agitur *Mat.* 5, 48. illa eſt quæ deſcribit
v. 44. *diligite inimicos veſtros &c.* hanc autem perfection
omnes Pontificii referunt ad conſilium, non ad præ
ptum: ſicut & ipſe Bellarm. non obſcure facit, de juſ
ficat. *l.* 4, *c.* 3. & hujus libri *cap.* 3, ad *cap.* 8. II. Perfec
illa quam Bellarm. hoc in loco concedit præcipi, eſt ſu
ma imitatio perfectionis divinæ: *eſtote perfecti, ut Pater*
ſter perfectus eſt. Perfectio igitur ſuperior, ſuperare de
imaginem Dei. III. Duæ perfectiones ejuſdem grat
eodem ſenſu finguntur, quo duo extrema puncta in ſe
unius ejuſdem lineæ. IV. Quamvis hæc perfectio pr
cipiatur, non inde tamen ſequitur, omnes teneri om
vendere: quia quoad actum ipſum non præcipitur o
nibus, huic tamen adoleſcenti ſingulariter fuit præcep

Bellarm. 4. *Sicut ſervare mandata eſt medium omnibus ad*
tam æternam; ſic vendere omnia eſt omnibus medium ad perfection

Proteſt. Neque par eſt ratio: quia illud eſt juris co
munis, hoc autem ſingularis vocationis: neque verum
illud, obſervationem legis eſſe peccatoribus medium e
cax ad vitam æternam.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 5. *Idē hoc officium pertinebat ad Apoſtolos: verſ.27,28.*

Proteſt. Agnoſcimus: & inde concludimus duo: I. Non uiſſe conſilium liberum, ſed præceptum neceſſarium: uia Apoſtolis non fuit liberum relictum, utrum ſequi ellent Chriſtum necne, eo modo quo eum ſequebantur, ed cum obedientiæ neceſſitate mandatum. II. Perfetionem ſupra legem, in iſthoc officio non contineri: uia Apoſtoli ipſi qui hoc præſtiterant, imperfectionem uam agnoſcebant. *Phil.* 2,12. *Iacob.* 3,2. 1 *Ioh.* 1.

12. Bellarm. *Ibidem habetur conſiliū de obedientia: ſequere me.*

Proteſt. Agitur hac phraſi, de obedientia quæ neceſſario ebebatur Chriſto: non de illa quæ homini alicui ſponte xhibetur.

Bellarm. *Hoc loco agitur de obedientia, quæ neceſſario debetur)eo: ſed Matth 29. & Luc.* 18. *agitur de obedientia quæ ſolis iis conolitur, qui volunt eſſe perfecti.*

Proteſt. I. Bellarm. in iſto commento fuit plane vertigiioſus. *Agitur* (inquit) *hoc loco* (id eſt Matt. 19.) *de obedientia uæ neceſſario debetur, ſed agitur Mat.* 19. *de obedientia illa quæ conılitur ſolis perfectis.* Quaſi *Mat.* 19. & *Matt.* 19. eſſent duo vaia loca. II. Agitur manifeſte de tali ſequela Chriſti, quaem Apoſtoli ex vocatione ſingulari præſtabant. Hanc utem qui pendere faciet ex libero conſilio perfectionis, bſque præcepto ullo, non erit ſane juris Apoſtolici conultus.

13. Bellarm. 1. *Cor.* 7,25. *Præceptum non habeo: conſilium au:m do, & v.*40. *vidua quæ ita manet, beatior eſt ſecundum meum conlium, &c.*

Proteſt. I. In Græco textu (ut Cajetanus obſervat) non ſt *conſilium*, ſed *ſententia*. II. Neque ex voce neque ex enſu contextus, colligi poteſt cum ulla ſpecie, conſilium liquod Pontificium, id eſt opus perfecta Dei mandatoum obſervatione perfectius, Deo gratius, & magis meitorium vitæ æternæ. III. Sententia illa, quam dicit aulus, neque omnia tempora reſpicit, ſed *inſtantem neceſſiitem v.*26. neque omnes & ſingulos homines, ſed eos, uibus *Deus partitus eſt donum, v.* 17.

Bellarm. *Omnes poſſunt habere hoc donum ſi à Deo petant.*

Proteſt Sponſore Bellarmino, qui tamen hoc eodem c. 9. ontendit illos, *qui habent continentiæ donum, poſſe illud amittere, ' vinci aliquando à tentatione.*

Bellarm. 2. *Nulla conſultatio eſt de eo quod non eſt in noſtra poſtate.*

Proteſt. Eſt tamen conſultatio de iis rebus quæ aliquano ſunt in noſtra poteſtate, & aliquando non ſunt, an, & uatenus ſunt in noſtra poteſtate.

Bellarm. 3.

Bellarm. 3. *Continentia conjugalis eſt etiam donum Dei.*

Proteſt. Sic eſt : ſed hoc donum eſt ordinarium, & in-
ſtitutum Dei ex promiſſione comitatur.

Bellarm. 4. *Inſtans neceſſitas verſ. 26. ſignificat inſtantem huju*
mundi finem, verſ. 29.

Proteſt. Neque ita eſt neque ſi ita eſſet, aliud aliquid ſe-
queretur, quam quod Apoſtolus concludit *verſ. 29. qui ha-*
bent uxores, ſint ut non habentes &c.

Bellarm. 5. *Virginitas eſt res qua colitur Deus & qua place*
Deo verſ. 34.

Proteſt. Si hoc ſimpliciter verum ſit, tum Romanæ Ve-
ſtales ſanctiores fuerunt Sara, Rebecca, &c.

Bellarm. 6. *Continentia eſt per ſe honeſta ac decora , & proind*
Deo cara, & ſimul utilis ad orandum verſ 35.

Proteſt. Nihil horum dicitur in textu : ſed laqueus vo-
ti prohibetur.

Bellarm. 7. *Beatior eſt qua manet vidua verſ 40*

Proteſt. Cæteris paribus , & tali tempore , eſt beatior
Sed quid hoc ad Rhombum ?

15. Bellarm. 1 *Corint. 9. toto capite Paulus conatur oſtendere, ſ*
plus feciſſe, quam ſibi eſſet præceptum.

Proteſt. I. Toto hoc capite, conatur Paulus oſtendere
ſuo exemplo omnibus Chriſtianis remittendum eſſe d
ſuo jure , ad ſcandalum aliorum vitandum. Hoc auten
qui non facit, peccare in Chriſtum, & perdere eos propte
quos Chriſtus eſt mortuus, oſtenderat antea *cap.* 8, *verſ.* 1
& 12. quod igitur a ſe factum, & ab aliis faciendum oſten
dit, non eſt plus quam Deus præcepit. II. Satis diſert
oſtendit Paulus, ſe nullum opus ſupererogationis prædi
care, tum aliis in locis , 1 *Cor.* 4, 4. *Phil.* 3. Tum etiam i
iſto capite nam. 1. Tam neceſſarium fuiſſe teſtatur quo
fecit, ut mori ſe maluiſſe dicat, quam illud omiſiſſe : *ver*
15. 2. Ex omiſſione tali, ſequuturam docet interruptio
nem Euangelii Chriſti : *verſ.* 12. mercedis privationen
propter poteſtatis abuſum : *verſ.* 18. 3. Bellarm. ipſe do
cet *Epiſcopos debere eſſe perfectos cap.* 3. annon Apoſtoli eaden
lege tenebantur ?

15. Bellarm. 1. *Gloria quam ſibi tribuit Paulus , fuit gloriat*
coram Deo, & merces à Deo non coram hominibus, & ab hominibus.

Proteſt. Neque nos dicimus fuiſſe gloriationem iſtar
tantum coram hominibus, aut mercedem ab hominibus
ſed 1. Non eſſe coram tribunali Dei , quaſi vel plura &
præſtantiora opera præſtitiſſet , quam Deus in ſuis man
datis præſcripſerit , *Rom.* 3, 27. *Ehp.* 2, 9, 2. eſſe gloriatio
nem conſcientiæ bonæ. 2 *Cor.* 1, 12. & ex collatione a
alios : *v.* 3. *mea diſſenſio apud eos qui in me inquirunt* 2 *Cor.* 11, 12

ut am

ut amputem occaſionem iis qui exoptant occaſionem, ut in eo de quo gloriantur, inveniantur quales & nos.

16. Bellarm. 2. *Apoſtoli cæteri ſumptus à populis accipiebant: nec tamen peccabant.*

Proteſt. Non fuit eadem ratio : quia tales æmulos non habuerunt cæteri, quales Paulus : neque fuit eorum authoritas in dubium revocata.

Bellarm. 1. *Tum non recte probaret Paulus, exemplo aliorum Apoſtolorum, ſe potuiſſe alia populo.*

Proteſt. Imo rectiſſime hoc probat, quoad jus commune licere, quamvis propter circumſtantias varias non expediret ad ædificationem. 1 *Cor.* 10, 23.

Bellarm. 2. *Paulus abſtinuit ab accipiendis ſumptibus, non propter Pſeudoapoſtolos, ſed ne gravaret populos.*

Proteſt. Nunc hac nunc illa cauſa : & nonnunquam utraque. 2 *Cor.* 11, 8, 12.

Bellarm. 3. *Propter Pſeudoapoſtolos, debuiſſet potius accipere ſumptus : illi enim accuſabant Paulum, quod non viveret more aliorum.*

Proteſt. Hoc eſt plane ridiculum : fuiſſe qui vocarent in dubium, an Paulus eſſet Apoſtolus verus, quia non edebat, & bibebat, & uxorem circumducebat, Eccleſiæ ſumptu.

17. Bellarm. *Ad argumenta contraria ex textu petita, reſpondetur : 1. Licere mori pro opere ſupererogationis.*

Proteſt. Bonum fuit igitur Apoſtolo mori potius, quam eo modo vivere, quo Petrus cum cæteris Apoſtolis vivebant, quamvis omnes circumſtantiæ & conditiones extrinſecæ pares eſſent. Melius fuit ut Paulus ceſſaret ab Euangelio prædicando, quam ſine ſupererogatione prædicare. Iſtiuſmodi comparationes in Scripturis non comparent. Neque revera conſiſtere poſſunt cum doctrina Papiſtica : *Conſilium enim non obſervatum nullum habet peccatum aut pœnam : eſtque in arbitrio hominis poſitum.* Bellarm. *cap.* 7. *mori autem plus habet in ſeſe fugiendum.*

Bellarm. 2. *Paulus niſi hoc feciſſet, deſperabat tantum de gloria ſingulari.*

Proteſt. Omnem exſpectationem mercedis illa ratione perituram fuiſſe, ſatis manifeſte dicitur *verſ.* 17 & 11. Preterea nullam coronam exſpectavit Paulus ex operibus ſupererogationis, ſed certamine certato, curſu peracto, & fide ſervata. 2 *Tim.* 7, 8.

Bellarm. 3. *Abuti poteſtate, verſ.* 18. *eſt vehementer illa uti.*

Proteſt. Et vehementer ſemper & ubique uti, eſt abuti.

Bellarm. 4. *Non fuiſſet peccatum accipere ſumptus à populo etiamſi inde ſequeretur aliqua retardatio curſus Euangelii.*

Proteſt. Sed fuiſſet peccatum, dare ſcandalum vel interruptionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ruptionem Euangelio : hoc autem Apoſtolum caviſſe ap
paret, *verſ.*12. ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν.

Bellarm.5. *Quomodo igitur potuit apud homines gloriari Paulu de opere indebito?*

Proteſt. Non ſimpliciter : ſed quia ex jure & juſtiti communi non debebatur, quamvis ex ſingulari conditio ne rerum, & ex charitate fuit neceſſarium.

18. Bellarm. *Apoc.* 14,4. *ſoli virgines canticum canere potuerũ*

Proteſt. Myſtice intelliguntur ii qui non ſunt maculat Idololatria Meretricis magnæ.

Bellarm. *Pauci tantum fuerunt , vide centum quadraginta qua tuor millia.*

Proteſt. Non omnes electi deſignantur, ſed primitiæ tan tum certi cujuſdam ævi.

Bellarm. *Dixiſſet Iohannes eos non coinquinatos cum muliere , intellexiſſet de fornicatione Babylonis.*

Proteſt. Non ſequitur : quia Meretrix illa magna & multiplex ejus ſcortatio , commode notatur numero plurali : Vtcunque fuerit , omnes conjuges non poſſun excludi ex iſto numero, niſi per doctrinam illam dæmoniorum, quæ conjugium damnat ut inquinationem, hæc enim ſunt verba : *non fuerunt coinquinati.*

19. Bellarm. *Idem probatur exemplis primitivæ Eccleſiæ.*

Proteſt. Tum demum , cum unum exemplum ex Scripturis proferetur, quo aſſeritur, aliquid boni meritorii, præſtitum fuiſſe, ſupra omnia Dei mandata.

Bellarm. *Probatur etiam clariſſimis teſtimoniis Patrum.*

Proteſt. Quin ſemina quædam iſtiuſmodi errorum , in Patrum ſcriptis reperiantur , negari non poteſt : ſed in iiſdem etiã reperiuntur principia vera quibus iſti errores poſſint refelli. Pontificii autẽ errores illos retinuerũt, excoluerũt, & auxerũt, Principiis veris neglectis & rejectis.

20. Bellarm. *Naturalis ratio docet, præter perfectionem illam quæ neceſſaria eſt ad eſſe rerum, aliam eſſe neceſſariam ad bene eſſe : & præmia ſingularia illis eſſe conſtituenda , qui virtutes heroicas oſtendunt, præter illa quæ conſtituuntur ſervantibus leges.*

Proteſt. Præcipiuntur à Deo illa quæ pertinent ad bene eſſe, & ad heroicas virtutes. Lex Dei eſt perfecta : humanæ omnes imperfectæ. Bellarm. ipſe hoc fatetur *cap.* 2. cum docet ex Scholaſticis , *Epiſcopos debere eſſe perfectos, & ad eum gradum charitatis perveniſſe , ad quem religioſi tendunt.* Annon præcipitur Epiſcopis illa perfectio, quam debent habere?

Argumenta noſtra.

21. *Proteſt.* Deus jubet ſe diligi *ex toto corde,* &c. *Matt.* 22. Nihil igitur ſupereſt non præceptum , quod erogemus.

Auguſtinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

.uguſtinus *lib.1, doct. Chriſt. c.22.* ita concludit *& de ſpiri-*
ſ & *lit. cap. ult.* & de perfectione juſtitiæ, affirmat:
ræceptum dilectionis, aut etiam præceptum non con-
upiſcendi, in hac vita impleri non poſſe ſic etiam Ber-
ardus *ſerm.* 59. in Cantic. & Thomas 2,2. *q.* 44. *a.* 6.
r 184. *a.* 3.

Bellarm. I. *Diligere corde, anima &c. eſt diligere vere, ſyncere, on ficte non ſimulate.*

Proteſt. I. Hoc aliquid eſt, ſed non totum quod his ver-
is pręcipitur, tunc enim illi etiam qui minimum gradum
eræ charitatis habent, quamvis tepidi fuerint, hoc præ-
eptum perfecte implerent. II. Nemo unus eſt ex om-
ibus Scholaſticis, quin ſingularem aliquam emphaſin
ribuit enumerationi illi partium *toto corde, tota anima, &c.* id
uod poſtulat etiam plenitudo illa præceptorum Dei, qua
nulta paucis, non unum tam multis explicari ſolet.

Bellarm. 2. *Si jubeamur omnes illas potentias exercere ad gloriam Dei, dicendum eſt hoc, tum ſolum præcipi, quando id neceſſitas gloriæ Dei procurandæ requireret, alio autem tempore ſi id fieret, opus eſſe con-lii & ſupererogationis.*

Proteſt. Hac in re, maxime complent Pontificii menſu-
am patrum ſuorum Phariſæorum, dum irritum faciunt
nandatum Dei per traditionem ſuam: ita enim inter-
retantur maximum hoc mandatum, ut non poſſint cer-
um tempus invenire, quo homines eo tenentur, ita ut
lebeant actum dilectionis Dei exercere. Duodecim ſunt
nter eos variantes hac de re opiniones: ut videre eſt a-
ud Azorium, *p.* 1, *l.* 9, *c.* 4. & apud Filincium *de caſ. conſc. ract.* 22, *c.* 9. qui ſapientiſſimorum Pontificiorum ſenten-
ia, hoc præceptum non obligare docet, inter primum ra-
ionis uſum, & ultimum articulum mortis, niſi *quinto quo-ue anno.* Quod autem ad hanc Bellarm. regulam: *quando eceſſitas gloriæ Dei procurandæ requirit*; refellitur ibid. ab alte-
o Ieſuita: *quia eſt valde incerta:* ſicut revera eſt, niſi expli-
etur. Ex hac igitur ſapientia Papiſtica, ſi quis ſemel in
nno, aut bis in quinquennio, elevet cor ſuum ad dile-
tionem Dei eliciendam, ille plus facit, quam lex Dei re-
uirit, & meretur ex ſupererogatione.

22. Bellarm. 3. *Auguſtinus, Bernardus, Thomas docent, illa par-icula (ex toto) imperari nobis omnes gradus charitatis: ex quo recte de-ucunt hoc mandatum, in hac vita perfecte impleri non poſſe, quæ ſen-entia cum noſtra non pugnat: quia exiſtimant ſimul imperari medium, & indicari finem: & docent eum non eſſe prævaricatorem qui non at-ingit ad finem: etiamſi enim nihil addi poteſt huic præcepto, quatenus ndicat finē; poteſt tamen eidē aliquid addi, quatenus indicat medium.*

Proteſt. Prævaricatur Bellarm. in toto hoc effugio.
Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Nam I. Peccator aut prævaricator aliquis dicitur dupli
citer, vel qui eſt in ſtatu peccati, & irregenitus : vel qu
eſt in ſtatu gratiæ, ſed nondum perfecte à peccato libera
tus: qui ſyncere & efficaciter diligit Deum, quamvis im
perfecte, non eſt prævaricator priore ſenſu: ſed poſterio
re tantum. II. Et finis eſt duplex , alius internus , qu
eſt rei finitæ perfectio : alius externus , qui eſt ejus effe
ctum : Nullus autem actus à Deo præcipitur, cujus fini
non ſimul etiam præcipitur, ſenſu priore: finis autem ex
ternus, non tam ad præceptum pertinet, quam ad promi
ſionem. III. Sicut fini charitatis nihil poteſt addi , ſi
neque actui ejus perfecto, quatenus eſt medium : non e
nim eſſet medium perfectum, ſi auctarium deſideraret.

23. Bellarm. 4. *Verior explicatio & Scripturis conformior eſt ill
particula, ex toto corde , imperari ſolum ut amemus Deum præcipuo a
more , nihilque illi in amore anteponamus , vel æquemus. Hoc auten
ſenſu perfecte ſervari poteſt iſtud præceptum in hac vita.*

Proteſt. I. Contra docent Scholaſtici veteres : Alexan
der Alenſis, *p.2. q.109. m.6. Præceptum de diligendo Deo, non po
teſt impleri in via, ratione circumſtantiæ, quæ eſt, ex toto corde :* han
autem circumſtantiam explicat, *par.4. q.17. m.7. Ita dilige
re ; ut nihil retrahat , aliquo modo, ad tempus, ab effectione in Deum*
Lombardus, ſententiarum ac Scholaſticorum magiſte
*l.3, d.27. Hoc præceptum non penitus impletur ab homine, in hac mor
tali vita : ſed ex parte , non ex toto.* Quod autem ſolent recen
tiores negare, hanc perfectionem dilectionis, *cadere ſub præ
cepto , pro ſtatu viæ* , in eo & veritati, & ſibimetipſis, grat
contradicunt , ut juſtitiam operum poſſint cum aliqu
colore tueri : perfectionem abſolutam ſtatuunt, in illa c
bedientia quam multiplicem defectum , vel perfection
privationem trahere ſecum fatentur. Nullam rationen
talis aſſertionis reddunt , niſi quod ſumma perfectio ſ
nobis in hac vita impoſſibilis : cujus conſequentiæ rati
eſt ipſa controverſia. II. Quod Bellarm. dicit de *præc
puo amore* , ambiguum admodum eſt : vel enim præcipuu
debet eſſe amor quoad *æſtimationem* tantum, vel etiã quoa
intenſionem , ſi priore ſenſu intelligatur , tum *præcepto huic ſa
tisfacere poſſumus, vel minimo dilectionis gradu* , ut *Azor p.1, l.1*
c.4. concedit: quod abhorret à communi Chriſtianoru
ſenſu : ſi poſteriore , tum ſummus gradus requiritur
quod nos affirmamus, & Bellarm. negat.

24. Bellarm. 5. *In Scripturis paſſim ita accipitur illa vox , t
tum, vel omnis.*

Proteſt. I. Nuſquam ita accipitur in ſimili phraſi, *toto co
de, tota anima, & omnibus viribus.* II. Vbi ita accipitur ibi e
hyperbole manifeſta , ſed in ſolemnibus præceptis De

tal

alis forma loquendi nullum habet locum: nunquam
lus dicitur quam requiritur, ſed maxima ex parte mi-
ius.

25. Bellarm. 6. *Scriptura docet hoc præceptum eſſe facile.*

Proteſt. Nuſquam docet perfectam obſervationem hu-
us præcepti talem eſſe.

26. Bellarm. 7. *Deus promiſit, ſe facturum, ut tempore nov
eſtamenti impleretur.*

Proteſt. Quod eſſentiam, in hac vita, non quoad gradum.

27. Bellarm. 8. *Multi hoc mandatum impleverunt.*

Proteſt. Voluntate Syncera & efficaci, non actu com-
leto.

38. Bellarm. 9. *Patres docent, nihil impoſſibile nobis à Deo
andatum eſſe.*

Proteſt. Vere hoc dicitur, ſi recte accipiatur. Poſſumus
nim per Dei gratiam, inchoative præſtare omnia Dei
andata, in hac vita, & in futura perfecte.

29. *Proteſt.* Hactenus expendimus quæ Bellarm. oppo-
it argumento noſtro primo, ſed obſervandum eſt, pro-
oſitionem argumenti eſſe hujuſmodi: *Qui non poſſunt im-
ere, vel qui non implent mandata, illi non poſſunt ſupererogare:* hanc
ropoſitionem Bellarm. non negat: ſed ad aſſumptio-
em reſpondet. Quamvis igitur vera eſſent quæ dixit
ellarm. de poſſibilitate hujus præcepti obſervandi: quia
men illi qui Monachatum ſuſcipiunt inter Pontificios,
oc non præſtiterunt, valeret adhuc ratio, quod illi non
oſſint ſupererogare, atque adeo temere ſemetipſos obli-
nt perfectionis iſtiuſmodi.

30. *Proteſt. Matth 7. Anguſta eſt porta, & arcta via vitæ &
uci ſunt qui inveniunt eam.* Non eſt igitur tam lata & faci-
obſervatio legis ut ultra multum à multis addatur.

Bellarm. 1. *Difficilis eſt lex ex natura ſua: & difficilior, ex na-
ra corruptione: ſed facilis habenti gratiam & charitatem.*

Proteſt. Gratiam & charitatem tantum habemus ex
rte. 1 *Cor.* 13, 9, 10. Vnde etiam *Magiſt. ſent. lib.* 3. *d.* 27.
ncludit ex parte tantum nos poſſe mandata ſervare.

Bellarm. 2. *Qui currit, cum ſolum ambulare teneatur, plus fa-
quam ei imperatum eſt. David autem cucurrit, Pſalm.* 119, 32.

Proteſt. I. Qui currit., poteſt impingere, & ita minus
cere quam debet: poteſt etiam in curſu deficere. II. Im-
ratur curſus, *ſic currite ut comprehendatis.* 1 *Corinth.* 9. 24.
I. David ſpondebat curſum: ſed agnoſcebat interim
am imperfectionem, *verſ.* 27.

31. *Proteſt.* In operibus noſtris bonis, ſemper aliquid
eſt: ergo nihil poteſt redundare.

Bellarm. *Negatur antecedens.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Dum nobis aliquid gratiæ deeſt, aut aliquid co
cupiſcentiæ pravæ adeſt, neceſſe eſt in operibus noſtr
aliquid deſideretur. *Gal.* 5, 17. Hunc locum omiſit Be
larm. cætera manifeſto eludit. *Rom.* 7. loqui Paulum a
firmat *de concupiſcentia quæ eſt pœna, non peccatum*, cum tame
Paulus diſerte eam appellat *peccatum*, *verſ.* 17. & *verſ* 2
eam *bellum gerere* docet adverſus gratiam: quod non e
pœnæ, ſed peccati. Sic etiam in cæteris.

32 *Proteſt. Luc.* 17, 10. Cum feceritis omnia quæ edic
ſunt vobis, dicite ſervi inutiles ſumus, quæ debuimus f
cere, fecimus.

Bellarm. 1. *Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt: in illis ve
bis eſt ſolutio.*

Proteſt. Solutio nulla: nam non poteſt eſſe major util
tas in conſiliis, quam in præceptis, ſi verum ſit qu
Thomas docet 2, 2. 189. 1. *ad* 5. *conſilia parant viam ad præc
pta: & præcepta ſunt finis conſiliorum.*

Bellarm. 2. *Non dicitur ſervi inutiles eſtis: ſed dicite, ſervos i
utiles ſumus.*

Proteſt. Chriſtus vult ut optimi fidelium vere fatea
tur ſe inutiles: & tamen Monachi Papales audent dic
re, ſe magis utiles eſſe, quam debent.

Bellarm. 3. *Servus, ſi de ſomno conceſſo, aliquid ſubtrahat, ut
domino ſuo aliquid agat, plus facit quam tenetur.*

Proteſt. Falſum hoc eſt ſi intelligatur de ſomno conce
ſo ex indulgentia: ſi vero de ſomno neceſſario ad co
ſervationem naturæ, verum eſt aliquo modo quod di
tur, ſed nihil inde concludi poteſt, propter imparitate
rationis, ſervus enim non ſubjicitur hero ſuo in talibu
Durand. in ſent l. 4. *d.* 36. *q.* 2. Deo in omnibus ſumus ſu
jecti: neque poſſumus pro ipſo quidquam agere, niſi
voluntate ejus præeunte.

33. *Proteſt.* Iubemur quotidie dicere Deo: *dimitte n
debita noſtra.*

Bellarm. *Propter peccata venialia: quibus non obſtantibus, po
mus facere opera ſupererogationis.*

Proteſt. Hoc eſt quamvis non poſſimus facere omnia
quæ à nobis rogantur vel exiguntur; poſſumus tame
ultra & ſupra illa, facere quæ non rogantur.

34. *Proteſt.* Apoſtoli non cogitarunt de ſupererogat
ne; *Mat.* 19. ſed potius mirabantur aliquem poſſe ſalva
quis poterit ſalvus eſſe?

Bellarm. *Apud Deum poßibile eſt, & ſalvari, & opera ſuper
gationis facere.*

Proteſt. Bellarm. hoc narrat: ſed neque diſcipuli qu
quam de ſupererogatione colligere potuerunt ex

ve

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

verbis Chriſti, *vade & vende quæ habes*; neque Chriſtus quidquam ipſis explicavit, niſi de ſalute conſequenda.

35. *Proteſt.* Ieremias habet: Maledictus qui confidit in homine: necnon, maledictus qui facit opus Dei negligenter; qui ſemetipſum hic excutit, videbit ſe non facere opera ſupererogationis.

Bellarm. *Loquitur de negligentia gravi vel fraude cap.* 48.

Proteſt. I. Qui leviter eſt negligens, propius accedit igitur ad meritum maledictionis, quam ad ſupererogationem. II. Non dicit Bellarm. de qua fiducia loquatur in altero loco.

36. *Proteſt.* Præceptum eſt, ut diligamus fratres ſicut Chriſtus nos dilexit: *Ioh.* 13,34. qua dilectione, non datur major 1 *Ioh.* 3.

Bellarm. *Si quis ponat animam pro fratribus quando non eſt neceſſarium ad eorum ſalutem æternam, opus facit ſupererogationis: & ſimiliter ſi proximo benefaciam quando non eſt in extrema neceſſitate.*

Proteſt. Hoc eſt homo miſer, diligit aliquando fratres & proximos ſicut Chriſtus nos dilexit, & magis etiam.

37. *Proteſt. Deut.* 4,2. Nihil addendum præceptis Dei: Conſilia ergo male adduntur.

Bellarm. *Nihil addendum quod corrumpat: ſed aliquid poteſt addi, quod perficiat præceptum.*

Proteſt. I. Deus vetat nos quidquam addere, *ut ſervemus præcepta*: Non poſſumus igitur præcepta ſervare, nedum perficere, addendo. II. Lex perfecta, non magis poteſt perfici addendo, quam detrahendo. Recte Cajetanus in illum locum: *per modum inhibitionis, ſignificatur perfectio legis, inhibendo additionem, vel diminutionem, etiam prætextu cuſtodiendi mandata Dei.*

38. *Proteſt.* Ita Deo ſumus obſtricti, & obærati, ut nemo ſit par ſolvendo, nedum ſupererogando.

Bellarm. *Non tenemur æquare Dei beneficia, noſtris operibus, ſed id ſolum præſtare, quod Deus imperavit.*

Proteſt. Tenemur quantum in nobis eſt, Deo nos gratos præſtare, atque adeo gloriam quam poſſumus maximam ipſi tribuere, ex beneficiis ejus in nos collatis. hæc gratitudo paſſim in Script. imperatur.

39. *Proteſt. Phil.* 4,8,9. Iubemur facere omnia vera, honeſta &c. quibus nihil boni poteſt ſuperaddi.

Bellarm. I. *Hæc omnia debent accipi negative; ut non niſi talia faciamus.*

Proteſt. I. Sophiſtice hoc & gratis affirmatur, cum nulla ratione, auctoritate aut exemplo poſſit confirmari. II. Si mera ſit negatio, tum ab homine mortuo, vel ab animali bruto poteſt hoc præceptum impleri. III. Af-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

firmatio clare notatur, illis vocibus, *didiciſtis accepiſtis, audiſtis, vidiſtis*: hæc enim non tendunt ad negationem ſolam & illis etiam, *reputate facite*, præcipue vero promiſſioni annexa, *Deus pacis erit vobiſcum*: quæ non pertinet ad meram negationem.

Bellarm. 2. *Si juberet Paulus, ut omnia quæ ſunt vera cogitaremus, deberemus non ſolum omnem Scripturam ſanctam, ſed etiam totam philoſophiam cogitare.*

Proteſt. Ex ſubjecta materia, intelligi debet (ut Dion. Carth. obſervat) *veritas doctrinæ vitæ, aut juſtitiæ* de veritate ſanctificante, *Ioh.* 17, 17.

40. *Proteſt.* Tenemur facere quicquid poſſumus boni: quia lex requirit omnes noſtras vires.

Bellarm. *Lex non requirit omnes vires, & quicquid poſſumus, ſed ſolum quod præcipitur.*

Proteſt. Hoc eſt, non requirit omnes vires, ſed quod requirit. Requirere autem omnes noſtras vires teſtatur Chriſtus verbis diſertis, *Luc.* 10, 27.

Bellarm. *Tum Paulus non potuiſſet dicere de homine ſoluto, quod vult faciat, non peccat &c.* 1 *Cor.* 7.

Proteſt. Non ſequitur: quia illa voluntas ex circumſtantiis determinata, ſecundum præceptum debet ordinari.

41. *Proteſt.* Non caret ſuperbia & arrogantia infinita, ut dicas te plus facere quam tenearis, & Chriſto fit injuria non vulgaris, qui fruſtra dicetur mortuus, ſi valuiſſes legem præſtare, & plus etiam.

Bellarm. 1. *Virgines apud Auguſtinum non timuerunt iſtam ſuperbiam.*

Proteſt. Debuerunt certe timere: & timuiſſe etiam credendum eſt quamvis rhetorica quadam licentia, talia verba ipſis tribuantur.

Bellarm. 2. *Homo non poteſt ſine Chriſti gratia, legem ſervare, vel aliquid ſuperaddere.*

Proteſt. Non fruſtra igitur datur illa gratia: ſed fruſtra tamen eſt mors Chriſti quoad ſatisfactionem & meritum, ſaltem poſt gratiam illam datam, reſpectu eorum qui tanta poſſunt.

42. *Proteſt.* Debemus Deum tantum amare quantum poſſumus: alias negaremus Deum eſſe ſummum bonum; abuteremur Dei dono: talentum abſconderemus: & ingrati eſſemus.

Bellarm. 1. *Si quis velit plus diligere, & proficere, ſed juxta conditionem & gradum ſuum, etiamſi nolit ad altiorem ſtatum aſcendere, quamvis poßit, non peccat.*

Proteſt. Totum hoc de varia conditione, gradu, & ſtatu, nihil

nihil aliud eſt quam ſubterfugium tenebricoſum : quæſtio eſt clara, Vtrum non debeamus Deum quantum poſſumus amare. Bellarminus hoc negat, ſed cum aliquo pudore.

Bellarm. 2. *Non requiritur ut quis ſummum bonum tam ardenter amet, quam forte poſſit.*

Proteſt. Tum non requiritur, ut in bonum omni ratione ſummũ, feramur, affectu omni etiam ratione ſummo.

Bellarm. 3. *Ille abutitur dono Dei, qui cum neceſſarium eſt, non utitur eo.*

Proteſt. At ſemper eſt neceſſarium, Deum diligere quantum poſſumus: quia cauſæ & occaſiones hujus dilectionis ſunt ſemper præſentes.

Bellarm. 4. *Ingratus benefactori non eſt, qui voluntati ejus ſatisfacit.*

Proteſt. Voluntas eſt Dei, placens & perfecta, ut nos totos quanti ſumus, dedamus ipſi, *Rom.* 12, 1. 2.

Bellarm. 5. *Ille peccat abſcondendo talentum, qui habet præceptum negotiandi.*

Proteſt. Præceptum negotiandi, quantum in nobis eſt, ſimul ſemper datur cum talentis. *Lucæ* 19, 13.

CAP. V. *De votis Monaſticis.*

THESIS I.

Bellarm. *Omne quod fit ex voto, etiamſi alioqui non ſit à Deo præceptum, vere & proprie eſt cultus Dei.*

Proteſt. Quæſtio hæc ſophiſtice & inaniter eſt à Bellarm. conficta. Nam I. Non diſtinguit inter votum licitum & illicitum. II. Nihil ſtatuit de fine ipſius voti, ſed de obſervatione ejus tantũ. III. Cum antea *cap.* 14. diſtinxerat ipſemet inter materialem & formalem rationem voti hic tamen non oſtendit, in utra harum cultus ratio ſit collocanda. Nos autem concedimus id quod ex voto juſto, etiam in rebus, quæ mandato Dei ab omnibus non requiruntur, quamvis non ex natura rei, neque ex voti fine proprio ex modo tamen adjuncto, quatenus ex reverentia nominis Dei præſtatur, cultus rationẽ habere. Sed Monaſtica vota accuſamus. 1. Quod ſint ſine verbo vel mandante, vel approbante. 2. Quod multa ridicula & Deo indigna in iis continentur. 3. Quod cultus gratia inſtituuntur. 4. Quod cultus collocatur in ipſo ſtatu, & obſervationibus eo ſpectantibus. 5. Quod ſatisfactio & meritum ſupererogationis ipſi tribuitur una cum cultu. 6. Quod non ad voventes tantum, ſed &

 ad alios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ad alios coram Deo juvandos applicantur. De iſtis non viſum eſt Bellarmino diſputare. de illa vero propoſitione, quam ipſe formavit ad pompam, ſine ulla explicatione adjuncta, otioſum eſſet litigare. Similis notæ ſunt quæ diſputat. *Bellarm. c.* 16 & 17. adverſus privatam ſententiam Martyris: quam ipſemet poſtea mutavit: ſicut videre eſt in locis ejus commun: cl. 3, c. 6. Nominis etiam eſt quæſtio illa, *cap.* 19. de promiſſione in baptiſmo facta, *an ſit votum proprie dictum.*

Quæſtio eſt, an paupertas voluntaria, obedientia, & continentia, recte Deo voveantur. Pontificii affirmant: nos negamus, primo igitur, De Paupertate.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Id omne recte vovetur Deo, quod ex ejus teſtimonio ſcimus eſſe bonum, & illi gratum: ſed paupertas voluntaria bona eſt & Deo grata, teſtimonio Chriſti: Mat.* 5, 3. *beati pauperes ſpiritu.*

Proteſt. Si per *voluntariam* paupertatem, intelligatur illa quæ eſt ex antecedente, & abſoluta electione, negamus aſſumtionem. Paupertatem enim hunc in modum velle, melius non eſt, quam ſimiliter velle convicia, perſequutiones, calumnias, & omne genus maledicentiæ: *verſ.* 11. atque adeo non magis quam iſta, debet voveri.

3. Bellarm. *Mat.* 19 *ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, &c.*

Proteſt. I. Perſonalem fuiſſe eam vocationem, ſatis antea fuit demonſtratum. Non magis igitur trahi debet in exemplum aut patrocinium voti, quam quod dicebatur Petro, *Mat.* 14, 19. *veni ſuper aquas.* II. Cajetanus ipſe Monachus ingenue fatetur, votum nullum hic indici. *Attende (prudens lector) quod nullum indicitur à Ieſu votum. volenti perfectionem vitæ aſſequi: quia non in vinculis votorum, ſed in operibus conſiſtit perfectionis aſſecutio, &c.*

4. Bellarm. *Act.* 4, 32. *Erant eis omnia communia vivebant primi illi Chriſtiani ex voto.*

Proteſt. I. Hoc non affirmatur tantum de pauperibus. Cajetanus enim recte etiam hic obſervat: *eſſe, ac ſi apertius dictum fuiſſet, quamvis non omnes vendebant quæ poßidebant, omnes tamen habebant omnia communia.* II. Non vendebant omnia, ut eſſent egeni: ſed in contrarium plane finem, ne quis eſſet egens inter illos: *verſ.* 34. non igitur vovebant egeſtatem, tanquam ſtatum perfectionis.

5. Bellarm. *Act.* 5. *Ananias & Saphira, voverant vitam communem idcirco enim dicuntur fraudaſſe de pretio, quia rem obligatam promißione ſubripuerant: & mentiti Spiritui S. quia fallebant fidem datam Spiritui ſancto: ſeveritas etiam pœna, clamat ſacrilegium ab iis fuiſſe admiſſum.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Nulla eſt conſequentia hujus rationis: *fidem* *lederant de pretio agri venditi ergo voverant vitam communem*, po- eſt quis agrum vovere, qui non vovet paupertatem. II. Fraudare dicitur, qui fraude agit adverſus illud quod rofitetur, quamvis nullum votum accedat. III. *Spiri- ui mentiri*, eſt *Spiritum tentare verſ.* 9. id eſt, interprete Caje- ano, *mentiendo, experimentum ſumere de Spiritu Dei in Apoſtolis abitante.* IV. Simulata ſanctitas & mentita perfectio uamvis leve delictum Monachis videatur, coram Deo amen ſeveriſſimam pœnam meretur, ſacrilegium etiam imul fuiſſe admiſſum non negamus. V. Idem Cajetanus Monachus & Cardinalis recte concludit ex verbis Petri, dverſus Bellarm. *Clare apparet, quod non voti neceſſitate, Chri- ſtiani omnes tunc habebant omnia communia, ſed libera perfectione cha- itatis, expreſſe ſiquidem duo dicuntur Ananiæ, quæ non fuiſſent vera ſi Chriſtiani omnes voto obligati fuiſſent ad communitatem rerum: ager ervatus manebat tibi: & venditus fuit in tua poteſtate conſtat ſiqui- em quod neutrum horum fuiſſet verum, ſi obligatus fuiſſet voto.*

6. Bellarm. *Confirmatur hoc idem ex traditione Patrum.*

Proteſt. Apud quoſdam Patres tales enim ſententiæ le- guntur: quaſi nemo poſſidens quidquam, poſſit eſſe diſci- pulus Chriſti: ita ut paupertas non tam conſilium quam præceptum ipſis fuerit *Orig. in Gen. hom.* 16.

Argumenta noſtra.

Quamvis multa ſint argumenta, quæ votum iſtud vo- untariæ paupertatis arguunt vanitatis & ſuperſtitionis, uia tamen Bellarm. unum tantum ſibimetipſi hoc in lo- o opponit: & alia poſtea ſequuntur tractanda, *cap.* 45. atis igitur erit in præſentia, hoc unum à ſophiſticis ejus xceptionibus vendicare.

7. *Proteſt.* Aut is qui vovet eſt pauper conditione aut lives: ſi pauper eſt, nihil habet quod poſſit vovere ſe re- icturum, aut daturum, ſed debet ferre patienter crucem ibi à Domino impoſitam: quam ſi præterea vovet, idem acit, ac ſi in morbo voveret ſe ægrotaturum: qui eſt fu- or, non pietas. Si autem dives eſt, aut vovet ponere om- ia in commune, aut dare omnia pauperibus propter ma- us meritum, & vivere deinceps ex eleemoſynis: ſi pri- num nihil aliud agit, quam providere ſibi de certiore & opioſiore victu: quod eſt fugere, non amare pauperta- em, ſi ſecundum, peccat contra fidem, quia unus Chri- tus meretur nobis omnia: & contra charitatem, quia ine neceſſitate moleſtus ex proximo, ſua mendicatione.

Bellarm. 1. *Etiam pauperes recte vovent, & multum dant: dant nim id omne quod acquirere poſſent.*

Proteſt. Dant igitur quod non habent : quod non poſſunt vendere : quod nemo accipit: quod nemini prodeſt: quod omnes ignavi & otioſi homines dant. An hoc eſt *vendere omnia, & dare pauperibus, ut ſint perfecti?*

Bellarm.2. *Non eſt ſimile votum ægritudinis, voto paupertatis: nam Chriſtus non dixit beati ægroti : neque ſi vis perfectus eſſe projice ſanitatem : tenemur etiam ſi poſſumus, ſanare ægritudinem, ſed non diteſcere.*

Proteſt. Eſt plane ſimile. Nam I. Chriſtus dixit *beati qui perſecutionem patiuntur*, quamvis mutilatio corporis, aut intemperies magna, variique morbi, ex illa vexatione ſequantur. II. Dixit etiam, *omnes qui volunt pie vivere, perſequutiones paſſuros.* 2 *Tim.*3,12. III. Tenemur etiam ſi poſſimus egeſtatem à nobis amovere : *mandavimus vobis operari, ut nullius indigeatis.* 1 *Theſ.*4, 11,12. Diteſcere etiam æque tenentur ac pancratice, & athletice valere.

Bellarm.3. *Ponere omnia in commune, eſt vere amare paupertatem.*

Proteſt. Tum ex parte ſaltem amabant paupertatem illi apud Comicum : *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo, in hunc diem, ut de ſymbolis eſſemus. Chæream ei rei præfecimus : dati annuli : &c.*

Bellarm.4. *Non eſt contra fidem, dare omnia ſua pauperibus, propter majus meritum, noſtra enim merita & ex Chriſti meritis emanant, ut effectus ex cauſa.*

Proteſt. Secundum illud Apoſtoli, *Rom.*11. *ſi ex operibus, jam non ex gratia.*

Bellarm.5. *Non eſt contra caritatem proximi mendicare : quandoquidem neminem cogunt dare eleemoſynam mendicantes, ſed potius occaſionem divitibus præbent, comparandi ſibi regnum Cœlorum.*

Proteſt. I. Sunt aliæ offenſæ multæ adverſus caritatem proximi, præter illas quæ in vi & coactione conſiſtunt. *Eph.* 4,18. II. Iſtiuſmodi mendicantes, non majorem occaſionem præbent divitibus regni cælorum comparandi, quam medicis præbent ſemetipſos vulnerantes, & morbifica bibentes aut (quod magis congruit Monachorum voto) qui certo ſtudio, & opera ſua propria, fiunt inſani. Qualis autem charitas ſit in monachatu ; ipſi Monachi ſatis teſtantur. Alex. Alenſ. Monachus. *p.*4. *q* 32. *a.*1. *m.*4. & poſt ipſum, reliqui Scholaſtici : *Monachum, ſive regularem, ſecundum conditiones quibus talis eſt, non poſſe regulariter facere eleemoſynam* talis eſt caritas monachalis in largiendo, in accipiendo vero, qualis ſit, teſtatur Cuſanus, Cardinalis, & Monachus, *Exercita : ex ſermone : qui facit &c. pane omnes Monachi, non quæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt quærunt. omnes enim ſtudent avaritiæ, à maximo uſque ad minimum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

De Obedientia.

8. Bellarm. *Obedientia religioſa, recte vovetur Deo.*

Proteſt. Non ſatis explicatur qualis ſit obedientia. I. Oedientia Monachalis non proprie vovetur Deo, ſed hoiini præſtanda: *Ejus quem ſuperiorem, Chriſti loco, elegerunt, vontati ſe totos ſubjiciunt. Medina in 1, 2. q. 108. a. 4.* II. Obeientia hæc tam cæco impetu præſtatur, ut Monachus in nem ire à ſuperiore juſſus, non debeat recuſare: ſicut idicatur exemplo, ex Sulpitio, apud Bellar. in iſto *c.* 21. II. Tam religioſe præſtatur, ut aliquo modo conſcienam obligent ſuperiorum præcepta, ac ſi eſſent præcepta ei. IV. Illa denique fide, ac ſpe, præſtatur, ut in ſatiſctionem ac meritum à Deo acceptetur, quamvis in leiſſimis nugis occupetur. An iſtiuſmodi obedientia ree voveatur Deo, hæc eſt quæſtio.

Argumenta Bellarmini.

9. Bellarm. *Grata eſt Deo obedientia etiam in iis rebus, quas ipſe n præcepit. Ierem.* 35.

Proteſt. I. Obedientia & præceptum ſunt relata: ita ut mne præceptum requirat obedientiam, & omnis obeientia præſupponat præceptum, non eſt igitur obedienа reſpectu Dei, niſi aliquo modo à Deo præcipiatur. I. Obſervatio omnis religioſa a Deo non præcepta, eſt ſi ingrata. *Ier. 7, 31. quod non præceperam.* III. Obedientia perioribus legitimis præſtita in aliis multis rebus, quæ ngulariter à Deo non ſunt omnibus præcepta, eſt Deo ata, quatenus pendet ex præcepto quinto: ſed nihil ine concludi poteſt pro obedientia Monaſtica tali, qualis itea fuit deſcripta.

10. Bellarm. *Conſilium perfectionis eſt ſequi Dominum perfee, abnegando ſe ipſum perfecte, & omnibus in rebus ſubjiciendo judiim & voluntatem ſuam alterius judicio & voluntati hoc autem face, ita ut non poſſit retrocedere, neceſſario includit votum.*

Proteſt. Hæc Deo & Chriſto facere, non eſt conſilii, ſed æcepti, & in Baptiſmo ita ſpondetur, ut nemo Chriianus poſſit ab eo retrocedere. Hæc autem homini aliii facere, eſt directe contra præcepta & conſilia divina: iia ſpiritualis eſt idololatria.

11. Bellarm. *In omni vita communi, bonum eſt obedire præpoſito ſtituto.*

Proteſt. Nulli mortali ſic obedire bonum eſt, ut omniis in rebus ſubjiciamus judicium & voluntatem noram, illius judicio & voluntati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

12. Bellarm. *Apud veteres ſanctos, obedientia monaſtica fuit in uſu.*

Proteſt. Non talis, qualis antea fuit deſcripta.

13. Bellarm. *Obedientia monaſtica, miraculis confirmatur, apud Sulpitium, Gregorium, &c. unus juſſus ab Abbate, in clibanum ardentem ingrediebatur, intactus ab igne, alius juſſus irrigare virgam aridam donec vireſceret, poſt laborem triennii, vidit eam florentem, tertius ad Abbatis imperium ſuper aquas ambulavit.*

Proteſt. Gennadius refert, Sulpitium iſtum, in ſenectute, agnito errore, quo deceptus fuerat à Pelagianis, ſilentium uſque ad mortem tenuiſſe, ut vitium loquacitatis taciturnitate deleret, ut Bellarm. ipſe refert, de *ſcript. Eccleſ.* ſi vero iſtas fabulas pro veris hiſtoriis credi voluit, optandum fuiſſet, ut paulo citius ſilentium tenere cepiſſet, ſed talia ludebant veteres ad ſtilum exercendum: ut Eraſmus obſervat in Hieron. de vitis Pauli, & Hilarionis, quæ apud ſuperſtitioſos quoſdam majorem fidem invenerunt, quam euangelium ipſum.

14. *Proteſt.* Argumentum huic voto proprie oppoſitum, eſt illud unum. *Nolite fieri ſervi hominum* 1 *Cor.* 7.

Bellarm. *Non prohibet Paulus ſervitutem, quæ hominibus exhibetur.*

Proteſt. Non quidem externam, ab iis exhibendam, qui jugo ſubjiciuntur: ſed ſpiritualem illam, quam ſtulti ſibi ultro accerſunt. Cajetanus in 1 *Cor.* 7. *non de ſervitute corporis, ſed de ſervitute animæ, ad literam, Paulus loquitur, prohibet fieri ſervos hominum, ſecundum illam partem, qua ſunt ſervi Chriſti.* Apoſtoli certe, non auſi ſunt illud ſibi arrogare, ut eſſent domini, aut haberent ſervos, quoad fidem. 2 *Cor.* 1. *ult.* Servitus etiam iſta: eſt plane ridicula: in qua promittitur præmium divinum pro ſervitio præſtito homini, ex propria ejus, non Dei voluntate. Profeſſionem emiſſurus, dicit: *Ego enim Monachus, aut frater, promitto obedientiam, ſecundum regulam S. Auguſtini, aut Benedicti, &c.* & Abbas reſpondet: *& ego tibi promitto regnum cælorum, & vitam æternam, ſi hæc ſervaveris.*

DE CONTINENTIA.

Argumenta Bellarmini.

15. Bellarm. *Luc.* 13, 3. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Virgo ſanctiſſima ſignificat ſe prohibitam fuiſſe voto, ne virum cognoſceret.*

Proteſt. Nihil tale ſignificat beata Virgo: ſed (ut Cajet. recte interpretatur ejus verba) *quærit modum, quo fieret mater, cum expers fuit virilis commercii. Non dixit non cognoſcam, ſed non cognoſco: quia intellexerat verba angeli tunc implenda, dicente angelo,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

e concipies, quomodo nunc concipiam, quoniam uſque in præſens, viri ...itionem non habeo, id eſt, virgo ſum.

16. Bellarm. *Mat.* 19,12. *Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrarunt ...pter regnum cælorum. Loquitur Chriſtus de iis qui non poſſunt non ...inere, propter votum.*

Proteſt. Loquitur de iis, qui ex dono, & vocatione ſin...lari, decreverunt in corde ſuo, ſervare virginitatem, & ...illo propoſito ſtabiles perſiſtunt, ſicut Apoſtolus ex...cat, in iis quæ dicit de patre ſuam virginem ſervante. *...or.* 7, 3.

17. Bellarm. 1 *Tim.* 5, 12. *primam fidem irritam fecerunt. per ...nam fidem, nihil aliud intelligi poteſt, niſi continentiæ votum.*

Proteſt. I. Fides in hoc verſu, eodem ſenſu accipitur, ...o *verſ.* 8. ubi *fidem abnegare*, unum & idem eſt, quod hic, ...*m irritam facere.* II. Dicitur hic *prima* fides, reſpectu ...omiſſionis, à viduis poſtea Eccleſiæ factæ, quam facie...nt etiam irritam, poſt violationem primæ. III. Apo...olus ipſe diſertis verbis interpretatur iſtam phraſin, *fi...m irritam facere*, *v.* 14 & 15. *per occaſionem dare adverſario, ad ...eviciandum: deflectere à Chriſto: ſequi Satanam.* IV. Apoſto...s hic expreſſe agit, de viduis *eligendis*; non ſponte ſua ...oventibus. V. Nulla vel minima ſignificatio habetur ...icujus perfectionis in iſto ſtatu. VI. Nullam voluit ...ulus in iſtum ſtatum admitti, niſi ſexagenariam: quod ...voto, & profeſſione perfectionis, eſt prorſus alienum.

18. Bellarm. *Idem aſſeritur reſponſis Pontificum, ac Imperato...m, & teſtimonio Patrum.*

Proteſt. Non negatur, quin hujus generis zizania cum ...imis fuiſſe ſeminata, & ante alia multa erupiſſe. Sed ab ...itio non fuit ſic: neque ad perfectionis mentitum ſta...um, & ſupererogationis merita, niſi poſt multa ſecula, ...ervenerunt.

19. Bellarm. *Id omne recte Deo vovetur, quod eſt illi gratius ſi ...t, quam ſi non fiat. Ejuſmodi autem* continentia eſt: poterit ...itur recte *continentia Deo voveri.*

Proteſt. I. Falſa eſt propoſitio: nam gratius eſſet Deo, ſi ...ſtineremus ab omni peccato: ſed votum, de non pec...ando ſimpliciter, non recte Deo à nobis voveretur. ...I. Falſa eſt aſſumtio, ſi generaliter intelligatur: in om...ibus enim non eſt gratior Deo continentia, quam con...gium: neque omni reſpectu eſt gratior. Cœlibatus qui...am eſt impurus: imo cœlibatus abſolute & immutabi...ter impoſitus, vel ſuſceptus, in multis, cauſa eſt impuri...atis, quam conjugium honeſtum avertit, medium autem ...ollutionis, non eſt Deo gratius, quam ejus remedium.

20. Bellarm. *Melius eſt, & Deo gratius, ex voto aliquid facere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quam ſine voto : igitur non ſolum licet , ſed etiam expedit continenti vovere.

Proteſt. Falſum eſt antecedens, ſi generaliter intelligatur. Quæ Deus in Scripturis declaravit, eſſe vovenda, illa melius eſt facere ex voto , quam ſine voto : quæ vero & libera reliquit, & doni, ac vocationis incertæ, illa melius eſt facere ſine voto. Objectiones iſtæ Bellarmini non ſunt tanti, ut operæ pretium eſſet, de illis, fuſius litigare.

Argumenta noſtra.

21. *Proteſt.* In iis quæ libera nobis à Deo relinquuntur, Deo gratius eſt, ut libere faciamus officium, quam ex neceſſitate tali, qualis eſt in voto perpetuo obligante. 1 *Cor.* 7, 35. *Non ut laqueum vobis injiciam.* Quæ Bellarm. hic reſpondet, ſunt fere omnia aliena: quia vel male accipit, vel perverſe interpretatur argumentum : quaſi libertatem à debito , aut etiam à voto , poſtularemus , in omni opere bono : rem tantum attingit, de Apoſtoli verbis allegatis.

Bellarm. 1. *Laqueus appellatur neceſſitas, quæ detinet invitum.*

Proteſt. Votum autem æque detinet invitum, poſtquam jam eſt nuncupatum (ex Pontificiorum ſententia) ac Apoſtolicum præceptum.

Bellarm. 2. *Vota ſunt laquei illis qui temere voverunt , vel qui coacti ſunt ab aliis vovere, cum ipſi nihil tale cuperent.*

Proteſt. Talia eſſe vota maximæ ſaltem partis Monachorum, clarius eſt, quam ut poſſit honeſte negari. Sed & laqueus eſt etiam illi votum , qui non magis temere , aut invitus vovit, quam alii ſolent, & tamen poſtea, urgentes ob cauſas; ſententiam mutat, & dolet ſe voviſſe. II. Abbas in c. Clericos, agnoſcit laqueum iſtum : dum contendit , *Clericos non eſſe cogendos jurare dimiſſuros ſe concubinas : quia jusjurandum non eſt petendum ab eo, quem judex vehementer ſuſpicatur falſum juraturum.*

Bellarm. 3. *Nuptiæ laquei dici poſſunt iis qui temere ducunt uxorem, cum qua vivere non poſſunt.*

Proteſt. Sed diſpar eſt ratio : quia ſi legitimæ ſint nuptiæ, nexus hujus laquei eſt à Dei inſtituto : ſed tale inſtitutum de hoc genere votorum oſtendi non poteſt.

22. *Proteſt.* Quædam cauſæ ſunt quæ conjugium faciunt neceſſarium, & æque reperiuntur in iis, qui votum continentiæ ſuſceperunt , atque in aliis. 1 *Cor.* 7, 2, 9. *propter fornicationem* qui nón *ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quam uri.*

Bellarm. 1. *Illi ſoli ad nuptias ab Apoſtolo vocantur, qui incontinenter vivunt , ita ut flagitiis ſe polluant : ita ut hic ſit ſenſus ejus : qui omnino decrevit , aut fornicari, aut nubere, is bene facit ſi nubat , quia melius eſt nubere quam uri, id eſt, fornicari.* Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Si illi ſoli vocarentur ad nuptias, qui polluunt ſeſe flagitiis, tum nuptiæ non eſſent ad fornicationem vitandam (quod tamen omnes concedunt) quia fornicatio deberet ante admitti, quam nuptiæ eſſent neceſſariæ. II. Si reſponſio Pauli hunc ſenſum haberet, tunc oportet quæſtionem ad quam reſpondet, & de qua ſcripſerant ad eum Corinthii, fuiſſe: *utrum flagitioſa fornicatio, an matrimonium eſſet eligendum:* quod eſt Apoſtolo & Eccleſia indignum. III. Vſtio, non eſt decretum, nedum ambiguũ, & indeterminatum, neque actus fornicandi ſed perturbatio. *uri (*ait *Dion. Carth.) eſt igne libidinis æſtuare, angi, vinci.*

Bellarm. *Exponitur per non continere verſ.* 9.

Proteſt. Hoc eſt (ut Thomas obſervat) *donum continentiæ non habere.*

Bellarm. *Idem eſt verſ.*2. *propter fornicationem fugiendam.*

Proteſt. Qui fornicationem fugit, non fornicatur.

Bellarm. *Propter incontinentiam, verſ.*5.

Proteſt. Non permittitur conjugibus, fraudare invicem, uſque ad fornicationem.

Bellarm. 1 *Tim.*5. *dare occaſionem maledicti, notat flagitia manifeſta.*

Proteſt. Hæc ſunt effecta, quæ per honeſtum conjugium caveri debent, non antecedentes ejus cauſæ.

23. Bellarm.2. *In iſtis locis, non eſt præceptum verum nubendi, ſed ſola permiſſio.*

Proteſt. Mira hæc eſt ſophiſtica: vocantur fornicantes, à fornicatione, ad nuptias, tanquam à malo ad bonum: & tamen bonum illud ipſis permittitur tantum. Aliis igitur non fornicantibus, proculdubio prohibetur.

Bellarm. *Forma loquendi non eſt imperativa.*

Proteſt. Modus verbi eſt imperativus, γαμησάτωσαι. Eadem forma, mandata multa per totum caput, proponuntur. Apoſtolus 1 *Tim.*5,14. explicat per voluntatem, & rationem neceſſariam: *volo &c.*

Bellarm. *Ratio illa (melius eſt nubere quam uri) non concludit neceſſarium eſſe matrimonium, ſed licitum, & permiſſum: quia datur tertium melius utroque, continere.*

Proteſt. Tertium illud, ſupponitur ab Apoſtolo, quaſi excluſum *(ſi ſe non continent,)* atque adeo ex reliquis duobus inter ſe disjunctis, & per illam ſuppoſitionem immediate oppoſitis: concluſio ſequitur neceſſaria, *nubant.*

Bellarm. *verſ.*5. *rurſum ſimul convenite, eſt permiſſio ſola.*

Proteſt. Contrarium apparet, tum ex natura contrarii, in quo eſt injuſtitia, *ne fraudate:* tum etiam ex fine notato, *ne tentat vos Satan.*

Bellarm. *Apoſtolus abſolute optat, omnes continere verſ.*7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Non abſolute: ſed ex conditione, quam ſubjungit, de dono: *ſed unuſquiſque proprium donum habet. Non electionem, ſed velleitatem ſignificat:* ait Cajetanus.

24. Bellarm. *Iſta omnia, quomodocunque ſonent, pertinent ſolum ad homines liberos, non ad eos qui votis jam obligati ſunt.*

Proteſt. Apoſtolus quidem non loquebatur Monachis, quia ut Bellarm. concedit ex Chryſoſtomo, *cap.*5. *ne veſtigium quidem Monachi erat apud Corinthios:* quibus verbis ſatis etiam refutavit, quicquid alibi ex iſto capite, pro Monaſtica virginitate argutatur: ſed in genere loquitur de omnibus, quibus Deus liberum reliquit, matrimonium contrahere: & ad eos omnes extenduntur argumenta, cum concluſione inde deducta quamvis non ad conjugatos, ut Bellarm. nugatur.

25. *Proteſt.* Continentia eſt donum Dei, quod non omnibus datur: *Mat.*19. 1 *Cor.*7. Nemo igitur poteſt, niſi temere, perpetuam continentiam vovere: quia ſemetipſum exponeret periculo votum violandi.

Bellarm. 1. *Continentia ita eſt donum Dei, ut in poteſtate hominis ponatur: quia ſufficiens auxilium ad continendum omnibus datur.*

Proteſt. I. Non requiritur tantum auxilium donativum aliquo modo ſufficiens, ſed & omnino efficiens, tam ut perpetuo velimus, quam ut quod volumus perficiamus. II. Quamvis omnes habeant aliquo modo ſufficiens auxilium, ad ſemetipſos continendos ab actuali ſcortatione, ſi velint: non tamen ſufficienter inſtruuntur omnes ad perturbationes concupiſcentiæ vitandas in perpetuo cœlibatu tum enim nulla eſſet alia neceſſitas conjugii poſt lapſum, quam fuit à creatione.

26. Bellarm. *Sunt qui ſemetipſos caſtraverunt: Mat.*19. *pendet igitur ab hominis electione.*

Proteſt Provenit quidem actus ab electione eorum, quibus datur poſſe. Aliud non ſequitur ex illis verbis.

27. Bellarm. 3. *Qui poteſt capere, capiat: ibid. hortatio eſt ad caſtitatem: ergo caſtitas eſt in hominis poteſtate.*

Proteſt. Ergo eſt in poteſtate eorum, ad quos hortatio dirigitur, id eſt quibus donatum eſt poſſe.

28. Bellarm. 4. 1 *Cor* 7, 36. *quod vult faciat, deliberatio non eſt de impoßibili.*

Proteſt. Eſt de diſcernendo, inter poſſibile & impoſſibile: & in poſſibili ex ſpeciali dono, inter id quod expedit, & non expedit.

29. Bellarm. 5. *Cælibes laudantur, & præmiis afficiuntur.*

Proteſt. Laudantur homines ob illa, quæ non ſunt in communi omnium poteſtate: ut propter heroicas virtutes. Sed cælibatus per ſe non eſt talis.

30. Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

30. Bellarm. 6. *Credere poſſunt omnes qui volunt, quod tamen non minus eſt donum Dei, quam continere: fides etiam ſine ulla temeritate promittitur Deo in Baptiſmo.*

Proteſt. Omnes quidem qui efficaciter volunt credere, poſſunt credere: quia credere eſt actus talis voluntatis. Sed ſufficiens gratia ad credendum non datur omnibus, aut ſuſpenditur ex eorum electione. II. Fides à fidelibus recte promittitur Deo, quia debita res eſt, à Deo data, & ejus continuatio promiſſione Dei firmata: Continentia non ſic.

31. Bellarm. 7. *Ille qui vel non poteſt in tempore contrahere matrimonium, vel poſtea debitum petere conjugale, ſpatio longo, poteſt orare Deum pro continentia dono, cum certa ſpe exorandi.*

Proteſt. Hoc inde eſt, quia Deus ipſe tales vocat pro illo tempore, ad continentiam: ſed ad vota monaſtica neminem vocat.

32. Bellarm. 8. *Illud Chriſti, Mat. 19. non omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt, ſignificat, non omnes intelligere practice, id eſt non admittere, non perſuaderi, non approbare quod dictum eſt, non expedit nubere.*

Proteſt. Significat igitur Chriſtus, ac operoſe docet, & concludit illud, quod lippis & tonſoribus omnibus eſt notum: de quo illi quos docere voluit, non dubitabant: & quod nihil facit ad propoſitam quæſtionem: *utrum expediat nubere necne.* Multo rectius, & ſimplicius Cajetanus: *quibus datum eſt: non dicit, qui voluerint: quoniam non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei: à quo datur donum virginitatis ſervandæ: virginitatis enim cuſtodia intelligitur in abſtinentia a nuptiis.* Talem etiam interpretationem exhibent nobis verba ſequentia: *qui poteſt capere capiat.*

33. Bellarm. 9. *Duobus modis poſſunt hæc verba exponi. I. qui poteſt capere, capiat: id eſt, qui Dei dona ſentiunt ſibi intus perſuaderi, ut contineant, appprobent verbum hoc.*

Proteſt. Hoc perinde eſt, ac ſi diceretur, *qui capit capiat.*

Bellarm. 2. *qui poteſt capere, capiat, id eſt, qui habet mentem & judicium ſanum, intelligat, judicet, approbet verbum hoc quod dictum eſt: non expedit nubere.*

Proteſt. I. Non agitur proprie de verbo dicto, ſed de facto, aut re facienda, quæ verbum vocatur ex Hebraica phraſi. II. Non de intellectu, & judicio agitur, ſed de expedientia, potentia, & actu perficiendi, quod facile potuit intelligi, atque etiam approbari. Bellarm. Ludit. laudanda eſt denuo ingenuitas Cajetani: *non dicit qui vult, ſed qui poteſt: quia etſi velles, & non ſentis te tanta conſtantia, ut poſſis capere tantæ perfectionis munus, non es de numero eorum qui poſſunt capere.*

34. Bel-

34. Bellarm. 10. *Apoſtoli verba, 1 Cor. 7, 7. non habent difficultatem.*

Proteſt. Difficile tamen eſt defendere, Continentiam virginalem eſſe donum commune, contra evidentiam illius ſententiæ: *ſed unuſquiſque proprium donum habet ex Deo:* id eſt, ut Cajetanus exponit, *quamvis ego vellem omnes eſſe conjugatos, tamen ſcio non eſſe commune tantum donum omnibus:* De ratione naturali, aut hominum auctoritate, non eſt quod laboremus, quaſi veritas abſq; illis, non eſſet ſatis munita.

De Monaſtica vita adjunctis cap. 35.

Quamvis poſtquam ſubjectum ipſum everſum ſit & ſublatum, nullam idoneam diſputandi materiam prębeant adjuncta; quia tamen ad impietatem hujus vitæ exaggerandam, plurimum faciunt, operæ pretium eſt videre, qualia ſint, & quibus fundamentis nitantur.

35. Bellarm. *Iuniores, cum uſum habent liberi arbitrii, in quacunque ætate, poſſunt monaſtica vota nuncupare. Thren. 3. bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua. Matth. 19. ſinite parvulos venire ad me. Iohannes Baptiſta, etiam à pueritia, receßit in eremum.*

Proteſt. I. Iohannes in pueritia, non legitur receſſiſſe ex domo patris. II. Parvuli qui oblati ſunt Chriſto, non fuerunt Monachi: neque omnes illi qui afflictionem patiuntur ab adoleſcentia. III. Vſus liberi arbitrii varios admittit gradus, reſpectu conſilii ac deliberationis, quæ primas in eo tenet, minimus autem gradus nullo modo ſufficit, ad conſilia perfectionis, & ſupererogationis, cum maximo periculo conjuncta. IV. Apoſtolus jubet ut adoleſcentiores viduæ rejiciantur. 1 *Tim.* 5.

Bellarm. *Ne ab Eccleſia alerentur.*

Proteſt. Si viduæ juniores ſint ineptæ ad continentiam vovendam, ita ut ab Eccleſia alerentur; ſunt etiam ineptæ ad perfectionem, & ſupererogationem, cum honore ſuſtinendam.

36. Bellarm. *Filii annos quatuordecim, & filiæ, duodecim habentes, ſi parentes poßint vivere ſine illorum auxilio, poßint invitis parentibus, ad monaſticam vitam tranſire: quamvis Scriptura hoc diſerte non doceant.*

Proteſt. Neque hac ætate liberi ſolent a parentibus emancipari: neque ceſſat patria in illos poteſtas: neque licet ipſis ullo jure, parentibus invitis, matrimonium contrahere: & hujuſmodi votum eſt directe contra præſcriptum legis, *Num.* 30, 5. *Mat.* 15, 5, 6.

37. Bel-

37. Bellarm. *Conjugati ex conſenſu poſſunt vovere continentiam.*

Proteſt. I. Si ne viduis quidem adoleſcentioribus hoc liceat, 1 *Tim.* 5. multo minus adoleſcentibus conjugatis. I. Quod Deus conjunxit, homo non debet ſeparare: *Mat.* 19.

Bellarm. *Non ſolvitur conjugium per votum continentiæ.*

Proteſt. Solvitur promiſſio conjugii propria: ſolvitur gitur conjugium ipſum.

38. Bellarm. *Matrimonium ratum ſolvitur per monaſticam pro-ſsionem: non autem conſummatum.*

Proteſt. Secundum æquitatem legis illius divinæ. *Deut.* 0,7. *quis eſt vir ille qui deſponſabit uxorem, necdum duxit eam a-iens revertitor domum ſuam, ne moriatur in hoc prælio, & alius du-at eam.*

39. Bellarm. *Eremitarum, & Anachoretarum vita, eſt culmen 7 faſtigium vitæ religioſæ.*

Proteſt. Secundum illud Eccleſiaſtæ, *cap* 4, *verſ.* 6. *Væ uni-i illi, qui ceciderit, quum non adſit ſecundus ad erigendum illum.*

40. Bellarm. *Habitus, & tonſura Monachorum, antiquitate, & atione nituntur.*

Proteſt. Ratio eſt illa, quam Cardinalis Cuſanus notat, Exercitat: ex ſerm. qui facit, &c. *Vix fallacia eorum qui ſub abitu Chriſti apparent, poteſt ſciri, ob ſuam varietatem, nam alius qui-em ſub hac veſte, alius ſub alia, alius ſub capitio, alius ſub hoc religio-is ſigno, alius ſub alio, Chriſto ſe militare aſſerit: licet pene omnes, non uæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt quærant.*

41. Bellarm. *Voluntaria mendicitas, in monachis, eſt ſancta & erfecta: ſicut patet exemplis Chriſti & Apoſtolorum, qui fuerunt veri endici.*

Proteſt. Paupertatem illam, quæ oritur ex vocatione ingulari, ex perſecutione, & in caſu confeſſionis, probant æc exempla, cum tota Scriptura: ſed mendicitatem vo-untariam, ad perfectionem ſupererogationis, quæſitam, & voto firmatam, nullum exemplum, aut teſtimonium Scripturæ confirmat, refutant multa. Refutatur etiam monachorum ipſorum veteri praxi: de quibus ſic ſcribit Sozomenus, lib. 6, cap. 28. *Serapion habuit ſub ſe monachorum irciter decem millia, quos omnes ſic inſtituit, ut propriis laboribus neceſ-aria conquirerent, & aliis quoque egenis illa ſuppeditarent.*

42. *Proteſt.* I. *Deut.* 15,4. Mendicitas prohibetur.

Bellarm. *Non prohibetur mendicitas, illis verbis: ſed promittitur anta ubertas rerum, ut nullus ſit futurus mendicus.*

Proteſt. Si hæc interpretatio concedatur (quæ tamen eſt liena) vel inde ſequetur, in populo Dei, nullos debere eſ-e voluntarios validos mendicos: quia promiſſionis & enedictionis Dei hic finis eſt & fructus: *ut nullus ſit futu-us mendicus.*

43. *Proteſt.* 2. Scriptura paſſim deteſtatur mendicitatem, ut cauſam multorum malorũ. *Prov.* 30. *Pſal.* 36 & 108.

Bellarm. 1. *Loquuntur hæc loco de involuntaria mendicitate.*

Proteſt. Loquuntur de ipſa mendicitate in ſe, quod debeat eſſe involuntaria, & non ſit optanda, aut vovenda, quia eſt miſeriæ & periculi plena.

Bellarm. 2. *Sapiens loquitur in perſona infirmorum, non perfectorum.*

Proteſt. Sapiens loquitur in ſua & omnium piorum perſona. Neque tamẽ ſunt Monachi ſtatim homines perfecti.

Bellarm. 3 *Loquitur de mendicitate quæ eſt expoſita periculo: qualis non eſt religioſorum mendicantium.*

Proteſt. Si monachi mendicantes nulli periculo exponantur, tum in illa mendicitate nulla virtus exercetur: nulla ſatisfactio, meritum, aut perfectio conſiſtit.

44 *Proteſt.* 3 Beatius eſt dare, quam accipere *Actor.* 20, 35.

Bellarm. *Cæteris paribus, beatius eſt dare omnia ſimul, propter Chriſtum, & accipere poſtea aliquid modicum, quam parum dare, & nihil accipere, &c.*

Proteſt. Nihil ad rem dicitur. Paulus enim ſimpliciter loquitur de largitione, & acceptione eleemoſynarum corporearum: & oſtendit ſe manibus laboraſſe, ut poſſit dare, quia beatius eſt dare.

45. *Proteſt.* Paulus improbat illam largitionem, quæ largitori adfert tribulationem. 2 *Cor* 8, 15.

Bellarm. *Paulus alloquitur homines ſeculares, uxoratos &c.*

Proteſt. I. Alloquitur omnes ſanctos qui fuerunt Corinthi, & in Achaja: ſicut apparet ex epiſtolæ inſcriptione. II. Ex Bellarm. interpretatione, non voluit ſeculares fieri mendicos: atque adeo noluit Monachos mendicantes.

46. *Proteſt.* Qui ſe ſponte redigit ad mendicitatem, exponit ſe periculo: tentat Deum: & abjicit a ſeſe panem illum quotidianum quem petere debet.

Bellarm. 1. *Exponeret ſe tali periculo, niſi probabiliter ſciret, ſe nihil poſtea inventurum.*

Proteſt. Poteſt non probabiliter tantum ſed & certo ſcire, ſe nihil inventurum honeſte.

Bellarm. 2. *Non tentat Deum, quia medium ordinarium ad vitam eſt cibus & potus, ſive ſit proprius, ſive donatus ab alio.*

Proteſt. Sed medium ordinarium cibi & potus acquirendi, non eſt mendicatio.

Bellarm. 3. Tales maxime dicere poſſunt, *da nobis panem noſtrum:* quia Chriſtum ſequentes omnia reliquerunt.

Proteſt. Potius abjecerunt quæ a Deo in Chriſto acceperant, mediis honeſtis; atque adeo non poſſunt cum

bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ona conſcientia petere, ut accipiant illa mendicando.

47. *Proteſt.* Validi monachi ſponte mendicantes, injuiam faciunt veris pauperibus.

Bellarm. *Tum Clerici etiam & Monachi: qui accipiunt in eleeoſynam reditus multorum millium aureorum, injuriam etiam faciunt eris pauperibus.*

Proteſt. Concedimus totum: ſi accipiant eleemoſynas, c non ſint veri pauperes: ſed miniſtrorum ſtipendia non unt eleemoſynis annumeranda.

LIBER QVINTVS.

DE PVRGATORIO.

Quæſtio eſt, an ſit locus quidam, in quo tanquam in carcere, poſt hanc vitam purgantur animæ, quæ in hac non plene purgatæ fuerunt, ut nimirum ſic purgatæ in cælum ingredi valeant.

CAPVT I.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

Bellarm. *Ex teſtamento veteri, primus locus purgatorium probans, eſt. 2 Machab. cap 12. ubi poſtquam Scriptura narravit Iudam Machabæum miſiſſe Hieruſalem, ut ſacrificia offerentur pro mortuis, ſubjungit: ſancta ergo & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.*

Proteſt. I. Teſtimonium iſtud non petitur ex teſtamento veteri: quia libri Machabæorum nunquam veteri populo Iudaico traditi fuerunt, aut ab iis recepti ut canonicæ Scripturæ partes: neque etiam poſt Chriſtum Hieronymi ætate fuerunt ab Eccleſia Chriſtiana recepti, ſicut Bellarm. ipſe fatetur, de verbo Dei *lib.* I, *c.* 10. Cum igitur primus hic ſit locus teſtamenti veteris, qui purgatorio favet, & tamen in teſtamento illo non continetur, pro confeſſo, jure habemus, purgatorium Pontificium nullum fundamentum habere in vet. teſtamento. II. Factum ipſum inde nullam affinitatem habet cum purgatorio: quia preces & ſacrificia potuit offerre, & obtuliſſe videtur, pro peccato commiſſo, quatenus viventibus potuit eſſe noxæ, ſicut alterum illud Achanis fuiſſe olim intellexit ex *Ioſ.* 7,3. Iudicium quod Iaſon de illo facto fert, neque ullam auctoritatem habet divinam, ſicut antea fuit demonſtratum: neque pro purgatorio Pontificio neceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

neceſſario facit. Quamvis enim laudet orationem & expiationem pro mortuis; potuit tamen hoc facere ex tali aliquo errore, qualem Pontificios quoſdam, Præpoſitivum, Auguſt. de Anchona, Cantorem Pariſienſem, Stephanum Cantuarienſem, Guilielmum Altiſiodorenſem, & Albertum magnum erraſſe narrat Gabriel Biel, de *can. miſſæ lect.* 56. *viz. quod hominibus defunctis & perpetuæ damnationi aſcriptis, Eccleſiæ ſuffragia aliquo modo proſint.* Potuit etiam idem judicium facere, ex errore illo in quo Patres varii hærebant, (qui tamen pro defunctis orabant) purgandos eſſe homines igne conflagrationis, in ultimo die judicii. Suarez in *Thom. p.* 3. *q* 52. *a.* 6. *diſp.* 57. *ſ.* 1. *Six. Senenſis. Bibl. lib.* 16. *an.* 345.

2. Bellarm. *Præter hunc locum, ſunt alia quædam, in veteri teſtamento, quæ ſolum probabiliter ſuadent, Purgatorium eſſe.*

Proteſt. Quæ ſolum probabiliter ſuadent, nihil probant, nihil clare de veritate Dei teſtantur, nullam fidem divinam poſſunt nobis ingenerare, & quæ Bellarm. ipſe fatetur eſſe tantum probabilia, tam probabile eſt illa nihil ad rem pertinere, ut otioſum eſſet in eorũ examine morari.

3. Bellarm. *Matt.* 12, 32. *Quoddam peccatum eſt quod non remittitur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro ergo quædam peccata remittuntur in futuro ſeculo, per orationes & ſuffragia Eccleſiæ.*

Proteſt. Non ſequitur.

Bellarm. *Non ſequitur ſecundum regulas Dialecticorum, ſed ſequitur ſecundum regulam prudentiæ: quia alioqui faceremus Dominum ineptiſſime loquutum.*

Proteſt. Neque hoc ſequitur, ſecundum regulas Dialecticorum: quia prudenter, non inepte, quod apud Marcum *cap.* 3, *verſ.* 29. ſimpliciter dicitur in *æternum*: apud Matthæum per diſtributionem declaratur; *neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Sic Paulus, non inepte, quod *Eph.* 4, 10. dicitur ſimpliciter *ſupra omnia*, declarat per diſtributionem ſimilem, *Eph.* 1. 21. *ſupra omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.*

Bellarm. *Matthæus non debet exponi per Marcum, ſed potius Marcus per Matthæum, qui pluribus verbis utitur.*

Proteſt. Vbi nulla eſt diſſenſio, ibi nihil omnino intereſt, à quo petatur alterius expoſitio neque tamen prohibet quidquam, plura verba paucioribus aliquo modo explicari: neque pauciora ſunt illa verba Marci: *non habet remiſſionem in æternum, ſed tenetur æterno judicio.*

Bellarm. *Indicavit ſaltem Matthæus in futuro ſeculo dimitti aliqua peccata.*

Proteſt. Quamvis non poſſit hoc evinci, poteſt tamen concedi, ita ut nihil inde Purgatorio cedat lucri. Illa enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

enim eadem peccata quæ in iſthoc ſeculo fidelibus in occulto conſcientiarum ſuarum remittuntur in hoc ſeculo, palam remitti declarabuntur in ultimo die, tam ſententia publice pronuncianda quam effectis inde conſequuturis. Sic Bellarm. *cap.*5. affirmat illa *quæ fiunt in morte uniuſcujuſque, dicit fieri in noviſſimo judicio, quia tunc fient coram toto mundo manifeſtiſſime.*

4. Bellarm. *Secundus locus eſt difficillimus, quinque enim difficultates circa illum occurrunt, quæ ſunt ſolvendæ.*

Proteſt. Suſpicionem magnam ſuſtinet Purgatorium, ex hujuſmodi probationibus: quarum aliæ (fatente Bellarm.) petuntur ex libro veteris teſtamenti, à veteri populo Dei nunquam recepto: aliæ *probabiliter tantum ſuadent:* aliæ *nullam habent conſequentiam, ſecundum regulas Dialecticorum:* aliæ vero *ex difficillimis locis totius Scripturæ.* Purgatorium ſane ipſum in magna probationum difficultate, inopia, vel egeſtate verſetur oportet, cum tantas anguſtias præ ſe fert ac profitetur: Neque certe à Bellarm. quidquam ſublevatur, in difficultatum harum ſolutione.

5. Bellarm. 1. *Architecti hic ſunt ſoli Doctores & prædicatores Euangelii.* 2. *Nomine fundamenti, intelligitur Chriſtus à primis prædicatoribus annunciatis: nomine vero auri, argenti, &c. intelligitur doctrina ſalutaris: & nomine ligni, fœni &c. intelligitur doctrina, non hæretica, vel mala, ſed tamen curioſa, inutilis, ſupervacanea.* 3. *Per diem Domini, intelligitur dies ultimi judicii.* 4. *Per ignem purgantem verſ.*13. *intelligitur ſeverum & juſtum judicium Dei.* 5. *Per ignem verſ.*15. *intelligitur pœna purgatoria. Hic igitur eſt ſenſus totius hujus loci: Dies Domini per ignem conflagrationis declarabitur, & ſicut ipſa dies per ignem declarabitur, ita eadem dies manifeſtabit per ignem, nimirum judicii, uniuſcujuſque opus, & ſicut opera per ignem manifeſtabuntur, ita etiam operarii qui purgatione egebunt, per quendam ignem purgabuntur.*

Proteſt. De duabus primis aſſertionibus non repugnamus: ſed in reliquis, nihil apparet præter fœnum, & ſtipulam, vel fumum potius ad lucem obſcurandam. I. De die *Domini* nihil dicitur in textu, ſed tantum de die. II. Dies illa non poteſt eſſe dies judicii noviſſimi, ſecundum interpretationem Bellarm. quia antecedit ignem illum quem Purgatorium eſſe contendit. III. Ignis probans quale ſit cujuſque opus, unum & idem eſt cum die cujuſque opus declarante. IV. Si ignis purgans non ſit Purgatorium, tum certe fruſtra quæritur in iſto textu. V. Ignis *verſ.*15. per quem ſervantur operarii, non poteſt eſſe Purgatorium: quia ſequitur diem illam, quæ Bellarm. interprete eſt dies judicii, ultra quam, Bellarm. ipſe fatetur nullum futurum Purgatorium. VI. Ex igne

reve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

revelante, probante, & tranſitum difficilem præben
quæ tria ſunt effecta unius & ejuſdem ignis, tres ign
fingere, in una eademque ſententia, hoc plane violentu
eſt & coactum, neque tamen verum eſt, quod Bellar
dicit: *ſe cogi ab ipſo textu ad æquivocationem, non unam, ſed duas a*
mittendas: Purgatorii defendendi ſtudium vim hanc ip
fecit contra textum: ſimilem coactionem non potuit
ſtendere in tota Scriptura, nam 2 *Cor.* 5,21. (quem locu
objicit) præterquam quod nulla ſpecies ſit duplicis æqu
vocationis, vox *peccati* uno & eodem ſenſu recte pote
accipi, ut differentia ſit tantum in phraſibus, *noviſſe pec*
tum & fieri pro nobis peccatum: & Rom. 8,3. nulla varietas
in ſignificatione ejuſdem vocis, *peccati.* VII. Metaphr
ſis loci a Bellarm. formata, eſt prorſus inſipida, & inſu
ſa. Neque enim in textu, ulla ſit mentio diei *Domini*; n
que *declarationis* diei ullius *paßiva*; neque *manifeſtationis m*
lorum operum, ab eorum exuſtione diſtincta: purgationis operari
rum, ab operum exuſtione diverſæ neque denique per
gnem purgandos operarios dicitur, ſed *quaſi per ignem ſ*
vandos. Vbi etiam illud *quaſi* manifeſte notat ignem m
taphoricum: quia nulla ratio reddi poteſt, cur iſtiuſm
di particula adhiberetur, ſi verus ignis intelligeretu
præſertim cum idem ille ignis (ex confeſſione Bellar
hac ſola phraſi, in tota ſententia indicatur.

6. Bellarm. *Tertius locus eſt* 1 *Cor.* 15,29. *quid facient qui b*
ptizantur pro mortuis? ubi Apoſtolus loquitur de Baptiſmo lacryma
& pœnitentiæ, qui ſuſcipitur orando, jejunando, eleemoſynas facie
do, &c. pro mortuis.

Proteſt. I. Quinque alias hujus loci expoſitiones no
ipſe Bellarm. quarum auctores laudat antiquos Patre
hujus autem veterem nullum proferre potuit approb
torem: imo inter ipſos Pontificios Purgatorii patrono
duo tantum aut tres inventi fuerunt tam audaces, ut
conati fuerint iſtum locum torquere. II. Nihil ex h
verbis elici poteſt pro Purgatorio, niſi conſtet primo, p
mortuos intelligi, neque beatos, neque damnatos, ſed m
dium genus mortuorum: ſecundo: illos mortuos
carcere purgari: & tertio, baptiſmo hominum viventiu
tales mortuos ſublevari: quorum tamen nihil eſt, qu
ulla ratione demonſtrari poteſt.

Bellarm. 1. *Baptizari paßim in Scriptura & Patribus accipi*
pro affligi.

Proteſt. Nuſquam in tota Scriptura accipitur pro or
tione, aut eleemoſynarum erogatione, aut afflictione t
voluntaria, quali Pontificii dicunt mortuos juvari.

Bellarm. 2. *Ipſa pœna Purgatorii, à Scriptura, & Patrib*

voca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vocatur Baptiſma. Mat.3,11. baptizabit vos Spiritu ſancto, & igne.

Proteſt. Purgatorium igitur eſt unum ex maximis Chriſti beneficiis & ſacramentis: ante Chriſti adventum non exiſtebat, nunc autem pertinet ad omnes qui Spiritu ſancto Baptizantur.

7. Bellarm. *Quartus locus eſt, Mat. 5,25. Luc. 12,58. ubi per viam intelligitur præſens vita: per Adverſarium, Dei lex, ſive Deus ipſe: per Iudicem, Chriſtus, per tortorem, Angeli boni, vel Dæmones: per carcerem infernum: per noviſſimum quadrantem, minuta peccata, quorum ſolutio facienda eſt, vel in Gehenna, vel in Purgatorio.*

Proteſt. I. Si omnia iſta quæ Bellarm. poſtulat ſibi dari, gratis ipſi concedantur, præter ultimum illud, in quo principium ipſum petit, *vel in Purgatorio*, nihil ex hoc loco concludere poteſt. II. Tota expoſitio iſta textus, eſt aliena. Nam 1. Allegoriam fingit ſine neceſſitate. Et ex Allegorico ſenſu, fidei dogma confirmat, contra regulam à Bellarm. traditam, de verbo Dei, *l.3, c.3.* 2. Negligit ſeriem contextus apud Mat. ubi manifeſte refertur iſta ſententia ad interpretationem ſexti præcepti. 3. Hominem ſtatuit in via una cum adverſario, qui non eſt in via. 4. Peccata facit impenſas. 5. Cuſtodiam ipſam, & ejus miſeriam, in ſolutionem convertit. 6. Vnius carceris nomine & Purgatorium & Gehennam comprehendit, ita ut *donec* ſimul ſignificet *nunquam* & *aliquando.*

8. Bellarm. *Quintus locus eſt Mat.5,22. ubi tria genera peccatorum & pœnarum diſtinguuntur: & damnatio æterna ſolum tribuitur tertio generi peccatorum: ergo reliqua temporalibus pœnis puniuntur poſt hanc vitam.*

Proteſt. I. Ex iſthoc loco, vel duo Purgatoria erui debent, vel nullum: duo enim genera pœnarum notat Bellarm. ab æternis diſtincta. II. Neque judicii, neq; Concilii vocabulum, ulla ratione convenit Purgatorio. III. Ne minima quidem in iſtis verbis, fit mentio, vel inſinuatio, alicujus purgationis, magis quam in Gehenna.

9. Bellarm. *Sextus locus eſt Luc.16,9. facite amicos, qui recipiant vos in æterna tabernacula.*

Proteſt Quocunque modo recipiuntur benefici in æterna tabernacula, recipiuntur *cum deficiunt*, id eſt cum moriuntur: ex iſta vita non ex Purgatorio.

10. Bellarm. *Septimus locus eſt Luc.23,42. memento mei, dum veneris in regnum tuum.*

Proteſt. Poteſt Chriſtus eorum meminiſſe qui non ſunt in Purgatorio.

11. Bellarm. *Octavus locus eſt Act.2,24. ſolutis doloribus inferni: id eſt, doloribus animarum Purgatorii.*

Proteſt. Hac ratione Chriſtus ipſe in Purgatorium detrudetur:

trudetur : quod enim ipſemet Chriſtus huic inferno, v
morti, fuerit ſubjectus clarum eſt ex ratione appoſit
quia fieri non poterat, ut ipſe ab ea retineretur.

12. Bellarm. *Nonus locus eſt Phil.2,10. cui ſimilis eſt Apoc. 3,13. ſed per illud (infernorum) non improbabiliter intelliguntur D mones, & per creaturas Apoc.5,13. poſſunt intelligi res inanima, verſ.3.* Patres qui erant in *limbo.*

Proteſt. Præter ultimum iſtud, de limbo, accipimus qu dat Bellarm. & ex iis ad antecedentia reſponſa acceder tibus, certiſſime concludimus, Purgatorii fundamentu nullum in tota Scriptura comparere. Hoc etiam fatent non pauci, nec ignobiles Pontificii, qui omnia illa quæ Purgatorium ſpectant, traditioni non ſcriptæ referre ſ lent accepta.

13. Bellarm. *Aſſeritur Purgatorium ex Conciliis.*

Proteſt. Nullum veſtigium Purgatorii apparet in ul Conciliorum generalium antiquorum. Neque ullum g nerale Concilium in iſtam ſententiam à Bellarm. citatu præter nupera illa, Lateranenſe, Florentinum, & Tride tinum : quorum antiquiſſimum celebrabatur circa a Dom. 1215. Quin autem inter primas corruptelas irr pſerint in Eccleſiam ſuperſtitiones quædam circa mo tuos, ex quibus tandem Purgatorium Pontificium co ſtruebatur, hoc nos non negamus.

14. Bellarm. *Aſſeritur Purgatorium, teſtimoniis Patrum.*

Proteſt. I. Ex primis illis, & purioris ævi Patribu Ignatio, Iuſtino, Irenæo, Clemente Alexandrino, nulla umbram teſtimonii proferre potuit Bellarminus ad Pu gatorium ſpectantis. II. Primus inter Patres, qui men tionem facit Purgatorii talis fere qualem Pontificii v lunt, fuit Tertullianus, qui iſtam traditionem commen datam ſibi fatetur à Montavo Hæreſiarcha, ſic enim il lib. de anima cap. ult. *cum carcerem illum, quod Euangelium d monſtrat, inferos intelligimus, & noviſſimum quadrantem, modicu quodque delictum, mora reſurrectionis illic luendum interpretamur, n mo dubitabit, animam aliquid penſare penes inferos, ſalva reſurrecti nis plenitudine, per carnem quoque. Hoc etiam Paracletus (id eſt Mo tanus Hæreſiarcha) frequentiſſime commendavit, ſi quis ſermones ej ex agnitione promiſſorum chariſmatum admiſerit.* Hoſce ſermon aliquo modo palliatos, & fucatos receperunt poſtea mu ti : primo dubitanter, & confuſe : poſtea vero ut certu fidei dogma. De iſthoc autem dogmate, multos Patru erraſſe fatetur Bellarm. *lib.2, cap.1.*

15. Bellarm. *Rationum, quibus Purgatorium aſſeritur; prin eſt hujuſmodi : Si quædam peccata ſint venialia, ſolaque temporali p na digna, & fieri poſſit, ut cum ſolis talibus homo decedat ex h*

vita

a , tum neceſſe eſt in alia vita poſſe purgari : ſed verum prius : ergo.

Proteſt. I. Negatur conſequentia : in ipſa diſſolutione ſſent ex miſericordia Dei , in Chriſto, deleri, etiam in bitanea morte. Neque quiſquam fidelis eſt , quin vir- aliter ſaltem voluntatem habeat averſam ab omni pec- to. II. Negatur aſſumtio : quia omne peccatum di- ium eſt morte illa æterna, quæ ſtipendium eſt peccati , *Rom.6, verſ 23.*

Bellarm. 1. *Iac.1,15. deſcribitur peccatum veniale, ex imperfe- one actus.*

Proteſt Deſcribitur peccatum mortale ab ejus cauſis , æ niſi in ſeſe mortiferam vim haberent , tale effectum inquam generarent.

Bellarm. 2. *1 Cor.3. ligna, fœnum, ſtipula ſunt peccatum ve- ile, ex levitate materiæ.*

Proteſt. I. Levitas materiæ quæ iſtis phraſibus indica- r,opponitur proprie gravitati argenti, & auri,non ſce- ris alicujus gravis. II. In materia leviſſima grave ſæ- admittitur peccatum.

Bellarm. 3. *Intelligibile non eſt, quomodo verbum ocioſum, ex na- ra ſua, dignum ſit perpetuo odio Dei.*

Proteſt. Otioſum illud verbum quod eſt proprie pecca- im, averſio eſt a dilectione Dei , atque adeo meretur o- ium : ſicut autem illa averſio eſt ſua natura perpetua , c & odium quod meretur. Hoc æque eſt intelligibile , perfectio Dei, & legis ejus.

16. Bellarm. *Cum reconciliantur Deo peccatores,non dimittitur nper cum peccato, tota pœna temporalis. At ſæpe fit, ut moriturus a- iuis non ſatisfecerit pro temporali illa pœna. ergo neceſſario ſtatui de- t Purgatorium.*

Proteſt. I. Remiſſio culpæ,eſt condonatio pœnæ. Pœ- a igitur omnis , quatenus eſt maledictio , a juſtitia Dei indicativa proficiſcens, condonatur iis, quibus remitti- ir culpa. II. Sicut peccatum ipſum aliquo modo in ac vita manet poſtquam eſt remiſſum , ſed non ſub ea- em ratione qua antea, ſic etiam pæna aliqua peccati ma- et , ſed ſub alia ratione , ut medium ſcil. alicujus boni, on ut proprie dicta vindicta, aut ſatisfactio debita juſti- æ Dei.

Bellarm. *Mors manet communis : & accedit ſæpe mors violenta.*

Proteſt. Novit Deus , quamlibet mortem temporalem i vitæ medium commutare.

17. Bellarm. *Communis eſt opinio omnium Gentium , Hebræo- m, Mahumetanorum , Gentilium, Philoſophorum, & Poetarum.*

Proteſt. Non eſt opinio omnium Philoſophorum , & oëtarum , nedum omnium Hebræorum, II, Æque &

magis multo communis eſt opinio omnium gentium
hæreſis Pelagiana.

18. Bellarm. *Apparitiones animarum ex Purgatorio venienti[um] idem teſtantur.*

Proteſt Sed quis teſtabitur de iſtis apparitionibus quod non fuerint vel fabulæ fictæ, vel Satanæ illuſiones homines fuerunt, ac decipi potuerunt, vel optimi eoru[m] penes quos eſt fides harum narrationum.

19 Bellarm. *Opinio illa quæ tollit Purgatorium, homines fa[cit] ſocordes in peccatis cavendis, & bonis operibus faciendis.*

Proteſt I. Si Purgatorii prædicatio, tam neceſſaria eſſe[t] ad ſocordiam tollendam, Prophetæ & Apoſtoli iſtam do[ctrinam] ctrinam clare tradidiſſent. II. Eadem plane ratione, præ[dicatio] dicatio gratiæ accuſabatur olim ab hoſtibus gratiæ, qua[ſi] mater eſſet ſocordiæ, *Rom.* 3,7 *&* 6,1. Sed reverta Purg[a]tòrii doctrina facit homines vel perplexos, ex incertitu[dine] dine eventus; vel ſecuros, ex ſpe auxilii ab aliis po[ſt] mortem ſuppeditandi.

CAPVT II.

Argumenta noſtra.

I. *Proteſt.* *Ezech.* 18,22. Cum averſus fuerit improbu[s] ab improbitate ſua, omnium iniquitatum ejus non reco[r]dabor. Sic *Iſ.* 43,12 Deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non recordor. Poſt remiſſione[m] igitur peccatorum (quæ illis verbis deſcribitur) null[æ] ſuperſunt peccatorum pœnæ nobis perſolvendæ.

Bellarm. *Non recordari iniquitatum, nihil aliud eſt, quam n[on] ſervare inimicitiam cum eo qui peccavit.*

Proteſt. At I. Bellarm. antea docuit *cap.7. ex Mat.* 5,2[5] Deum & legem Dei, *adverſarium* eſſe eorum qui in Purg[a]torium detruduntur, & ſeveriſſime cum ipſis ager[e]. II. Recordari iniquitatum, in Deo æſtimatur ex eff[e]cto: ſi autem pœnas peccatoribus infligat, & in hoc ſec[u]lo, & in futuro, nulla ratione dici poteſt peccata illa ob[li]vioni tradidiſſe. III. Si *omnium* iniquitatum oblivíſc[a]tur Deus, tum certe & venialium. IV. Non record[a]ri iniquitatum, eſt *tam longe illa à nobis amovere, quam longe ab[eſt] oriens ab occidente. Pſal.* 103,12. eorum igitur pœnæ ad n[os] pertingere non poſſunt.

Bellarm. 2. *Recordari iniquitatum, eſt quidem punire, ſed pun[ire] in æternum.*

Proteſt. Contraria plane eſt expoſitio in ipſis verbis fœ[deris] deris ac promiſſionis, de peccatis non recordandis *ampli[us]. Ierem.* 31,34.

2. *Proteſt.* Duo ſolum ordines hominum inveniuntur, *Matth. 25. venite benedicti: ite maledicti. Marc. ult. ſalvus erit: condemnabitur. Ioh. 3. non judicatur: judicatus eſt*, duo igitur tantum ſunt loca poſt hanc vitam.

Bellarm. 1. *In extremo judicio, duo tantum ordines fient: quia Purgatorium finem accipiet.*

Proteſt. I. Sed in extremo judicio, invenientur homines cum peccatis illis, quæ Bellarm. venialia vocat, & qui non ſatisfecerint plene pro temporali pœna mortalium. Impoſuit igitur nobis Bellarm. cum ſuadere voluit *cap.* 11. ex iſtis præmiſſis. Purgatorium neceſſario ſequi. II. Illos ordines proponit Chriſtus *Matth.* 25. qui diſtinguit *oves* & *hædos*, in hac vita, & poſtea in æternum. Si tertius ordo fuiſſet, & ſtatus tertius, tam horrendus ac purgatorium fingitur, non tacuiſſet illum Chriſtus in illa ſeparatione hominum, quam tot ſimilitudinibus, tam accurate deſcripſit, in admonitionem omnium, ut vigilarent, & ſibi caverent à malo.

Bellarm. 2. *Qui credit ſalvus erit, modo etiam addat cætera quæ requiruntur.*

Proteſt. I. Sic etiam qui non credit, alio modo quam Diabolus dicitur credere. *Iac.* 2, 19. ſalvus erit, modo addat cætera. II. Qui vere credit in Chriſtum, non tantum habiturus eſt, ſed *habet vitam æternam: Ioh.* 3, 36.

3. *Proteſt. Luc* 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Bellarm. 1. *Mors & confeſſio latronis illius, potuit juſte in plenam ſatisfactionem reputari.*

Proteſt. I. Abfuit ſacramentum Pœnitentiæ, & abſolutio tam à culpa, quam à pœna æterna. II. Bellarm. antea *cap.* 11. contendebat, *mortem non eſſe pœnam actualium peccatorum: & Deum injuſte acturum, ſi una & eadem pœna, puniret peccata magna, & parva, multa, & pauca.* Hujus autem latronis peccata fuerunt actualia, magna, multa: & mors ejus patienter tolerata, una cum confeſſione ſimili, in multis ſanctiſſimis Martyribus locum habet, qui nunquam tamen ſatisfactionem plenam in ſemetipſis quærebant.

Bellarm. 2. *Privilegia paucorum, legem non faciunt.*

Proteſt. I. Privilegium nullum à Deo conceditur, quod juſtitiæ ejus adverſatur. II. Non fuit privilegium paucorum: quia fluit ex recordatione illa Chriſti, quæ extenditur ad omnes fideles. *Domine, memento mei.*

4. *Proteſt. Nulla eſt condemnatio iis qui ſunt in Chriſto Ieſu. Rom,* 8. 1. ergo nec Purgatorialis.

Bellarm. *Nulla condemnatio eſt iis, id eſt, nullum peccatum contrahunt, ex motibus concupiſcentiæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Gratis hoc dicitur ſine ulla ratione, aut ſimilitudine veri. II. Explicat ſemetipſum Apoſtolus *verſ.* 33, 34 *quis intentabit crimina adverſus electos Dei? Deus eſt qui juſtificat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus is eſt, qui mortuus eſt.*

5. *Proteſt.* 2 *Cor.* 5, 1. *Si domus iſta diſſolvitur, habemus domum æternam in cælis.* Poſt mortem igitur pii homines ſtatim transferuntur in cælum.

Bellarm. 1. *Paulus id ſolum aſſerit, non patere domum cæleſtem ante mortem, ſed poſt mortem.*

Proteſt. Paulus ipſe interpretatur *verſ.* 2. *ſuperindui domicilio verſ.* 4 *ut abſorbeatur mortalitas à vita. verſ.* 8. *adeſſe apud Dominum.*

6 *Proteſt.* 2 *Cor.* 5, 10. Vnuſquiſque reportabit congruenter ad id quod in corpore fecerit: ergo non eſt locus purgationi, poſt hanc vitam.

Bellarm. *Qui ſunt in Purgatorio, meruerunt in hac vita, ut etiam poſt mortem purgari & juvari poſſent.*

Proteſt. I. Si potuerint in hac vita mereri purgationem, vel ſatisfactionem, tum certe potuerunt etiam ſatisfacere: nullum enim datur meritum peccatoris abſque ſatisfactione pro peccatis. II. Qui purgantur apud inferos, recipiunt congruenter ad illud quod ibi perpeſſi ſunt: non tantum igitur ſecundum illud quod in corpore fecerunt. III. Si alii (ut Bellarm. loquitur *cap.*6.) baptizentur pro mortuis, affligentes ſe oratione & jejunio, & ſumant in ſe partem illius baptiſmi ignei, quo animæ baptizantur in Purgatorio, tum accipiunt illæ animæ, ſecundum id quod alii in corpore agunt & patiuntur.

7. *Proteſt.* *Apoc.* 14, 13. Mortui in Domino à modo requieſcunt à laboribus ſuis.

Bellarm. 1. *A modo non ſignificat à morte unius cujuſque, ſed ab extremo judicio.*

Proteſt. Subterfugium iſtud ſatis detegitur, ex illis verbis Prophetæ. *Iſ.* 57. Iuſti cum moriuntur, ingrediuntur pacem, & requieſcunt in cubilibus ſuis.

Bellarm. 2. *Qui diſcedunt cum peccatis venialibus, aut cum debito pœnæ alicujus, non ſimpliciter moriuntur in Domino, ſed partim in Domino, & partim non in Domino.*

Proteſt. Invenimus igitur tandem qui & quales ſint Purgutorii hæredes, ii ſcilicet qui partim ſunt in Chriſto, & partim non ſunt: id eſt ſunt partim electi, & partim reprobi: partim Chriſto uniti, partim non: partim in cælo, & partim non in cælo: cives plane Vtopiani.

8. *Proteſt.* Poſt remiſſam culpam, meritum ſufficiens & infinitum, nulla remanet pœna ſolvenda, ſed remit-

titu

itur culpa, per meritum Chriſti ſufficiens & infinitum. Ergo nulla remanet pœna in Purgatorio ſolvenda.

Bellarm. I. *Mortem patimur, poſt culpam remiſſam.*

Proteſt. Non patimur mortem, aut aliud quidquam, ut pœnam ſatisfactoriam, ſed ut medium gloriæ Dei, & ſalutis noſtræ, ſecundum diſpenſationem ſapientiæ divinæ. Qui à Pontificiis habentur perfecte juſti, mortem tamen patiuntur.

Bellarm. 2. *Chriſti meritum, per opera ſatisfactoria applicatur, ad tollendam pœnam temporalem.*

Proteſt. Hoc eſt, meritum Chriſti applicatur per pœnas temporales, ad tollendas pœnas temporales, cur non applicatur etiam per culpam, ad tollendam culpam; pœna iſta temporalis non eſt ſacramentum à Chriſto inſtitutum. Nullam relationem habet inſtrumenti ad merita Chriſti. Provenit ſua natura non à gratia, ſed à juſtitia Dei: & tendit in creaturæ perditionem. Nulla hic vel minima ſpecies, vel umbra virtutis applicantis.

9. *Proteſt.* Si nos ſatisfacimus Deo pro peccatis noſtris, tum dividimus cum Chriſto honorem, ita ut ille non ſit ſolus redemptor noſter, ſed & nos ex aliqua parte. Hoc autem nefas eſt dicere.

Bellarm. I. *Si de verbis agitur Scriptura aperte dicit hominem eſſe ſui ipſius redemptorem & ſalvatorem, Dan. 4, 27. Phil. 2, 12.*

Proteſt. I. De verbis non agitur, ſed de maxime re gravi, honore ſcilicet Chriſti. Si tamen de verbis agendum eſſet Bellarm. ipſe non affirmabit, vel Purgatorii, vel ſatisfactionis pro peccatis Deo à peccatore præſtitæ, mentionem ullam fieri in tota Scriptura. II. Neque redemptor, neque ſervator dicitur homo ſui ipſius, in ulla parte Scripturæ, merito, & ſatisfactione: quamvis ſervare ſemetipſos dicantur fideles viam illam inſiſtendo, in quam merito & ſatisfactione Chriſti transferuntur.

Bellarm. 2. *Nec propterea ulla fit Chriſto injuria, ſiquidem tota virtus operum & ſatisfactionis noſtræ, à Chriſti ſanguine pendet, & id quod facimus, Spiritus ejus in nobis operatur: ſicut nihil detrahitur Deo, quod per ſecundas cauſas operatur: imo potius additur ad gloriam ejus.*

Proteſt. I. Imo maxima fit Chriſto injuria. 1. Quia hac ratione non eſſet in ſeſe perfectus redemptor: cum tamen *unica oblatione, in perpetuum conſummavit eos qui ſanctificantur, Hebr.* 10, 14. 2. Quia non eſſet unicus redemptor, neque munus iſtud haberet ſibi proprium, & aliis incommunicabile: cum tamen *unicus ſit Mediator, 1 Tim.* 2, 5. 3. Quia Chriſto ferente pœnas peccatis noſtris debitas, Deus tamen non ita eſſet placatus, quin rurſus à nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eorundem peccatorum pœnas expoſceret: cum tamen
omnis *correctio pacis noſtræ ſit ſuper eum, Iſ.53.5.* 4. Quia non
purgaret nos per ſemetipſum ab omni peccato: contr
quam dicitur, 1 *Ioh.* 1,7. 2. Chriſtus per Spiritum ſuum
nihil in nobis operatur, niſi virtute ſatisfactionis plana
Deo, antea pro nobis præſentatæ. Neque quidquam pe
nos facit, quod ipſemet antea ſatis & perfecte fecit
III. Per cauſas ſecundas Deus non operatur creatio-
nem ex nihilo. Sed ſatisfactio & redemtio, eundem lo-
cum habet in ordine gratiæ, quem creatio habet in ordi-
ne naturæ.

10. *Proteſt.* Si nos Deo ſatisfaciamus pro peccatis, tum
hæc ſatisfactio noſtra, vel una vel duæ ſunt ſatisfactio-
nes, una Chriſti, & altera noſtra. Sed neutrum horum
conſiſtere poteſt.

Bellarm. *Vna tantum eſt actualis ſatisfactio, & ea eſt noſtra.*

Proteſt. Iam ſine ænigmatibus loquitur Bellarm. ne
que opus habet Oedipo. Vnica ſcilicet ratione, actu ſa
tisfieri Deo affirmat, pro peccatis ſaltem venialibus, &
pœnis temporalibus, (ultra enim non extendemus quo
ille pronunciat indefinite) & illam ſatisfactionem eſſ
proprie ac immediate noſtram, non Chriſti. Excluditu
igitur Chriſtus à ſatisfactione pro quibuſdam ſaltem pec
catis & pœnis facienda.

Bellarm. *Non excluditur Chriſtus, vel ſatisfactio ejus: nam
per ejus ſatisfactionem habemus gratiam, unde ſatisfacimus.*

Proteſt. I. Hac ratione Deus pater, & Spiritus Sanctu
dici poſſint pro nobis ſatisfacere, quia a Deo patre, pe
Spiritum habemus omnem gratiam. II. Hac etiam ra
tione ſatisfactio Chriſti, nullam aliam relationem habe
ret ad peccata noſtra, & eorum pœnas, quam ad oper
bona qua bona ſunt, per ſatisfactionem enim Chriſti ha
bemus gratiam, unde bene operamur.

11. *Proteſt.* In Purgatorio (ex Pontificiorum confeſ
ſione) non eſt meritum: ergo neque ſatisfactio.

Bellarm. 1. *Negatur conſequentia: nam ad ſatisfactionem re
quiritur, ut opus quod fit, ſit pœnale, quod non requiritur ad meritum*

Proteſt. Sequitur hinc, poſſe eſſe meritum ſine ſatisfa
ctione: ſed nullo modo ſequitur, poſſe aliquem ſatisfa
cere, qui non poteſt mereri: debet enim oſtendi aliqui
ad meritum requiri, ſupra illud quod neceſſarium eſt a
ſatisfactionem.

Bellarm. 2. *Ad meritum requiritur libertas, quam ſequitu
laus, id quod non requiritur ad ſatisfactionem.*

Proteſt. I. Libertas vel maxime requiritur ad ſatis
factionem peccatum tollentem, aut favorem ejus i

quen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

uem peccatum fuit, conciliantem. Sic Thom. 1, 2. uæſt. 87. art. 6. *Voluntas hominis debet ordinem divinæ juſtitiæ cceptare: unde pœna ſatisfactoria eſt ſimpliciter voluntaria.* Damati igitur in inferno, *ſatis pati*, potius quam ſatisfacere icuntur, apud Cajetanum, ibid. II. Libertas etiam ribuitur iis qui ſunt in Purgatorio ab ipſo Bellarm. dum ribuit ipſis *actus dilectionis & patientiæ*, cap. 14. lib. 2. cap. 15. on *incredibile* eſſe contendit, *etiam animas Purgatorii pro nobis rare, & impetrare.*

Bellarm. 3. *Requiritur præterea ad merendum, ſtatus viæ,*

Proteſt. I. Nulla ratione magis hoc requiritur ad merium, quam ad ſatisfactionem placantem. II. Animæ Purgatorii ſunt in via: quia viam ſibimetipſis facere dicuntur, per ſatisfactionem ſuam, ad patriam, vel gloriam.

12. *Proteſt.* Ejus eſt a culpa reſurgere, cujus eſt in culpam incidere. Sed poſt hanc vitam animæ fidelium non poſſunt incidere in culpam. Ergo neque reſurgere.

Bellarm. *Major eſt vera tantum in mortalibus.*

Proteſt. In venialibus igitur non eſt eadem via Thebis Athenas, quæ eſt Athenis Thebas. Eſt enim ſtatus in quo peccator non poteſt peccare.

13. *Proteſt.* Peccata omnia remittuntur per pœnitentiam: ſed poſt hanc vitam non eſt pœnitentia: ergo neque remiſſio.

Bellarm. *In Purgatorio bene poteſt eſſe diſplicentia peccati ex caritate.*

Proteſt. Pœnitentia eſt tantum in via. Animas autem Purgatorii, negavit modo Bellarm. eſſe in via.

14. *Proteſt.* Pœna eſt propter culpam: & creſcente culpa, creſcit pœna: decreſcente culpa, decreſcit pœna: ergo remota culpa removetur pœna: atque adeo nullæ pœnæ ſolvendæ manent in Purgatorio, pro peccatis in hac vita remiſſis.

Bellarm. *Pœna pendet à culpa, in fieri, non in eſſe: etiam ob culpam præteritam debetur pœna.*

Proteſt. I. Contra plane, paulo ante, in hoc ipſo cap. 14. diſputabat Bell. adverſus Scotum: *ſine ullo dubio peccatum relinquit in homine præter reatum pœnæ, etiam maculam, aut aliquid ſimile, per quod dicatur homo formaliter peccator, & dignus pœna.* Si dignitas pœnæ maneat, ubicunque pœna infligitur (quod ipſa juſtitia requirit) tum certe culpa aliquo modo manet: & ſi pœna pendeat ab illa dignitate *in eſſe*, tum etiam culpa. Nulla enim eſt dignitas pœnæ præter culpam. II. Culpa quæ quoad actum eſt præterita, quoad relationem, ſemper manet, uſque dum condonatione tollatur. III. Qui exigit pœnam peccati remiſſi, is exigit

ſolutionem debiti remiſſi. Peccata enim ſunt debit popter pœnam ſolvendam. IV. Pœna ſemper ſi juſt ſit, menſuram habet a culpa: non poteſt igitur juſt diſpenſari, ſi culpa plane tollatur.

LIBER SEXTVS.

DE CVLTV SANCTORVM.

CAP. I. *De Canonizatione.*

Quæſtio 1. eſt, an Sancti recte ab Eccleſia canonizentur id eſt, an recte quidam homines defuncti a Pontific Romano ſolenniquodam ritu, cæremonia, & decre to, in illum gradum efferatur, ut 1. Publice deinceps a omnibus ſingulari modo Sancti habeantur, & vocen tur; 2. Vt in publicis Eccleſiæ precibus invocentur 3. Vt templa & aræ in eorum memoriam Deo dicen tur; 4. Vt ſacrificia in eorum honorem publice De offerantur; 5. Vt dies Feſti in eorum memoriam ce lebrentur; 6. Vt imagines cum certo quodam lumi ne pingantur, & ad venerationem, in Eccleſiis, illuſtr loco ponantur; 7. Vt eorum reliquiæ pretioſis the cis includantur, & publice honorentur. Pontifici hoc affirmant: nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Deus voluit à Sanctis Scriptoribus annotari in par ticulari, glorioſam vitam & mortem eorum, qui tempore ipſorun floruerunt. Igitur credibile eſt eodem modo Deum velle ut dein ceps fiat.*

Proteſt. I. Quaſi nihil diſcriminis eſſet, inter annota tionem hujuſmodi, & canonizationem illam, quæ mo do deſcribebatur, Bellarm. unum pro altero, puerilite concludit. II. In tota Scriptura, ſeptem illos honores, ante memoratos, ulli mortalium, vel decretos, vel de latos nuſquam annotatur. III. Illis omnibus quorum vita & mors glorioſa in Scripturis annonatur, honore illos Pontificii Sancticolæ non ſolent deferre.

2. Bellarm. *Niſi ſciamus qui ſint veri Sancti, & qui non, non poſſumus eos colere ut oportet.*

Proteſt. Ex Scripturis docemur, quoſnam habere de bemus pro veris Sanctis.

3. Bellarm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

3. Bellarm. *Non poſſumus accendi ad imitationem Sanctorum, iſi in particulari ſciamus, qui ſint imitandi, & quid illi egerint, aut iſi ſint.*

Proteſt. I. Scimus in particulari, illos a nobis eſſe imiandos, quos videmus Chriſtum imitari. II. Septem lli honores non ſpectant omnes ad imitationem.

4. Bellarm. *Debemus nos Sanctis congaudere, & pro illorum loria, Deo gratias agere: quæ ſine particulari notitia fieri non poſſunt.*

Proteſt. Vel igitur Pontificii non faciunt quod debent: el particularem notitiam habent omnium Sanctorum, ui ſunt in gloria.

5. Bellarm. *Niſi judicio Eccleſiæ, certi Sancti proponerentur olendi, facile fieri poſſet, ut damnati pro beatis colerentur: ut accidit empore Sancti Martini.*

Proteſt. Hoc fieri nullo modo poteſt, in illa Eccleſia, uæ memor eſt legis illius: *Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ſervies:* apud alios, fœda hæc idololatria, per canonizationem Pontificiam, ex juſto Dei judicio, non avetur, ſed promovetur.

Quæſtio 2. eſt an credendum ſit, Pontificem Romanum non errare, in Sanctorum Canonizatione. Bellarm. affirmat: nos negamus. Bellarm. dicimus hoc affirmare, non Pontif. omnes: quia Cajet. in tractatu de indulgentiis, docet Eccleſiam in canonizatione Sanctorum errare poſſe: & probat etiam ex doctrina Thomæ. Et certe Thomas, quodlibet 9. art. 16. videtur plane eo inclinare. Certiſſimis enim argumentis contra Papæ infallibilitatem, nihil habet opponendum, niſi contrarium eſſe *pie credendum.* Melchior autem Canus, lib. 5. cap. 5. diſerte pronunciat *Eccleſiæ judicia, quæ ab incertis hominum teſtimoniis proficiſcuntur, infirma eſſe, ad certam & exploratam faciendam fidem, quale (inquit) illud eſt, quo Sanctum aliquem divorum catalogo adſcribendum cenſet.*

Argumenta Bellarmini.

6. Bellarm. *Si liceret dubitare, an Sanctus canonizatus ſit Sanctus, liceret etiam dubitare, an ſit colendus.*

Proteſt. Non ſequitur. Quia illa dubitatione non obſtante, certiſſimum eſt creaturam, ſive Sanctam, ſive non Sanctam, non eſſe religione colendam. Bellarmini tamen ſenſu, tam conſequentiam, quam quod inde conſequitur facile damus: hoc ſcilicet nomine dubitandum ſaltem an illi qui a Pontifice Romano, tanquam Sancti & Divi canonizantur, ſint religioſe colendi necne. Poſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſunt enim inter illos eſſe homines damnati, ex confeſſione Cajetani & Cani. *Nec differt* (ait Canus) *Diabolum colas, an hominem condemnatum.* Incerti igitur ſunt Pontificii in cultu multorum Sanctorum, utrum diabolum colunt necne.

7. Bellarm. *Fraudarentur non Sancti ſuffragiis vivorum. Nam pro canonizatis non licet orare: & viventes fraudarentur interceßionibus Sanctorum.*

Proteſt. Vel potius fraudes Diaboli & Pontificiorum circa mortuos,& vivos tanquam emortuæ evaneſcerent.

8. Bellarm. *Non canonizantur ordinarie, niſi claruerint magnis & certis miraculis.*

Proteſt. Talibus ſcilicet miraculis, quibus Legendæ Pontificiorum redundant.

9. Bellarm. *Magna præparatio, jejuniis, precibus, & inquiſitione, adhibetur, antequam Sancti canonizentur.*

Proteſt. Ex præparatione,promiſſionis verbo deſtituta, naſcitur ſuperſtitio, non concluditur directio certa.

10. Bellarm. *In canonizatione Sanctorum, nullus unquam error deprehenſus eſt.*

Proteſt. Hoc eſt Papa Romanus non fatetur ſe erraſſe.

Cap. II. *De Adoratione Sanctorum.*

Bellarm. Quæſtio tertia eſt, *An cultus aliquis, minor divino, & major civili, & mere humano, ſacris rebus, ſanctis Angelis, & hominibus debeatur?*

Proteſt. Non agitur de *gradu* majore vel minore, qui etiam inter homines variat, ſed de *ſpecie* altiore, id eſt, an cultus religioſus creaturis debeatur.

Argumenta Bellarmini.

Bellarm. 1. *Pſal.* 99, 5. *Adorate ſcabellum pedum ejus, quia Sanctum eſt. Hic cultus religionis præcipitur, arcæ præſtandus.*

Proteſt. Ad arcam, verſus arcam, coram arca. Deum adorandum fuiſſe tum temporis ex ſuo proprio inſtituto, fatemur,& hic ſenſus eſt verborum, ab interprete malè verſorum: ſicut *Heb.* 11, 21. cum in vulgari verſione legitur, *adoravit faſtigium virgæ:* Græce dicitur, *ſuper ſummitate baculi ſui.* Nam 1. cum arca in templo fuit collocata, non eo fine hoc factum legimus, ut adoraretur ipſa, ſed ut Deus adoraretur ad eam, aut verſus eam, 1. *Reg.* 8. 29, 30. II. Nullum exemplum aut praxis probata, in Scriptura commemoratur ipſius arcæ adoratæ. III. *Pſal.* 138. 2. diſerte ſic explicatur: *verſus templum, vel ad templum.* IV. In hoc ipſo *Pſal.* 99, verſu eodem explicatio habetur, *adorate in monte*

n monte ſecundum verſionem vulgarem : ubi Vatablus
ecte notat, *montem* idem ſignificare cum *ſcabello verſ* 6. Quæ
n contrarium objiciuntur, nullius ſunt momenti. Ar-
am tamen, & omnia ſacra cum reverentia tractanda fa-
emur.

2. Bellarm. *Adorationem exhibitam legimus Angelis, ab homini-
us piis. Angelis autem non debetur civilis honor, ſed religioſus.*

Proteſt. Imo vero, quamvis honor ille qui Angelis de-
betur, ſit gradu, & modo differens, ab eo qui hominibus
quibuſcum ordinarie verſamur, eſt tamen ejuſdem gene-
ris, & ſecunda Decalogi tabula præcipitur, non prima:
quia ſunt conſervi noſtri, *Apoc.* 22, 9.

3. Bellarm. *Saul adoravit animam Samuelis: Sam.* 28. *Abdias
Heliam: 1 Reg.* 18. *Filii Prophetarum Heliſæum: 2 Reg.* 2. *& Na-
buchodonoſor Danielem, Dan.* 2.

Proteſt. De Saulis, & Nabuchodonoſoris facto, non eſt
quod laboremus. Helias certe, & Heliſeus, ne quidem ex
Pontificiorum ſententia fuerunt religioſe adorandi, quia
nondum erant in Eccleſia triumphante. Quando princeps
aliquis honorem habet Epiſcopo, non religioſe (ut credi-
mus) illum adorat.

4. Bellarm. *Ethnici, Iudæi, Hæretici, ſemper accuſaverunt Chri-
ſtianos idololatriæ, propter cultum Sanctorum: quod certe non feciſſent,
niſi vidiſſent à Chriſtianis Sanctos paſſim religioſe coli.*

Proteſt. I. Non *ſemper* fuit crimen iſtud Chriſtianis à
ſuis hoſtibus intentatum: ſed poſtquam obſervationes
quædam invaluerant, a ſimplicitate prima declinantes.
II. Accuſati etiam antea fuerunt Chriſtiani, quaſi ido-
lolatræ eſſent in ſole colendo, quia verſus orientem pre-
cabantur, & diem ſolis vel Dominicum obſervabant.
Tertul. apol. 16. *Humanius, & veriſimilius ſolem credunt Deum
noſtrum,* non ſequitur inde tamen, eos religioſe Solem ad-
oraſſe, magis quam aſini caput: quod ipſis etiam fuit ob-
jectum. ibid. III. Patres qui ad iſtam criminationem
reſpondent, non concedunt, ſed pernegant ſe religioſe co-
luiſſe Sanctos, Euſeb. lib. 4, cap. 15.

5. Bellarm. *Si honor civilis debetur civili virtuti: ergo honor
pluſquam civilis debetur ſupernaturali virtuti: atque adeo Sanctis,
qui in iſtis virtutibus excellunt.*

Negatur conſequentia. Nam I. Honor non variatur
ſpecie, prout virtutes variantur, tum enim tot eſſent ſpe-
cies honoris, quot ſunt virtutis: quod nemo ſanus dixe-
rit. II. Supernaturalis virtus, non differt ſpecie a civili:
ſed eſt ſupernaturalis, quoad principium, & civilis, quoad
uſum quem habet erga concives. III. Hac ratione re-
ligioſus cultus exhibendus eſſet omnibus renatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Argumenta noſtra.

6.*Proteſt.* Honor religionis,non poteſt creaturis tribui: quia religio eſt cultus Dei.

Bellarm. *Cultus latriæ, non poteſt creaturis tribui: ſed eſt alius cultus, qui etiam dicitur religionis ſecundario, quo coli debent Sancti.*

Proteſt. I. Omnis religioſus cultus, continet in ſeſe actum aliquem, quo proteſtamur ſubjectionem religioſam animæ voluntatis,& conſcientiæ noſtræ, erga illum quem ita colimus. Hoc Bellarm. ipſe docet, *cap.* 12. At vero animam ſubjicere alicui creaturæ, eſt illam habere pro Deo. Aliud enim nullum eſt,ſubjectionis genus,quod Deo ſoli exhibetur. II. Religionis objectum, ſecundum Scholaſticos,& ipſos Ieſuitas,eſt *cultus Dei.* Sic enim definitur, apud Filincium, Ieſ. de caſ. conſc. tract. 23. *Religio eſt virtus moralis quæ debitum cultum Deo,tanquam primo rerum omnium principio exhibet.* Qui igitur creaturam religioſe colit, ſecundario, ille cultum Deo debitum ſecundario tribuit creaturæ. III. Religio adeo proprie reſpicit Deum,ut ipſos Ieſuitas aliquando pudeat dicere Sanctos religione coli, cum propter internam ſuam excellentiam coluntur. Filincius ibid. ex Thoma, Suarezio, & Leſſio *differt ejuſmodi dulia, vel obſervantia, à religione.* IV. Adeo tamen inſaniunt Pontificii, in ſua idololatria, ut cogantur defendere,cultu etiam religionis, & *latriæ,* poſſe coli Sanctos,& alias creaturas,*ob extrinſecam excellentiam Dei, ad quam illa habent aliquem reſpectum. Filincius ibid.* V. Futilis eſt tota hæc diſtinctio inter *latriam*, & *duliam,* religionem primariam, & ſecundariam: quia nullam differentiam inter duas iſtas ſpecies,oſtendere poteſt Bellarm. cap. 12. quoad actum internum voluntatis: aut quoad actus exteriores, (præterquam in ſacrificii commento) ſed tantum in apprehenſione intellectus ita ſubtili, ut à cultorum vulgo, non poſſit aliud exſpectari, quin illa deſtituti, Sanctos, & Deum eodem animo colant. Recte igitur obſervat & monet Ludovicus Vives in Aug. de civitate Dei, lib. 8, cap. 27. *Multi Chriſtiani in re bona plerumque peccant, quod divos divaſque non aliter venerantur quam Deum. Nec video in multis quod ſit diſcrimen inter eorum opiniones de ſanctis, & id quod gentiles putabant de ſuis diis.*

7. *Proteſt.* Pontificii ipſi concedunt, Sanctos non eſſe colendos *latria,* latria autem ſignificat cultum: ergo concedunt eos non eſſe cultu colendos, nam colere ſine *latria,* eſt colere ſine cultu. *Dulia,* etiam vel ſervitus cum ad Deum refertur, vel idem ſignificat quod latria, vel aliqua ratione majus quid; minus enim eſt colere aliquem, quam

ei ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ex cultu ſervire. *Latria* etiam, & *dulia*, ſignificatione onfunduntur, tam in Scripturis, quam apud profanos ctores.

Bellarm. 1. *Colere ſine latria, non eſt colere ſine cultu, ſed ſine ta- cultu.*

Proteſt. Sic etiam colere ſine cultu, poteſt ſophiſtice ex- icari: ſatis eſt nobis ſi concedatur, Sanctos non eſſe co- ndos tali (id eſt religioſo) cultu.

Bellarm. 2. *Secundum Scripturæ, & Eccleſiæ uſum latria eſt cul- s ſummæ ſervitutis, atque adeo major dulia, quæ cultus eſt cujuſlibet rvitutis.*

Proteſt. I. Vbi *latria*, & *dulia* ad eundem refertur, ibi nul- eſt differentia vel ſpeciei, vel graduum, in ſervitute ſi- nificata. II. Latria aliquando refertur ab homines: *Deut.* 28,48 *Lev.* 23,7. & dulia ad Deum: *Act.* 20,19. *Rom.* 2,11. 1 *Theſ.* 1,9. III. Dulia ex vi vocis magis proprie, tque adeo majorem notat ſervitutem. IV. Sanctorum ervi non ſumus.

Bellarm. 3. *Sumus Sanctorum ſervi imperfecte, quatenus illi nos ovent & juvant ad bene operandum exemplo, & interceſſione ſua.*

Proteſt. Non alia ratione, quam ſervi ſumus omnium iorum viventium: qui tamen non debent à nobis reli- ioſe coli.

Bellarm. 4. *Secundum uſum Scripturæ, latria fere nunquam ac- ipitur pro cultu, qui exhibetur creaturæ, ſecundum uſum autem Eccle- iæ, nunquam omnino.*

Proteſt. Neque *dulia* unquam omnino ſic accipitur, in otaScriptura, cum ſubjectionem religioſam notat.

Bellarm. 5. *Cur non licuit Eccleſiæ poſteriori, nova aliqua voca- ula invenire, aut ad novam ſignificationem applicare?*

Proteſt. De vocibus non contenderemus, ſi res ipſa, quæ ſtis vocibus palliatur, poſſet ex Scripturis oſtendi.

Bellarm. 6. *Dulia, qua colitur Deus, eſt dulia per excellentiam, & ſpecie diſtinguitur ab ea qua coluntur ſancti.*

Proteſt. I. Beata virgo colitur etiam à Pontificiis *hyper- dulia*, quæ eſt *dulia* per excellentiã. Bellarm. c. 12. II. Du- ia qua colitur Deus, ſi in ſua ſpecie ſit propria Dei, tum non magis poteſt ad creaturas ulla ratione transferri, quam latria. III. Si æquivoce dicatur de cultu Deo, & creaturis debito, ita ut nihil præter nomen, habeant commune, tum non conveniunt in communi natura reli- gionis: atq; adeo creaturæ nõ ſunt religioſa *dulia* colendę.

8. *Proteſt.* Deo ſoli ſervire debemus. *Deut.* 6,13 & 10,20. *Mat.* 4. 10. &c

Bellarm. 1. *Hæc intelligenda ſunt, de certo quodam genere ſervi- tutis, quod Deo ſoli convenit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Certum illud genus nullis aliis finibus, à generibus aliis diſterminatur, præterquam religionis.

Bellarm.2. *Diabolus. Mat.4 poſtulavit à Chriſto adorationem, in ſignum latriæ & proinde latriam: ac propterea à Domino illi fuit reſponſum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.*

Proteſt. I. Ex Bellarm. igitur ſententia, Dominus, illis verbis, non negavit duliam eſſe Diabolo exhibendam. II. Diabolus hac ratione fingitur a Domino poſtulaſſe, ut agnoſceret ipſum, *primum principium, ultimum finem, & ſummum bonum* (quæ eſt definitio latriæ, cap.12.) cum tamen Diabolus eodem tempore agnoſcebat *Deum* ſuperiorem, *verſ.3 & 6. & Luc.4.6.* Fatebatur ſibi *tradita* ab alio, illa quæ promiſit, ut adoraretur.

9. *Proteſt. Act.10.* Petrus noluit à Cornelio adorari: neque Angelus à Iohanne, *Apoc.19.*

Bellarm.1. *Cornelius alquid divinum in Petro eſſe putavit, & ideo jure fuit correctus.*

Proteſt. Annon corrigendus igitur Bellarm. qui Sanctos eo nomine adorandos eſſe contendit, *cap.13.* quia *ſupernaturalem habent virtutem, ſapientiam, poteſtatem, nobilitatem, quod ferveant charitate divina, & participes ſint throni divini?* certe aliquid divinum in iis eſſe dicit: quod etiam de Petro negare non poteſt.

Bellarm.2. *Petrus ex modeſtia, honorem ſibi debitum recuſavit.*

Proteſt. Petrus ipſe teſtatur, ex qua ratione recuſavit, *verſ.26. & ego ipſe homo ſum.*

Bellarm.3. *Iohannes forſan reprehenſus eſt, quia putavit Chriſtum eſſe quem adorare voluit.*

Proteſt. Angelus non potuit ex geſtu intelligere quid ille putavit, neque quod putavit fuit correctum, ſed quod facturus erat.

Bellarm.4. *Poſt Chriſti adventum, ob reverentiam humanitatis Chriſti, Angeli recuſant ab hominibus adorari.*

Proteſt. Ratio quæ redditur ab Angelo, eſt longe alia, & omnium ſeculorum communis: *Conſervus tuus ſum: Deum adora, Apoc.22,9.* Hac tamen ratione conceſſa, male faciunt Papiſtæ, dum Angelos invitos adorant.

Bellarm. *Non ſequitur: nam & nos recte illos adoramus, & ipſi recte adorari recuſant.*

Proteſt. Si Angeli recte recuſent adorari, tum recte nolunt, ut nos adoremus ipſos: & cum iſtud recte fit, ſecundum Dei voluntatem revelatam, idem etiam tenemur & nos recuſare: cum etiam, ſi recuſent illi, propter reverentiam humanitatis Chriſti, nos illius non minorem rationem habere teneamur, quam illi, non recte igitur adoramus.

Bellarm.

Bellarm. *Iohannes, cum ſemel audiviſſet, vide ne feceris. Apoc. 19. iterum tamen cap.22. eundem Angelum voluit adorare.*

Proteſt. Veriſimile eſt, poſteriore vice, Iohannem putaſſe Chriſtum fuiſſe Angeli ſpecie præſentem, fieri tamen potuit, ut majeſtate viſionis perculſus, obliviſceretur aliquantulum ſui.

Cap. III. *De Invocatione Sanctorum.*

Quæſtio 4. eſt, de invocatione Sanctorum, Vbi noſtram ſententiam breviter proponit Bellarm. nullum Sanctorum poſt mortem debere invocari ullo modo. Suam autem prolixe deducit, propoſitionibus variis explicatam: quæ debent ſigillatim, cum ſuis probationibus expendi.

1. Bellarm. 1. *Non licet à Sanctis petere, ut nobis tanquam auctores divinorum beneficiorum, gloriam vel gratiam, aliaque ad beatitudinem media concedant.*

Proteſt. Vera quidem hæc, & ſpecioſa propoſitio: ſed I. Evertit ſententiam illam à Pontificiis, omnibus receptam: *Sanctos eſſe invocandos, ut interceſſores, nobis tam meritis, quam votis aut precibus ſuis ſuffragantes.* Hæc enim merita, & vota ſunt (ipſis interpretantibus) media quædam ad beatitudinem: & horum auctores ſunt ſancti: eoque ipſo nomine, à Papiſtis invocantur. II. Damnat aſſiduam & publicam praxin Papiſtarum, apud quos diſerte invocantur Sancti ut donatores, & largitores, tam ſpiritualium, quam corporalium bonorum.

Bellarm. *Quantum ad verba, licet ſic orare, S. Petre, da mihi hoc, aut illud, dummodo intelligamus, da tuis precibus & meritis.*

Proteſt. I. Qui aliquid acquirit nobis meritis, ille nobis eſt rei acquiſitæ auctor. Annon peccatores, dum mortem ſibimet ſuis meritis accerſunt, ſunt ſibimet ipſis auctores mortis? ſic etiam Chriſtus, merendo, eſt nobis auctor ſalutis. II. *Da precibus* phraſis eſt tam coacta, ut ſatis declaret, interpretamentum iſtud nihil aliud eſſe, quam ficulneum folium, ad nuditatem idololatriæ tegendam ſero paratum.

2. Bellarm. 2. *Sancti non ſunt immediati interceſſores noſtri apud Deum, ſed quicquid à Deo nobis impetrāt, per Chriſtum impetrant.*

Proteſt. Vera etiam & hæc propoſitio: ſed I. Novam & monſtroſam diſtinctionem tradit: interceſſores vel mediatores noſtros apud Deum, alios eſſe mediatos, & alium eſſe immediatum. II. Secludit nos ab intima, & immediata illa unione, quam habemus cum Chriſto per fidem.

fidem. Si enim mediate ad Chriſtum venire debemus per Sanctos, tum per illos etiam æque mediate credere debemus in Chriſtum.

3. Bellarm. 3. *Sancti orant pro nobis, ſaltem in genere, ſecundum Scripturas.*

Proteſt. Neque de iſta propoſitione contentionem ullam movemus: quamvis probationes ejus Bellarm. nullas habet, alicujus momenti. Quandoquidem vero Scripturæ ſacræ, parum aut nihil, hac de re tradiderunt, hujus rei cognitionem, ad fidem, aut ſalutem noſtram, haud magnopere ſpectare dicimus.

4. Bellarm. 4. *Sancti qui regnant cum Chriſto, pro nobis orant, non ſolum in genere, ſed etiam in particulari.*

Proteſt. I. Si hoc etiam Bellarmino concederetur, nihil tamen inde concludere poſſet, pro invocatione Sanctorum. Quamvis enim Bellarminus de Purgator. lib. 2, cap. 15. concedat *animas Purgatorii pro viventibus orare, & impetrare*, ſicut & pro illis viventes orare contendit, invocandas tamen animas Purgatorii, à viventibus nequaquam concedet. II. Hoc tamen nulla ratione poteſt ex Scripturis evinci.

Bellarm. *Angeli orant pro nobis, & curam noſtri gerunt, etiam in ſpeciali: Ergo multo magis ſpiritus hominum beatorum id faciunt. Nihil enim ipſis deeſt eorum, quæ Angeli habent, quantum ad hoc munus pertinet.*

Proteſt. I. Negatur antecedens, quoad orationem ſpecialem, ordinariam, noſtris precibus accommodatam. II. Negatur conſequentia: quia Angelis, ex ordine, mandatur cura noſtri, non ſpiritibus hominũ beatorum.

Bellarm. *A ſpiritibus hominum beatorum reguntur, & gubernantur fideles viventes: Apoc. 2, 26. Dabo illi poteſtatem ſuper Gentes.*

Proteſt. I. *Gentes* nuſquam ſignificant fideles viventes. II. Tota illa promiſſio phraſi allegorica explicatur: ita ut ſingularis doctrina, quæ alibi non fundatur, nec debeat, nec poſſit inde concludi.

Bellarm. *Mat. 24, 47. ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*

Proteſt. I. Reſpondet Cajetanus in illum locum: *non dicit, ſuper omnes ſuos, ſed ſuper omnes res ſuas. Specialem gradum beatitudinis notans.* II. Bellarm. de Pont. l. 1, c. 9. ex ſimili plane phraſi, *conſtituit eum ſuper familiam ſuam. Luc. 12.* colligit, monarcham unum ſuper Eccleſiam totam conſtitui. Rogandus eſt igitur I. An omnes ſpiritus hominum beatorum, ſint Eccleſiæ Monarchæ? II. Quomodo poſſit Pontifex Romanus haberi pro capite Eccleſiæ, immediate ſub Chriſto, ſi omnes illi ſpiritus ſint etiam rectores & gubernatores Eccleſiæ? III. An Eccleſia tot habeat

capita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

capita, quot ſunt in cœlis Angeli, & ſpiritus beatorum?

5. Bellarm. 5. *Sancti, ſive Angeli, ſive homines, pie atque utiliter à viventibus invocantur.*

Proteſt. Cum tandem ad quæſtionem ipſam pervenit Bellarm. in iſta propoſitione, I. Non audet affirmare, Sanctos ex præcepto Dei eſſe invocandos, nedum quod neceſſarium ſit ad ſalutem illos invocare: ſed tantum *pie & utiliter invocari.* II. Non definit, utrum omnes ab omnibus, an certi quidam à ſuis clientibus utiliter invocentur: neque oſtendit rationem, qua quis intelligere poſſit, quem Sanctorum, cum maxima utilitate invocaret: Hoc ipſum tamen quod aſſerit, nos pernegamus.

6. Bellarm. *Gen.* 48, 16. *Iacob aperte Angelum invocat.*

Proteſt. Angelum fœderis Chriſtum, non creaturam:

7. Bellarm. *Iob.* 5, 1. *Converte te ad Sanctos.*

Proteſt. I. Non agitur ibi de invocatione, ſed de appellatione. II. Non de Sanctis aliis, quam qui proprie opponuntur *ſtultis, verſ.* 2. id eſt viventibus.

8. Bellarm. *Exod.* 32, 13. *Recordare Abrahami, &c. Allegat hic Moſes merita Sanctorum, qui jam obierant, ut illis ipſorum orationes juvarentur.*

Proteſt. I. Si concederetur iſtud, non inde tamen ſequeretur invocandos eſſe Sanctos. Pontificii ſolent ſua propria merita allegare, ut illis in orationibus juventur: ſeipſos tamen non ſolent invocare. II. Non allegantur merita defunctorum, ſed promiſſiones ipſis factæ. *Luc.* 1, 72. Zacharias ſic exponit: *Memor fœderis ſui ſancti, & jurisjurandi quod juravit Abrahamo.* Si autem juſtitia Sanctorum, ſimul cum pacto Dei aliquando commemoretur, non commemoratur tanquam meritum, ſed tanquam objectum complacentiæ Dei, in qua, ex mera gratia, promiſſiones illæ factæ fuerunt.

9. Bellarm. *In utroque Teſtamento ſæpe legimus, viventes à viventibus invocatos. Ergo licebit etiam nunc invocare eoſdem Sanctos cum Chriſto regnantes. Hoc argumentum adverſarii nunquam ſolvere potuerunt.*

Proteſt. Solutionem ſecum portat, non tam in tergo, quam in fronte. Nam I. De orationibus viventium à viventibus poſtulatis, *ſæpe legimus in utroque teſtamento*, ait Bellarm. ſed de mortuorum ſuffragiis altum ſilentium eſt in utroque: ſicut apparet ex ipſo Bellarm. qui de veteri teſtamento, concedit: *quia ante Chriſti adventum, Sancti qui moriebantur, non poterant ordinarie cognoſcere preces ſupplicantium, ideo non fuiſſe conſuetum in Teſtamento veteri, ut diceretur, Sancte Abraham ora pro me, &c.* Ex novo autem nullum præceptum, promiſſionem, aut exemplum hujuſmodi invocationis vel

vel nominare quidem, aut præ ſe ferre audebat. II. Viventes à viventibus non proprie invocantur: quia non religioſe coluntur. Non medii ordinis inter nos & Deum habentur patroni, ſed ejuſdem nobiſcum diſtantiæ ſtatus, ut fratres. III. Vota tantum viventium, non merita ſecundum Scripturas implorantur. IV. Quod agitur in hoc genere communicationis, inter viventes, id fundamentum habet in eorum natura: ſed hominum mortuorum, abſentium, non omnipræſentium, nec omniſcientium, non ſibi quidem, nedum nobis, ſufficientia merita habentium, naturæ prorſus repugnant.

Bellarm. *Vnde ſciunt Angeli converſionem peccatorum, Luc.15, 10. inde ſciunt Sancti noſtras preces.*

Proteſt. Eodem igitur modo, ſicut converſio ad Deum ſolum dirigitur, qui eam prout ipſi placuerit, notam facit Angelis, ſic etiam preces ad Deum ſolum ſunt dirigendæ, ut eas audiat. & quibus velit, ſeu Angelis, ſeu Sanctis in ſuam gloriam, faciat notas.

10. Bellarm. *Probatur idem teſtimoniis Conciliorum & Patrum.*

Proteſt. Nullum tamen teſtimonium hujus invocationis proferre potuit Bellarm. vel ex Conciliis primis, vel ex primis illis Patribus. Ignatio, Iuſtino, Origene, Clemente, aut alio quoquam illius ævi; niſi quod ex Irenæo fingit, Evam, in initio mundi viventem, invocaſſe Mariam, poſt aliquot millia annorum victuram.

11. Bellarm. *Probatur ex miraculis.*

Proteſt. Eodem plane modo, quo probaturus fuit doctrinam ſuam, ille, *cujus adventus eſt ex illa vi efficaci Satanæ, cum omnipotentia, & ſignis, ac prodigiis mendacibus, 2 ad Theſ. 2, 9.*

Argumenta noſtra.

12. *Proteſt.* Invocatio Sanctorum, in injuriam Dei cedit: quia ille ſolus invocatur in quem credimus: *Rom.* 10, 14. & quia credere debemus in Deum ſolum, idcirco illum quem invocamus habemus pro Deo.

Bellarm. 1. *Sancti non ut Dii, ſed ut amici Dei honorantur: & ita non fit injuria, ſed honor Deo.*

Proteſt. Quum honor ille qui proprius eſt Dei tribuitur creaturis, quocunque titulo excuſetur, cum injuria detrahitur Deo, & creaturæ defertur tanquam Deo.

Bellarm. 2. *Rom.* 10. *Agitur de invocatione, qua aliquis invocatur ut Deus, & primus auctor bonorum.*

Proteſt. Neque ibi tantum, ſed & per totam Scripturam, ubicunque agitur de invocatione religioſa. Ratio autem eſt generalis, *quomodo invocabunt in quem nō crediderunt?* ex qua concluditur neminem alium præter Deum in quem credimus eſſe invocandum. Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 3. *In Sanctos etiam credere debemus ſuo modo, id eſt, eos ſe Sanctos.*

Proteſt. Simili etiam modo credere debemus (ſi fas ſit icere) in Diabolos ipſos quod ſcilicet ſint Diaboli.

Bellarm. 4. *Invocatio eſt etiam hominum, Gen 48. in vocetur omen meum ſuper pueros hos.*

Proteſt. Hac ratione, uxores omnes invocant ſuos maitos. *Iſ.4,1. Invocetur nomen tuum ſuper nos.*

Bellarm. 5. *Phil 5. Fides habetur in Sanctos.*

Proteſt. Non fides ſed charitas, *verſ.7. viſcera Sanctorum reocillata ſunt per te.* In pauperes iſtos Sanctos, qui opus haent refocillatione, credendum eſſe fide illa, quæ invocaionem parit: quæ eſt virtus Theologica, Deum habens ro objecto, Bellarminus ipſe non affirmabit.

13. *Proteſt.* Invocatio Sanctorum, injuriam facit Chrito, qui unicus eſt & ſolus Mediator. 1 *Tim.2,5.*

Bellarm. *Non invocamus Sanctos, ut fungantur vice Chriſti, vel Chriſtum adjuvent.*

Proteſt. I. Quum invocantur Sancti ut Mediatores, tum nvocantur vice illius, qui ſolus eſt Mediator. II. Quum eorum merita conjunguntur in invocatione, cum meritis Chriſti, ut partiales cauſæ ſalutis noſtræ, tum invocantur ut adjuvent Chriſtum, in opere quod ille ſuſcepit per ſeſe perficiendum.

Bellarm. 2. *Sancti ſunt Mediatores orando.*

Proteſt. At vero, ſi orent ut Mediatores, proprie dicti, tum Chriſti munus invadunt.

Bellarm. 3. *Chriſtus dicitur unus Mediator. 1. Quia ſolus eſt Mediator per modum redemptionis. 2. Quia ſolus eſt medius inter Deum & hominem, cum ipſe ſit, & Deus, & homo. 3. Quia ſolus ita eſt Mediator, ut ipſe nullo Mediatore indigeat.*

Proteſt. I. Si Chriſtus ſolus ſit Mediator per modum redemptionis, tum etiam ſolus talis eſt per modum interceſſionis: quia modus ille redemptionis finem ſuum completum non aſſequitur, atque adeo non omni ex parte perficitur, niſi per interceſſionem. Non ſunt iſti duo diſparati modi mediationis, ſed duæ partes unius & ejuſdem modi: ſicut ſolutio pretii, & ejuſdem continuata repræſentatio, ut redemptis applicetur, pertinent proprie ad unum modum. II. Si ſolus Chriſtus ſit medius inter Deum & hominem: tum ſolus etiam aptus eſt, ut tanquam Mediator intercedat pro nobis apud Deum. Mediatio enim nulla eſt proprie ſic dicta, niſi perſonæ mediæ. III. Si ſolus Chriſtus nullo indigeat Mediatore, tum nos nullo alio indigemus. Si nos indigeremus alio, tum Chriſtus indigeret mediatore coadjutore.

14. *Proteſt.*

14. *Proteſt. Col.* 2, 18. Religioſus cultus Angelorum damnatur.

Bellarm. *Apoſtolus damnat hæreſin Simonis Magi, qui docuit Angelos adorandos, quaſi minores Deos.*

Vere hoc dicitur, ſed non plane: damnat enim Apoſtolus, I. Generaliter, omnem religioſum cultum Angelorum. II. Rationem reddit damnationis: *quod ita docentes, ac facientes pedem inſerunt in ea quæ non viderunt, & temere inflati ſunt carnis ſuæ intelligentia:* quæ omnia non minus conveniunt Pontificiis, quam Simonianis.

15. *Proteſt.* Sancti defuncti non cognoſcunt viventium preces: fruſtra igitur invocantur.

Bellarm. I. *Negatur conſequentia: quia aliquis alius eorum vice fungi poteſt.*

Proteſt. I. Nova hæc eſt Theologia, ut invocetur ille, qui non poteſt cognoſcere preces invocantium. II. Ille qui vicem gerit Sanctorum debet eſſe inferior ipſis: qui autem talis ſit, conditione inferior, & ſuperior cognitione, nemo Papiſtarum adhuc ſomniat. III. Quare non rectius invocaretur ille alius, qui fungitur vice Sanctorũ?

Bellarm. 2. *Negatur aſſumptio: quia etſi dubitatio eſſe poßit, quemadmodum cognoſcant abſentia, & quæ ſolo cordis affectu interdum proferuntur, tamen certum eſt eos cognoſcere, cum (ut oſtendimus) præſint nobis, & rerum noſtrarum curam gerant.*

Proteſt. I. Non poteſt hoc oſtendi. II. Si oſtenderetur, non tamen inde ſequeretur iſta concluſio, quod cognoſcunt abſentia, & in cordis affectu latentia. Angelis enim qui ſuo modo præſunt, iſta cognitio non eſt tribuenda.

Bellarm. 3. *De modo quo cognoſcunt Sancti preces viventium, quatuor ſunt Doctorum ſententiæ.*

Proteſt. Omnes iſtæ ſententiæ poſſunt eſſe falſæ, ſed veræ non poſſunt eſſe omnes.

Bellarm. 4. *Quidam dicunt, eos cognoſcere, ex relatione Angelorum. Alii dicunt, Sanctorum animas, mira quadam celeritate naturæ, quodammodo eſſe ubique. Sed neutra ratio eſt ſufficiens: quia neque Angeli præſentes poſſunt naturaliter cognoſcere orationes mentales: & præterea ad cognoſcendas preces, quæ eodem tempore fiunt in diverſißimis locis, non ſufficit celeritas, ſed requiritur vera ubiquitas.*

Proteſt. Dimidia pars igitur ſententiarum à Pontificiis hac de re latarũ, per ſe evaneſcit; cur nõ & reliquæ duæ?

Bellarm. 5. *Alii dicunt Sanctos videre in Deo, omnia, à principio ſuæ beatitudinis, quæ ad ipſos aliquo modo pertinent, & proinde etiam orationes noſtras, ad ſe directas. Eſtque probabilis hæc ſententia.*

Proteſt. Non eſt probabilis: quia I. Orationes viventium non pertinent ad objectum beatificum Sanctorum defun-

lefunctorum. II. Non vident Deum ſub ratione vel
mnipræſentiæ, vel omniſcientiæ, ſed ſummi boni.
II. Non poſſunt preces noſtras videre à principio bea-
itudinis (ſi per principium intelligatur initium duratio-
us) quia tum futura contingentia ſcirent, quæ eſt ſum-
na perfectio omniſcientiæ divinæ. Neque fluit hoc ex
eatitudinis cauſa eſſentiali (ſi hoc per principium intel-
igatur) quia non eſt de ratione beatitudinis eſſentialis.
V. Hac ratione, fateri neceſſe habent Pontificii, ſuam
nvocationem Sanctorum ignotam fuiſſe pleriſque Pa-
rum. Nam *Tertullianus, Origenes, Irenæus, Chryſoſtomus, Theodo-
etus, Oeconomus, Theophilactus, Ambroſius, ſententiæ huic aſſenſi ſunt,
uæ negat animas frui divina viſione, ante reſurrectionem Staplet. de
uct. Scripturæ, l. 1, c. 2. ſect. 5. quibus Sixtus Senenſis addit, Iuſti-
um, Lactantium & Prudentium. Biblioth. libr 6 annot.* 345.

16. Bellarm. 6. *Alii poſtremo dicunt, Sanctis tunc demum re-
elari orationes noſtras, quando eas fundimus. Sed hæc ſententia eſt
inus probabilis ſuperiore: quia ſi indigerent Sancti nova revelatione,
Eccleſia non diceret, ita audacter, omnibus ſanctis, orate pro nobis, ſed
eteret aliquando à Deo, ut eis revelaret preces noſtras. Deinde non
oſſit reddi ratio, tam facile, cur ſancti nunc invocentur, & ante adven-
um Chriſti non invocarentur.*

Proteſt. I. Nulla igitur una ex iſtis quatuor ſententiis
llam in ſeſe habet probabilē veritatem. II. Conſtitui-
ur etiam hac tertia ſententia circuitus præpoſterus in o-
ationum aſcenſu: ut primo perferantur ad Deum: ſe-
undo, à Deo revelentur Sanctis: & tertio in loco à San-
tis coram Deo præſententur. III. Tolluntur etiam
ac ſententia, rationes illæ quibus (apud Scholaſticos)
nvocatio Sanctorum nititur. *Invocandi ſunt Sancti* (ait
Bonaventura in 4. d. 45.) *propter noſtram inopiam in contemplan-
o: ut qui non poſſumus ſummam lucem aſpicere in ſe. Et propter Dei
everentiam: ut peccator, qui Deum offendit, quaſi non audeat Deum
 propria perſona adire, ſed amicorum patrocinium implorare.* Si au-
em Deo ſint preces noſtræ offerendæ, ut ab illo Sanctis
evelentur, tum in iſtis rationibus nihil ineſt rationis.

17. *Proteſt.* 1 *Reg.* 8, 39. Solus Deus cognoſcit cor om-
ium filiorum hominum.

Bellarm. *Solus Deus cognoſcit cogitationes omnes, omnium cor-
ium, idque naturaliter & propria virtute.*

Proteſt. Sophiſtica eluſio, nimis aperta. Deus enim in
extu dicitur ſolus cognoſcere cor *omnium*, non collecti-
e, ſed diſtributive, ſicut dicitur, dare unicuique ſecun-
um *omnes* vias ejus. Dicitur enim ſolus cognoſcere, in
rdine ad preces audiendas, & retributionem congruen-
er ad vias procurandam. Hæc autem Sanctis tribuuntur
 ipſorum invocatione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

18. *Proteſt. Iohan.14. penult.* Homo mortuus dicitur i
gnorare ſuos filios.

Bellarm. *Naturaliter non cognoſcunt.*

Proteſt. Sed agitur ibi abſolute de ſtatu mortuorun
Sicut & 2 *Reg.*22,20.

19. *Proteſt.* Deus paratiſſimus eſt nos audire, & magi
nos diligit : quam ullus Sanctorum : ergo fruſtra invo
cantur Sancti, imo ſignum diffidentiæ eſt.

Bellarm.1. *Tum fruſtra etiam, & ex diffidentia peteremus prec
viventium.*

Proteſt. Non ſequitur : quia hoc eſt medium a Deo in
ſtitutum, alterum non item.

Bellarm.2. *Deus magis diligit Sanctos quam nos.*

Proteſt. Dilectio Dei erga Sanctos invitat nos ad eum
non illos invocandos.

20. *Proteſt.* Quis ſit invocandus, Chriſtus verbo & ex
emplo nos docuit, in oratione Dominica: id eſt, Pater no
ſter ſolus, qui eſt in cœlis.

Bellarm. 1. *Ergo Filius & Spiritus Sanctus non ſunt invocand*

Proteſt. Non ſequitur : *Pater* enim in oratione Domin
ca, ex conſenſu omnium Scholaſticorum, *eſſentialiter*, no
perſonaliter, accipitur, quamvis ratione ordinis, prim
perſonæ conveniat per appropriationem, Alex. Alens. tra
ctat. de officio miſſæ, part.2. ſect.4.

Bellarm.2. *Chriſtus cum Apoſtolos docuit, orare, non de eo qui
randus eſt, ſed de iis rebus quæ petendæ ſunt, admonere voluit diſcipu
los. Satis enim conſtabat, Deum eſſe orandum, & ſolum etiam Deum
cum auctor donorum quæritur.*

Proteſt. I. Si nihil docuit Chriſtus, de eo qui orandu
eſt; tum nihil docuit de Patre noſtro qui eſt in cælis in
vocando. Tum etiam imperfectior fuit ejus inſtitutio
quam fuit Prophetarum veteris Teſtamenti. Tum den
que non docuit, in quem debemus credere, & ſperar
II. Si ſatis conſtabat Deum eſſe orandum, & ſolum et
am Deum, ut auctorem donorum, tum hoc ex doctrir
Prophetica, in Eccleſia recepta, conſtabat. Improbe igit
Bellarm, egit, cum aliud voluit nobis perſuadere ex Pr
phetis : niſi poſſit oſtendere nobis diſtinctionem invoc
tionis primariæ, & ſecundariæ, ex ipſis Propheti
III. Si Chriſtus quidquam docuit de Sanctis invocar
dis; nec Apoſtoli novam aliquam doctrinam de oration
tradiderunt, quam a Chriſto non acceperunt, quod e
certiſſimum, certe hæc doctrina non eſt Apoſtolica, v
Chriſtiana.

21. *Proteſt.* Nullum exſtat Scripturæ mandatum, v
exemplum, vel promiſſio, de invocatione Sanctorun
Non ſunt igitur invocandi.

Be

Bellarm. I. *Eadem ratione ſequetur. Sanctos non orare pro Eccleſia, nec in genere, nec in particulari.*

Proteſt. Non ſequitur : quia non Sanctis cœlitibus, ſed viventibus datæ ſunt Scripturæ.

Bellarm. 2. *Nullum mandatum requiritur, quia ipſa neceſſitas nos impellit.*

Proteſt. I. Major igitur eſt neceſſitas invocandi Sanctos, quam Deum ipſum : de hoc enim exſtat mandatum. II. Si tanta eſſet neceſſitas, tum neceſſario ſequeretur, primo fideles ante Chriſtum, neceſſario medio ſalutis fuiſſe deſtitutos; quia Bellarm. cap. 19. fatetur, tum temporis Sanctos in cœlum necdum intraſſe, atque adeo invocari non potuiſſe. Secundo, ſequeretur etiam Fideles novi Teſtamenti neceſſarium medium neglexiſſe: quia in eorum orationibus, nulla fit mentio Sanctorum, aut reſpectus ullus ad ipſos habetur.

Bellarm. 3. *Promiſſio non deſideratur, propter innumerabilia ſigna & prodigia, ad hanc invocationem facta.*

Proteſt. Signa vera non excludunt, ſed obſignant verbum promiſſionis.

Bellarm. 4. *Mandatum, exemplum & promiſſio habetur, Iob. 42, 8.*

Proteſt. Iob vivus, & præſens, rogandus fuit ut oraret pro fratribus : ergo Sancti mortui, abſentes cum invocari debent, cum adoratione religioſa. Nulla calx in hac arena.

22. *Proteſt.* Nemo audet cauſidici partibus apud terrenum Principem fungi, niſi a Principe ipſo admiſſus. Non debemus igitur obtrudere Deo patronos.

Bellarm. *Cauſidici non miſericordiam, ſed juſtitiam petunt : & hos à magiſtratu admitti neceſſe eſt. Tribuimus autem Sanctis, ut tanquam amici & familiares Principum, pro miſeris intercedant : nec ulla nova facultate ad id faciendum egent.*

Proteſt. I. Cauſidici etiam boni ſæpe pro miſeris intercedunt. II. Habent etiam reges, ſupplicum libellorum præfectos. III. Pontificii certas quaſdam Provincias in patrocinando diſtribuunt inter Sanctos. Annon ſingulari opus eſt facultate ad munus ſingulare?

23. *Proteſt.* Pontificii ipſi non poſſunt negare, quin quidam eorum, qui ab ipſis coluntur, & invocantur, ne homines quidem fuerint, & alii nihil minus quam Sancti : ut Chriſtophorus, Georgius, Catharina.

Bellarm. I. *Apocrypha quidem ſunt hiſtoriæ quorundam Sanctorum : ſed & plerorumque Apoſtolorum hiſtoriæ non ſunt indubitatæ.*

Proteſt. Os impudens & profanum. Apoſtolorum ſanctitas, & gloria non ex hiſtoriis humanis pendet, ſed ex ſacra Scriptura,

Bellarm,

Bellarm. 2. *Conſuetudo univerſalis Eccleſiæ non eſt Apocrypha.*

Proteſt. Conſuetudo vel tales, vel ullos omnino Sa[n]ctos invocandi, non fuit ab initio univerſalis. Illa aute[m] univerſalitas conſuetudinis, quæ poſtea obtinuit, eſt ve[]tuſtas erroris.

24. *Proteſt.* Pontificii ex Ethnicorum imitatione, co[n]ſtituerunt certos quoſdam patronos Provinciarum, u[r]bium, artificum, animantium: certos malorum averru[n]catores, & bonorum, vel largitores, vel procuratores. I[n] qua etiam diſtributione, cum nulla ſit ratio juſta, no[n] poteſt excuſari a fœda ſuperſtitione.

Bellarm. 1. *Deus interdum operari vult aliquid unius San[cti] interceßione, aliquando alterius interceßione aliud. Cujus rei cauſa[m] ſolus ipſe novit.*

Proteſt. Sed quis præfecit hoſce Sanctos his aut ill[is] Provinciis? qua fide ab his potius quam aliis, aut quam [a] Deo ſolo in Chriſto pendetur?

Bellarm. 2. *Ab omnibus omnia petimus, nec putamus, ita ab u[no] unum eſſe petendum, ut non etiam exiſtimemus, alterius interceßio[ne] obtineri poſſe.*

Proteſt. Quid exiſtimetur a naſutioribus, non quæritu[r]: rident illi proculdubio ſuperſtitionẽ quam fovent. Qu[id] autem fiat a Papiſtarum vulgo, notius eſt toti mundo quam ut indigeat probatione. Quanta ſit confuſio int[er] Pontificios, propter Sanctorum invocandorum turba[m] apparet ex eo, quod Ieſuitæ ut certum aliquem ordine[m] ſervent, *ſingulis menſibus ſorte diſtribuant ſanctos inter ſeſe: quo a[] votis conceptis opem ſui quique Divi implorant*, quem morem in[]troductum fuiſſe a Franciſco Borgia, in ejus vitæ hiſto[]ria narratur a Ieſuitis, l. 1, c. 1. & l. 4, c. 4. ſect. 18. *Pia vo[]catur* hæc conſuetudo a Ribadineira, in vita Borgiæ: ſe[d] æque laudabilis eſt hæc pietas, atque ſimilis illa, qua i[n] dem Ieſuitis eſt in more aleæ luſu inter ſe contendere, [] loco nummulorum preculas proponere, a victo recita[n]das vice illius cui alea magis favet. Ex aleæ arbitrio, ta[m] patronos, quam preces habent Ieſuitæ.

Cap. IV. *De Reliquiis Sanctorum.*

De Reliquiarum cultu diſputaturus Bellarminus, neq[ue] quid intelligat per reliquias oſtendit: neque cultu[m] definit, quem illis deferri vult: nec ſtatum ullum co[n]troverſiæ proponit. Ita ut de induſtria videatur, in iſ[ta] quæſtione, lucem Logicam defugiſſe, ne turpitudo ſu[æ] defenſionis, appareret Lectori minus attento.

TH[]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

THESIS I.

Reliquarum Sacrarum nomine, intelligunt Pontificii. Sanctorum corpora, quaſlibet itidem corporum par-
culas, capillos, oſſa, carnes, dentes, cineres, pulveres: ve-
es etiam & alia quibus ipſi uſi ſunt: ea item vela, pan-
ıs, & cætera, quæ ad eorum corpora, vel oſſa admoven-
ır, vel quæ ipſos tetigerunt, vel ad ipſos pertinent. A-
ır. l.9, c.8. Has autem reliquias adorandas dicunt, eo-
em cultu, quo Sancti ipſi, per habitudinem ad illos, id
t, religioſe. Ita ut reliquias Chriſti, ut ſudarium, fa-
es, ſpinas, clavos, crucis lignum, & ſignum, adoranda
ıntendant, eodem modo quo Chriſtus, latria: Sancto-
ım autem reliquias eodem modo quo Sancti, dulia. Fi-
ıcius tract.23. c.1. Nos autem, quamvis Sanctorum
rpora, & adjuncta, qua talia ſunt, honeſte tractanda eſ-
fateamur, religioſum tamen cultum ipſis deberi per-
gamus.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Moſes oſſa Ioſephi tranſtulit in terram promiſſionis.* *cod.13. Deus ipſe corpus Moſis honoravit, dum illud propriis mani-*
s ſepelivit: Deut. ult. Ex tactu oſſium Helizæi, mortuus quidam
vocatus fuit ad vitam: 2 Reg.13. Ioſias Propheta oſſa juſſit aſſer-
ri: 2 Reg.23. Sepulchrum Chriſti eſt glorioſum. Iſ.11,10. He-
rrhoiſſa fimbriam Chriſti fideliter tetigit, & ſanata eſt: Mat.9.
currebant homines ad umbram Petri attingendam. Act.5. Sudaria
ıam & ſemicinctia Pauli deferebantur ad ægrotos: Act.19.

Proteſt. I. In omnibus iſtis exemplis, nulla vel mentio,
l veſtigium adorationis religioſæ: nihil igitur conclu-
nt. II. Hæc exempla fuerunt extraordinaria, reſpe-
ı perſonarum & ſingularia quoad temporum, loco-
m, & cauſarum rationem: ab iis igitur ad ordinariam
ſervationem, non ſequitur argumentatio. III. Non
ıhebantur vel in adorationis, vel in obſervationis ali-
jus exemplum, ab iis qui tum temporis Deum quære-
nt: quare igitur poſtea eo detorquerentur, niſi ſuper-
tione ſuadente?

3. Bellarm. *Argumentum ſecundum eſt ex Conciliis.*

Proteſt. In nullo tamen uno ex Conciliis à Bellarm. al-
latis, fit illa mentio, venerationis reliquiis Sanctorum
teſtandæ, præterquam in Lateritio illo Lateranenſi,
od habebatur *an.*1215.

4. Bellarm. *Probatur ex Patribus.*

Proteſt. Ex Ignatio, Iuſtino, Clemente, Alexandrino,
igene, Tertulliano, Cypriano, nihil tale demonſtratur.

Quin paulatim honorata memoria Sanctorum, in ſuper-ſtitioſum cultum fuerit converſa, non negamus.

5. Bellarm. *Probatur ex miraculis factis ad reliquias, quæ certe non fierent, ſi Deo cultus reliquiarum non placeret.*

Proteſt. Miracula etiam fiebant ad piſcinam pecuariam, Betheſdã, *Iohan* 5. Deo tamen non placuit cultus piſcinæ.

6. Bellarm. *Probatur ex miraculis, quæ ſæpe in ipſis Sanctorum mortuis corporibus cernuntur: per quæ Deus apertiſſime nos ad eorum venerationem quaſi invitare videtur.*

Proteſt. Miracula Dei, invitant ad venerationem Dei, tamquam auctoris eorum omnipotentis: pios quibus teſtimonium præbent, imitandos & honorandos, non religioſe adorandos, nedum eorum reliquias.

7. Bellarm. *Probatur ex inventione & revelatione, divinitus facta Sanctorum corporum.*

Proteſt. Tum demum, cum revelabitur divinitus, iſta fuiſſe revelationes Dei, & in iſtum finem factas. Bonav in 3. *d* 9. *q* 6. recte obſervat, quod *multi, per viſiones, ad multa inſanias & errores præcipitati ſunt.*

8. Bellarm. *Probatur ex tranſlationibus reliquiarum.*

Proteſt. Si poſſit probari, Dei juſſu, in ullum finem fuiſſe tranſlatas.

9. Bellarm. *Probatur ex eo, quod reliquiæ ſub altaribus reconduntur.*

Proteſt. Tam ex altaribus, quam ex reliquiis ibi collocatis, nihil præter ſuperſtitionem probatur.

10. Bellarm. *Probatur ex uſu cereorum, & lampadum quibus honorantur ſacræ reliquiæ.*

Proteſt. Sicut ſuperſtitio una probat alteram.

11. Bellarm. *Probatur ratione ducta ab utili, quia reliquiæ Sanctorum ſunt nobis utiliſſimæ ad ſalutem.*

Proteſt. I. Niſi utiliores eſſent pleræque reliquiarum ad turpiſſimum quorundam lucrum, quam ſunt ad ſalutem, jamdudum fuiſſent abjectæ. II. Si omnia utilia ad ſalutem eſſent religioſe colenda, cur non & cœlum, ſolum ac ſalum colerentur?

12. Bellarm. *Corpora Sanctorum fuerunt organa Sanctorum, ad omne opus bonum.*

Proteſt. Organis operis boni, non debetur adoratio religioſa: quæ ut Bellarm. fatetur *lib.* 1, *cap.* 12. reſpicit excellentiam plus quam humanam.

13. Bellarm. *Fuerunt & ſunt inſtrumenta Dei ad miracula.*

Proteſt. Sic etiam fuerunt homines damnati. *Mat.* 7. 2

14. Bellarm. *Sunt pignora patronorum.*

Proteſt. Sunt quicquid placet Pontifici Romano.

15. Bellarm. *Sunt exuviæ chariſſimorum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Adoratio religioſa, non eſt actus charitatis erga homines nedum erga exuvias eorum.

16. Bellarm. *Sunt trophæa triumphantium.*

Proteſt. Talia fiunt à gente Pontificia, quale trophæum Gedeonis evaſit. *Iud.* 8,27.

17. Bellarm. *Deſignata ſunt ad gloriam incredibilem.*

Proteſt. Non debent igitur ſuperſtitione deturpari.

Argumenta noſtra.

18. *Proteſt.* Deus abſcondebat corpus Moſis, ne Iudæi illud adorarent. *Deut. ult.*

Bellarm. *Populus Iudæorum, eo tempore, propenſiſſimus erat ad idololatriam: ſed poſt captivitatem, Deus illuſtravit ſepulchra aliorum multis miraculis, & gratum habuit cultum, qui oſſibus eorum exhibebatur. Adde, quod nunquam eſt auditum apud Chriſtianos, ut aliqui Sanctorum reliquiis divinos honores detulerint, nec deſunt in Eccleſia, qui & literis, & ſermonibus, populos doceant, quis cultus reliquiis debeatur.*

Proteſt. I. Si ſingularis fuit propenſio illius populi tum temporis ad idololatriam; quid ſibi voluit, quod Moſes ipſe tam honorifice tractavit oſſa Ioſephi, ut Bellarm. inde venerationem concludi poſſe putet? quare etiam ad oſſa Helizæi miraculum tam inſigne paratum fuit, ut inde venerationem ipſis debitam fuiſſe Bellarm. contendat. II. Si ſepulchra quorundam adeo illuſtrata fuerunt miraculis, poſt captivitatem, idque venerationis cauſa, mirum eſt, hujus rei, nullam fieri mentionem, in toto novo teſtamento. De poſterioribus ſeculis recte obſervat Gerſon (*de ſecta flagellatorum*) *mundus ſeneſcens patitur phantaſiam miraculorum, ſicut homo ſenex phantaſiatur in ſomno.* III. Adeo hoc falſum eſt, *nunquam auditum fuiſſe apud Chriſtianos, ut aliqui Sanctorum reliquiis divinos honores detulerint*, ut ipſimet Ieſuitæ non ſoleant illud negare de Papiſtarum vulgo: *ſi rudis & ignara plebs, occaſionem arripit ſuperſtitionis, impietatis, & idololatriæ, inſtitui & informari debet:* reſpondet *Azor. lib.* 9, *cap.* 8. IV. Magis multo literis & ſermonibus inſtituti fuerunt Iſraelitæ, tempore Moſis, adverſus idololatriam omnem, quam vel à mutis, vel à male latrantibus Papæ canibus poſſit expectari. V. *Bellarm.* ipſe *cap.* 16. confirmat ex Damaſceno, *fuiſſe aliquot Chriſtianos, qui imagines quaſi Deos adorarent*, quidni & reliquias?

19. *Proteſt.* 2 *Cor.* 5. Neminem novimus ſecundum carnem, ne Chriſtum quidem.

Bellarm. 1. *Per carnem intelligitur mortalitas, & paſſibilitas.*

Proteſt. Non poteſt ſic intelligi: quia omnes ſancti viventes erant adhuc ut mortales & paſſibiles cognoſcẽdi.

Bellarm. 2. *Non voluit Apoſtolus, oblivioni tradendam eſſe omnem memoriam humanitatis ejus.*

Proteſt. Certiſſimum hoc eſt, ſed voluit iſta humana non eſſe ſpectanda, prout in humano & carnali ſuo modo exiſtunt, ſed prout ſpiritualiter poſſint conſiderari. Sepulchrum autem, crucem, ſpinas, clavos, & alia ſimilia, quæ ad Chriſti carnem admovebantur, religioſe adorare, plus multo eſt, quam Chriſtum noviſſe ſecundum carnalem ſuam exiſtentiam.

20. *Proteſt.* Paulus, *Col.* 2, 23. damnat omnem cultum arbitrarium, aut voluntarium, id eſt, à Deo non inſtitutum, ſed reliquiarum cultus eſt talis.

Bellarm. 1. *Cultus reliquiarum, non eſt ab hominibus excogitatus, ſed a Deo inſpiratus, ut patet ex Scripturis citatis.*

Proteſt. Patefactione mere arbitraria & voluntaria.

Bellarm. 2. ἐθελοθρησκεία *apud Paulum, ſignificat cultum ſuperſtitioſum.*

Proteſt. Non alia ratione, quam quia eſt ἐθελόσιος, voluntarius.

21. *Proteſt.* Deſiderium reliquiarum, eſt mater idololatriæ, ſicut experientia teſtatur.

Bellarm. *Nego periculum eſſe idololatriæ: imo cultus reliquiarum eſt deteſtatio omnis idololatriæ, nam martyres mortui ſunt, ut idololatriam deſtruerent.*

Proteſt. Tantus artifex eſt Satan, ut ex unius idololatriæ deteſtatione, aliam noverit introducere. Moyſes omnia fecit ut deſtrueret idololatriam & tamen Bellar. fatente, *Iudæi poſt mortem ejus facile potuiſſent adduci ut crederent eſſe Deum, eumque adorarent ſi ſcirent ubi eſſet.*

22. *Proteſt.* Maxima pars reliquiarum ſuppoſititia eſt: & ſæpe accidit, ut pro reliquiis Sanctorum, oſſa latronum, vel etiam canum, aut aſinorum adorentur.

Bellarm. *Negamus reliquias publice in templis expoſitas eſſe ſuppoſititias.*

Proteſt. Quia ſcil. publicæ impoſturæ, publice non debent agnoſci. Sed oſtendere debet Bellarm. nullas fraudes fieri, in reliquiis publice commendatis.

Bellarm. *Eccleſia id diligenter curavit, & præcipue poſt decretum Concilii Lateranenſis, ut nulla reliquia publice recipiantur, ſine auctoritate Romani Pontificis.*

Proteſt. Mira eſt hæc probatio. Nam I. Ante Concilium Lateranenſe (quod de ſeculo decimo tertio fuit celebratum) Eccleſia hoc non ſatis diligenter curavit: apparet hoc ex illius Concilii *can.* 62. *Prælati, de cætero, non permittant, illos qui ad eorum Eccleſias venerationis cauſa accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut in pleriſque locis, occaſione quæſtus, fier*

fieri conſuevit. II. Poſt illud Concilium, fictitiæ illæ reliquiæ non fuerunt certa aliqua ratione à cæteris diſcretæ, & remotæ. III. Auctoritas Pontificis Romani, poteſt falſas reliquias confirmare : ſed non poteſt à falſis certe diſcernere veras : neque ut illud agere videretur, ullam unquam inſtituit in reliquias accuratam inquiſitionem, aut indicem earum fieri curavit expurgatorium.

CAP. V. *De Imaginibus.*

Quæſtio prima eſt de nomine imaginis, & idoli in qua, noſtra ſententia eſt : multa idola non poſſe vocari imagines : & viciſſim multas eſſe imagines quæ non recte (ex uſu recepto) vocarentur idola : ſed tamen, omnem imaginem, quæ religioſe colitur, vel quod numen aliquod repræſentat, cultu & honore per illam afficiendum idolum recte vocari. Bellarm. contra ſtatuit : *inter imaginem, & idolum, hoc intereſſe, quod imago eſt vera rei ſimilitudo, idolum autem eſt falſa ſimilitudo, id eſt, repraſentat id quod revera non eſt.*

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Scriptura nuſquam tribuit nomen idoli, ulli vera imagini, vel ſimilitudini rei vera.*

Proteſt. I. Negari non poteſt, quin Scriptura habeat res ipſas veras, Solem, Lunam, & totum exercitum cœlorum, pro idolis, quando coluntur, veritas igitur rei non removet rationem & nomen idoli. II. Bellarm. nullam omnino artificialem imaginem veram oſtendere poteſt in tota Scriptura, quæ religioſe colebatur, quin vel nomine, vel deſcriptione, idolū fuiſſe ſignificetur. III. Nemo ſanus dubitare poteſt, quin Ethnici, qui tam multos homines volebant ſimulachris, imagines quaſdam rerum verarum coluerint & tamen omnia illa quæ ab ipſis coli ſolebant, diſerte vocantur idola. 1 *Cor.* 12,2,3. Bellarm. ipſe de verbo Dei, *l.* 1, *c.* 13. contendit, *ipſa idola quæ Rahel furata eſt patri ſuo, fuiſſe imagines hominum vel imaginem hominis, & ſtatuam, vel imaginem Beli, regis Aſſyriorum, fuiſſe primum idolum*, & hujus *lib. cap.* 8. *ad tert.* ex Euſebio & Lactantio profert, *omnia idola Gentium, eſſe ſtatuas hominum, quorum ſepulchra oſtenduntur.* IV. Scriptura nuſquam tribuit nomen idoli, ſimilitudini rei quæ non eſt, ob illam ſolam cauſam, quia forma repræſentata non eſt, tum enim ipſi Cherubini fuiſſent idola : quia tales facies alatæ, in nulla creatura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

exiſtunt. V. Bellarm. ipſe *cap.24.* hæc habet verba: *latria quæ exhibetur imagini ſi ſit idem cultus cum eo qui exhibetur Deo, eſt idololatria: nam idololatria eſt etiam cum adoratur idolum ſimul cum Deo*, imago igitur quædam vera, eſt idolum.

2. Bellarm. *Scriptura teſtamenti veteris, ordinariè vocat vana, falſa, mendacia qua etiā ratione. Hab. 2, 18. dicuntur imagines falſa.*

Proteſt. Apud Habachuchum *cap* 2, 18. non vocatur idolum imago falſa, ſed *falſum docens*: quæ etiam eſt explicatio, nominum illorum, quæ Bellarm. notat. Vana etiam vocantur idola, quia non poſſunt prodeſſe. *Iſ.* 44, 4, 5.

3. Bellarm. *Paulus* 1 *Cor.* 8. *ait idolum eſſe nihil, quia repræſentat illud quod nihil eſt.*

Proteſt. Poteſt quidem hoc vere dici, de idolis, tam Ethnicis, quam Pontificiis, quod nihil Dei vel unice colendi repræſentant: ſed tamen Apoſtoli mens propria videtur eſſe, idolum nihil eſſe efficacia, atque adeo non realiter pollere, illa quæ habet ſibi ſacrata ſic non tantum idolum, ſed & idolothytum dicitur eſſe nihil. 1 *Cor.* 10, 19.

4. Bellarm. *Hieronymus paßim confert hæreſes cum idolis, ratione falſitatis.*

Proteſt. Recte inſtituitur iſta comparatio quia ſicut omnis hæreſis aſſerit aliquid falſi enunciatione mentali & verbali, ſic & imago, non immediata repræſentatione ſed conſequente ſignificatione, falſi aliquid ſemper præ ſe fert.

5. Bellarm. *Idolum, ex vocis proprietate, eſt diminutivum, ſignificans formam parvam, non quantitate ſola, ſed & perfectione: imaginem ſcilicet inanem, cui nihil reſpondet in re.*

Proteſt. I. Idolum non notat quantitatem parvam tun enim ſtatua Nebuchadnetſaris. *Dan.* 3, 1. quæ fuit altitudine, cubitorum ſexaginta, & latitudine cubitorum ſex non fuiſſet idolum. II. Parva eſt imago perfection reali, ſi comparetur cum exemplari, quamvis maximan habeat perfectionem in repræſentando: formam & figuram imitatur ars, non ipſam naturam, florem imitatur pictor, ſed floris odorem addere nequit. III. Repræſentat ſæpe idolum majus aliquid quam eſt in re ipſa: ſicu umbra aliquando major eſt corpore: & ſtatuæ gigante hominibus vivis majores.

6. Bellarm. *Simulachri nomen, in Scripturis, ubique & ſemp ponitur pro idolo.*

Proteſt. Optimus latinitatis auctor, M. T. Cicero, in o rat. pro Achaia, ſimulachrum cum imagine confundit *ſtatuæ, & imagines, non animorum ſimulachra ſunt, ſed corporum*, i Verrem, *effigies ſimulachrumque Mithridatis.* De Lactantio (qu inter omnes Patres, audit Ciceronianus) idem fatetu

Bellarm

Bellarm. Iſidorus, *Orig*.8. cum ipſo conſentit. Interpres etiam vulgaris alias multas voces hebraicas, græcas, reddit per *ſimulachrum: & 1 Sam* 19. *teraphim* non idolum, (cui locus non fuit in ædibus Davidis) ſed imaginem vulgarem, *ſimulachrum* appellat.

Quæſtio ſecunda eſt, an liceat pingere imaginem Dei. Bellarm. affirmat, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

7. Bellarm. *Angeli ſunt incorporei, & tamen depicti, & ſculpti ergo & Deus, licet incorporeus, poteſt pingi.*

Proteſt. I. Non ſequitur: quia aliæ ſunt rationes picturam Dei prohibentes, præter illam, quæ petitur ab incorporea ejus natura: eſt enim infinitus, & reverentiæ tantæ, ut quod licet nobis circa creaturam tentare, circa ipſum non liceat, ſine ejus mandato. II. Angeli non ſunt depicti, aut ſculpti, vel quoad ſuam naturam internam, vel ſub ulla ratione, quæ ſpectat ad eorum venerationem. III. Picturas alias Angelorũ, præter illas quas Deus ipſe præſcripſit, aut ultra ejus præſcriptum, vel utiles, vel etiam licitas eſſe, non liquet. At vero de ſemetipſo, Deus nihil tale vel fecit, vel faciendum præſcripſit.

8. Bellarm. *Deus viſus eſt corporea ſpecie, Gen.* 3 *&* 28. *Exod.* 33. *Iſ.*6. 1 *Reg. ult. Am.*9. *Dan.*7. *Spiritus etiam ſanctus apparuit in forma columbæ, Matth.* 3. *quid ergo prohibet ſic pingi.*

Proteſt. I. Deus non dicitur viſus corporea ſpecie, *Gen.*3 neque 28. neque *Exod.*33. neque *Iſ.*6. neque 1 *Reg. ult.* neque *Am.*9. II. Quamvis Deus aliquando ita viſus fuerit, multa tamen prohibent, ne ita pingatur. 1. Expreſſum Dei verbum *Exod.*20. *Deut.* 4 *&* 5. 2. Quod Deus in illa ſpecie, non ita ſemetipſum declaravit, ut formam aut figuram ſui propriam fecerit nobis notam: ita ut nullam formam poſſimus exprimere, quæ proprie & per ſe intelligi poſſit, eſſe Dei, & non creaturæ. 3. Quod accuratam nullam deſcriptionem habemus illius ſpeciei, qua viſus eſt. 4. Quod pictoris penicillum, non poteſt ex dignitate imitari operationem divinam, in eadem ſpecie exhibenda. 5. Quod illi ipſi, quibus viſus eſt Deus, ſub tali ſpecie, non intellexerunt poteſtatem ſibi factam, Deum in illa ſpecie pingendi. 6. Quod (ut Durandus in 3. *d.*91. *q.*2. reſpondet) illæ formæ corporales, non erant à Deo aſſumptæ, & ideo repræſentatio earum non eſt repræſentatio Dei, ſed formæ, cui reverentia religioſa non debetur. 7. Periculum idololatriæ inde ſecuturæ.

9. Bellarm. *Scriptura verbis tribuit Deo omnia membra humana*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

cur ergo non poterit pictura exhiberi, qualis depingitur Scriptura?

Proteſt. I. Quia Scripturæ hujuſmodi auctor eſt Deus: picturæ non item. II. Quia verba iſta per diſpoſitionem quam habent, ſpiritualem ſenſum præ ſe ferunt: pictura vero non eſt capax hujuſmodi tranſlationis. III. Quia omnia membra humana, nuſquam in Scriptura conjunctim & ſimul tribuuntur Deo. IV. Quia Scriptura in ſeſe habet explicationem horum verborum, quam pictura non poteſt habere pictam.

10. Bellarm. *Pinguntur ea, quæ minus videntur poſſe pingi, quam Deus, nimirum virtutes cur ergo non poterit pingi Deus?*

Proteſt. I. Falſum eſt, virtutes minus pingi poſſe, quam Deum, ſive de jure, ſive de facto hoc affirmetur. II. Vmbra tantum, non pictura vel imago dari poteſt alicujus virtutis. III. Libertas major nobis relinquitur in creaturis, quam in creatore exprimendo.

11. Bellarm. *Homo eſt vera imago Dei: ſed hominis poteſt pingi imago: ergo & Dei nam quæ eſt imago imaginis, eſt etiam exemplaris.*

Proteſt. I. Homo non eſt proprie imago Dei, ſed ad imaginem Dei factus. II. Imago hominis non exprimit niſi minimam partem illius quod pertinet ad imaginem Dei in homine. III. Imago hominis non poteſt eſſe imago Dei, quatenus Deus ab homine differt. IV. Si omnes homines, & omnes etiam hominum imagines vulgares, ſint imagines Dei, tum certe nihil opus eſt, ut ſingulares quædam picturæ magno labore, & ſumptibus, ad repræſentandum Deum parentur: præſertim cum imago viva, cuilibet mortuæ debeat anteponi. V. Intelligere potuerat Bellarm. ex logica, omne ſimile, non eſſe imaginem, ſed ſimile deſtinatum ad aliud repræſentandum, ita ut imago non minus adjuncti, quam ſimilitudinis habeat rationem: quod neque hominis imagini, neque proprie homini convenit reſpectu Dei, omnis lineæ tranſverſæ, non ſunt imagines, vel ſigna crucis. VI. Obſervandum etiam eſt, quod tam iſtud argumentum, quam præcedentia omnia tollit, Scholaſticos ipſos concedere, ante Chriſti adventum, *prohibita fuerit imaginum factura, ne rei vice Dei fieret veneratio. Alex. Hal. pag.*4. *quæſt.* 160. *in* 3. Bonaventura *in* 3. *diſt.*9. *quæſt.*2.

12. Bellarm. *Recepta ſunt jam ubique ejuſmodi imagines neque credibile eſt, Eccleſiam toleraturam univerſaliter aliquid illicitum.*

Proteſt. Hoc ſcilicet Achilleum eſt Pontificiis, tam in hac, quam in reliquis controverſiis, *jam ubique recipiuntur, hæc & illa, ergo debent recipi.* II. Falſum eſt ubique recipi hujuſmodi imagines. III. Non eſt incredibile, illam Eccleſiam, quæ ubique tolerat ipſa lupanaria, toleraturam univerſaliter aliquid illicitum.

Argu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Argumenta noſtra.

13. *Proteſt.* Exodi 20. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem. *Deut.* 4. Imaginem nullam vidiſti, obſerva ergo teipſum, ne forte deceptus, facias tibi ullam ſimilitudinem. Iſ. 40. Quam imaginem ponetis Deo? ſic etiam *cap.* 46. *& Actor.* 17.

Bellarm. 1. *Tribus modis poteſt aliquid pingi.* 1. *ad exprimendam perfectam ſimilitudinem formæ, & naturæ rei ipſius: quomodo res corporeæ ſolum pinguntur.* 2. *Ad hiſtoriam aliquam oculis exhibendam: & hoc modo poteſt Deus pingi.* 3. *Extra hiſtoriam, ad explicandam naturam rei, non per immediatam, & propriam ſimilitudinem ſed analogiam: & hoc modo pinguntur virtutes, & Deus Pater.*

Proteſt. Diſtinctio hæc eſt inepta. I. Quia nulla eſt oppoſitio, ſed potius conſenſio partium. Pingi namque poteſt aliquid ſimul, ad exprimendam ſimilitudinem formæ, vel perfecte, immediate, & proprie, vel per analogiam, ad hiſtoriam ejus oculis exhibendam. II. Quia Deum æque picturæ exponit, ac ullam rem incorpoream: & eatenus pingi poſſe *de jure* ſupponit, quatenus de *facto* poteſt. III. Nulla ratione poteſt applicari ad argumentum noſtrum ſolvendum.

Bellarm. 2. *Poſſet uno verbo dici, in omnibus Scripturis citatis, prohiberi imaginem Dei, primi generis.*

Proteſt. Non poteſt hoc dici, niſi cum impudentia ſumma. Nam I. Prohibetur expreſſe *omnis* ſimilitudo, vel imago. *Exod.* 20, 4. ergo non unius tantũ generis. II. Prohibetur *Deut.* 4. 15. illius generis imago, à qua cavere nobis debemus valde: at vero primi generis imago, non opus eſt ut tam ſollicite caveatur, quia non poteſt, niſi ab hominibus plane inſanis, ut poſſibile quid cogitari: *exprimere ſcilicet imagine perfectam ſimilitudinem & naturam Dei.* III. Prohibetur omne genus imaginum religioſarum, quæ in uſu fuerunt apud Gentes. *Iſ.* 46. *Act.* 17. ſed primi generis imago non fuit apud Gentes intelligentiores in uſu: majeſtatem enim Dei, incorpoream, incomprehenſibilem, & infinitam agnoſcebant. *Rom.* 1, 23. IV. Scholaſtici ipſi agnoſcunt plus aliquid prohibitum ſaltem Iudæis fuiſſe. ſic *Bonaventura in* 3. *d.* 9. *q.* 2. *prohibitum eſt, ne quis faciat ſibi imaginem, pro eo tempore, in quo Deus humanam naturam nondum aſſumſerat, tunc enim cum Deus omnino Spiritus eſſet, infigurabilis erat, & ideo ipſum figurare erat error, & impietas.* cum Bonaventura conſentiunt plerique omnes Scholaſtici, apud Azorium, *lib.* 9, *cap.* 6. *q.* 6.

Bellarm. 3. *Exiſtimo tamen, Exodi* 20, 23. *cum dicitur, Deos argenteos non facietis mecum & ſimiliter Iſ.* 40 *&* 46. *ad literam, non*

agi de imagine facta ad repræſentandum Deum verum, nec enim tales à Iudæis fiebant, ſed de quibuſcunque ſimulachris quæ haberentur pro Diis. Vult enim Deus dicere, ſi vobis ſimulachrum ligneum eſt Deus, cum ego etiam ſim Deus, ſequitur me ſimilem eſſe Deo ligneo, ſecundum vos: nam Deus Deo non poſſet non eſſe ſimilis.

Proteſt. I. *Præceptum ipſum, non facies tibi ſculptile, &c.* ne quidem exiſtimatione Bellarmini, poteſt hoc ſophiſmate eludi: neque explicatio ejuſdem, *Deut.* 4 & 5. II. Quæ *Exod.* 20, 23. habentur, eandem plane explicationem præcepti illius præ ſe ferunt, cum illis verbis *Deut.* 4, 12, 15, 16. ibi dicitur: *vos vidiſtis ex cælis me loquutum eſſe vobiſcum: ne facite mecum Deos argenteos.* hic autem *vocem verborum vos audiviſſe, ac ſimilitudinem nullam vos animadvertiſſe præter vocem: non faciatis vobis ſculptile, &c.* III. *Iſ.* 40, 18. ſimulachrum prohibitum diſerte refertur ad Deum verum, *quam ſimilitudinem comparabitis Deo forti.* IV. Falſum eſt, quod Bellarm. affirmat, tales imagines à Iudæis non fuiſſe factas. Feſtum enim imaginis, conſecratum fuit Iehovæ. *Exod.* 32, 5. V. Futilis plane eſt illa interpretatio Bellarm. *ſi vobis ſimulacrum ligneū eſt Deus, ſequitur, me ſimilem eſſe Deo ligneo.* Nam 1. Similitudo hac ratione non intenderetur ab idoli factoribus, ſed colligeretur a Deo: quod verbis textus adverſatur. 2. Elumbe plane argumentum tribuitur Deo, adverſus eos qui alium Deum erigerent: *facitis me ſimilem ejus per conſequentiam*, quaſi major eſſet impietas in conſequentia, quam in re ipſa. Emphaſin rationis collocat Bellarm. in materia *lignea*: quaſi aurei, & argentei Dii, non eſſent æque deteſtandi. VI. Deus ipſe diſertis verbis affirmat, ſe non eſſe ſimilem Diis aliis, ne judicio quidem Idololatrarum. *Deut.* 32, 31. neque unquam, in Scriptura tota, accuſantur illi qui alios Deos colunt, quod qualitatem diſſimilem aut alienam Iehovæ affingunt: ſed quod ipſum deſerunt, abnegant, & quantum in ipſis eſt, de cœlo ac ſolio ſuo deturbant. 6. Bellarm. ipſe *cap.* 24. hæc habet verba: *Idololatria eſt etiam, cum adoratur idolum ſimul cum Deo. Exod.* 20. *Deos aureos, & argenteos non facietis mecum*, agit autem ibi de imagine veri Dei. Ne quidem exiſtimavit Bellarm. id quod hic ſe dicit exiſtimaſſe: niſi intra cap. octavum & 24. exiſtimationem ſuam commutavit.

14. Concilium Elibertinum *can.* 36. prohibet imagines illius quod colitur. Auguſtinus dicit nefas eſſe Deo ſimulachra collocare de fide, & ſymbolo, *cap.* 7. Origenes contra Celſum, *lib.* 7. docet Chriſtianos nullam Dei imaginem habuiſſe. Synodus etiam idololatrica, quæ dicitur Nicena ſecunda, vel ſeptima generalis, fatetur *act.* 4, 5 & 6. Deum pingi non poſſe. Damaſcenus de fide, *lib.* 4, *cap.* 17. ſtultitiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſtultitiæ extremæ, & impietatis eſſe dicit effigiem Dei exprimere.

Bellarm. *Intelligimus hac de imagine Dei primi generis.*

Proteſt. Si vos plane vultis ita intelligere omnia quæ vobis adverſantur, nemo poteſt hoc impedire: ſed auctores iſtos aliud voluiſſe, nec debere ſic intelligi, palam eſt. I. Quia diſtinctio illa imaginum in tria genera, eorum tempore, fuit ignota. II. Quia omne genus imaginis excludunt rationes illæ quibus illæ ſententiæ ab autoribus ſuis muniuntur: *quod colitur:* &c. III. Quia imagines quæ negantur in iſtis ſententiis, non opponuntur unquam aliis generibus imaginum Dei, ſed imaginibus creaturarum. IV. Quia Bellarm. non poteſt ex ullo antiquo ſcriptore, exemplum unum proferre ullius generis imaginis Dei, ab Eccleſia probatæ.

Quæſtio tertia eſt, an imagines in templis recte collocentur, Bellarm. affirmat, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

15. Bellarm. *Imagines Cherubim fuerunt in templo Hieroſolymitano.*

Proteſt. Non quæritur, utrum Deus, quando ipſi ita viſum fuit, rectè collectaverit imagines in templo: ſed an homines poſſint hoc recte facere.

16. Bellarm. *Probatur ex conſuetudine Eccleſiæ, quæ fuit primis quingentis annis.*

Proteſt. Per ſecula tamen aliquot Eccleſiæ primitivæ, nullum veſtigiū hujus conſuetudinis oſtendit Bellarm. præter picturam calicum, quam Tertullianus de pudicitia, *cap.* 10. *idolum ebrietatis* appellat: qua phraſi ſimul indicat, imagines veras tum temporis vocatas fuiſſe idola. & illam imaginem nullum ſtatum eccleſiaſticum habuiſſe, ſed uſum communem.

17. Bellarm. *Probatur ex Conciliis.*

Proteſt. Antiquiſſimum Conciliorum, ex quibus probatur, eſt Nicenum ſecundum, ſeptimo ſeculo habitum, ſuperſtitionis hujus mater impura, ad cujus etiam confirmationem, futiliter admodum, & profane abutitur Scriptura ſacra.

18. Bellarm. *Signa ſacra nuſquam melius, quam in ſacris locis poni poſſunt.*

Proteſt. Illa ſola ſunt ſigna ſacra quæ à Deo ſanctificantur.

19. Bellarm. *Imagines templum ornant.*

Proteſt. Ornamentum civile non pendet ex ſignis ſacris.

Religioſum autem ornamentum nihil habet commune cum ſimulachris. *Quæ conſenſio templo Dei cum ſimulachris? 2 Corint. 6,16.*

20. Bellarm. *Imagines continent mentes hominum, ne vagentur inanibus cogitationibus.*

Proteſt. Eodem plane modo, quo imagines vanæ, removent vanas imaginationes. Hoc declarant ipſimet Pontificii, qui tempore quadrageſimali, ne vagentur inanibus cogitationibus, imagines ſuas omnes ſolent obvelare.

21. Bellarm. *Templum eſt imago quædam cæli: debet igitur in ſeſe imagines eorum habere, qui ſunt in cælo.*

Proteſt. I. Templorum vulgarium ædificia, nullam vel deſtinatam relationem, vel naturalem proportionem habent ad cælum. II. In imagine cæli, nihil debet collocari quod Dominus cœli non præſcripſit.

22. Bellarm. *Imagines Sanctorum, nullibi melius ponuntur, quam in domibus ipſorum.*

Proteſt. Nullibi igitur pejus, quam in domo illa cujus Sancti non ſunt domini, quia Domino Deo ſoli & inſtitutis ejus debet ſanctificari.

Argumenta noſtra.

23. *Proteſt.* I. Templa ad finem eum nullo modo ſunt exſtructa, ut creaturarum imagines in iis collocarentur: ſed ut cultui à Deo inſtituto, & approbato, inſervirent. *Domus mea domus orationis eſt.* II. Quia res eſt plena periculi: eſt enim tentatio populi ad idololatriam. III. Quia ſpeciem habet mali. IV. Quia nulla vox aut ſyllaba, in Scripturis reperitur, qua cæptum approbatur. V. Quia in Primitiva Eccleſia, religioſe abſtinuerunt omnes Chriſtiani ab hac innovatione. VI. Quia ſcandalum hac ratione præbetur, non tantum Chriſtianis, ſed & Iudæis, & Mahumetanis. Quæ Bellarm. ad quædam horum, reſpondet (varia enim non attingit) tam ſunt futilia, ut non indigeant refutatione.

Quæſtio quarta eſt, an imagines ſint utiles extra hiſtoriæ notationem? Bellarm. affirmat: nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

24. Bellarm. *Deus in templo ſuo, juſſit fieri imagines Cherubin, ſine ulla hiſtoria notatione.*

Ptoreſt. Imagines illæ, nullum alium habuerunt uſum, quam ad naturam & officium Angelorum notandum: quod pertinet ad hiſtoriam, eo ſenſu, quo Plinius intelligit hiſtoriam ſuam naturalem.

25. Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

25. Bellarm. *Chriſtiani ſemper habuerunt ſolitarias imagines extra hiſtorias.*

Proteſt. Chriſtiani non ſemper imagines habuerunt & quando primo cœperunt habere, hiſtoriam in illis reſpexerunt, non cultum.

26. Bellarm. *Imagines utiles ſunt ad inſtructionem & eruditionem, melius enim interdum docet pictura, quam Scriptura.*

Proteſt. Sculptile eſt *doctor falſi, Hab.*2,18. II. Creaturæ naturales, magis multo inſtruunt, & erudiunt ad pietatem, quam hominum opera poſſint. III. Patibulum publicum erudit, eodem modo quo imago ab homine ficta. IV. Deus ſuſtulit è medio cæremonias ſuas proprias, veteris teſtamenti, quæ fuerunt quaſi imagines erudientes: non ut locum faceret imaginibus humanis, ſed cultui & eruditioni ſpirituali. V. Non falſum tantum, ſed & blaſphemum eſt, quod Bellarm. affirmat, *picturam melius docere, quam Scripturam*, neque enim pictura quidquam theologicum docere poteſt, ſine Scriptura: neque tam perfecte docet, quod ſimul docet: neque ex inſtitutione, & benedictione Dei, efficaciam Spiritus habet ſibi annexam.

27. Bellarm. *Vtiles ſunt imagines, ad caritatem erga Deum, & Sanctos, fovendam & augendam.*

Proteſt. I. Caritas erga Deum conſiſtit in præceptis ejus obſervandis, quorum unum eſt, *non facies tibi ſculptile.* Caritas erga Sanctos, caritati Dei non adverſatur. II. Si imagines fuiſſent utilia media caritatis; Apoſtoli mentionem aliquam earum feciſſent. Ioannes ſaltem, qui totus fuit in caritate prædicanda, non concluſiſſet epiſtolam ſuam cum illa admonitione, *cavete vobis ab idolis*: ſed adjunxiſſet exhortationē ad imaginum curā religioſam.

28. Bellarm. *Imagines excitant ad imitandum.*

Proteſt. Quicquid in iſto genere valent, id totum faciunt per Hiſtoricam notationem. Bellarm. autem probandas ſuſcepit utilitates alias extra hiſtoriam.

29. Bellarm. *Imagines conſervant in nobis memoriam Chriſti, & Sanctorum.*

Proteſt. I. Pertinet hoc etiam ad hiſtoricam notationem. II. Si imaginibus, Chriſti & Sanctorum memoria fuit conſervata ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris. III. Memoriæ ſubſidia omnia quæ neceſſaria ſunt inſtitui, accepimus à Deo in verbo & ſacramentis. IV. Inſtituta hominum memoriam carnaliter polluunt & depravant.

30. Bellarm. *Dum diligimus & honoramus imagines Sanctorum, fidem confitemur in approbatione pietatis eorum, & in deteſtatione omnis impietatis adverſa.*

Proteſt. I. Fidei adverſatur religioſus honor creaturæ. II. Pietati ſanctorum talis honor plane repugnat. III. Impietas una hac ratione ſic vitatur, ut in aliam incurratur.

31. Bellarm. *Erigere ſtatuas vel imagines, viris magnis ad honorem eorum pertinet.*

Proteſt. I. Non extra hiſtoricam notationem. II. Non contra honorem & obedientiam Deo debitam. III. Non contra eorum virorum profeſſionem. IV. Non ſi ſit honor religioſus, qui ipſis non debetur.

Quæſtio quinta eſt, an imagines aliquo genere cultus ſint proſequendæ? Bellarm. affirmat: nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

32. Bellarm. *Imagines Cherubin, ſuper arcam exiſtentes, neceſſario adorabantur, ab iis qui arcam adorabant, Serpens quoque æneus, non poterat non honorari, cum in loco ſublimi, à Deo poſitus fuiſſet, & ſalutem miſeris in ſe aſpicientibus adferret.*

Proteſt. I. Hypotheſis illa eſt falſa, de adoratione arcæ: ſicut antea fuit declaratum. II. Ex illa conceſſa, non ſequitur imagines impoſitas arcæ fuiſſe adoratas Qui regem civiliter adorat, non neceſſario adorat vel equum, vel pileum Regis. IV. Si ſerpens æneus non potuit non adorari, quia fuit in ſublimi poſitus, & ſalutem miſeris aſpicientibus adferebat, tum ſol etiam in ſublimi poſitus, & ſalutem adferens, debet adorari. IV. Azorium ipſum Ieſuitam, pudet hujus objectionis ſic enim ille, *lib.9.cap.6. quæſt.7. Mihi nullus videtur apud Iudæos fuiſſe cultus imaginum. Nec enim puto Cherubinos fuiſſe ideo depictos, ſculptoſque ut colerentur, ſed ob ornatum, & pulchritudinem tabernaculi, vel templi, & ad majeſtatem Dei plenius oſtendendam. Serpens æneus, nequaquam eſt divino juſſu in altum ſublatus, ut coleretur à Iudæis, ſed ut conſpiceretur à cunctis, cujus conſpectus à ſerpentinis eos morſibus curaret.*

33. Bellarm. *Creaturæ honorandæ ſunt religioſe, propter ſolam relationem ad Deum. Pſ.95. adorate ſcabellum pedum ejus. Matth.5. nolite jurare per cælum, quia thronus Dei eſt. Sed ſimilem relationem habent imagines: igitur eadem ratione colendæ ſunt.*

Proteſt. I. Honorandæ ſunt creaturæ Dei ex religione erga Deum, non ex religione erga ipſos, religio (ut Scholaſtici loquuntur) imperat, non elicit iſtum honorem. II. Honor creaturæ debitus, non eſt religioſæ adorationis, ſed reverentis uſus. III. Imagines ab hominibus inventæ, qua tales ſunt, nullam relationem habent ad Deum, niſi fictitiam. IV. Locum illum Pſalmi male verſum eſſe antea monſtravimus. Hactenus autem concedimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mus, quod ex altero loco ſequitur, falſo aut temere, ne per imagines quidem debere quenquam jurare, ſicut nec omnino.

34. Bellarm. *Creaturæ dicuntur ſacræ, vel ſanctæ, & venerabiles, propter relationem ad res ſacras, ſed imagines ſunt inſtitutæ ad ſignificandas, & repræſentandas res ſacras, ergo.*

Proteſt. I. Neque omnia quæ relationem habent ad res ſacras, neque omnes res ſacræ, ſunt adorandæ. II. Cum fundamentum ipſum relationis quæ tribuitur iſtis imaginibus, ſit impia præſumptio, relatio ipſa, & adoratio ex illa deducta, non alio ſenſu dici poſſunt ſacræ, quam quo res quædam execrandæ, eo nomine vocitantur.

35. Bellarm. *Probatur ex Conciliis, Patribus.*

Proteſt. Nihil tamen tale oſtenditur, ex ullo Concilio, ante Nicenum ſecundum, anno 788. coactum: cujus conſpirationem in iſto ſacrilegio, æque fere damnamus ac ipſam Tridentinam. Neque ex Patre aliquo antiquo quidquam profertur, quod ſonat imaginum adorationē.

36. Bellarm. *Deus per imagines Chriſti, & Sanctorum, multa miracula operatur.*

Proteſt. I. Iubemur à Deo ipſo negare hujus generis conſequentias: *Deut.* 13, 1, 2, 3. II. Gabriel Biel in canonem Miſſæ, *lect.* 32. monuit nos *in cultu profano, Diabolum plurimum delectari, & quantum valet cooperari, ac aſſiſtere apparentibus miraculis.* Eidem etiam cooperantur homines mendaces, & creduli, in multis miraculis falſis narrandis. Si vero Deus aliquando ſingulariter tale quid fecerit, gloria tota eſt Deo tribuenda, non imaginibus manufactis.

37. Bellarm. *Homo dignus eſt veneratione, quia imago Dei eſt: ergo & cæteræ imagines Chriſti, vel Sanctorum.*

Proteſt. I. Non ſequitur ratio quia cæteræ illæ imagines, deſtituuntur illa inſtitutione vel authoris virtute, quæ facit imaginem reverenter pro tali agnoſcendam. II. Homo non eſt dignus veneratione, vel cultu formaliter religioſo.

38. Bellarm. *Imago Regis eſt venerabilis civili quodam honore: ergo imagines Chriſti & Sanctorum, ſunt honorabiles cultu religioſo.*

Proteſt. Non ſequitur I. Quia imago Regis eſt res civilis: ſed imago hominis ſancti, non eſt res ſancta, magis quam imago viri docti, ſapientis, juſti, eſt imago docta, ſapiens, juſta. II. Quia Chriſtus non proponit ſuam imaginem colendam, ſicut Reges aliquando ſuam volunt honorari. III. Inter *quendam honorem civilem,* & *cultum religioſum,* nulla proportio intercedit.

39. Bellarm. *Imago eſt capax injuriæ, & contumeliæ, ergo & honoris, atque cultus.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Sano ſenſu conceditur totum. Non enim quæritur, an imago remotam habeat capacitatem alicujus honoris : ſed an proximam illam capacitatem habeat cultus religioſi, ut illum etiam capere debeat.

40. Bellarm. *Imagines falſorum Deorum ſunt execrandæ : ergo imagines Chriſti & Sanctorum ſunt honorabiles.*

Proteſt. Non ſequitur, ſi per *honorabiles*, intelligatur adoratio religioſa. I. Quia imaginem Dei falſi jubemur deteſtari : ſed alteras imagines non jubemur honorare. II. Quia Imagines poſſunt eſſe capaces execrationis, ſed non religioſæ adorationis. III. Quia illæ imagines cauſas & conditiones omnes habent malas, quæ poſſunt eſſe malæ : iſtæ autem non habent omnes bonas.

41. Bellarm. *Iconomachi fuerunt omnes improbi, defenſores imaginum, fuerunt ſancti viri, & docti.*

Proteſt. I. Moſes, Aſa, Hezekias, Ioſias, Chriſtus, cum Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, hoſtes fuerunt imaginum ad cultum erectarum : neque tamen improbi. II. Improbi aliquando recti aliquid vident, ubi homines non adeo mali cæcutiunt, ſic Pilatus vidit innocentiam Chriſti, quem docti, & non profani ſacerdotes ac Phariſæi, crucifigendum eſſe clamabant. Centuriones & Præſides Romani Paulum defendebant, quam religioſi Iudæi, ex zelo legis occidere voluerunt.

42. Bellarm. *Infelicem exitum habuerunt Iconomachi : defenſores autem imaginum fuerunt felices.*

Proteſt. Popularis hæc, & falſa interpretatio eſt eventuum communium, nullam ſpeciem habet ſolidi argumenti.

Argumenta noſtra.

43. *Proteſt.* Scripturæ utriuſque Teſtamenti, ſevere interdicunt cultum ſimulachrorum, *Exod.20. Lev 25. Deut. 4 & 5, & 27. Rom.1. &c.*

Bellarm. 1. *In illis Scripturis reprehenditur idololatria, id eſt, cultus imaginum, quæ habentur pro Diis, vel per quas coluntur tanquam Dii qui vere non ſunt.*

Proteſt. Reprehenditur quidem idololatria illa, quam Bellarm. deſcribit, ſed non illa ſola. Nam I. *Exod 20. interdictum fuiſſe Iudæis omnem imaginum cultum, videntur ſentire (ait Azorius Ieſuita. lib. 9, cap. 6. quæſt. 6.) Alex. 1. p. 3. q. 30. m. 3. a. 3. ſect. 1. Alber. 3. diſt. 9. a. 4. Bonavent. 3. diſt. 9. a. 1. quæſt. 2. ad 1. Richard. 3. diſt. art. 2. q. 2. ad 1. Pal 3. d. 9. quæſt. 1. a. 2. Marſil. 3. quæſt. 8. a. 2. ad 2. Henric. quodlib. 10. quæſt. 6. in quam ſententiam libentius inclino.* Addunt quidem iſti, hoc fuiſſe *juris divini ſcripti tantum, & Christi morte abrogatum ceſſaſſe. ibid.* Sed in eo oſten-

ſtendunt, ſe plane coactos clara Scripturæ luce, & invi-
os, manus dediſſe veritati, quamvis tam bene voluerint
Eccleſiæ Romanæ, ut in ejus gratiam, Chriſti mortem ad
egem moralem abrogandam, & imaginum cultum eri-
endum, non dubitarent tam miſere & turpiter detor-
uere. II. Neque Iudæi, neque Gentiles omnes habue-
unt ſimulachra ſua pro Diis, ſed in ſimulachris Deum
oluerunt. Sicut patet de Iudæis. *Exod.* 32. *Iud.* 17. & de
Gentilibus, *Rom.* 1. *Act.* 17. III. Bellarm. ipſe *cap.* 24. pro-
at imaginem Dei eſſe idolum, ſi per ſe & proprie colatur
atria, una cum Deo, ex illis verbis, *Exod.* 20. *Deos aureos non
acietis mecum.*

44. Bellarm. 2. *Simulachra ab Ethnicis vocabantur Dii.*

Proteſt. Sic etiam ſimulachrum Dei, inter Pontificios,
ocatur Deus: tropice, non proprie. Bellarm. ipſe, paulo
oſt reſpondet, *forte communicarunt nomen Dei idolis per ſimili-
udinem.*

45. Bellarm. *Iudæi ſimulachra colentes, dicuntur obliviſci Deum.*

Proteſt. Quoad practicam & efficacem recordationem,
uemadmodum & Pontificii eum ſunt obliti, non quoad
peculationem.

46. Bellarm. 4. *Iudæi, in vitulo, non quærebant ſignum tantum
rporeum, ſed Deum corporeum, habebant enim nubem, & columnam
gnis.*

Proteſt. Non ſimpliciter ſignum quærebant, ſed ſignum
ale quale Gentes aliæ habebant.

47. Bellarm. 5. *Iudæi putabant Apim Ægyptium vitulum eſſe
Deum cœli, & ideo imaginem vituli ſtatuerunt.*

Proteſt. Putabant forſan Apim eſſe optimum ſimula-
hrum Dei cœli: ſed Deum cœli non potuerunt eum
redere, niſi Iehovam ipſum crederent. Solemnitatem e-
im proclamarunt Iehovæ, *Exod.* 32.

48. Bellarm. 6. *Deus verus ubique opponitur idolis.*

Proteſt. Iuſta ſcilicet interpretatione non intentione
emper hominum, nititur hæc oppoſitio: quia Deus non
gnoſcit, ſed alienum plane judicat cultum prohibitum
: nefandum.

49. Bellarm. 7. *Illis verbis*, *Exod.* 32, 4. *Hi ſunt Dii tui, qui
eduxerunt de terra Ægypti, ſignificatur, putaſſe Iudæos, beneficium
berationis de Ægypto, ſe accepiſſe ab Api Deo Ægyptiorum.*

Proteſt. Ridicule: Iudæi enim intelligebant, & Pharao
ſe fatebatur, Iehovam ut educeret Iſraelitas Apim ſu-
eraſſe, & judicia in eum exercuiſſe. *Exod.* 18, 11. *Num.* 33, 4.

50. Bellarm. 8. *Poteſt non improbabiliter, de Idolo Michæ. Iud.
7. & forte de vitulo aureo, & de innominato genere idolorum, admitti,
uod Iudæi in idolo putaverint ſe verum Deum colere.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Quoad hoc genus idolorum igitur, firmum ſtat argumentum noſtrum, & exceptio Bellarm. plane evertitur, qua ſtatuit, *cultum imaginum illarum tantum prohiberi, quæ habentur pro Diis; vel per quas coluntur tanquam Dii, ii qui vere non ſunt.* Simul etiam concedit Bellarminus falſum eſſe, quod antea defendebat: *idolum non eſſe imaginem veram, aut rei veræ.*

51. Bellarm. 9. *Multi Ethnici credebant idola eſſe Deos. 1. Quia id eis dicebatur à Pontificibus. 2. Quia videbant totum fere mundum id credere. 3. Quia Diaboli opera, interdum idola movebantur, & loquebantur. 4. Quia erant forma humana prædita.*

Proteſt. I. Si propter iſtas cauſas, credebant multi Ethnici ſua idola eſſe Deos, tum certe veriſimile admodum eſt multos Pontificios ſimile quid credere de ſuis idolis. Nam I. Pontifices, & ſacrificuli dicunt, hic eſt Deus pater, hic eſt Chriſtus, &c. II. Quia plures ſunt in mundo Pontificio qui divini aliquid tribuunt, huic aut illi ſingulari idolo, quam unquam fuerunt in mundo Ethnicorũ. III. Quia ſæpius viſa ſunt moveri, & vocem proferre. *Bene ſcripſiſti de me Thoma*, dixit ſignum crucis Aquinati. IV. Quia formam habent æque humanam, ac Ethnicorum idola. V. Concedit ipſe Bellarm. *aliquos Ethnicorum non fuiſſe ita ſtupidos, ut putarent idola lignea, vel lapidea eſſe Deos.* De iſtis igitur procedet argumentum noſtrum. Hi autem aliqui non pauci tantum Philoſophi erant, ſed omnes ex plebe, qui non plane obmutuerant: ſicut apparet *Act.* 19. ubi omnes intelligebant diſcrimen inter Dianam, & ejus ſimulachrum.

52. Bellarm. 10. *Prophetæ laborant, ut doceant idola non eſſe Deos.*

Proteſt. Neque ſcilicet per naturam ſuam abſolutam, neque per relationem ad aliud. Eadem eſt mens Patrum.

53. *Proteſt.* Ethnici mutabant ſimulachra pro arbitrio, nec tamen Deos mutabant.

Bellarm. *Potuerunt ex ſtupiditate, credere, Deos aliquos, tam deſtrui, quam fieri manibus hominum.*

Proteſt. Et ſimul tamen eundem Deum manere factum, deſtructum, & ſæpius exſtructum? mirum ſane quenquã tam ſtupidum inveniri poſſe, qui non rideat ſomnia talia. Sed & multa ſimul habebant ejuſdem Dei ſimulachra.

Bellarm. *Putabant unum Deum cæleſtem, multos habere collegas terreſtres.*

Proteſt. Eodem plane modo, quo Pontificii multi putant, beatam Virginem, quæ eſt in cœlis varias habere quaſi ſubordinatas Divas, Lauretanam, Hallenſem, Aſpericollem, &c.

54. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

54. Bellarm. *Gentes ſaltem in idolis creaturas pro Deo col tant : el homines mortuos, vel dæmones, vel partes mundi, vel animas ſal em arum partium.*

Proteſt. Eodem fere modo quo Pontificii. Sic enim reſpondent apud Auguſtinum in *Pſal.* 96. *Non colimus lapidem, on mala dæmonia : angelos quos dicitis, ipſos & nos colimus, virtutes Dei magni, miniſteria Dei magni.* Et Maximus Madaurenſis, pud eundem Auguſtinum, epiſt. 43. *Equidem unum eſſe Deum, quis tam demens, tam mente captus, neget eſſe certiſſimum? Hus nos virtutes, per mundanum opus diffuſas, multis vocabulis invocamus.* Cui Auguſtinus Epiſt. 43. ita reſpondet : *illum Deum icis unum, de quo (ut dictum eſt à veteribus) docti indoctique conntiunt.*

55. *Proteſt.* Hezekias 2 *Reg.* 18, 4. confregit ſerpentem eneum, quia coli jam cœperat.

Bellarm. 1. *Hebræi ſerpenti illi adolebant incenſum, ut Deo: Nam adolere incenſum in veteri lege, ſacrificium videtur fuiſſe.* 1 *Reg.* 2. 2 *Par.* 26.

Proteſt. I. Si Bellarm. oſtendere poteſt, licitum fuiſſe n veteri Teſtamento, vel ſerpentem, vel aliud quidquã, eligioſe colere, cui non licuit incenſum offerre, tum aliuid proficiet hoc reſponſo. II. Si incenſum ſit ſacrifiium, tum illud etiam & multo magis, eſt ſacrificium, quod per incenſum figurabatur, id eſt, oratio vel invocaio religioſa : *Mal.* 1, 11. *Apoc* 8, 3. Pontificii igitur dum nvocant Angelos & Sanctos, ſacrificium offerunt creauris : quod ipſimet fatentur idololatriam eſſe manifetam. III. Si incenſum eſt ſacrificium, tum etiam imanibus & reliquiis Sanctorum offertur Sacrificium, iner Pontificios, ex confeſſione ipſius Bellarm. lib. 1, c. 13. *ſuaves odores nos etiam in ipſa Eccleſia offerimus imaginibus, & reiquiis.*

Bellarm. *Incenſum, in lege veteri, fuit ſacrificium, quia non liebat niſi ſacerdoti adolere incenſum : ſed jam non eſt neceſſario ſacrifiium, cum videamus in Eccleſia, etiam non ſacerdotes incenſum offerre, on ſolum Deo, ſed etiam populo.*

Proteſt. I. Hac ratione, ſi quis non ſacerdos faceret inter Pontificios integram hecatomben, & centum animalia, mactaret in centum aris, ſi non ſoli Deo, ſed etiam populo offerret, non eſſet ſacrificium. II. Bellarm. ridicule nimis, ex facto Pontificiorum differentiam iſtam probat: uo modo adultera aliqua poſſit probare, carnale illud onſortium quod exercet, non eſſe conjugale, quia non uo tantum viro, ſed & aliis illud offert.

Bellarm. 2. *Hebræi, honorabant ſerpentem, propter materiam, quoodo cætera idola, hoc eſt, putabant beneficia ſanitatum, ab ipſo ſerpene aneo profecta.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Si propter materiam honoraſſent, tum om
ænea vaſa, & multo magis argentea, vel aurea honora
ſent. II. Si opinione tantum errabant, potuiſſent m
lius inſtitui: ſicut Pontificii ſolent de iſtiuſmodi ca
bus reſpondere: corrigendus abuſus, uſus non eſt dar
nandus.

56. *Proteſt.* Experientia docet, ex cultu imaginum irr
pere ſuperſtitioſum errorem, quo putatur imagini allig
ta Divinitas. Vnde enim alioqui una imago Chriſti, v
Mariæ, magis frequentatur quam alia? cur precaturi
imagines accedunt? cur magno labore peregrinantur a
aliquam imaginem, cum alias habeant domi, melior
forte & pulchriores?

Bellarm. 1. *Deus per unam imaginem operatur miracula, & n
per aliam.*

Proteſt. Hoc eſt, quod ponitur in objectione, operat
divina certis quibuſdam imaginibus alligatur.

Bellarm. 2. *Quædam imagines pictæ ſunt à ſanctis viris, Luc
Nicodemo, &c. quæ non ſolum ſunt ſanctæ propter ſignificationem,
etiam propter artificem.*

Proteſt. I. Fabuloſæ ſunt iſtæ imagines, non ver
II. Si imagines ſunt ſanctæ propter artificem, tum om
nes creaturæ Dei ſunt multo ſanctiores illis.

Bellarm. 3. *Aliquæ ſunt aliis magis piæ & religioſæ, & magis e
citant ad pietatem.*

Proteſt. I. De gradibus pietatis, in imaginibus, quæ ea
dem rem, eodem modo repræſentant, quid aliud pote
dici, quam quod pietatem, aut divinitatem habent ſi
magis alligatam? II. Imaginaria eſt pietas, ad quam ex
citantur homines ab imaginibus humanis.

Bellarm. 4. *Precaturi ad imaginem accedimus, ut memoriam ej
quem orare volumus nobis imago refricet.*

Proteſt. I. Qui ſunt ejus quem orare volunt obliti, nc
poſſunt memores eſſe hujus finis. Qui autem ſunt m
mores, fruſtra proponunt ſibi talem finem. II. Exp
rientia docet, imaginariam artem memoriæ non prode
ſe, ſed obeſſe memoriæ rationali: multo magis obe
ſpirituali.

Bellarm. 5. *Peregrinationes ad imagines rariores ſunt.*

Proteſt. Impietas, non rara, ſed nulla debet eſſe.

57. *Proteſt.* Imago, cum ſit res inanima, non eſt capa
honoris.

Bellarm. *Non propter ſe, ſed relative ad prototypum.*

Proteſt. Si imago non debet honorari propter ſe, tu
non quia eſt imago: ſi non quia eſt imago, tum non rel
tive: nam imago, quatenus eſt imago, eſt relativum qui

58. *Prote*

58. *Proteſt.* Nulla juſta ratio reddi poteſt, cur imagines
·lerentur.

Bellarm. I. *Imago eſt ſancta propter ſignificationem & repræſen-*
·ionem rei ſanctæ.

Proteſt. Tum multa cauponarum, & diverſoriorum in-
·nia ſunt ſancta, & colenda: talibus enim locis appendi
·lent Angelorum, Sanctorum, & ſanctarum rerum ima-
·nes. Tum etiam ſceleſtus quilibet nequam, qui in lu-
· ſcenico, aut ſacris mimicis (qualia multa habent quot-
·nis Pontificii) Chriſtum, aut Sanctum, aut Angelum
·præſentat, ſanctus erit, & adorandus.

Bellarm. 2. *Imago eſt ſancta, propter Eccleſiæ inſtitutionem.*

Hæc ipſa eſt quæſtio, an Eccleſia ſancte agat, vel in i-
·aginibus ſanctificandis, vel in inſtitutione aliqua ſacra,
·a auctoritate conſtituenda.

59. *Proteſt.* Hominem dicunt Pontificii eſſe imaginem
·ei: & tamen hominem non ſolent adorare.

Bellarm. I. *Homo, ut imago Dei, dignus eſt veneratione.*

Proteſt. Non religioſa: tum enim æqualis æqualem co-
·et, ut genere ſuperiorem.

Bellarm. 2. *Homo non proponitur ab Eccleſia colendus, ut imago*
·i, quia periculum eſſet, ne homo propter ſe coli putaretur: nam etiam
·pter ſe, homo capax eſt honoris.

Proteſt. I. Cur hic non valeret, quod Bellarm. c. 4. de
·iquiis reſpondet. *non deſunt in Eccleſia, qui & literis & ſer-*
·nibus populos doceant, quis cultus iis debetur? II. Quare igi-
·r non vivum agnum, & columbam, potius proponunt
·endos, tanquam imagines Chriſti & S. Sancti, quam
·rum picturas? brutis animalibus non dicent veneratio-
·m deberi propter ſe.

·ſtrema quæſtio eſt, quo genere cultus imagines ſint
honorandæ. Quæ nobis jam eſſet plane ſupervacanea,
niſi quod integram idololatriæ hujus explicationem, à
Bellarm. propoſitam juvat audire.

5o. Bellarm. *Tres ſunt ſententiæ. Prima, quod imago non ſit ullo*
·lo in ſe colenda. Sic Alexander, & Durandus. Secunda, quod idem
·r debetur imagini & exemplari. Ita Alexander, Thomas, Cajeta-
·, Bonaventura, Marſilius, Almainus, Carthuſianus, Capreolus,
·ricus, & alii. Tertia, quod imagines in ſe & proprie honorari de-
·, ſed honore minori quam ipſum exemplar. Ita Pereſius, Cathari-
·, Sanderus, Biel.

Proteſt. I. Non convenit igitur adhuc inter imaginum
·ctores, quomodo debent coli. Coluerunt per multa ſe-
·a: ſed neſciunt, utrum idololatriam admiſerint, de-

bito

bito majorem cultum ipſis deferendo, an toto genere minorem debito tribuentes, ſacrilegio teneantur. II. S magiſtri illi noſtri non intelligunt, quis ſit cultus imaginibus debitus, miſera certe eſt conditio plebis. Coguntu ad cultum dubium, incertum, controverſum. III. Tutiorem partem, elegerunt Proteſtantes, qui Deum ſolum colunt. IV. Mater Eccleſia novercam crudelem ſeſe oſtendit, quæ ſuos filios, jam tot ſecula, in tanto periculo idololatriæ & impietatis, reliquit, cum uno canone Tridentino, poſſet omnem ſcrupulum removere.

61. Bellarm. *Notanda ſunt tres diſtinctiones. Honoratur aliquid, per ſe, vel per accidens: propter ſe, vel propter aliud: proprie vel improprie.*

Proteſt. I. Iſtæ ſunt profundidates Sathanæ, *Apoc. 2,24* Scriptura unum colendum, unum cultum, nobis propo nit. In hac ſimplicitate nos acquieſcimus: Pontificii in venerunt ratiocinia plurima. *Eccleſ. 7,29.* II. Incurri hic Bellarm. in idem crimen, quod aliis ex ſuis ſociis im pingit. *cap. 22. Coguntur uti ſubtiliſsimis diſtinctionibus, quas vi ipſimet intelligunt, nedum populus imperitus.*

62. Bellarm. *Imagines per ſe, & proprie ſunt veneranda, ita ipſa terminent venerationem, ut in ſe conſiderantur.*

Proteſt. Accipimus, ut confeſſionem idololatriæ.

63. Bellarm. *Quantum ad modum loquendi, præſertim in conci ne ad populum, non eſt dicendum, imagines ullas adorari debere latria ſed è contrario, non debere ſic adorari.*

Proteſt. Pudet vos igitur dicere, quod facere non pude

64. Bellarm. *Si de re ipſa agatur, admitti poteſt, imagines po coli improprie, vel per accidens, eodem genere cultus, quo exemplar ipſu colitur: atque adeo imagines Chriſti, latria.*

Proteſt. Re ipſa igitur, quamvis improprie, & per acc dens, ex confeſſione Bellarm. Pontificii ſunt idololatra

65. Bellarm. *Imago per ſe, & proprie, non eſt adoranda, eod cultu, quo ipſum exemplar, & proinde nulla imago eſt adoranda cu latriæ, per ſe & proprie.*

Proteſt. Neque igitur ullo cultu. Nam omnis cultus re ligioſus debetur Deo.

66. Bellarm. *Cultus qui per ſe, proprie debetur imaginibus, cultus quidam imperfectus, qui analogice, & reductive pertinet ad ſ ciem ejus cultus, qui debetur exemplari. Cultus iſte non eſt latria, hyperdulia, nec dulia, ſed inferior & varius. Ita ut imaginibus Sanct rum, debeatur dulia ſecundum quid, analogice, ſive reductive: ima nibus B. Virginis, hyperdulia ſecundum quid analogice, & reducti imaginibus Chriſti, cultus latria inferior, qui tamen reducitur ad triam, ut imperfectum ad perfectum. Idem dicendum eſt de vera c ce Domini, de clavis, ſpinis, aliiſque reliquiis. Sunt enim hæc o

onoranda, minore cultu quam Chriſtus, vel Sancti, ſed tamen tali, qui nalogice vel reductive pertineat ad eandem ſpeciem.

Proteſt. I. Diſtinctiones igitur, quæ neceſſario debent ntelligi, & obſervari, ad rectum cultum, ſunt *latria, hyperulia, & dulia*, quibus addi debet, *dulia per excellentiam* (cujus neminit Bellarm. c. 14.) *per ſe, per accidens: propter ſe, propter liud: proprie, improprie: ſimpliciter, ſecundum quid, analogice, & reuctive.* Multo certe facilius intelliget populus (cujus hic alus agitur) ſalutarem ſenſum ſymboli Apoſtolici, orationis Dominicæ, & decalogi, quam hujus unius comnenti humani. II. Bellarm. in tota hac explicatione ultus imaginum, funambulum agit religionis. pendente eſtigio ingreditur, juxta præcipitium turpiſſimæ idoloatriæ: plebem rudem vult ſecum ducere, quæ ſubtilibus iſtinctionibus neſcit gradus ſuos librare. Quid hoc eſt liud quam ludere cum Deo, & hominum animabus. II. Explicatio hæc Bellarm. non agnoſcitur ab aliis 'ontificiis: ne ſuis quidem Ieſuitis eam perſuaſit. Azoius enim lib. 9, c. 6. contra pronunciat: *conſtans eſt theoloorum ſententia, imaginem eodem honore & cultu honorari & coli, quo olitur id cujus eſt imago. Mihi unus tantum cultus videtur imagini ebitus, idem nempe qui debetur exemplari.* Filincius etiam, ſcribens de caſ. conſc. ad formam curſus qui Romæ prælegi olet à Ieſuitis, docet, *reliquias Chriſti, ſudarium faſces, ſpinas, lavos, &c. adoranda eſſe eodem modo quo Chriſtus, tract. 23. c. 1.*

CAP. VI. *De Cruce.*

Quæſtio prima eſt, an lignum crucis ſit venerabile? Bellarm. affirmat, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Chriſtus ipſe ſua ſponte elegit ſibi crucem.*

Proteſt. Si de arcano Dei, Chriſtique conſilio, hoc ntelligitur, verum eſt: ſed non magis facit pro adoratioe crucis, quam Annæ, Caiphæ, Pilati, Iudæ, quos etiam Chriſtus ſua ſponte elegit, ut ſuæ mortis cauſæ eſſent dminiſtrantes.

2. Bellarm. *Crux fuit ara ſummi ſacrificii.*

Proteſt. Fatue ac cœce, utrum majus eſt, munus, an alare quod ſanctificat munus? *Mat.* 23, 19. Num quid Chriti oblatio fuit à cruce ſanctificata?

3. Bellarm. *Crux fuit Chriſto ſcala ad regnum.*

Proteſt. I. Secundum Pontificios fuit immediate ſcala

ad in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ad inferos. II. Neque in Scripturis reperitur iſta meta-
phora, neque ſequeretur inde adoratio ſi ibi reperiretur,
quamvis cum Iacobi ſcala, pertingeret uſque ad cœlum.

4 Bellarm. *Crux fuit inſtrumentum liberationis generis humani.*

Proteſt. I. Nihil inde ſequitur de ejus adoratione. II. Nō
fuit proprie loquendo, inſtrumentum liberationis: quia
non interceſſit inter liberatorem & liberationem tan-
quam cauſa adminiſtrans.

5. Bellarm. *Cruce Diabolum vicit Chriſtus, & de eo triumphavit.*

Proteſt. I. In cruce, non cruce hoc fecit. II. Ex figura-
ta phraſi, non ſequitur adoratio religioſa.

6. Bellarm. *Crux myſtica ſignificat; 1. totam perfectionem Chri-
ſtianam: profundam fidem: ſublimitas, ſpem: latitudo, caritatem: lon-
gitudo, perſeverantiam. 2. Paßionis effectum: nam lignum ſupremum
ſignificat cælum apertum: lignum inferius, infernum evacuatum: li-
gnum tranſverſum, totum orbem redemptum. 3. Duo brachia ſub uno
titulo, ſignificabant duos populos, ſub uno capite Chriſto. 4. Aves vo-
lando, naves movendo, arator terram ſcindendo, cœlum volvendo, crucem
facit. 5. Crux etiam vitam futuram ſignificabat apud Ægyptios.*

Proteſt. Ægyptiacis tenebris detineantur oportet, qui
vel micam lucis, aut rationis, in iſtis myſteriis ineſſe pu-
tant, quæ ſpectat ad adorationem.

7. Bellarm. *Ab inventione crucis multiplex argumentū ſumitur.*

Proteſt. Sumitur igitur à fabula ficta.

8. Bellarm. *Veteres fideles maximo deſiderio tenebantur, habendæ,
aut videndi particulas veræ crucis.*

Proteſt. Eodem deſiderio nos etiam tenemur: non ta-
men adorationis cauſa.

9. Bellarm. *Exaltatio & reſtitutio crucis fuit miraculo approbata.*

Proteſt. Si vera iſta miracula fuerunt, non novum cul-
tum, aut fidem, ſed veterem confirmabant.

10. Bellarm. *Chriſtus in cruce ſtetit: & ſanguine ejus fuit re-
ſperſa.*

Proteſt. Hæc etiam de terra poſſint vere affirmari: an
ideo terra etiam eſt adoranda.

Quæſtio ſecunda eſt, an imago crucis ſit colenda.

11. Bellarm. *Matth. 24, 30. Tunc apparebit ſignum filii homi-
nis in cælo. Qua apparatione, miro modo venerabile reddetur ſignum
illud, id eſt, crux.*

Proteſt. I. Signum filii hominis, eſt filius ipſe hominis,
potentia, & gloria, ſuam pręſentiam, & judicium inſtans,
ut ſigno manifeſto, declarans, *Marc.* 13, 26. *Luc.* 21, 27.
II. Si eſſet crux, tum ut Bellarm. recte obſervat, *redde-
tur* tandem, illo tempore, *venerabile*, non antea. III. Vox
etiam tubæ ſonantis, eodem tempore, erit ſuo modo
venera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

enerabilis : *verſ.*31. an igitur tubæ jam ſunt adorandæ.

12. *Concilia* 6. 7. 8. *Canones ediderunt de veneratione crucis.*

Proteſt. Cur non etiam 1. 2. 3. 4. 5. ? quia nempe ſu-erſtitio illa nondum invaluerat.

13. Bellarm. *Tertullianus, Apol. cap.* 19. *& alii reſpondent ob-ctioni Gentilium, de adoratione crucis.*

Proteſt. Reſpondet etiam ibid. Tertullianus, de adora-one Solis, & capitis aſinini.

14. *Conſtantinus Labarum, quod à militibus adorabatur, in for-am crucis redegit.*

Proteſt. Si eodem modo adorabant labarum cum cruce, uo antea ſine cruce, tum adoratio illa vel fuit civilis ntum, vel damnanda.

15. Bellarm. *Crux apparuit Conſtantino, & aliis.*

Proteſt. Signum quod apparuit Conſtantino, non fuit ux, ſed χιαζόμενον ρ. κατὰ τὸ μεσαίτατον, id eſt, nomen Chri-i, per abbreviationem decuſſati ρ. ρ. Euſeb. de vita onſt. lib. 1. Si vero vel illi, vel aliis extra ordinem, ap-ruit, finis non fuit, ut adoraretur.

16. Bellarm. *Miracula ſine numero, per crucis figuram effecta erunt.*

Proteſt. Non magis ſine numero, quam ſine menſura, & ndere ad adorationem pertinente.

uæſtio tertia eſt de ſigno Crucis, digito expreſſo, an ſit ſacrum & venerabile.

17. Bellarm. *Sanguis agni in poſtibus domorum. Exod.* 12. *nihil ud ſignificabat niſi ſignum crucis.*

Proteſt. Non caret hæc interpretatio, blaſphemia in ſan-inem Chriſti.

18. Bellarm. *Tau in frontibus gementium, Ezech.*2. *apertiſſime licat ſignum crucis.*

Proteſt. Tum nulla nota poteſt deſcribi in fronte, præ-r ſignum crucis.

19. Bellarm. *Apoc.*14.1. *Nomen agni, & nomen Patris, & ſi-um crucis.*

Proteſt. Quod crux ſit nomen Dei, non legitur, niſi in angelio Valentini, apud Irenæum, lib. 1. cap. 1.

20. Bellarm. *Apocal.*7.3. *Signum in fronte eſt ſignum crucis.*

Proteſt. I. Vnde conſtat? II. In hoc & in præceden-us locis. Deus eſt qui ſignat. At Bellarm. cap.30. dicit num crucis eſſe invocationem meritorum Chriſti, mquid Deus invocat merita Chriſti?

21. Bellarm. *Geneſ.*48. *Iacob cancellatis manibus benedicens fi-Ioſeph, ſignificavit, fore aliquando tempus, quo benedictiones ſigno cis fierent.*

Proteſt. Longe alia ratio redditur in textu.

22. Bellarm. *Probatur teſtimoniis veterum.*

Proteſt. Vetuſtiſſimus omnium, qui ſignum crucis in honore habuiſſe leguntur, fuit turpiſſimus Hæreticus, Valentinus, Iren. lib. 1, cap. 1.

23. Bellarm. *Miracula multa facta ſunt ſigno crucis.*

Proteſt. Miracula etiam prætendit Apocalyptica Beſtia, ut propter illa, imago Beſtiæ adoraretur. *Apoc.* 13, *v.* 14.

Argumenta qua Bellarminus ſibimet objicit, de Cruce, alia valentiora omittens.

24. *Proteſt.* Crux dolorẽ & ignominiam attulit Chriſto.

Bellarm. *Attulit etiam lætitiam & gloriam.*

Proteſt. Lætitiam & gloriam non attulit ut cauſa: non magis, quam homines crucifigentes.

25. *Proteſt.* Filius non amat aut honorat patibulum, in quo pater ejus fuit ſuſpenſus, niſi cum impietate.

Bellarm. 1. *Qui nunc ſuſpenduntur ex ſententia judicis, culpa ſua ſuſpenduntur, aut vera, aut legitime probata: præterea inviti ſuſpenduntur, & nihil inde lucrantur, niſi pœnam, & infamiam.*

Proteſt. Hæc omnia falſa ſunt in Martyribus, & aliis quibuſdam.

Bellarm. 2. *Qui propter Deum aut patriam occiduntur, amici etiam libentiſſime, inſtrumenta paſſionis eorum, tanquam monimenta virtutis conſervant.*

Proteſt. I. Omnia monimenta virtutis non ſunt amanda & honoranda. II. Inſtrumenta paſſionis conſervari poſſint in deteſtationem. III. De iſtiuſmodi inſtrumentorum conſervatione, nihil traditur in Scriptura: ubi tamen omne genus honoris virtutis defertur.

26. *Proteſt.* Si oportet adorare omnes cruces, quia Chriſtus in cruce pependit: oportebit etiam adorare omnia ſepulchra, omnia præſepia, & omnes columnas, lanceas, ſpongias, flagella.

Bellarm. *Omnes cruces ſunt imagines crucis veræ, & præterea etiam ipſius Chriſti, non ſic præſepia.*

Proteſt. Differentia nulla: niſi quæ pictoribus atque poëtis accepta debet referri.

27. *Proteſt.* Si ratione contactus, velut inſtrumentum paſſionis, crucem adoramus, oportebit etiam adorare labia Iudæ, quæ oś Domini contigerunt.

Bellarm. 1. *Chriſtus labia Iudæ non eligit, nec amavit.*

Proteſt. I. Contactus igitur, & ratio inſtrumenti ad paſſionem per ſe, non inferunt adorationem. Chriſtus elegit Iudam Apoſtolum, elegit eum oſculari. Elegit eum ut ſuum

ut ſuum proditorem: plus boni etiam ipſi voluit & communicavit, quam cruci.

Bellarm.2. *Labia Iudæ partes fuerunt hominum impiorum, & ideo non poterant honorari, quin ſimul ipſi impii homines honorarii viderentur.*

Proteſt. I. Facili negotio poſſet hæc difficultas removeri, ſi Ieſuitis placeret, diſtinguendo inter *labia Iudæ, abſoluta & relativa: & relativa ad intra, & ad extra, propter ſe & propter aliud: ſimpliciter, & analogice, vel reductive conſiderata.* II. Inſtrumenta ut talia, non minus poſſunt conſiderari, ſine relatione ad cauſas illas principales, quarum ſunt inſtrumenta, quam partes ſine relatione ad totum. Fuerunt autem inſtrumenta hominum impiorum.

28. *Proteſt.* Superſtitio eſt, characteribus tribuere virtutem: at Papiſtæ tribuunt figuræ crucis, vim pellendi Dæmones, & omnia mala: ergo ſunt ſuperſtitioſi.

Bellarm.1. *Ideo eſt ſuperſtitioſum, & prohibitum, uti characteribus, & figuris, ad effectus aliquot producendos, ut magi faciunt, quia effectus illi non poſſunt eſſe naturales, nec proveniunt à Deo, cum nulla talis Dei promiſſio reperiatur, nec Deus ab illis invocetur. At ſignum crucis operatur mirabiliter, ut ſignum divinitus inſtitutum.*

Proteſt. Proferantur igitur tabulæ hujus inſtitutionis, & finis erit hujus controverſiæ.

Bellarm.2. *Tres ſunt mirabiles effectus crucis, 1. terret & fugat Dæmones. 2. Pellit morbos & omnia mala. 3. Sanctificat ea quibus imprimitur.*

Proteſt. Pluſquam mirabile eſt tales effectus abſque ullo Dei verbo, digiti motu, produci.

Bellarm.3. *Primum effectum ex tribus cauſis habet: ex apprehenſione Dæmonis, ex devotione hominis, & ex inſtituto Dei.*

Proteſt. Ex ſimulatione Dæmonis, ex ſuperſtitione hominum, ſine inſtituto Dei, hæc omnia creduntur.

Bellarm.4. *Signum crucis, eſt invocatio quædam meritorum Chriſti crucifixi, ſigno expreſſa.*

Proteſt. I. Chriſtus, & Spiritus Sanctus, non docuit nos hanc precationis formulam in Scripturis. II. Hac ratione, ſignum crucis magis proprie ad Deum, quam ad Dæmones aut homines, dirigeretur. III. Invocatio jam eſſet magis in ſigno & figura externa, quam unquam fuit in veteri teſtamento.

Bellarm.5. *Ex inſtituto Dei, & ex opere operato, valet ſignum crucis contra Diabolum, etiam cum Iudæis & Paganis adhibetur, ſine ulla fide in Chriſtum.*

Proteſt. I. Facile eſt igitur cuilibet impio infideli, pellere Dæmonem, quando ipſi placet. Neque difficile eſſet Principibus hujus mundi, curare, ut Diabolo nullus locus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

cus eſſet inter hominis. II. Signum crucis erit Sacramentum octavum, & cæteris omnibus majus.

Bellarm.6. *Non eſt Sacramentum proprie dictum, tum quia non confert gratiam juſtificantem, tum etiam quia non habet effectum infallibilem.*

Proteſt. Si non confert gratiam juſtificantem, tum non eſt invocatio meritorum Chriſti. Si effectum non habet infallibilem, tum non valet ex opere operato. Hæc tamen jam modo Bellarminus affirmabat. II. Si ex inſtituto Dei, fugat Diabolum, pellit omnia mala, & ſanctificat ea quibus imprimitur (etiam ipſa Sacramenta) quæ Bellarminus antea voluit perſuadere, certe multo magis Sacramenti nomen meretur, quam matrimonium.

Bellarm.7. *Benedicimus omnia benedicenda, per crucem, tanquam invocationem: ſicut etiam pellimus morbos, & cætera mala: non poteſt tamen nec debet negari, quin etiam aliqua ſanctitas relativa accedat rebus, cum ſignantur cruce.*

Proteſt. I. Benedicere abſque verbo Dei, eſt maledicere & facere. II. Podagram, calculum, peſtem cruce curari, nondum credit mundus Pontificiorum. III. Sanctitas in cruce fundato, eſt relatio *ſecundum dici.*

Cap. VII. *De Templis.*

Quæſtio prima (quæ vix meretur tractari) eſt de templorum forma: an debeant ad Orientem converti, ut in ſolemnibus precibus oremus ad Orientem converſi. Bellarminus affirmat: nos (nihil ſoliciti de templorum forma) dicimus nihil eſſe nobis à Deo præſcriptum, aut ab hominibus præſcribendum, de ſitu, aut proſpectu, in oratione obſervando: ſed licitum eſſe, & liberum relinqui debere, ſicut in omni loco, 1 *Tim.*2,8. ſic etiam in omnem partem converſis, tam publice, quam privatim orare.

THESIS I.

Bellarm. *Paradiſus erat ad Orientem, Geneſ.* 2. *orantes igitur ad patriam ſuſpiramus.*

Proteſt. I. Paradiſus non fuit, neque potuit eſſe ad Orientem reſpectu totius mundi. II. Paradiſus ille in quo collocatus fuit Adam, non eſt patria noſtra, ſed cœlum ſupremum.

2. Bellarm. *Ab Oriente cœlum ſurgit, & eſt pars mundi corporalis excellentiſſima.*

Proteſt. I. Nulla una eſt pars oriens toti mundo. Vbi Sol nobis oritur, ibi occidit iis, qui adverſa nobis pre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

munt veſtigia, & antipodes vocantur. II. Nihil eſt nobis negotii, in orando, cum una parte magis quam alia, niſi quod cœlum verſus oculos attollimus, tanquam ad domicilium Patris noſtri cœleſtis.

3. Bellarm. *Chriſtus eſt lux mundi. Ideo hac cæremonia debemus uti.*

Proteſt. I. Chriſtus etiam eſt fons aquæ viventis, vitis, germen, & omnia ſalutaria. An igitur debemus oculos noſtros in orando ſimul convertere. in cœlum, mare, terram? &c. II. Cæremoniæ religioſæ, humanæ, recte deducuntur à carendo, quia iis omnibus carere bene poſſimus.

4. Bellarm. *Dominus moriens in cruce, Occidentem reſpiciebat: nos autem in faciem ejus intueri debemus.*

Proteſt. De hac hiſtoriæ parte, & ejus myſterio, ſilet Scriptura. II. Si Chriſtus moriens Occidentem reſpiciebat, totum mundum non habuit ante ſuam faciem: multi igitur ad Orientem ſeſe convertendo, averterent ſe à Chriſto.

5. Bellarm. *Chriſtus aſcendit in cœlum cœlorum ad Orientem, Pſal.* 67.

Proteſt. Nihil tale ibi reperitur. Nec ex illo conceſſo quidquam ſequeretur.

6. Bellarm. *Ab Oriente venturus creditur ad judicium, Mat.* 24. *verſ.* 27.

Proteſt. Creditur ab iis, qui quicquid ipſis libet credunt. Comparatio in illis verbis, non reſpicit locum, ſed claram & ſubitam apparitionem.

7. Bellarm. *Iudæi orabant ad Occidentem.*

Proteſt. Non propter myſterium aliquod Occidentis: nam paradiſus in oriente, lux mundi, &c. ad Iudæos etiam ſpectabant: ſed ex Dei inſtituto hoc faciebant, cum fuerunt in templo: proferatur igitur contrariũ inſtitutũ.

Quæſtio ſecunda eſt, an templa Chriſtianorum ad ſacrificia offerenda, recte inſtituantur, Pontificii affirmant, nos negamus.

8. Bellarm. *Probari poſſet omnibus argumentis, quæ probant Euchariſtam eſſe ſacrificium.*

Proteſt. Et improbari poſſet omnibus rationibus, quæ probant contrarium.

9. Bellarm. *Eccleſia Chriſtianorum ſemper habuerunt altaria.*

Proteſt. Vnde igitur Paganorum criminatio, *objicit nobis, quod non habeamus imagines, aut aras, aut templa.* Origen. contra Celſum lib. 8. *quod non accuſatis nos, quod nec templa habeamus,*

nec imagines, nec aras. Arnobius contra Gentes, lib.2.

10. Bellarm. *Nullus fere eſt veterum, qui non meminerit altaris Eccleſiæ.*

Proteſt. Menſas ligneas altaria ſæpe vocant metaphorica quadam phraſi. Optat. Milevit. adverſus Parmenianum. lib.6. *quis fidelium neſcit, in peragendis myſteriis, ipſa ligna linteamine cooperiri?* Athan. epiſt. ad ſolit. vitam agent. *menſam ligneam, combuſſerunt.* Cæcilius etiam, apud Minutium, objicit Chriſtianis, quod tanquam athei, nulla haberent templa vel altaria.

Bellarm. *Octavius noluit Sanctum dare canibus.*

Proteſt. Octavius ipſe contra: *putatis nos occultare quod colimus, quia delubra, & aras non habemus?*

Quæſtio tertia eſt, an ad orandũ templa inſtitui debeant, quaſi melius ſit, in templo orare, etiam privatim, quam in alio loco. Pontificii affirmant, Nos negamus.

11. Bellarm. *Templum Salomonis factum fuit, ut eſſet locus orationis.*

Proteſt. I. Omnis oratio non eſt privata. II. Nulla templa habent Chriſtiani, in quibus ita ſuum nomen collocavit Deus, ſingulari ſuo inſtituto, quemadmodum in templo legali fuit collocatum. Noſtra templa, ſunt ſimilia Synagogis Iudæorum, potius quam templo Hieroſolymitano.

12. Bellarm. *Probatur exemplis eorũ qui ad templum aſcenderunt.*

Proteſt. Exempla illa ad legalem cultum pertinent, ex quibus nihil concludi poteſt de Eccleſia Chriſtiana.

13. Bellarm. *Probatur ex Patribus.*

Proteſt. Nihil aliud ex Patribus antiquioribus probari poteſt, quam publicas, & communes preces, in cœtibus fidelium eſſe efficaciſſimas; & illis commoditatem, non religionem accedere, ex loco cœtui accommodato, quæ duo à nobis conceduntur.

14. Bellarm. *Deus eſt in templo magis quam alibi.*

Proteſt. Non eſt magis in templo manufacto, à cœtu fidelium ſeparato, quã alibi, poſt templum legale ſublatũ.

15. Bellarm. *Deus in templo citius exaudit. Salomoni hoc petenti promiſit, 1 Reg.9. ergo & Eccleſiæ, de templis Chriſtianorum.*

Proteſt. Diſpar eſt ratio legis, & Euangelii. Euangelii non defectus, ſed dignitas & eminentia eſt, quod omnibus fidelibus, ubique præſens eſt Deus, ut ſuis templis. Quod Salomon petiit, petiit ex promiſſione & mandato Dei: in Euangelio nihil tale reperitur.

16. Bellar. *Orationi, ut rei nobiliſsimæ, nobiliſsimus locus debetur.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Non locus orationem, ſed oratio potius locum nobilitat, & honeſtat.

17. Bellarm. *In Eccleſia ſunt omnia accommodata ad excitandam devotionem: altaria, cruces, imagines, reliquiæ.*

Proteſt. I. Nova hæc eſt, & peregrina devotio, quæ hujuſmodi mediis excitatur, quæ Apoſtolis nunquam venerunt in mentem. II. Si concedatur, aliquid eſſe in templo, quod excitet devotionem, poteſt tamen aliud eſſe in domo privata, quod magis facit ad orationem privatam exacuendam: ut ſi alicui orandum ſit, pro uxore, & liberis, ex afflictione aliqua decumbentibus, & in ſimili aliqua cauſa.

18. Bellarm. *In templis ordinarie Chriſtus eſt corporaliter præſens in Euchariſtia.*

Proteſt. Corporalis iſta præſentia cum ſit ab omni probatione derelicta, non poteſt quidquam probare.

Argumenta noſtra.

19. *Proteſt. Matth.* 6,6. Tu, quum precaris, introito in conclave tuum, & clauſo oſtio tuo, precare Patrem tuum in occulto.

Bellarm. 1. *Hæc verba non poſſunt intelligi ſimpliciter de cubiculo materiali. Apoſtolus enim jubet ut oremus in omni loco & Dominus oravit in montibus.*

Proteſt. I. De materia cubiculi non diſputatur, ſed de formali ejus ratione, ſecreto, vel *occulto*, ſicut in ipſis verbis declaratur. II. Orare licet in omni loco, ſed non omni modo: hic autem locus adducitur adverſus orationes privatas ſtatas, ſolemnes, in loco publico.

Bellarm. 2. *Dominus jubet, ut in oratione non quæramus inanem gloriam, quemadmodum Phariſæi faciebant.*

Proteſt. Iubet igitur, ut ſpecies, & media hujus inanis gloriæ captandæ vitentur, orationes privatas palam habendo, *in Synagogis, & in angulis platearum*, id eſt, ut Cajetanus bene interpretatur, *in locis publicis.*

Bellarm. 3. *Intelligitur per cubiculum, ſecretum cordis, & prohibentur evagationes mentis, tempore orationis.*

Proteſt. I. Pari igitur ratione, intelligitur etiam *verſ.* 4. ut eleemoſyna fiat in ſecreto cordis, cum dicitur, *in occulto.* II. Palam eſt, (ut Cajetanus obſervat) Dominum ibi agere, de orationibus privatis tantum, quæ ſunt tales: at vero non minus publicæ, quam privatæ debent concipi in ſecreto cordis, ſine evagationibus mentis.

20. *Proteſt. Iohan.* 4,21. Neque in hoc monte, neque Hieroſolymis adorabitis.

Bellarm. 1. *Dominus non loquitur de adoratione, ratione loci, ſed ratione modi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Non ratione loci abſolute, ſed ratione loci, prout religioſum modum adfert adorationi. Sic Cajetanus: *futurum tempus gratiæ novi Teſtamenti, evacuantis utrumque locum, imo omnem locum prædicit. Per hæc duo excluſa loca, (neque in hoc monte, neque Hieroſolymis (intelliguntur excluſa omnia alia loca.*

Bellarm. 2. *Senſus eſt, non adorandum ritu Samaritanorum, neque ritu Iudaico, ſed novo ritu.*

Proteſt. Ritus Samaritanorum, & Iudaicus, pendebat ex religione loci: ritus autem novus omnem religionem loci excludit.

Bellarm. 3. *Solutio in hoc conſiſtit, quod Dominus velit, præcipuum cultum Chriſtianorum eſſe ſpiritualem, & purum ab omni errore.*

Proteſt. Quæſtio ex profeſſo eſt de loco, non de præcipuo cultu: *Patres noſtri in hoc monte adoraverunt, & vos dicitis Hieroſolymis eſſe locum illum ubi oporteat adorare.* Solutio igitur quæſtionis reſpicit ipſum locum, non cultus principatum, & errorem qualemcunque.

21. *Proteſt.* 1 *Tim.* 2, 8. Volo viros orare in omni loco.

Bellarm. 1. *Si hic de privata oratione agitur. tum ſenſus eſt, non ſolum in Eccleſia. ſed etiam in aliis omnibus locis, licitum eſſe orare Deum.*

Proteſt. Sequitur inde non tantum licitum eſſe, ſed ſine diſcrimine utile eſſe, quod attinet ad locum.

Bellarm. 2. *Si de publica oratione agitur, tum pro nobis facit: nam in omni loco, ſignificat in omni Eccleſia.*

Proteſt. Non ſequitur: quia in Eccleſia, non convenitur ad privatas, ſed ad publicas orationes: neque publicis orationibus quidquam accedit religionis, aut efficaciæ, ex loco, ſed ex communione Sanctorum: neque denique Eccleſias, vel templa habuerunt tum temporis ſingulariter conſecrata.

22. *Proteſt.* Deus non eſt magis in templo, quam alibi.

Bellarm. *Si Deus eſſet ubique, eo modo quo eſt in templis fruſtra templum diceretur domus Dei. Fruſtra Paulus diceret, nos eſſe templa Dei.*

Proteſt. Hæc nulla ratione, aut ſpecie rationis, ſequuntur, ex eo, quod Deus jam in Teſtamento novo, eſt ubique, eo modo, quo eſt in templo manufacto, a cœtu fidelium ſeparato.

Quæſtio quarta eſt, an templa, vel ſacræ domus, non ſolum Deo, ſed etiam Sanctis recte ædificentur, & dedicentur. Pontif. affirmant. Nos negamus.

23. Bellarm. *Probatur ex Conciliis, & veterum teſtimoniis.*

Proteſt. Ne factum quidem probatur, ex Ignatio, Iuſtino,

tino, Irenæo, Tertulliano, Clemente, Origene, aut illius ævi conciliis. Ius autem facti, ex recentiore praxi non poteſt probari.

24. Bellarm. *Vt Arca Domini conſervaretur erigebatur templum Salomonis. Sed idem honor, vel etiam major debetur ſacris reliquiis Chriſti, & Sanctorum, quam arcæ illi Moſaicæ.*

Proteſt. I. Arca illa non fuit Moſaica, ſed divina. II. Reliquias eo modo ſacras nullas habemus. III. Inſtitutum ſimile non comparet.

25. Bellarm. *Idololatria eſſet erigere Sanctis templa, ſub ratione templi: non tamen eſt idololatria, erigere ipſis baſilicas.*

Proteſt. Nulla talis eſt differentia inter templum, & baſilicam, (nedum intelligitur tale quid a vulgo) ut eadem domus, uno nomine non poſſit Sancto dedicari, ſine idololatria, & altero poſſit.

Bellarm. *Ædes ſacra proprie dicitur templum, quatenus erigitur ad ſacrificia: eadem ſacra ædes dicitur baſilica, quatenus erigitur ad ornatum ſepulchri alicujus Sancti, & commoditatem viſitantium ejuſmodi reliquias.*

Proteſt. I. Baſilica proprie eſt palatium regium. Apud Pontificios igitur, Sancti ſunt reges templorum, non Deus. Non minuitur hac ratione, ſed augetur idololatria. II. Bellarminus hoc ipſo cap. 5. dicit, *poſſe erigi baſilicas, ad Sanctorum memoriam conſervandam, per imaginem, per ipſum ſolum nomen.* Non pendet igitur baſilicæ ratio ex ſepulchri & reliquiarum ornatu. III. Angelis etiam ædes ſacræ extruuntur, & dedicantur: quæ ſecundum iſtam diſtinctionem, neque baſilicæ ſunt, neque templa.

Quæſtio quinta eſt, de dedicatione, & conſecratione templorum.

26. Bellarm. *Merito templa Dei, cum ingenti lætitia, & ſolemnitate dedicantur.*

Proteſt. Si per dedicationem, nihil aliud intelligatur, quam ſancta applicatio rei ad uſum cui inſervit, illam neceſſariam eſſe fatemur: neque lætitiæ, vel ſolemnitati adverſamur: ſed ingentem lætitiam, & ineptas, vel carnales ſolemnitates improbamus.

27. Bellarm. *Merito ab Eccleſia, variis precibus, & cæremoniis templa conſecrantur.*

Proteſt. De precibus non repugnamus: quia omnia ſanctificantur fidelibus, per verbum Dei & orationem. 1 *Timot.* 4. ſed cæremonias omnes religioſas, verbo Dei deſtitutas, cum eodem verbo, ſuperſtitioni referimus acceptas,

Bellarm. 1. *In ſtatu naturæ, legis, & gratiæ, hujuſmodi conſecrationes vidimus uſurpatas.*

Proteſt. Legales, & figurativas, in pœdagogia veteri, ex ordinatione Dei, tales fuiſſe concedimus: ſed ſub Euangelio nullas.

Bellarm. 2. 1 *Cor.* 11. *Corinthii arguuntur, tanquam Eccleſiæ contemptores.*

Proteſt. Eccleſiæ, non templi manufacti.

Bellarm. 3. *Cæremoniæ tales ſunt, ut ſignificent templum Deo, & ſacris actionibus dedicari, ſignificant etiam Chriſtum, & fideles, cum toto progreſſu fidelium. Pinguntur in iſtos fines, cruces duodecim, appoſitis lampadibus totidem accenſis: oleum infunditur: aſpergitur aqua: thus adoletur: cerei accenduntur: alphabetum Græce & Latine deſcribitur in pavimento cinere conſperſo: fit mixtio aquæ, cineris, ſalis, & vini, pulſatur oſtium, & jubetur Diabolus recedere, & reliquiæ Sanctorum introducuntur, &c.*

Proteſt. Quædam horum ſunt Iudaica, aut Gentilicia: alia ſunt ridicula: omnia ſunt mimicæ præſumptiones, in ſufficientiam verbi Divini, & inſtitutionem Dei perfectionem, & ſimplicitatem, plane contumelioſæ. Ejuſdem eſt media ordinare, cujus eſt finem dare: ejuſdem ſigna imperare, cujus & ſignata communicare.

28. Bellarm. *Templum conſecratum, merito Sanctum, & venerabile, ac divina quadam virtute præditum exiſtimari debet.*

Proteſt. Hæc aſſertio merito impia exiſtimari debet. I. Quia conſecratio legitima, quamvis poſſit ad uſum ſacrum applicare, illa quæ Deus tali uſui deſtinavit, non poteſt tamen quidquam extra uſum, in ſacrum & religioſum ſtatum transferre, niſi Dei ſingulari inſtituto præeunte. II. Quia divina virtus nullo modo in ligna & lapides derivari poteſt, ex ordinatione & actione humana.

Bellarm. 1. *Relationem habet ad Deum, ut res Dei.*

Proteſt. Relatio talis eſt, qualis eſt ejus fundamentum. Res eſt Dei; quatenus inſervit cultui Dei, ſed non ut cultus ipſe. Animalia quæ Deo fuerunt legitime dicata ſub lege, non ſtatim prædita fuerunt virtute divina.

Bellarm. 2. *Per verbum Dei & orationem ſanctificantur cibi:* 1 *Tim.* 4.

Proteſt. Cibi tamen ita ſanctificati, non ſunt res ſacræ, præditæ virtute divina.

Bellarm. 3. *Templum eſt locus rerum ſanctarum, crucis, imaginum, reliquiarum, &c.*

Proteſt. Multa ſancta dicuntur, quæ non ſunt. Multa ſunt ſancta, quæ non poſſunt alia ſanctificare. Quædam etiam vim habent ſanctificantem, quæ non ſanctificant loca in quibus adſunt.

Bellarm. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 4. *Templa Dei Dæmonibus carent.*

Proteſt. Dæmoniaci igitur in templum delati ſtatim liberarentur, ſine exorciſmis. Sacerdotes in templis nunquam à Diabolo tentarentur. Diabolus in templo non coleretur, quamvis idola multa ibi colerentur. De nugis viſum eſt Bellarm. nugari.

De ornatu Templorum nulla eſt gravis controverſia, à cæteris diſcreta. Quæſtio igitur ſexta eſt, de iis quæ in templis Pontificiorum benedicuntur. Eorum enim benedictio à noſtris merito improbatur.

29. Bellarm. *Recte benedicuntur aqua, oleum, panis, cerei, cineres, rami, & ſimilia.*

Proteſt. Res naturales, ad ſupernaturales uſus, & operationes benedicere, ſine ſingulari inſtitutione Dei, res eſt illicitæ præſumptionis.

Bellarm. 1. *Dominus panes benedicendo multiplicavit, Mat. 14. Luc. 9. quod autem Dominus fecit, argui non poteſt.*

Proteſt. Quod ſervus arrogat ſibi poteſtatem Domini, in extraordinaria & miraculoſa benedictione ſuo arbitratu inſtituenda, hoc merito argui poteſt ac debet.

Bellarm. 2. *Res immundæ ſanctificantur per crucis ſignum, & orationem: quanto magis res bonæ fient meliores, & ſanctiores per ſignum crucis & orationem?*

Proteſt. Oratio (abſque ſigno crucis) poteſt illum ſanctitatem in rerum uſu impetrare, quam Deus fidelibus promiſit. Sed non ſequitur inde, quod (cum mille crucibus) poſſit illam ſanctitatem rebus reconciliare, quam Deus non promiſit ipſis communicare.

Bellarm. *Probatur ex traditione veterum.*

Proteſt. Iſtiuſmodi veterum quorundam aberrationes à ſimplicitate Euangelii, potuerant occaſionem præbere craſſiori Pontificiorum ſuperſtitioni, ſed non poſſunt eam probare.

30. Bellarm. *Recte ad effectus ſupernaturales efficiendos & ſignificandos, utimur aqua, oleo, aliiſque rebus benedictione conſecratis.*

Proteſt. Recte quidem, ſi virtutem ſupernaturalem poſſitis ipſis, vel per aſſiſtentiam, communicare: alias non recte: benedictio autem veſtra eſt plane inefficax: & quæ veſtra benedictione conſecrantur, ſunt res mortuæ, & mortiferæ.

31. Bellarm. *Benedicuntur hæc omnia, ad ſignificandos ſpirituales effectus.*

Proteſt. I. Illius eſt ſpirituales effectus ſignis inſtitutis ſignificare, cujus eſt ſpirituales effectus ſua virtute producere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ducere. II. Deus benedixit creaturas à ſe deſignatas, ut in baptiſmo, & cœna dominica, ſignificarent omnes ſpirituales effectus, per res viſibiles ex inſtituto ſignificandas. Signa alia non poſſunt iis addi, ſine præſumptione. III. Signa ſpiritualium rerum ab hominibus inſtituta, eas obſcurant, non illuſtrant.

Bellarm. *Tollemus igitur Baptiſmum, qui continet repræſentationem mortis & reſurrectionis.*

Proteſt. Alia eſt ratio repræſentationum à Chriſto inſtitutarum: I. Quia Chriſtus optime novit, quæ & quot repræſentationes, Euangelii luci inſervirent, & non officerent: homines autem ſunt in iſtis rebus plane cœci. II. Quia Chriſtus eſt lux ipſa, & ſuis omnibus inſtitutis lucem ſingularem addit. Quia Chriſtus nullas inſtituit repræſentationes (in novo Teſtamento) nude ſignificantes, ſed etiam obſignantes, & exhibentes.

32. Bellarm. *Benedicuntur illa eadem ad deletionem venialium peccatorum.*

Proteſt. I. Miſeri igitur peccatores, præſcribunt Deo, per quæ media, delebit ipſorum peccata. II. Nugæ etiam humanæ invadunt munus proprium Chriſti, cujus ſanguis emundat nos ab omni peccato.

Bellarm. *Quemadmodum applicatur ſanguis Chriſti per Baptiſmum & pœnitentiæ Sacramentum, ad delenda omnia peccata: ita etiam applicatur per hac Sacramentalia, &c. ad delenda venialia, in eo qui eſt in gratia.*

Proteſt. I. Applicatio igitur ſanguinis Chriſti, ex arbitrio hominum diſpenſatur. II. Baptiſmus & pœnitentia efficaciam tantam non habent, in iis qui ſunt in gratia, quantum habent in aliis. III. Nemo in Purgatorium deſcendit propter venialia peccata, niſi per inopiam aquæ benedictæ, & ſimilium. IV. Venialia igitur peccata, vel ſine ſatisfactione noſtra poſſint remitti, vel in aqua benedicta eſt aliquid pœnæ ſatisfactoriæ. V. Docerent nos Pontificii, utrum omnia venialia peccata deleantur una aquæ benedictæ aſperſione, an unum tantum, vel quæ ſit proportio, quæ hic obſervatur?

33. Bellarm. *Benedicuntur etiam ad fugandos Dæmones. & curandos morbos. Non tamen hoc faciunt infallibiliter, ut Sacramenta.*

Proteſt. Satis caute à Bellarmino negatur infallibilitas hujus effecti, ne ab experientia communi refutaretur, & ludibrium omnibus deberet: ſed tacet interim, quam miſere fallibilis ſit hæc operatio, quod tamen non tantum medicis & chirurgis, ſed lippis & tonſoribus ſatis eſt notum.

Bellarm. I. *Exempla Scripturæ ſatis oſtendunt non eſſe necromanticum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ticum, adhibere aquam vel oleum, ad effectus ſupernaturales, tanquam ſigna divinæ virtutis.

Proteſt. Deus proculdubio, & qui immediatè à Deo diriguntur, poſſunt adhibere quicquid Deo placet, etiam ad mortuos excitandos: an igitur Pontificii per aquam à ſe benedictam idem præſtabunt? Non eſt ſcriptum, ut aqua ſanctificetur, ad pellendos Dæmones.

Bellarm. 2. *Scriptum eſt, omnem creaturam poſſe ſanctificari per verbum Dei, & orationem.*

Proteſt. I. Nihil poteſt ſanctificari per verbum, quod non fuit ſanctificatum per verbum cum primo ſcribebatur, aut revelabatur. Neque valet oratio ſine verbo. II. Si omnis creatura poſſit à Pontificiis ſanctificari, peſſime ſane merentur de genere humano, quod terra, aër, maria non ſint jamdudum omnia ſancta.

Bellarm. 3. *Scriptum eſt, petite, & accipietis. Eccleſia autem petit, ut valeat aqua benedicta contra dæmones, & morbos.*

Proteſt. Si accepturi ſint Pontificii quicquid ex ſuo cerebro petunt, ſine directione verbi, tum poſſint etiam petere, ut fugentur Dæmones, & pellantur morbi ſine aqua benedicta. Poſſint etiam petere, ut Dœmones deſinant baptizatos vexare, aut tentare, & ut à morbis gravioribus ſint immunes: majores inde reportarent gratias, quam ex aqua benedicta. Sed hunc in modum orare, eſt aſſumere nomen Dei in vanum.

Bellarm. *Aſſumere nomen Dei in vanum, proprie nihil eſt aliud quam pejerare.*

Proteſt. De ſenſu proprio non eſt hujus loci diſputare: ſed hoc certum eſt, nomen Dei non debere (ne quidem improprie) ſumi in vanum.

CAP. VIII. *De Peregrinationibus.*

Quæſtio eſt unica, an Peregrinationes votivæ & religioſæ, ſunt probandæ? Pontificii affirmant. Nos negamus.

THESIS I.

Bellarm. *Deut. 16. Deus inſtituit, ut omnes filii Iſrael, ter in anno, ad tabernaculum, vel templum Domini, peregrinarentur.*

Proteſt. Vel potius ut eo aſcenderent, ad cultum ordinarium, qui alio loco non potuit legitime obſervari. Quid hoc ad peregrinationes voluntarias, ſine mandato Dei, ad loca non inſtituta, propter cultum extraordinarium ſuſceptas.

2. Bellarm. *Probatur ex Patribus.*

Proteſt. Ex primis patribus non poteſt probari, religio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nem ullam, in peregrinationibus fuiſſe collocatam. Si tamen fuiſſet ex hominum facto, nihil probatur de jure.

3. Bellarm. *Peregrinationes cedunt in honorem Dei, & Sanctorum, non mediocrem. Eſt enim manifeſtum ſignum, Deum & Sanctos, à nobis magni fieri, cum laborem, & pericula itinerum, ſponte ſuſcipimus, ut Sanctorum reliquias inviſamus.*

Proteſt. I. Signum eſt incertum & fallax. II. Non quodlibet ſignum magnæ æſtimationis de Deo, & Sanctis, debet probari. Saulis fuit hæc apologia: 1 *Sam.* 15. *præſtantiſſima anathemata reſervaſſe ſe, ad ſacrificandum Iehovæ.* Sed reſponſum accepit: *auſcultare melius eſt ſacrificio: & attendere adipe arietum.* III. Laborem, & pericula ſponte ſuſcipere, ſine verbo Dei, illud ipſum eſt quod Apoſtolus *Col.* 2. 23. dicit *nullius eſſe pretii, corpori ſcilicet non parcere.*

4. Bellarm. *Eſt opus pœnitentiæ, & ſatisfactionis, quia laborioſum, & pœnale.*

Proteſt. I. Male igitur huc detorquebat antea Bellarminus, anniverſaria illa feſta legalia, *Deuter.* 16. quorum finis fuit, *ut lætarentur coram Iehova.* II. Nihil eſt laboris, aut pœnæ, in peregrinatione, quod homines otio, voluptati, & vanitati dediti, non ſolent animi cauſa ſubire. III. Pœnitentiæ magis congruit, *ſolitarium ſedere, Lament.* 3, 28. IV. Si in peregrinatione ſatisfactio conſiſtit, tum illi mendici maxime ſatisfacere poſſint, qui ſedes nullas habent fixas.

5. Bellarm. *Auget devotionem, tam præſentia loci Sancti, quam ipſa novitate.*

Proteſt. Auget devotionem ſibi ſimilem, vagam, peregrinam, novam. Solida, ſpiritualis, antiqua devotio, augetur magis ex contemplatione cœli & terræ, cœterorumque operum Dei.

6. *Proteſt.* Peregrinationes iſtæ ſunt cultus voluntarius: ergo Deo diſplicent.

Bellarm. 1. *Cultus voluntarius dicitur, qui ſine ratione ſuſcipitur.*

Proteſt. I. Ineptiſſimum eſt hoc gloſſema: non enim *voluntas* in hoc voce opponitur *rationi*, ſed mandato, aut voluntati Dei, opponitur voluntas humana, etiam *quæ rationem habet ſapientiæ: Coloſſ.* 2, 23. II. Peregrinationes religioſæ, & omnis cultus ab homine excogitatus, ſuſcipitur ſine ratione recta & juſta, quia ſine verbo Dei.

Bellarm. 2. *Cultus qui exhibetur Deo, per actus virtutum, non dicitur voluntarius, licet non ſit præceptus. Numer.* 30.

Proteſt. Actus virtutum ſunt præcepti. Vota ipſa libera, fuerunt præcepta, mediantibus omnibus illis circumſtantiis quibus veſtiebantur. Sed tamen res illæ quæ vovebantur, non fuerunt ſemper pars cultus.

7. *Proteſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

7. *Proteſt.* Chriſtus, neque Matth. 5. neque alibi, poſuit peregrinationes, inter ea quæ homines beatos faciunt.

Bellarm. *Peregrinatio non eſt opus neceſſarium ad perfectionem, vel ad ſalutem.*

Proteſt. Si neque ad ſalutem, neque ad perfectionem, tum neque eſt præceptum, neque conſilium. Tum non eſt opus pœnitentiæ & ſatisfactionis, ut Bellarminus antea fingebat. Tum denique ſine diſpendio perfectionis poſſit omitti, imo debet: quia nullum tempus debet in eo collocari: tanquam in cultu religioſo, quod non facit ad ſalutem & perfectionem.

Proteſt. Multa ſunt pericula ſpiritualia in itineribus.

Bellarm. *Peregrinatio igitur non eſt accommodata, niſi ſolis viris maturis, & quibus parum aut nihil periculi immineat.*

Proteſt. Opus igitur magni honoris erga Deum, pœnitentiæ, ſatisfactionis & devotionis, ita inſtituitur, ut non conveniat niſi uni ex multis.

CAP. IX. *De votis quæ Sanctis nuncupantur.*

Quoniam non tam de re ipſa diſputat, adverſus nos Bellarminus, quam cum ſuis, de modo quo vota Sanctis nuncupantur, idcirco ſatis hic erit animadvertere breviter in ejus aſſertiones.

THESIS I.

Bellarm. *Qui vovet jejunium vel peregrinationem Sanctis, ipſos Sanctos religioſe honorare intendit.*

Proteſt. I. Vovet igitur Sanctis, quod illi nunquam ſe gratum aut acceptum habere declararunt. II. Intendit illud creaturis tribuere, quod proprium eſt Dei. Vel enim religioſus honor proprius eſt Dei, vel nullus.

2. Bellarm. *Vota fiunt Sanctis; non ut ſunt creaturæ quædam rationis participes, ſed ut in eis Deus habitat per gloriam.*

Proteſt. Quidni igitur & cœlo ſupremo, in quo Deus habitat per gloriam, vota etiam nuncupentur?

3. Bellarm. *Vota etiam terminantur etiam ad ipſos Sanctos.*

Proteſt. Creatura igitur fit objectum religioſi cultus per ſe. Quid eſt idololatria, ſi hoc non ſit?

4. Bellarm. *Non eſt cultus latriæ, ſed duliæ: quia non promittitur, quod vovetur in ſignum gratitudinis erga primum principium omnium bonorum, & primum auctorem beneficii accepti.*

Proteſt. I. Idem igitur cultus, ab eadem virtute religionis proficiſcens, eodem actu exercitus, ſi referatur ad unum objectum, eſt latria, ſi ad aliud eſt dulia. Tale nihil poteſt in ullo affectu & actu alio demonſtrari. II. Hac ratione

ratione idololatria non poteſt admiiti circa ullam creaturam, niſi habeatur illa creatura, pro primo principio omnium bonorum. Certe qui tale quid ſomniarunt de æneo ſerpente, ſupra cæteros omnes mortales, plumbeos fuiſſe oportet.

5. Bellarm. *In Scripturis nomen voti, ſemper accipitur pro promiſſione facta Deo, quia cum ſcriberentur Scriptura ſancta, nondum cœperat uſus vovendi Sanctis.*

Proteſt. I. *Vota* (ut Bellarm. paulo ante obſervat) *ordinantur ad orationem, & cum illa conjunguntur.* Si igitur cum ſcriberentur Scripturæ, nondum cœperat uſus vovendi Sanctis, fieri non poteſt, ut cœperit tum uſus invocandi Sanctos, aut nomen orationis aliter accipi in Scripturis, quam pro invocatione Dei. Bellarm. tamen antea Sanctorum invocationem, ex Scripturis probare conabatur. II. Quamvis uſus hujuſmodi votorum tum non cœperat, poterat tamen eorum doctrina tradi. III. Si neque uſus, neque doctrina cœperat cum Scripturæ ſacræ ſcriberentur; quem canonem ſequebantur primi auctores hujus cultus? qua fide incœpit, continuatur & defenditur ſuperſtitio iſta ſpuria, & filia terræ?

6. Bellarm. *Votum non convenit Sanctis, niſi quatenus ſunt Dii per participationem.*

Proteſt. Vere hoc dicitur, & ſecundum praxin Papiſtarum. Illi enim creaturis honorem Dei tribuendo, faciunt illas Deos, per participationem.

CAP. X. *De diebus feſtis.*

Neque hic digeſtas habemus controverſias: ſequemur igitur veſtigia illa Bellarmini, quæ videntur notanda.

THESIS I.

Bellarm. *Feſta Chriſtianorum, non ſolum ratione ordinis, & politiæ, ſed etiam ratione myſterii celebrantur: ſuntque dies feſti vere aliis ſanctiores, ſacratiores, & pars quadam divini cultus.*

Proteſt. I. Feſta nulla (de jure) ſunt Chriſtianorum, quæ non ſunt à Chriſto inſtituta. II. Poteſt feſtum celebrari ratione myſterii, ut occaſionis aut cauſæ: & tamen non ratione myſterii ut affectionis inhærentis, ſed eo reſpectu, tantum ratione ordinis & politiæ. III. Dies feſti, ab hominibus non poſſunt fieri aliis ſanctiores, & ſacratiores: quia homo non eſt dominus & diſpenſator ſanctitatis. IV. Cultus eſt vel verus vel falſus. Cultus omnis verus & legitimus à Deo ipſo eſt inſtitutus.

2. Bellarm. *Probatur hoc ex die Dominico.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Ex uno die feſto non poſſunt probari multi: præſertim cum nulli ſint alii qui poſſint illi uni æquari. II. Dies Dominicus non eſt proprie loquendo dies feſtus, ſed majus quid: ſicut Sabbathum Iudæorum, ut ſuperius quid diſtinguitur in teſtamento veteri, à *Chaggim* illis, quorum fit mentio: *Deut* 16,3. Nulla eſt myſtica ſignificatio in die Dominico, reſpectu reſurrectionis Chriſti, quam quæ eſt in omni effecto, reſpectu ſuæ cauſæ.

3. Bellarm. *Alioqui tollendi eſſent ſolemnes dies, Natalis, Paßionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Pentecoſtes.*

Proteſt. Poſſunt tolli, (inſtitutione recta præeunte) nullo alio religionis incommodo, quam ſimplicitatis & puritatis primæ hac in parte reſtitutæ.

4. Bellarm. *Omnes dies feſti (hac ratione) eſſent æquales.*

Proteſt. Præter diem Dominicum, nullus eſt unus dies alio major, quoad religionis rationem.

5. Bellarm. *Chriſtus naſcens, moriens, reſurgens, conſecravit loca; cur non etiam & tempora, vel dies?*

Proteſt. Locum nullum conſecravit, neque diem ullum præter Dominicum.

6. Bellarm. *Feſtorum obſervatio præcipitur, Exod.* 20.

Proteſt. Nihil ibi præcipitur de tempore cultus, præter ſeptimi diei obſervationem generalem, & ſpecialia tempora conventuum, ex ſpeciali, & variabili occaſione conſtituenda.

7. Bellarm. *Obſervatio certorum dierum feſtorum, recte præcipitur in Eccleſia, lege obligante conſcientiam, etiam citra contemptum, & ſcandalum.*

Proteſt. I. Qui non poſſunt facere diem feſtum, non poſſunt authoritate ſua, obſervationem talis diei præcipere. Sed Eccleſia non poteſt facere diem eo modo feſtum, quo Bellarm. antea feſtum deſcripſit, quia non habet poteſtatem in dies, ut eorum naturam commutaret: non in ſanctitatem, ut affigat illam, cui glebæ velit: non in animas hominum, ut imponat ipſis leges. II. Eccleſiæ non eſt proprie ex imperio ſuo præcipere, & mandare, ſed ex miniſterio ordinare.

8. Bellarm. *Iure divino præcipitur, ut aliqui dies feſti obſerventur.*

Proteſt. Præcipitur tantum ut dies ille ſeptimus, quem Deus ipſe in verbo ſuo deſignat, religioſe obſervetur.

9. Bellarm. *Mardochæus, & cæteri Iudæi cum Regina Eſther inſtituerunt feſtum, quod Deus non præceperat, & obligaverunt ad illud ſervandum. Eſth.* 9.

Proteſt. I. Dies illi Purim, non fuerunt proprie dies ſacri: ſed lætam tantum commemorationem continebant, qualis poſſit eſſe in die non ſacro. II. Non tam ex autho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ritate præcepti, quam ex admonitione aut hortatione ſuſcepti fuerunt. III. Mardochæus Prophetis annumeratur.

10. Bellarm. *Antiqua Eccleſia, feſta cum imperio indicebat.*

Proteſt. Non oſtendit hoc Bellarm. niſi de die Dominica: cujus inſtitutio non fuit Eccleſiaſtici, ſed Divini juris, ac proinde imperio Dei, Eccleſiæ ſolo miniſterio indicebatur.

11. Bellarm. *Meminit Pentecoſtes Paulus, 1 Corinth. cap.16, verſ.8.*

Proteſt. Non conſtat (ait Cajetanus in illum locum) *an de feſto Pentecoſtes loquatur, an de mora uſque ad quinquageſimum diem.*

Bellarm. *Meminit etiam Actor. c.20, verſ.16.*

Proteſt. Feſtinabat Paulus verſus Hieroſolymas, ut intereſſet feſtivitati Pentecoſtes, *proculdubio Iudæorum*, annotat idem Cajetanus.

12. Bellarm. *Pium & bonum eſt, colere feſtos dies Sanctorum: qui dicantur Deo, in memoriam Sanctorum, ita tamen, ut honor illorum dierum immediate & terminative pertineat etiam ad Sanctos, qui honor eſt religionis (ut religio eſt nomen generale) ſed duliæ, non latriæ.*

Proteſt. I. Si pium & bonum eſſet inſtituere dies feſtos, tota hæc pietas melius collocaretur in tot commemorationibus factorum Chriſti, quot Eccleſia ferre poſſet, quam ut ad Sanctos iretur. II. Dicare diem Deo in memoriam hominis, ne Iudæi quidem in ſua pœdagogia docebantur, nedum convenit ſpirituali cultui novi Teſtamenti. III. Si honor diei feſti pertineat ad Sanctum, tum pars quædam divini cultus pertinet ad Sanctum, hęc enim ſunt verba Bellarm. cap. 10. *Dies feſti ſunt pars quædam divini cultus.* IV. Si honor diei feſti immediate pertinet ad Sanctum, tum non dicatur Deo in memoriam Sancti, ſed potius memoriæ Sancti in honorem Dei. IV. Si dedicatio diei ſit honor duliæ, tum ille cultus qui in tota Scriptura ſoli Deo tribuitur eſt dulia.

Finis Tomi ſecundi.

BEL-

BELLARMINVS ENERVATVS, SIVE

Diſputationes Anti-Bellarminianæ,

In Illuſtri Friſiorum Academia, quæ eſt Franekeræ, publice habitæ

A

GVILIELMO AMESIO,
Theologiæ Doctore.

TOMVS TERTIVS.

Ab Auctore recognitus & auctus.

LONDINI,
Apud HVMPFRIDVM ROBINSON.
CIↃ IↃC XXXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Nobiliſſimis, & Ampliſſ. Dominis,
Viris Prudentiſsimis,

Graviſſimis Conſiliariis, & Iudicibus integerrimis, in Su prema Curia Friſiorum.

NOn umbraticam cauſam agimus (viri ſpectabiles) à veſtris curis alienam, ſed quæ ad ſummos Iudices & acri judicio valentes ire geſtit.

Sacramenta, & Sacramentalia varia obtrudunt mundo Pontificii pro Chriſtianis, quorum nulla ſit mentio in Teſtamento Chriſti. An ſolos ipſis teſtamentariis eſſe impunè licet?

Commutationem vulgaris farinæ venditant in cæleſtem ſubſtantiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. An non inter Alchymiſtas illos numerari debent, qui quæſtum quærunt ex impoſtura? Devorant quotidie, & muribus etiam nonnunquam comedendum relinquunt, quod adorant, miſeros Ethnicos, & Mahumetanos infælicis illius Averrois voti damnantes : Quoniam Chriſtiani manducant Deum quem adorant, ſit anima mea cum Philoſophis. *Quæ cauſa dici poteſt, cur non pro Chriſtianiſmi prævaricatoribus habeantur?*

Sacrificare ſeſe profitentur Chriſtum, & de tanto facinore magnifice gloriantur. Quid aliud faceret Draco ille magnus, rufus. Apoc. 12. *ſi vires haberet odio ſuo pares?*

Papales Bullas, & multas alias ejuſdem furfuris quiſquilias, credulis illis qui decipi volunt, non ſine reipublicæ detrimento, magno pretio vendunt. Quis hic non agnoſcit circumforaneos agyrtas, quorum merces ſunt animæ hominum, Apoc. 18, 13.

Sed accuſatione vix opus eſt, ubi confeſſio maximi criminis habetur. Tolerabilior (*ait Coſterus Ieſuita in Enchirid. cap. 8.*) eſt eorum error, qui pro Deo colunt ſtatuam auream, aut argenteam, aut alterius materiæ imaginem, quomodo gentiles Deos ſuos venerabantur vel pannum rubrum in haſtam elevatum, qnod narratur de Lappis, vel viva animalia, ut quondam Ægyptii, quam eorum qui fruſtum panis colunt. *Hic certe, niſi omnes ſenſus perpetuo fallantur, niſi omnia principio rationis fallant, niſi denique fides ipſa de humana Chriſti natura ſit falſa, confitentem habemus reum, talem idololatriam inter Pontificios reperiri, qualis in orbe terrarum, nunquam vel viſa, vel audita fuit.*

De iſtiuſmodi rebus quæ habui dicenda, ſi utriuſque tabulæ cuſtodibus liberius offero quam conditio mea ſuadet, nemo quiſquam debet mirari. Vos ut ſpero, & peto (Ampliſſimi Domini) hoc quicquid eſt officii æqui bonique conſuletis. Deum Opt. Max. veneror in Chriſto, ut veſtris conſiliis præeſſe & benedicere dignetur, ad omnes pollutiones hujus Provinciæ, quantum fieri poſſit, è medio tollendas. Franekeræ quart. calendas Aprilis, CIↃ IↃC XXVI.

Amplitudini veſtræ addictiſſimus,

GVILIELMVS AMESIVS.

TOMVS

TOMVS TERTIVS.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De natura, & definitione SACRAMENTI.

Quæ Bellarm. ponit in definitione Sacramenti, ex Catechiſmo Concilii Tridentini, (*Sacramentum eſt res ſenſibus ſubjecta; qua ex Dei inſtitutione, ſanctitatis & juſtitiæ, cum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet*) illa omnia poſſunt admitti, ſi ſano ſenſu accipiantur: de quo poſtea diſputandum erit. Quia autem carpit multa, quæ à noſtris Theologis adhiberi ſolent, ad naturam ſacramenti accuratius explicandam, de illis breviter diſpiciemus.

Quæſtio 1. *eſt de ſenſibilitate ſigni.*

THESIS I.

Bellarm. *Satis eſt ad Sacramenti naturam, quatenus ſignum eſt ſenſibile, ut aliquo ſenſu percipiatur, ſufficit igitur ſi auribus percipiatur, quamvis non ſenſu videndi, & tangendi.*

Proteſt Aſtute hic Bellarm. cavet ſibi, & ſuis, commentitiis ſacramentis, Pænitentiæ, Matrimonii, & ſimilibus, quæ nulla habent ſigna viſibilia aut tractabilia, ſed fruſtra. Nam I. Omnia ſacramenta veteris teſtamenti, ex viſibilibus ſignis conſtabant. II. Si aurium perceptio ſufficeret, tum nulla differentia eſſet inter Euangelii prædicationem (præſertim cum perſonaliter applicatur) & ſacramenta. Chriſtus, hac ratione, cum dixit paralytico, *remiſſa ſunt tibi peccata tua* Luc. 5, 30. adminiſtrabat ipſi ſacramentum. III. Omnes Scholaſtici ad ſacramenti exiſtentiam requirunt elementum à verbo diſtinctum, (illud ut materiam, hoc ut formam) ſecundum illud Auguſtini: *Tract.* 80 *in* Ioh. *accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.* IV. Iidem Scholaſtici docent, ad ſingularem, eruditionem & quandam etiam humiliationem hominis pertinere, quod in ſacramentis ipſi per corporalia ſubvenitur. *Thom.* 3. *q.* 61. *a.* 1. *Bonavent. in* 4. *d.* 1. *q.* 1. Docent etiam conſecrationem materiæ ſacramenti eſſe neceſſariam ſed verba non ſolent conſecrari. Concilium denique florentinum decernit tanquam dogma Eccleſiæ, *omnia ſacramenta tribus perfici, videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam*

forma,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum. Manifeſte diſtinguens *rem & materiam à verbis.*

Quæſtio 2. eſt de inſtitutione.

2. Bellarm. *Satis eſt ad ſacramentum, ſi conſtet Deum de eo mandatum dediſſe, licet in ſacris literis non habeatur ita expreſſe. Non requiritur mandatum Dei in divinis literis expreſſum. Nam per accidens eſt ad mandatum, ſive inſtitutionem divinam, quod ſit ſcripta, vel non ſcripta.*

Proteſt. I. Proſpicit etiam ſibimet, & ſuis, Bellarm. ut poſſint ſua commenta Eccleſiæ obtrudere pro ſacramentis, ſine ullo teſtimonio Scripturæ, vel etiam inſtitutione Chriſti. Sic Alexander Alenſis, *p.* 4 *q* 9. *m.* 1. non erubeſcit affirmare: *Sacramentum confirmationis in Concilio Meldenſi fuiſſe inſtitutum:* idem ſentire videtur Bonaventura in 4. *d.* 7. *a.* 1. *q.* 1. II. Poſtulat Bellarm. illud ſibi concedi, quod nemo ſanus dabit, poſſe nobis *conſtare* de mandatis Dei, certitudine fidei divinæ per alia media, Scriptura tacente. III. Supra modum & rationem omnem deprimitur Scriptura ſacra, cum tam imperfecta ſit, ut ne ſacramenta quidem omnia expreſſe notet. IV. Quamvis mandatum divinum ſua natura poſſit eſſe, & fuerit aliquando non ſcriptum. Scripta tamen hiſtoria Euangelii pleniſſima & ſcriptis iis *omnibus quæ Apoſtoli prædicabant populis ut iis neceſſaria, vel utilia,* quæ Bellarm. concedit, de verbo lib. 4, cap. 11. non eſt credibile mandatum de ſacramento aliquo, à Chriſto datum fuiſſe, quod non eſt ſcriptum.

Quæſtio 3. De promiſſione Sacramento annexa.

3. Bellarm. *Promiſſio gratiæ quæ ſit effectus ſacramenti, vel de efficacia Sacramenti, invenitur in verbo Dei quantum ad omnia ſacramenta, ſecundum Catholicos, qui agnoſcunt pro verbo Dei, etiam traditiones, ſed promiſſio præcedens, quæ à ſacramento tanquam ſigillo obſignetur, non eſt neceſſaria, nec in omnibus ſacramentis invenitur,*

Proteſt. I. Bellarm. hic plane fatetur Sacramenta quædam Pontificiorum eſſe non ſcripta, dum promiſſionem nullam ad illa pertinentem inveniri poſſe concedit, niſi in traditione non ſcripta. II. Male disjungit quæ ſunt conjungenda, promiſſionem de efficacia Sacramenti, & promiſſionem præcedentem à Sacramento obſignandam. Nam promiſſio illa pertinet ad inſtitutionem, ut cauſa efficiens Sacramenti: & obſignatio ipſa eſt efficacia promiſſa. III. Promiſſionem etiam obſignandam, ſua natura antecedere Sacramentum, ex eo liquet, quod fædus antecedit,

antecedit, cujus Sacramentum ita eſt ſignum ut inde fœderis nomen ſortiatur, Gen. 17.

4. Bellarm. *Verbum quod divina ordinatione annectitur, & quaſi veſtitur ſigno, ut inde fiat Sacramentum, nunquam eſt promiſſorium, ſed aſſertorium, vel deprecatorium.*

Proteſt. I. Fœdus eſt verbum promiſſorium, ſigno veſtitur in Sacramentum ex ordinatione Dei. II. Verbum aſſertorium adjungitur ut fundamentum & ratio efficaciæ promiſſionis in Sacramento obſignandæ, non igitur excludit, ſed infert verbum promiſſorium. Declaratur hoc manifeſte in verbis illis aſſertoriis: *Hic eſt ſanguis meus, novi fœderis, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.* III. Promiſſio ab Apoſtolis ſolebat explicari, ante Sacramenti adminiſtrationem. Act. 2, 38, 39. *Baptizetur unuſquiſque veſtrum, &c. vobis enim facta eſt promiſſio.*

5. Bellarm. *Promiſſio annexa ſigno in Sacramento non debet eſſe remiſſio peccatorum.*

Proteſt. Debet eſſe promiſſio fœderis novi: *ero propitius iniquitatibus eorum,* Hebr. 8, 11.

Bellarm. *Si hoc verum eſſet excluderet etiam Euchariſtiam à Sacramentis proprie dictis: quia non eſt inſtituta proprie ad remittenda peccata.*

Proteſt. Eſt proprie inſtituta ad fidem alendam de remiſſione peccatorum. Matth. 26, 28.

6. Bellarm. *Promiſſio hæc non eſt benevolentia Dei.*

Proteſt. Quid aliud quam ſummam benevolentiam ſonant fœderis novi promiſſiones?

Bellarm. 2. *Tum Sacramentum eſſet ſignum rei præteritæ, ſeu potius æternæ.*

Proteſt. Rei præteritæ, præſentis, & futuræ ſignum eſſe Sacramentum, Scholaſtici ipſi docent. *Thom.* 3. q. 60. a. 3. II. Res æterna, id eſt, dilectio Dei ſignificatur, cum effecta ejus, juſtificatio & ſanctificatio ſignificantur.

Bellarm. 3. *Hac ratione, ſæpe contingeret Deum falſo teſtificari, neque poſſet quiſquam alium ſine peccato baptizare. Deus enim in baptiſmo non electi, teſtificaretur ſe diligere eum, quem non diligit & temere baptizat quis alium, quem non novit eſſe electum.*

Proteſt. I. Sacramenta non ſunt completa & actualia teſtimonia ſalutiferæ dilectionis Dei, niſi iis, à quibus rite recipiuntur. II. Miniſtri tenentur quoſvis fidem rite profitentes, pro electis habere. Non adminiſtrant Sacramenta, ſecundum privatam ſuam ſcientiam, ſed ſecundum Dei mandatum. III. Reſpectu eorum qui non credunt, teſtimonium Sacramenti quoad gratiam ſalvificam, eſt tantum conditione, *ſi credant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Quæſtio 4. & præcipua eſt, an Sacramenta promiſſionem gratiæ obſignent inſtar ſigilli. Bellarm. negat; nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

7. Bellarm. *Si Sacramenta confirmarent promiſsiones Dei inſtar ſigilli, eſſent notiora, & efficaciora, ad fidem perſuadendam, quam ſint ipſa Dei verba: hoc autem falſum eſt. ergo.*

Proteſt. I. Senſibilia ſigna eſſe aliquo modo nobis notiora nudo verbo, concedit Bellarm. ipſe paulo poſt: *Catholici dicunt, Deum voluiſſe dare gratiam ſuam, per ſigna ſenſibilia, ut per ea inſtrueret homines, & deduceret ad intelligenda ſpiritualia.* Illud certe quod deducit ad intelligendum aliud, debet aliquo modo eſſe magis intelligibile. II. Quod non eſt firmius in ſeſe poteſt eſſe firmius & efficacius reſpectu noſtri. Promiſſio Dei eſt æque firma, ac ejus juramentum. *Deus tamen volens, ex abundanti, hæredibus promiſsionis, oſtendere immutabilitatem conſilii ſui fide juſsit jurejurando.* Heb. 6, 17.

Bellarm. 2. *Nihil fingi poteſt majus aut efficacius Dei verbo.*

Proteſt. I. Pontificii tamen docent, Verbum Dei pendere ab Eccleſiæ auctoritate, *quoad nos.* II. Non debent hic inter ſe comparari verbum, & Sacramentum ut realiter à verbo diſtinctum, ſed verbum nudum, & verbum Sacramento veſtitum: hoc autem majus & efficacius dici poteſt, quoad nos: quia plenius vel pluribus ſenſibus teſtatur, & magis accommodatur ad animos noſtros afficiendos.

Bellarm. 3. *Sacramenta ſunt nutus, & muta ſigna.*

Proteſt. Sacramenta verbo vegetata, ſunt imagines vivæ, & clare loquentes. Sed hic mira perverſitas Pontificiorum eſt obſervanda: cum de imaginibus lege Dei prohibitis quæritur, tum non dubitant affirmare, *melius interdum docere picturam, quam Scripturam,* Bellarm. *de imag. lib.* 3, *cap.* 10. & tamen Sacramenta iis ſunt *muta* quia ſcil. oculati & auriti ſunt nimis in imaginibus, ſed in Sacramentis à Deo inſtitutis, plane cæci, & ſurdi.

Bellarm. 4. *Neque ex Sacramentis diſcimus, quæ ſint Dei promiſſiones neque magis credimus Sacramentis quam promiſsionibus.*

Proteſt. I. Ex Sacramentis proficimus in cognitione promiſſionum Dei, quæ & quales ſunt. II. Quamvis non magis credamus Sacramentis, quam promiſſionibus, magis tamen credimus promiſſionibus propter Sacramenta: quia Sacramentis promiſſiones (quoad nos) ut magis credibiles repræſentantur: magis enim nobis declarant voluntatem Dei eſſe ut credamus.

Bellarm. 5.

Bellarm. 5. *Sacramenta ſimpliciter pendent ex verbo.*

Proteſt. Pendent ex verbo abſolute inſtituente: confirmant tamen verbum mihi per fidem applicatum.

8. Bellarm. *In Scriptura ſanctis; nuſquam dicuntur Sacramenta teſtimonia promiſſionum.*

Proteſt. I. Vbique dicuntur fœdus Dei, quia ſunt ſigna fœderis, fœdus autem eſt promiſſio. II. Vbicunque dicuntur efficere illa quæ in fœdere promittuntur, ibi quoad ſenſum dicuntur promiſſiones nobis ut teſtimonia confirmare.

Bellarm. *Quis ferret eum, qui ita diceret baptiſma regenerat, id eſt, dat teſtimonium divinæ voluntatis.*

Proteſt. Omnes illi qui Scripturam intelligunt, & ferunt, ferrent eum, qui ita diceret: baptiſmus regenerat, id eſt, dat teſtimonium regenerationis à Deo promiſſæ.

9. Bellarm. *Si ſolum eſſent Sacramenta teſtimonia promiſſionis & gratiæ, vel ſupervacanea, vel certe parum neceſſaria eſſent. Nam habemus alia teſtimonia, longe efficaciora, ut opera bona.*

Proteſt. I. Teſtimonia minus efficacia, poſſunt eſſe nobis valde neceſſaria. II. Bona opera non ſunt teſtimonia, ex inſtitutione divina, ſed ex natura ſua. III. Non ſunt opera noſtra (proprie loquendo) teſtimonia Dei, ſed noſtra, *multum intereſt* (ait Bellarm. cap. 17.) *inter teſtimonium Dei, & teſtimonium conſcientiæ noſtræ*: ſic inter teſtimonium Dei & operum noſtrorum, multo major eſt differentia. IV. Opera bona non ſunt efficaciora teſtimonia quam ſunt Sacramenta veris fidelibus efficaciter illa participantibus.

Bellarm. *Multi impii baptizantur ficto corde, & Euchariſtiam ſumunt.*

Proteſt. Qui intus efficaciter baptizantur, aut paſcuntur, ii ſoli teſtimonium habent à Deo: Rom. 2. ult.

10. Bellarm. *Si Sacramenta ſolum eſſent teſtimonia promiſſionum, fruſtra baptizarentur infantes.*

Proteſt. I. Reſpondet Bonaventura in 4. d. 1. q. 2. *Signum duplicem habet comparationem & ad illud quod ſignificat, & ad id cui ſignificatur, prima eſt eſſentialis. & habet ipſam ſemper in actu: ſecundam autem habet in habitu: & a prima dicitur ſignum, non à ſecunda. Sicut etiam parvulo ſufficit fides aliena, ita ſufficit, quod ſignificetur ipſi parvulo, in alio: unde quamvis non ſignificet ipſi in ſeſe, ſignificat tamen in alio.* II. Non fruſtra lavabatur Petrus, cum Dominus ipſi dicebat, *quod ego facio, tu neſcis nunc, cognoſces autem poſtea.* Ioh. 13, 7.

11. Bellarm. *Si Sacramenta eſſent teſtimonia gratiæ quæ in particulari confertur alicui, ſæpenumero falſa eſſent, nimirum in hypocritis.*

Proteſt. Non ſunt teſtimonia completa & abſoluta, ni
credentibus.

Bellarm.2. *Qui non credit verbo miniſtri baptizantis, (ex Lu-
theri ſententia) facit Deum mendacem, at ſi illa verba intelligerent
cum conditione, ſi aliter credat, non eſſent falſa, nec fieret Deus menda*

Proteſt. I. Eadem eſt ſententia Iohannis, 1 Ioh.5,10
II. Cum conditione tamen intelliguntur, reſpectu eo-
rum qui non credunt: & illi dicuntur Deum facere men-
dacem, *ex natura facti*, ut Cajetanus obſervat, quia non cre-
dunt efficaciter illud verum eſſe, quod cum condition
affirmatur.

Bellarm.2. *Lutherani volunt, hominem credere debere abſolute*
juſtum eſſe.

Proteſt. Non niſi mediante fide in Chriſtum, qua fiun
juſti vel conſequenter ad illam.

Argumenta noſtra.

12. *Proteſt*. Rom.4,11. Circumciſio expreſſe dicitur *ſi-
gillum* juſtitiæ fidei receptæ.

Bellarm.1. *Quæ de ſola circumciſione dicuntur, non poſſunt trah
recte ad omnia Sacramenta.*

Proteſt. I. Quæcunque de Circumciſione dicuntur, &
ſpectant ad naturam ejus Sacramentalem, quam habet in
communi cum reliquis Sacramentis, illa recte applican-
tur ad omnia Sacramenta: ſed ratio ſignandi (ſepoſit
reſpectu futuri, præteriti, & ſimilibus modis) in Circum-
ciſione eſt talis, *Notandum eſt* (ait Bonav. in 4. d.1. q.2.
*quod Sacramentalis medicina de ſua integritate habet ſignificationem
& hæc communis eſt & eſſentialis omnibus Sacramentis*. II. Quam-
vis omnia quæ de Circumciſione dicuntur, non poſſin
trahi recte ad omnia Sacramenta; quidquid tamen perfe-
ctionis fuit in Circumciſione id reperitur etiam in Ba-
ptiſmo: ſed perfectio ſigni eſt obſignare inſtar ſigilli.

Bellarm.2. *Nulla fit mentio promiſſionis, aut pacti: ſed Circum-
ciſio vocatur ſigillum juſtitiæ fidei, vel quia claudebat juſtitiam ſu
tempore patefaciendam; vel quia data fuit Abrahamo in ſignum & te-
ſtimonium juſtitiæ, quam ſibi acquiſierat per fidem.*

Proteſt. I. Miſerum eſt illud effugium: *nullam fieri men-
tionem promiſſionis aut fœderis*. Nam (ut Cajetanus in iſta ver-
ba obſervat) *accepit hoc Apoſtolus ex* Gen.17. *ubi clare dicitur, &
erit in ſignum pacti*. & Apoſtolus ipſe ſtatim ſubjungit, pa-
ternitatem Abrahami fuiſſe aliquo modo obſignatam: *u
eſſet pater omnium credentium*. Deus autem in eo fœdus collo-
cavit. Gen.17,4. *ecce fœdus meum tecum, quod pater futurus ſis mul-
titudinis gentium*. II. Abſurde disjungit Bellarm. juſtitiam
fidei, & promiſſionem; quæ ab Apoſtolo arctiſſime con-
junguntu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

junguntur Rom.4, verſ.13. *promiſſio ceſſit Abrahamo, per juſtitiam fidei.* III. Claudere & occultare juſtitiam, non pertinet ad fœderis benedictionem. IV. Vltimum illud (quod data fuit Circumciſio in ſignum, vel teſtimonium juſtitiæ, per fidem acquiſitæ) illud ipſum eſt quod nos volumus.

Bellarm.3. *Fuit hoc privilegium ſolius Abrahæ, & non poteſt transferri ad alios.*

Proteſt. Hoc directe adverſatur verbis illis Dei. *hoc eſt fœdus meum, inter me & vos, & ſemen tuum poſt te.* Gen.17,10,11. Hoc etiam juſtitiam ipſam fidei ſoli Abrahamo obſignatam fuiſſe fingit, & ſic evertit argumentum Apoſtolicum ab Abrahamo ad alios deductum.

Bellarm. *Omnes circumciſi non ſunt patres omnium fidelium.*

Proteſt. Omnes fideles circumciſi poſt Abrahamum ſignaculum juſtitiæ fidei accipiunt, ut filii Abrahæ, non, ut patres. paternitas fuit privilegium Abrahæ, ſed non obſignatio juſtitiæ fidei.

Bellarm. *Paulus diſtinguit ſignum à ſignaculo, ut indicaret Circumciſionem ſemper & omnibus eſſe ſignum quoddam: non tamen omnibus, ſed ſoli Abrahæ ſigillum juſtitiæ.*

Proteſt. Non diſtinguit Paulus ſignum à ſigillo, ſed generaliorem illam vocem, per iſtam ſpecialiorem explanat. ſic Cajetanus: *per hoc quod accepit in ſignum,* accepit *in ſignaculum, characterem, ſeu impreſſam notam.*

Bellarm. *Scriptura nuſquam vocat Circumciſionem ſigillum, niſi hoc loco, ubi agitur de Abrahamo: quod eſt argumentum manifeſtum ſoli Abrahamo fuiſſe Circumciſionem ſigillum.*

Proteſt. Simili modo potuiſſent Iudæi Apoſtolo reſponſare: Scriptura nuſquam dicit fidem fuiſſe imputatam ad juſtitiam, niſi uno in loco, ubi agitur de Abrahamo: quod eſt argumentum manifeſtum, ſoli Abrahamo fuiſſe fidem imputatam ad juſtitiam, ſed Apoſtolus reſpondet, verſ. 23. *non ſcriptum eſt propter eum ſolum.*

13. *Proteſt.* Iris, & Circumciſio dicuntur ſigna fœderum Gen.9 & 17.

Bellarm. *Signa fuerunt commemorativa, non confirmativa: ad memoriam juvandam, non ad fidem confirmandam.*

Proteſt. Non fuerunt tantum commemorativa: tum enim nihil præſens, aut futurum ſpectaſſent: quod eſt manifeſto falſum. II. Quatenus ſignum ſacrum commemorat præteritum, & inde præſens aut futurum infert, fidem etiam confirmat: ſic Bonaventura in 4.*d.*1.*q.*2. *motus fidei excitatur per exhibitionem ſigni, ut requirat ſignatum.*

14. *Proteſt.* Inter homines quoque id uſitatum eſt, ut pacta ſanciantur ſigno externo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *Hoc fit, quia homines poſſunt fallere, aut oblivisci, ſed Deum non poſſe fallere, aut oblivisci, certiſſimi ſumus.*

Proteſt. I. Nos non adeo certi ſumus de perfectionibus Dei, quatenus pertinent ad conſolationem noſtram, quin opus habeamus, ſubinde fieri certiores. II. *Non caret* (ait Cajet. in Gen. 15.) *quod primum eſſendi myſterio principium deſcenderit ſua cura uſque ad hoc, quod ad ſimilitudinem paciſcentis hominis, ſe geſſerit cùm homine, ut etiam tanquam ex contractu obligatum exhibuerit ſe homini.* Huc uſque tamen deſcendiſſe Deum, qui Scripturam legit, niſi vel infidelis, vel cæcus, vel impudens admodum ſit, non negabit.

15. *Proteſt.* In Baptiſmo, non ablutio externa, ſed conſcientiæ bonæ ſtipulatio nos ſalvos facit. Hæc autem ſtipulatio eſt teſtificatio: quæ fluit ex teſtificatione Dei in Sacramento Baptiſmi.

Bellam. I. *Vocat Petrus ablutionem internam, interrogationem, ſeu reſponſionem bonæ conſcientiæ in Deum, quia ex illa munditia oritur pax & quies conſcientiæ: & reſponſio bonæ conſcientiæ, & etiam interrogatio apud Deum, quia audet cum fiducia Deum accedere.*

Proteſt. Vere hæc dicuntur omnia ∴ ſed argumentum tamen manet firmum, quia teſtimonium conſcientiæ vel ſpiritus noſtri, fluit ex teſtimonio Spiritus Dei. Rom. 8, 16. Si igitur teſtimonium ſpiritus noſtri ſit effectum Baptiſmi, ſequitur Spiritum Dei, in Baptiſmo, teſtimonium nobis præbere.

CAP. II. *De Cauſis Sacramenti.*

THESIS I.

BEllarm. *De intrinſecis cauſis, prima quæſtio eſt, an Sacramentum conſtet ex rebus ut materia, & verbis ut forma.*

Proteſt. I. Vere quidem hoc poteſt affirmari, quatenus Sacramenti celebratio, eſt actus eccleſiaſticus & externus, ſed quoad integram naturam Sacramenti, qua eſt id quod eſt & agit id ad quod inſtituitur, forma potius eſt unio illa relativa, quæ inter ſignum & rem ſignificatam intercedit: ac proinde verba pertinent ad cauſam efficientem, potius quam ad formam: aut formam tantum ſignificant, & declarant. II. Non res & verba qualiacunque, ſed quæ à Deo in iſtum finem ordinantur, cauſæ vim habent in Sacramento. ſic Durandus in 4. d. 1. q. 3. *Principalis cauſa, quare Sacramenta conſiſtunt in his vel illis, eſt inſtitutio divina.*

2. Bellarm. *Sacramenta veteris legis probabile eſt, non habuiſſe res & verba, ſed ſolas res.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Non eſt hoc probabile de Sacramentis ordinariis: quia in ipſa inſtitutione tam Circumciſionis, quam Paſcatis, verba, naturam eorum explicantia, fuerunt expreſſa. Sic ipſe Bellarm. c.20. in fine: *non negamus cum ſigna dedit Patribus eorum vim explicuiſſe*, neque concipi poteſt Sacramentum, ſine verbo, vel expreſſo, vel intellecto.

3. Bellarm. *In Sacramentis omnibus novæ legis, inveniuntur res, ut materia; & verba, ut forma.*

Proteſt. Matrimonium igitur, & Pœnitentia, non ſunt Sacramenta novæ legis, aut teſtamenti, quia (teſte Durando in 4. d.1. q.3.) non conſtant omnino ex rebus & verbis, ne dum ex iis, quæ à Deo in talem finem fuerunt inſtituta.

4. Bellarm. *Vt Sacramenta conſtare dicantur rebus & verbis, non eſt neceſſe, ut res non ſint verba, & verba non ſint res, ſed ſat eſt, ſi aliquid fungatur vice rei, aliud vice verbi.*

Proteſt. Non eſt igitur neceſſe (ſecundum logicam Bellarm.) ut materia non ſit forma, & forma non ſit materia: non eſt neceſſe, ut elementum & verbum in Sacramento conjungenda, ſint antea duo: neque eſt neceſſe ut elementum habeat ſignificandi modum alium præter illum qui eſt in verbo, & recipitur per aurem. Sed hujuſmodi paradoxa, eo ſolo nomine à Pontificiis admittuntur, ut aliquo modo ſibimet conſtare videantur, quando commentitia illa Sacramenta tuentur, quorum res & verba, non poſſunt ex Scripturis, vel probabili aliqua fictione demonſtrare.

5. Bellarm. *Non eſt neceſſe, ut in omni Sacramento res & verba, ita conjungantur, ut partes eſſentiales ejuſdem rei.*

Proteſt. Monſtrum hoc eſt logicæ, & ſanæ rationis, res & verba, unum conſtituere effectum, vel compoſitum, tanquam cauſas intrinſecas, materiam & formam, & tamen nunquam conjungi. Sed debet hoc dari tranſubſtantiationi, qua efficitur, ut res Euchariſtiæ ſive ſit panis, & vinum, ſive illud ſit, in quod panis & vinum, convertuntur, non poſſit ſimul exiſtere cum verbis convertentibus, quæ finem imponunt pani & vino, & finiuntur ipſa, cum illud in quod convertuntur, primo incipit eſſe. Scotus tamen in 4.*d.* 8.*q.*1. hac ipſa ratione, negat *ulla verba eſſe formam Euchariſtiæ, aut de eſſentia ejus*, cui aliam rationem annectit: quia tunc *Euchariſtia non poſſet eſſe Sacramentum permanens, ſed tranſiens cum verbis.*

Quæſtio 2. Quod ſit verbum, quod cum elemento conjunctum Sacramentum facit.

6. Bellarm. *Catholici omnes docent, verbum Sacramenti, eſſe pauca*

quædam verba, à Deo præſcripta, quæ ſuper materiam à miniſtro pronuntianda ſint.

Proteſt. Veri Catholici tam veteres, quam recentiores, docent, verbum Sacramenti, eſſe verba inſtitutionis, ſic ad elementum applicata, ut cum honore Dei, & ædificatione fidelium poſſit ab uſu communi, ad ſacrum tranſferri. negant autem hæc verba eſſe, ſtrictis formulis, à Deo *præſcripta*: negant eadem neceſſario eſſe *pauca*: negant denique alia ratione neceſſario *ſuper materiam* eſſe illa pronuntianda, quam ut de materia, erga Deum, & erga Eccleſiam, uſurpentur.

7. Bellarm. *Non ſolum in Baptiſmo, ſed etiam in ceteris Sacramentis, requiruntur verba, in ipſa celebratione myſterii.*

Proteſt. Procul omni dubio: ſed verba inſuſurrata, in ſecreto miſſæ, non ſunt talia verba, qualia requiruntur, neque certæ quædam formulæ verborum neceſſario requiruntur ad eſſentiam ullius Sacramenti. Matrimonium etiam, quod Pontificii annumerant Sacramentis, abſque Sacramentalibus verbis poſſe celebrari, Scholaſtici omnes concedunt.

8. Bellarm. *Non requiritur verbum concionale ad eſſentiam ullius Sacramenti.*

Proteſt. Concio quidem non requiritur, niſi ad bene eſſe Sacramenti: ſed verbum aliquod concionale, id eſt inſtructionis, de natura Sacramenti requiritur ad eſſentiam ejus rite celebrandam: quia ſignificatio Sacramenti non poteſt celebrari, ſine hujuſmodi verbo.

9. Bellarm. *Requiritur ad eſſentiam Sacramenti, certa forma verborum, quæ non tam inſtruat circumſtantes, quam conſecret, & ſanctificet elementum.*

Proteſt. I. Inſtruere circumſtantes, & conſecrare elementum, non debent inter ſe opponi: qua per inſtructionem circumſtantium, de elementi deſtinatione ad uſum ſacrum, elementum ipſum ex parte ſaltem, conſecratur. II. *Tam* & *quam* non habent locum, ubi nullo modo inſtruuntur circumſtantes.

Bellarm. 2. *Verba à Domino præſcripta in Baptiſmo, non habent formam inſtructionis, ſed invocationis, & benedictionis.*

Proteſt. I. Verba certa fuiſſe à Domino abſolute præſcripta, in Baptiſmo, non apparet, hoc Bellarm. ipſe probat, cap. hoc 19. *Non ait Dominus, dicite: Baptizo te in nomine Patris, &c. neque dixit Dominus, dicite in nomine Patris, &c. ſed ſolum ait: Baptizantes eos in nomine Patris, &c. quæ verba non cogunt ut dicamus in nomine Patris, &c.* Quamvis igitur iſta verba ſint maxime accommodata, & tam ſua majeſtate, quam uſu, evaſerint quaſi neceſſaria ſi tamen idem ſenſus pluribus verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

verbis explicaretur, non mutaretur idcirco eſſentia Baptiſmi. Certe in formula Græcorum (*Baptizetur ſervus Chriſti, in nomine Patris, & Spiritus ſancti*) eſſentia Baptiſmi non mutatur. Græci enim pro baptizatis habentur. Alexander etiam Alenſis. *p.* 4 *q.* 8. *m* 3. *a* 3. cum aliis Scholaſticis, defendit, *ſenſibilem formam à Chriſto conſtitutam, fuiſſe poſtea ab Apoſtolis mutatam, eadem intelligibili forma manente.* II. Verba hujus formulæ continent in ſeſe ſummam illius inſtructionis, quæ antecedere debet: *docete, & baptizate.*

Bellarm. 3. *Verba quæ dicuntur in myſterio Euchariſtiæ, ab Apoſtolo dicuntur verba benedictionis.* 1 *Cor.* 10. *Calix benedictionis.*

Proteſt. Illa autem verba non ſunt illa quæ Pontificii volunt ſola eſſe conſecratoria Euchariſtiæ: *hoc eſt corpus meum:* ſed antecedens oratio. *Benedixit, ac fregit, & dixit, accipite, manducate, hoc meum eſt corpus.* cap. 11. unde efficaciſſime probatur, verba illa quæ in Sacramento ſunt conſecratoria, non eſſe paucula quædam præſcripta, ſed præcipue verba orationis, quæ non ſunt ſcripta.

Bellarm. 4. *Nomen, in verbis Sacramentorum, invocationem ſignificat.*

Proteſt. Eſto: ſed tota invocatio non eſt præſcripta.

10. Bellarm. *Non ſolum res, ſed etiam verba, in Sacramentis novæ legis, à Deo determinata ſunt ut non liceat quidquam immutare.*

Proteſt. Si per verba, non literæ & ſyllabæ, ſed ſententia ſubjecta intelligatur, & mutatio intelligatur ſubſtantialis, concedimus hoc totum. A Pontificiis autem perniciosæ mutationes fiunt, & fieri jubentur, ſicut omnes norunt. Sunt ex eorum Magiſtris, qui dicunt Baptiſmi formulam poſſe conſiſtere talem: *ego Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & Beatæ Mariæ, & Beati Petri:* ſi additio fiat ſola devotione. Alexand. Alenſis *p.* 4. *q.* 8. *m* 3. *a.* 2. *ſ.* 3.

De cauſa efficiente miniſteriali, quæſtio eſt, an intentio miniſtri ſit neceſſaria ad Sacramenti perfectionem.

11. Bellarm. *Requiritur intentio vel actualis, vel virtualis, faciendi, quod facit Eccleſia, vel vera, vel falſa quam veram putat, id eſt, operis ſacri, ſeu cæremoniæ quam Chriſtus inſtituit.*

Proteſt. Requiritur quidem externa expreſſio, per verba & facta conſentanea, intentionis adminiſtrandi Sacramentum: ſed non requiritur ad eſſentiam Sacramenti, intentio talis interna, vel mentalis.

Argumenta Bellarmini.

12. Bellarm. *Verba poſſunt habere varias ſignificationes: aliquid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

igitur requiritur ad veram ſignificationem determinandam : ſed nihil fingi poteſt quo determinetur, niſi intentio miniſtri.

Proteſt. Non opus eſt fictione: Chriſtus ipſe determinavit myſterium totum. Non ſolemus inquirere in præconis intentionem, quam aliquid denunciat alterius juſſu : ſatis eſt intelligere intentionem auctoris jubentis.

13. Bellarm. *Miniſtri Sacramentorum, ſunt inſtrumenta Dei, ſed inſtrumenta animata, & ratione utentia : ut cum Rex conſtituit Præſides & judices in urbibus, qui nomine ſuo jus dicant : in talibus autem requiritur voluntas & intentio exercendi actiones. non enim vere eſt abſolutus, quem judex abſolvit ſine intentione, licet exterius videatur abſolutus.*

Proteſt. I. Eadem plane ratione, Euangelii prædicatio, ceſſaret eſſe talis, ſi intentio mentalis tolleretur, quamvis cætera omnia adeſſent. II. Hac etiam ratione, neceſſaria eſſet in miniſtro non tantum intentio operis, ſed etiam finis : quod tamen Bellarm. cum maxima parte Scholaſticorum, negat. III. Ratio fallaciæ in eo latet, quod Reges dominium aliquod in ſuos præſides, & judices conferunt, circa actiones ab ipſis exercendas : ſed miniſtri ſunt meri diſpenſatores, earum rerum, quarum dominium totum in Chriſto ſolo manet.

14. Bellarm. *Verba practica non ſunt efficacia, niſi dicantur ab eo, qui habet poteſtatem & voluntatem faciendi quod verba ſignificant. ſed verba Sacramentorum ſunt verba practica.*

Proteſt. Sunt verba practica Chriſti, & efficacia eorum pendet ex ejus poteſtate, non ex intentione miniſtri.

Bellarm. 1. *Probabile eſt, in ipſo etiam miniſtro eſſe virtutem operativam, efficienter, & inſtrumentaliter, ut eſt in Sacramento : ita ut virtus operativa verborum Sacramentalium dependeat à miniſtro, & tunc ſolum virtutem habeant illa verba, dum conjunguntur cum virtute quæ eſt in miniſtro.*

Proteſt. Non eſt hæc ſententia probabilis, quia voluntas impura, & irregenita, haberet ſæpe virtutem operativam gratiæ.

Bellarm. 2. *Sacramentalia verba ſaltem non moventur à Deo, ut inſtrumenta, niſi quando pronunciantur ab eo cui ipſe commiſit.*

Proteſt. Nihilo magis hac ratione pendent ab intentione miniſtri, quam edictum ab intentione præconis.

15. Bellarm. *Multa abſurda ex contraria ſententia ſequerentur, qui lavaret aliquem in balneo ſanitatis cauſa, Deum invocans verbis Baptiſmi, eum Baptizaret : ad lectionem illorum verborum, in menſa, hoc eſt corpus meum, totus panis menſæ eſſet conſecratus, &c.*

Proteſt. Nullo modo ſequuntur : quia externa intentio operis requiritur Sacramentalis, quamvis non interna intentio miniſtri operantis.

Proteſt.

Proteſt. Verbum Dei, nunquam requirit talem internam
iniſtri intentionem, ad ſuum effectum producendum,
go nec Sacramentum.

Bellarm. 1. *Verbum quidem quacunque intentione prolatum, po-*
t excitare fidem, non tamen poteſt habere effectum Sacramentalem.
io diſcriminis eſt, quia ad excitandam fidem non requiritur ulla ef-
jentia, ſufficit ſignificatio.

Proteſt. I. Significatio ipſa non minus determinari de-
t in verbo, quam in Sacramento. ſed ex hac determina-
ne, Bellarm. antea probavit neceſſitatem intentionis.
I. Efficientia potentis brachii Dei, requiritur ad fidem
r verbum ingenerandam & excitandam. Rom. 1,16.
II. Excitare & confirmare fidem eſſe effectum Sacra-
entale, probavimus antea, & poſtea ſumus probaturi.

Bellarm. 2. *Verba concionalia, ſunt verba ſpeculativa: ſed verba*
cramentalia, ſunt verba practica.

Proteſt. I. Verba concionum ſunt ſpeculativa tantum
phiſtis παραλογιζομένοις Iac. 1,22. II. Practica efficacia
m verbi, quam Sacramentorum, ab uno & eodem Spi-
tu, & voluntate pendet, non miniſtri, ſed auctoris prin-
palis.

17. *Proteſt.* Si ab intentione miniſtri, penderet efficacia
acramenti, periret certitudo, quam fidelis debet habere
e effectu Sacramenti, & conſolatio ſpiritualis, quia ne-
o poteſt eſſe certus de alterius intentione.

Bellarm. 1. *Non debet homo in hoc mundo quærere certitudinem*
e ſua ſalute, vel juſtificatione, infallibilem, qualis eſt certitudo fidei
ivinæ.

Proteſt. I. Quid igitur ſibi volunt illa verba Petri, *ſtudete*
lectionem & vocationem veſtram firmam efficere. 2 Pet. 1,10?
I. Non agitur hic de certitudine hujus aut illius fru-
tus, ſed de certitudine ipſius Sacramenti, & alicujus fru-
tus inde percipiendi.

Bellarm. 2. *Certitudo humana & moralis quæ ſufficit ut homo*
ui ſcat, habetur ex eo, quod nulla ſit cauſa dubitandi de intentione
miniſtri.

Proteſt. I. Certitudo humana & moralis, varios admit-
it gradus, quælibet præſumtio non ſufficit ad conſcien-
iæ pacem, in quæſtione de medio neceſſario ad ſalutem.
II. Sunt graves cauſæ dubitandi, quia multi ex iis qui
Baptiſmum adminiſtrant, ſunt homines vani, & plane
nequam.

Bellarm. 3. *Lutherani qui Baptizantur adhuc infantes, niſi cre-*
dant parentibus vel amicis, quia tamen decipere poſſunt.

Proteſt. Diſpar eſt ratio: nam de facto aliquo externo,
talis certitudo poteſt haberi ex teſtimoniis humanis
(ſicut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

(ſicut Bellarm. ipſe docet de *Concil. 2, cap.9.*) *ut evidentia naturali aliquo modo comparari poßit, quia nihil dubitationis in animis noſtris relinquit:* ſed de interna alterius intentione, tales probationes non habemus.

CAP. III. *De Effectu Sacramentorum.*

Quæſtio I. Eſt, an Sacramenta novæ legis ſint veræ cauſæ juſtificationis, ex opere operato.

THESIS I.

BEllarm. *Quæritur an Sacramenta ſint vera & propria cauſa inſtrumentales juſtificationis; ſive hoc faciant phyſice, ſive moraliter; ſive per qualitatem inhærentem, ſive per ſolam Dei motionem, & an ſola actio illa externa, quæ Sacramentum dicitur & vocatur opus operatum, active, proxime, vel immediate, & inſtrumentaliter efficiat gratiam juſtificationis, ex vi ipſius actionis Sacramentalis, à Deo ad hoc inſtituta, non ex merito agentis, vel ſuſcipientis. hoc affirmant omnes Catholici.*

Proteſt. I. Caute magis, quam talem diſputatorem decet, declinat hic Bellarm. controverſias ſcholaſticas omnes de modo (ut loquuntur) *cauſalitatis* quæ tribuitur Sacramentis. *utrum ſit phyſica, vel moralis: utrum ſit in verbo, vel in elemento, vel in actu exercito, vel in omnibus conjunctim: utrum effectum producant, in ultimo inſtanti eſſe Sacramenti, vel in primo inſtanti ejus non eſſe:* & tamen ſine iſtis vix conſtitui poteſt cauſa, nedum accurate tractari. Obſervat hoc Melchior Canus de Sacr. part.4. & eo nomine recte monet, *dignam hanc quæſtionem eſſe definitione Concilii, dignam ſanctorum omnium auctoritate, dignam tandem fide noſtra, & ſacrarum teſtimoniis literarum.* II. Ita tamen eas declinat, ut ſatis indicet, ſe craſſioribus Scholaſticorum favere, qui Sacramenta volunt eſſe phyſicas gratiæ cauſas. *proprie, proxime,* & *immediate,* efficere (quod Bellarm. tribuit Sacramentis) non convenit cauſæ moraliter agenti. Hoc etiam aperte profitetur, cap.11. Vbi Scholaſtice explicat ſuam ſententiam in fine hujus controverſiæ quod in principio noluit facere, ut liberius luderet ambiguis formulis concludēdi. III. Abſurde, opponit operi operato, meritum agentis vel ſuſcipientis, quaſi tertium non daretur: cum tamen Scholaſtici ſint, qui excludunt meritum, & non excludunt tamen diſpoſitiones ab efficientia Sacramenti. ſic Alexander Alenſis, *p 4 q.5.m.3.a.5 ſ.3. Sacramenta diſponunt hominem, & aptiorem reddunt ad gratiæ ſuſceptionem. unde ſunt cauſa gratiæ, non quantum ad eſſe ſed quantum ad ineſſe, modo convenientiori, ſive conformiori.* IV. Falſo affingitur hæc ſententia omnibus Catho-

[C]atholicis, quamvis Pontificii intelligantur. Bonaven[tu]ra in 4. *d.* 1. *q.* 4. contra teſtatur. *Eſt* (inquit) *aliorum ma[g]norum magiſtrorum circa hoc opinio, dicentium, quod in Sacramentis, [n]on ſit cauſalitas, neque virtus aliqua, nec effectiva, nec diſpoſitiva ad [gr]atiam, quæ ſit qualitas, vel proprietas aliqua abſoluta: ſed per quan[d]am aſſiſtentiam divinæ virtutis, quæ eſt cauſa gratiæ, & fidei ac devo[ti]onis ſuſcipientis, diſponunt ad gratiam. Dicunt ergo, quod Sacramenta [d]icuntur habere virtutem, & dicuntur cauſa, & dicuntur efficere, ſecun[d]um communem modum loquendi, propter aſſiſtentiam divinæ virtutis. [Si] virtus proprie dicatur, ſecundum eos, non eſt dicendum quod habeant [vi]rtutem: ſed quatenus extenditur nomen virtutis, ad aliquam ordi[n]ationem: ut cum aliquid habet efficacem ordinationem ad aliud, dici[t]ur habere virtutem reſpectu illius: ſicut litteræ Regiæ anulo Regis ſigil[la]tæ. Huic poſitioni (* addit Bonav. *) pietas fidei non repugnat, & [r]atio conſentit.* V. Noſtra ſententia eſt, Sacramenta omnem [e]fficientiam habere, reſpectu gratiæ, quam ſignum pra[c]ticum poteſt habere, per ullam relationem: id eſt, obſi[g]nare illa, rite recipientibus, divinam gratiæ communi[c]ationem, fide recipiendam: non tamen efficere gratiam [i]mmediate, ſed mediante Spiritu Dei, & fide.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Diſcrimen eſt inter efficaciam Baptiſmi Iohannis, & [B]aptiſmi Chriſti, quantum eſt inter aquam & Spiritum.* Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioh. 1.

Proteſt. I. Probandum fuit, externam Baptiſmi actio[n]em, eſſe propriam & immediatam cauſam gratiæ Iuſti[fi]cationis. Bellarm. autem concludit, Chriſtum, & Spi[r]itum ejus eſſe cauſam gratiæ, & non aquam, annon hæc eſt egregia probatio? II. Chriſtus ipſe interpretatur verba illa Ioh. Act. 1, 5. *Iohannes quidem Baptizabat aqua, vos au[t]em Baptizabimini Spiritu ſancto, iſtis non multis poſt diebus. Hæc verba (* ait Cajetanus in Mat. 3. *) monſtrant diſtingui contra Baptiſmum Iohannis, è regione, Baptiſmum Pentecoſtes, qui fuit in Spiritu & igne, ad ſenſum.* Bellarm. ipſe paulo inferius dicit *per ignem hoc in loco, rectiſſime poſſe intelligi externum ignem, qui deſcendit viſibiliter ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes.* Hujus Baptiſmi reſpectu, dixit Iohannes, in futuro, *Baptizabit* ſimul tamen innuit, internum Baptiſmum gratiæ, à Chriſto, & Spiritu ejus immediate proveniſſe, in ipſo Baptiſmo Iohannis.

Bellarm. 2. *Paulus* Actor. 19. *juſſit Baptizari eos Baptiſmo Chriſti, quos audivit fuiſſe baptizatos Baptiſmo Iohannis.*

Proteſt. I. Non apparet illos de quibus agitur Actor. 19. fuiſſe rebaptizatos, ſed potius inſtitutos de Baptiſmo quem receperant. II. Si rebaptizati fuerunt, non fuit hoc propter imperfectionem Baptiſmi Iohannis, ſed pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

pter aberrationem ſcioli alicujus, à quo baptiżati fuerunt. Magiſter ipſe ſententiarum, *lib.* 14, *diſt*.2. docet *illos qui ſpem non poſuerunt in Baptiſmo Iohannis,& Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum credebant non fuiſſe rebaptizatos.* Idem docet *Alex. Al. p* 4. *q*.6. *m*.7. Ex hiſtoria certe Euangelii, clare apparet, Iohannem ſimul cum Chriſti diſcipulis baptizaſſe, Ioh.3 & 4. Sine ulla differentia ſubordinationis.

3. Bellarm. *Marc. ult. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Hic tribuitur baptiſmo vis ſalvandi.*

Proteſt. Non magis tribuitur externæ actioni Baptiſmi, per ſe, hoc in loco, quam externæ oris profeſſioni. Rom. 10,10. tribuitur proprie fidei, ſicut ex verbis ſequentibus apparet: *qui vero non crediderit (non dicit qui non Baptizatus fuerit) condemnabitur.*

4. Bellarm. Ioh.3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto. Hic locus aperte facit Baptiſmum aquæ cauſam novæ nativitatis.*

Proteſt. I. Si rigide urgerentur hæc verba plus probarent, quam Bellarm. ſuſcepit probandum: ipſam ſcil. materiam Baptiſmi, aquam per ſe eſſe cauſam regenerationis. II. Aquæ Baptiſmum eſſe aliquo modo cauſam inſtrumentalem regenerationis, nos non negamus: eſt enim ſigillum, & inſtrumentum propriæ cauſæ, & ejus effecti, non tamen proprie, proxime, & immediate efficit regenerationem. Verbum etiam eſt cauſa ejuſdem effecti. 1 Pet.1. Sed non propria, proxima, & immediata. III. Quod propria cauſa regenerationis ſit Spiritus, non aqua, ſatis apparet ex contextu. Nam primo, verſu ſequenti, cum de eadem regeneratione, ut effecto, loquitur, aquæ non meminit, ſed Spiritus tantum: *quod genitum eſt ex Spiritu ſpiritus eſt.* ſic etiam verſ.8. Secundo, Chriſtus ipſe declarat verſ.12. ſe regenerationis cauſam & modum terreſtri ſigno, & phraſi, expoſuiſſe ad captum potius hominum, quam ad cæleſtem rei veritatem: *ſi terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?* quibus verbis innuit, illud quod dixerat de aqua, non eſſe craſſe & rigide intelligendum. Tertio, graviter arguitur Nicodemus, quod doctor exiſtens in Iſraële, non noverit illa quæ dicta ſunt. at vero non fuit exſpectandum, ut tum temporis intelligeret Doctor vulgaris, quomodo poſſit aqua eſſe propria & immediata cauſa gratiæ: cum Seraphici Magiſtri noſtri, poſt tot ſecula, necdum hoc explicare norint. *Difficile eſt* (ait Bonavent. in 4. *d*.1. *q*.4.) *valde intelligere, qualiter virtus detur Sacramento, ſicut qualitas abſoluta, difficilius, quando detur. difficile etiam eſt intelligere, cui detur: verbo ſcil. an elemento. difficile eſt etiam, quamdiu duret. difficile eſt*

ſimiliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſimiliter valde, intelligere quomodo influat: difficile etiam, cujus naturæ ſit in ſeipſa: & multa talia. Si dicatur, æque difficile eſſe, intelligere modum operationis Spiritus, in regeneratione noſtra; nos id quidem fatemur: ſed non fuit tamen difficile Nicodemo, intelligere ex Scripturis, Spiritum Dei producere poſſe quodlibet effectum ſpirituale: de aquæ vero propria, & immediata actione in ſpiritualibus, nihil quidquam in tota Scriptura poterat legiſſe.

5. Bellarm. Act. 2. *Baptizetur unusquiſque in remiſsionem peccatorum, &* Act. 22. *Baptizare, & ablue peccata tua. In his locis, tribuitur Baptiſmo remiſsio peccatorum.*

Proteſt. Remiſſio peccatorum, in ſententia Dei offenſi conſiſtit: neque poteſt tribui externæ alicui cæremoniæ, niſi ſub ratione ſigni, aut ſigilli ſententiam illam teſtatam reddentis.

Bellarm. 2. *Quis non miretur novum iſtum tropum, quo abluere peccata, ſignificat, accipere ſigillum juſtificationis acceptæ?*

Proteſt. Iuſtificationem antea fuiſſe ab iſtis acceptam, Bellarm. non poteſt mirari, ipſius enim hæc eſt confeſſio, cap. 13. *Adulti per fidem & contritionem veram juſtificantur, antequam reipſa ad Sacramenta accedant.* II. Tropus quem nos in iſtiuſmodi phraſi contineri dicimus, eſt, *ablue peccata tua, id eſt, accipe ablutionem, ut ſigillum remiſsionis peccatorum,* ſive acceptæ, ſive accipiendæ, per conſcientiæ certiorationem, Hic autem tropus adeo non eſt novus aut mirus, ut Magiſtri illi magni, quos citat & approbat Bonaventura, in 4. d. 1. q. 2. eundem jam dudum approbarint. *ponunt hoc exemplum: Rex ſtatuit, ut qui habet tale ſignum habeat centum libras, poſt iſtam inſtitutionem, ſignum illud, quia habet efficacem ordinationem, dicitur habere virtutem, ut faciat aliquem habere centum libras.*

Bellarm. 3. *Inauditum eſt ut actio ſignificata ponatur ad ſignificandum ſignum: & quod actio futura ponatur ad ſignificandam præteritam.*

Proteſt. Vix quidquam magis auditur, aut legitur in Scripturis, quam ut nomen rei ſignificatæ tribuatur ſigno, ſive res illa ſit præterita, ſive futura: ut cum Circumciſio vocatur fœdus Dei, Gen. 17, 10 & Bellarm. ipſe cap. 9. agnoſcit, *fuiſſe Abrahæ teſtimonium fidei jam ante habitæ.*

6. Bellarm. Act. 8. 2 Tim. 2. *Impoſitio manuum eſt vera cauſa gratiæ, ut patet ex illa particula, per.*

Proteſt. Neque agitur ibi de gratia juſtificante: ſed de ſingularibus donis Spiritus ſancti. quorum cauſam veram-propriam & immediatam, in externa impoſitione manuum quærere, nimis eſt abſurdum. *Per* non ſemper notat cauſam propriam, & immediatam. Miracula facta ſunt *per manus Apoſtolorum, Act.* 18, 3. & tamen manus hominum

minum non ſunt propriæ & immediatæ cauſæ miraculorum.

7. Bellarm. 1 *Cor.10,17. Participatio unius panis ponitur pro cauſa unius corporis & cap.12,13. Probat Paulus nos eſſe unum corpus, quia per Baptiſmum accepimus unum Spiritum.*

Proteſt. Reſpondet Cajetanus in priorem locum, *ſignificatur unitate panis, &c. Sacramentum Euchariſtiæ facit in omnibus, mediante ſua non ſolum ſacramentali, ſed etiam ſpirituali participatione, unitatem corporis myſtici.*

8. Bellarm. *Epheſ.5 & Tit.3. apertiſſime dicimur mundari, & ſervari lavacro aquæ, & per lavacrum: eſt igitur cauſa inſtrumentalis.*

Proteſt. I. Concedimus totum quia Sacramenta ſunt moralia inſtrumenta. II. Dicuntur Sacramenta illud efficere, quod Deus ſimul operatur, ſecundum eorum ſignificationem, & obſignationem.

Bellarm. 2. *Tunc non magis proprie dicimur mundari per Baptiſmum, quam per quamlibet aliam actionem, quæ tunc ſimul fiat.*

Proteſt. Ferulam hic meretur Bellarm. magnorum illorum Magiſtrorum, quorum antea meminit Bonaventura quia nihil tribuit *efficaci Dei ordinationi & aſſiſtentiæ.*

9. Bellarm. 1 *Pet.3. Baptiſmus ſalvos nos facit, ſicut aqua Noe. ſed aqua illa efficienter ſalvavit eos qui erant in arca.*

Proteſt. I. Similitudines non ſunt ultra ſuum ſcopum trahendæ. II. Reſponſio habetur in ipſo loco. 1. *Non depoſitio ſordium carnis: id eſt* (interprete Cajetano) *non eſt ſermo de ablutione, quæ mundat corpus.* 2. *Per reſurrectionem Ieſu Chriſti,* id eſt, (ait idem Cajetanus) *per fidem & ſpem reſurrectionis Ieſu Chriſti.*

10. Bellarm. *Iſaias cap. 1. dicit, lavamini, mundi eſtote. Ezech. 36. aqua munda dicitur effundenda ſuper fideles. Mich. 7. peccata projicienda dicuntur in profundum maris. Zach. 13. fons patens promittitur domui David.*

Proteſt. Allegoricis tantum accommodationibus, unius aut alterius Patris, nititur vis hujus commenti quod Prophetæ in iſtis locis vaticinati ſint de Baptiſmo externo. Apoſtolis ignota fuit.

11. Bellarm. *Idem probatur ex figuris Sacramentorum. Gen. 1, & 7. & 17 &c.*

Proteſt. Sacramenta externa ſunt figuræ, figuras figurarum non inſtituit Deus, nec docet Scriptura: nedum Baptiſmi à peccatò lavantis, figuram facit aquas creationis, ante peccatum admiſſum, ut Bellarm. ludit.

12. Bellarm. *Idem probatur ex Conciliis, & Patribus.*

Proteſt. Phraſes Sacramentales, nihil amplius probant in Patrum ſcriptis, quam in Scripturis. Phraſes aliæ Rhetoricæ poſſunt eandem rem amplificare, ſed nihil novi probare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

13. Bellarm. *Sacramenta ſunt ſigna, non theorica, ad ſignifican-um tantum inſtituta, ſed practica ad ſignificandum & efficiendum in-ituta.*

Proteſt. Bellarm. ipſe ſtatim reſpondet: *aliquando ſolemus ocare ſigna practica, omnia illa, quæ referuntur ad opus, ſive mediate, ve immediate: quo modo accipiebatur in diſputatione de intentione iniſtri.*

Bellarm. *Hic tamen practica vocamus, quæ immediate operantur, ſua propria virtute.*

Proteſt. Quamvis licentia iſta ſigna practica in theorica, & theorica in practica pro arbitrio commutandi, nobis amen ſatis erit, ſi res ipſa probetur: Sacramenta ſcilicet ſſe eo ſenſu practica, quod immediate, & propria ſua vir-ute gratiam operantur.

14. Bellarm. *Si non operarentur Sacramenta niſi repræſentando liquid menti, ſtultum eſſet ea ſigna adhibere, ubi non eſt uſus mentis. ed recte adhibentur non intelligentibus: quia baptizantur infantes, ſur-di, amentes, dormientes.*

Proteſt. De amentibus & dormientibus, exemplum nul-um habemus in Scripturis. Surdi poſſunt uti mente, & oculis, quamvis auribus non utantur. De infantibus, re-ponſum eſt antea ex Bonaventura, in 4. d. 1. q. 2. *Sicut par-vulo ſufficit fides aliena, ita ſufficit quod ſignificetur ipſi parvulo in alio,* id eſt, ſignificatur intelligentibus, & in illis, infanti, gra-tia quam Deus communicat infanti. falſa igitur eſt con-ſequentia. II. Falſa eſt etiam ex Bellarm. conceſſis. cum enim ſignum practicum inſtitui concedat, *ad ſignificandum & efficiendum*, ſequitur, non niſi ſignificando operari, quam-vis non tantum ſignificando. III. Operari poteſt, ultra repræſentationem per efficacem ordinationem, & aſſi-ſtentiam Dei ut Magiſtri docent apud Bonaventuram, lo-co antea citato, & tamen non immediate, neque ſua pro-pria virtute quod fuit Bellarm. concludendum. IV. Per-cuſſio Petræ à Moſe facta Exod. 17. fuit ſignum practi-cum miraculi quod ſequebatur: ſed immediate, ac ſua virtute, non exercuit illam praxin.

15. Bellarm. *Si Sacramenta eſſent nuda ſigna, ad excitandam mentem inſtituta, potuiſſent ab hominibus facillime inſtitui, & eandem vim habuiſſent. ſed hoc non poteſt dici, ergo nec illud.*

Proteſt. I. Neque nos illud affirmamus. *Sacramenta eſſe nuda ſigna, ad excitandam mentem inſtituta:* ſed eſſe ſigilla men-tis & voluntatis Dei erga nos, in gratia ſua communican-da. II. Non tantum falſa, ſed & impia eſt conſequentia. Sacramenta veteris Teſtamenti, & Baptiſmum Iohannis, Bellarm. habet pro ſignis nudis: ſi tamen diceret illa ſi-gna potuiſſe ab hominibus eſſe, & non à cœlo, ſtultior

eſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eſſet turba Iudaica, & impudentior Phariſæis. Mat. 28, 25. *Determinare quo ſigno ſit utendum ad ſignificandum, pertinet ad ſignificantem. Deus autem eſt qui nobis ſignificat ſpiritualia per res ſenſibiles, in Sacramentis.* Sunt verba Thomæ, *p.* 3. *q.* 60. *a.* 5. *ad.* 1.

16. Bellarm. *Sacramenta pendent à Deo ut principali agente, & à Chriſti paßione & morte, ergo operantur vere efficiendo, nam alioqui non eguiſſent Chriſti meritis, nec ullam eis virtutem Chriſtus dediſſet.*

Proteſt. Chriſtus nihil meritus eſt Sacramentis, ſed nobis: nec ſuam virtutem proprie dat eis, ſed nobis communicat per ea. Hoc autem facit mortis merito, & Spiritus aſſiſtentia: in quorum diſpenſatione, neceſſario requiritur, ut Deus ſit agens principalis.

17. Bellarm. *Si Sacramenta ſolum operarentur ſignificando, & excitando fidem, nullam certitudinem gratia nobis adferrent. penderet enim tunc Sacramentum ex noſtra fide, non à Chriſti inſtitutione.*

Proteſt. Non ſolum ſignificando theoretice, ſed & practice obſignando dum operantur, fides per illa confirmatur: & ideo illa non proprie pendent ex fide, ſed fides ex illis, & illa ex inſtitutione Dei.

18. Bellarm. *Sacramenta contrario modo ſe habent ad fidem, ac verbum. nam verbum Dei præcedit fidem: Sacramenta autem ſequuntur, ſaltem in adultis. ergo non eodem modo operantur.*

Proteſt. Hoc illud eſt, quod nos docemus: Sacramenta confirmare fidem, per verbum Dei prius ingeneratam, ſaltem in adultis: non tamen contrario modo, ſed ordine diverſo.

19. Bellarm. *Sacramenta ſunt æque efficacia, ſi dentur lingua ignota, ac ſi dentur lingua vulgari, ergo non operantur more concionis, ſed habent effectum ſuum, præter fidei excitationem.*

Proteſt. I. Æque efficacia eſſe, omni ex parte, negamus. II. Efficacia ſunt, quia non ſolis verbis, ſed & rebus docent. III. Tum demum ex ordine ſunt efficacia, ſaltem in adultis, cum intelliguntur.

20. Bellarm. *Si Sacramenta operarentur excitando fidem, docti illis non indigerent, qui poſſunt legere Scripturas, neque imperiti qui audiunt conciones. immo imago Baptiſmi in tabula depicta præſtaret Baptiſmo.*

Proteſt. Vltimum hoc de imagine, eſt ipſiſſima vox Naamanis. 2 Reg. 5. *annon melior eſt Abana & Pharphar flumina Damaſci, omnibus aquis Iſraelis?* Reliqua duplici errore nituntur: I. Quod Sacramenta ſeorſim à verbo, & non conjunctim conſiderantur. II. Quod Sacramenti particularis obſignatio, ex ſpeciali inſtitutione & benedictione Dei, non obſervatur in excitatione fidei ſacramentali.

21. Bellarm. *Si Sacramenta operarentur more concionis, excitando*

ando fidem prodeſſent omnibus præſentibus, ſed non proſunt niſi ſuſcipientibus: alioqui ſatis eſſet ut unus baptizaretur aut communicaret, coram tota multitudine, & non opus eſſet ut ſinguli baptizarentur, & communicarent.

Proteſt. I. Si æque directus modus, & gradus idem utilitatis intelligitur, negamus conſequentiam. Si modus idem in genere, ſed vario gradu, & oblique redundans negamus aſſumptionem. II. Verba ipſa concionalia, quibus Chriſtus dixit mulieri pœnitenti, *remiſſa ſunt tibi peccata*, profuerunt, vel ſaltem potuerunt prodeſſe omnibus audientibus, ſed non eo modo & gradu, quo ipſi mulieri cui dicebantur. neque ſupervacaneum fuiſſet alicui eorum, eadem verba poſtea audire ſibimet à Chriſto dici.

Argumenta noſtra.

22. *Proteſt. Iuſtus ex fide vivit.* Sacramenta igitur non ſunt cauſæ gratiæ, & vitæ, niſi mediante fide.

Bellarm. 1. *Non dicit Scriptura, juſtus ex ſola fide vivit. proinde relinquitur ſuus locus Sacramentis, ſicut & Deo, & Chriſto.*

Proteſt. I. Non dicitur quidem illud, totidem verbis, ſed ſatis tamen clare. II. Sacramentis relinqui debet ſuus locus, ſed ſi eſſent immediata inſtrúmenta gratiæ, locum alienum occuparent, vel fidei ſcil. vel Spiritus ſancti.

Bellarm. 2. *Scriptura dicit etiam hominem ex Sacramentis vivere, cum dicit hominem per Baptiſmum regenerari.*

Proteſt. Sed neque Scriptura dicit, nec admittit ratio, duas immediatas cauſas inſtrumentales juſtitiæ & vitæ.

Bellarm. 3. *Verba illa prophetica: juſtus ex fide vivit, non ſignificant ad literam, juſtum hominem fieri, aut reputari, ex fide, ut Lutherani volunt.*

Proteſt. Hoc tamen aperte vult Apoſtolus Paulus Rom. 1, 17.

23. *Proteſt. Marc. ult.* Dominus agens de fide & Baptiſmo, dicit tantum de fide, non de Baptiſmo, quod ejus defectus adfert condemnationem: *qui non crediderit, condemnabitur.* fides igitur, non Babtiſmus, eſt propria cauſa gratiæ ac ſalutis.

Bellarm. *Dominus non dicit: qui non fuerit baptizatus, condemnabitur: quia non erat opus hoc dicere, cum per ſe intelligeretur, ex eo quod dictum erat: qui non crediderit condemnabitur.*

Proteſt. At vero, cum condemnatio hic proprie tribuatur defectui fidei, non Baptiſmi, ſatis indicatur, gratiam & ſalutem ex fide proprie pendere, non ex Baptiſmo. ſi aliter ſe res haberet, opus fuiſſet, hoc ipſo nomine, dicere: *qui non fuerit baptizatus, condemnabitur.*

Bellarm. *Qui non credit, conſequenter non vult baptizari.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Sed qui credit, poteſt nolle, aut non velle baptizari, ſic Bellarm. *cap.*11. *qui habet fidem, & non vult Sacramentum percipere, damnatur.*

24. *Proteſt.* Negat Paulus, Abrahamum juſtificatum fuiſſe ex Circumciſione, ſed fuiſſe Circumciſionem ſignaculum juſtitiæ fidei.

Bellarm. *Id eſt, factum eſt hoc privilegium Abrahamo, ut ipſe primus haberet Sacramentum Circumciſionis, quia id meruerat ejus obedientia & fides,*

Proteſt. Circumciſionem fuiſſe Abrahamo præmium, aut mercedem fidei, ut meriti, commentum eſt unius Bellarm. Iudæi voluerunt Circumciſionem fuiſſe meritum: Paulus probat contrarium, quia juſtificatio anteceſſerat: & quod Abraham nihil habuit de quo gloriari potuit coram Deo. Bellarm. contra, vult Abrahamum habuiſſe merita ante circumciſionem, & circumciſionem accepiſſe ut præmium glorioſum, de quo ſuo jure potuit gloriari.

Bellarm. 2. *Non eſt eadem ratio Circumciſionis & Baptiſmi: nam Paulus dicit Circumciſionem nihil eſſe.* 1 *Corinth.*7.

Proteſt. Dicit etiam idem Paulus, Baptiſmum & cœnam dominicam nihil eſſe, ſine fide & obedientia. 1 *Corinth.*10. Sed obſervandum tamen, Apoſtolum eo loco docere, Circumciſionem nihil eſſe poſt Chriſti mortem, ſed non antea nihil fuiſſe Abrahamo, niſi forſitan illo ſenſu, quo Paulus plantans, & Apollo rigans, nihil dicuntur 1 *Corinth.*3, *verſ.*7.

25. *Proteſt.* Solus Deus poteſt remittere peccata. *Luc.*5.

Bellarm. *Chriſtus ut homo, remittebat peccata: & homines nomine Chriſti: ſed ſolus Deus propria auctoritate.*

Proteſt. Chriſtus, ut Deus homo, remittebat. Homines remittunt (ut Magiſter *ſent.*4.*d.*18. recte docet) *oſtendendo homines eſſe a peccato ſolutos.* Sed Baptiſmum volunt Pontificii, non oſtendendo tantum, & teſtificando, ſed & proprie, ac immediate efficiendo, remittere peccata, & juſtificare, quod proprium eſt Dei, & Chriſti.

26. *Proteſt.* *Epheſ.*5. Mundans eam lavacro aquæ, in verbo vitæ, ubi tota vis mundandi tribuitur verbo: cujus operatio eſt, in excitando fidem.

Bellarm. 1. *Per verbum vitæ, non intelligitur concio, cujus effectum eſt fides, ſed forma Sacramenti, id eſt verbum conſecratorium.*

Proteſt. Intelligitur verbum illud per quod regeneramur: *hoc autem eſt verbum illud quod euangelizatum eſt nobis:* ut diſerte teſtatur Petrus. 1 *Pet.*1,23,25.

27. *Proteſt.* Vbi eſt promiſſio, ibi neceſſario exigitur fides quæ promiſſionem accipiat, ſed in omni Sacramento requi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

equiritur verbum promiſſionis, ergo.

Bellarm. 1. *Verbum promiſſionis requiritur quidem in inſtitutio- e Sacramento: at non requiritur in ipſo uſu Sacramenti.*

Proteſt. Vſus debet eſſe ſecundum inſtitutionem: & ontinet in ſeſe inſtitutionis eſſentiam, inſtituta ad cer- um finem, non poteſt recte ad illum finem adhiberi, niſi irtus inſtitutionis ſimul adhibeatur. Hæc autem virtus n Sacramentis eſt promiſſio Dei.

Bellarm. 2. *Fides poteſt requiri, ut conditio applicans homini ſa- ramentum: ſicut medico offerente pharmacum, & promittente ſanita- m, requiritur in ægroto fides, quæ accipiat ſerio illam promiſſionem, & edico aſſentiatur: non tamen eſt ea fides, quæ ſanat ægrotum, ſed phar- acum, licet ſine fide pharmacum acceptum non fuiſſet.*

Proteſt. I. Fides applicat promiſſiones, & res promiſſas, ion Sacramenta, Heb. 11, 13. II. in ægroto non neceſ- ario requiritur fides, qua medico aſſentiatur, ad medici- æ efficaciam. efficax eſt medicamentum, furioſis, invitis xhibitum. ſed fides requiritur neceſſario ad efficaciam acramenti. ſic Bellarm. *cap. 9. qui non credit, etiamſi vellet ba- tizari, nihil ei prodeſſet.* III. Fidem eſſe quæ ſanat & ſalvat eccatores, & Scriptura ubique teſtatur.

Bellarm. 3. *Vtrumque poteſt eſſe neceſſarium, & fides, & Sacra- nentum, ita ut unum ſine altero non ſufficeret.*

Proteſt. Sed utrumque non poteſt eſſe neceſſarium, ut auſa immediata: ſed fides juſtificat mediante Sacramen- o, ut Pontificii affirmant, vel Sacramentum, mediante fi- de, ſicut nos affirmamus.

28. *Proteſt.* Qui dicunt Sacramenta proprie & immedia- te juſtificare, abſtrahunt homines à Deo, & faciunt ut in ſpectaculo rei corporeæ acquieſcant, non in ipſo Deo.

Bellarm. 1. *Tum non debuit proponi ſerpens aneus: nec Deus ipſe incarnari.*

Proteſt. Non ſequitur: quia ſerpens æneus non fuit propoſitus ad immediate juſtificandum: & acquieſcere in Deo incarnato, eſt acquieſcere in Deo.

Bellarm. 2. *Cum dicamus Deum operari per Sacramenta, trahi- mus homines ad Deum. qui curabantur à Chriſto, per ſputum, & lu- tum, in ſputo, ac luto, non acquieſcebant.*

Proteſt. I. Qui dicunt Deum juſtificare, proprie & im- mediate per ſacramenta, proponunt hominibus aliud ob- jectum proprium & immediatum, præter Deum, & Chri- ſtum, in quo pro juſtificatione acquieſcant. II. Sputum & lutum, non fuerunt propriæ & immediatæ cauſæ cu- rationum à Chriſto miraculoſe effectarum.

29. *Proteſt.* Eodem modo juſtificant, verbum Dei, & Sa- cramenta, æque enim tribuitur juſtificatio verbo, ac Sa- cramentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

cramentis. *Rom.* 1,16. & ſicut cum manu Dei in verbo offerentis, concurrere debet manus fidei noſtræ oblatam gratiam recipientis. *Heb.* 4,2. ſic etiam in Sacramentis.

Bellarm. 1. *Per Euangelium, Rom.* 1,16. *intelligi poteſt, non concio, ſed myſteria ipſa Euangelica, incarnatio, paßio, Sacramenta.*

Proteſt. Inepte disjunguntur iſta duo, quæ in Scripturis perpetuo conjunguntur. Idem Paulus 1 *Cor.* 1,18,21. diſertis verbis affirmat, *ſermonem de cruce, & ſtultitiam prædicationis, homines ſervare.*

Bellarm. 2. *Explicatur ibidem quomodo Euangelium ſalvet. nam ſubjungit Apoſtolus: juſtitia enim Dei revelatur in eo, ex fide, in fidem. at nuſquam Scriptura ita expoſuit modum ſalvandi ſacramentorum.*

Proteſt. Quid ſibi velit Bellarm. per ſuum *ita*, reliquit incertum; ſed palam eſt, & Scriptura paſſim, cum loquitur de Sacramentis, declarat, juſtitiam Dei in eis revelari, tanquam in ſignis: neque dicet ipſe Bellarminus, quin omnis revelatio juſtitiæ Dei, ſit fide recipienda.

Bellarm. 3. *Scriptura & verbo, & ſacramentis tribuit vim juſtificandi; ſed non dicit, neq; colligere inde licet, eodem modo illa juſtificare.*

Proteſt. Cum ambo juſtificent ut inſtrumenta Dei, & ambo ſua natura, ſignificent aliquid nobis fide recipiendum ad juſtitiam & ſalutem conſequens eſt, ambo juſtificare mediante fide.

Bellarm. 4. *Verbum eſt manus Dei porrigens: Sacramentum vero eſt manus applicans, & operans. fides autem eſt manus noſtra, quia removet obſtacula, & diſponit animam, ubi eſt neceſſaria talis diſpoſitio.*

Proteſt. I. Verbum non tantum porrigit, ſed & per aſſiſtentiam Spiritus operatur. eſt enim *miniſterium Spiritus*, 2 *Cor.* 3,6.8. Sacramentum autem operatur applicando, id eſt, ſpecialiter porrigendo, ſicut in cæna Dominica, porrectio cibi ſpiritualis accurate repræſentatur. hactenus igitur nullum eſt diſcrimen modi. II. Fidei tribuit Chriſtus, non diſpoſitionem præparatoriam, ſed acceſſionem ipſam ad ipſum, comeſtionem carnis, & potationem ſanguinis ejus. *Ioh* 6, 29,35.

30. *Proteſt.* Fieri non poteſt, ut Sacramenta, quæ ſunt res craſſæ, & materiales, ad animam penetrent, & ibi quaſi creando ingenerent divinam ac ſupernaturalem virtutem, idque in momento: neque intelligi poteſt, qualis eſſet iſta virtus Sacramenti, aut in qua ejus parte hæreret, aut quando operaretur.

Bellarm. 1. *Res corporea & craſſa, poteſt agere in animam, non ex natura ſua, ſed ex virtute Dei.*

Proteſt. Sed tum virtus illa Dei debet virtutem aliquam in illa re corporea conſtituere, quæ proportionem habeat

ad ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

d objectum in quod agat. Nam agens influens impaiens, virtutem homogeneam aliquo modo in ſeſe debet abere. Recte enim Canus (de Sacramentis part. 4.) *Saramentum non attingit vi ſua inſtrumentali & ſupernaturali qualitam, quæ eſt gratia; quia tum vel produceretur nova qualitas in Saramento ad attingendum hunc effectum, vel non: Primum eſt ridicuum: ſecundum eſt abſurdum, ſine nova virtute addita, Sacramenta id fficere quod ante non poterant.*

Bellarm. 2. *Sacramenta non egent contactu, ut agant.*

Proteſt. Inſtrumentum corporale, realiter, phyſice, proxime, & immediate agens in aliud, quod non attingit, eſt nera Chimæra, cujus nullum exemplum ne fingi quidem poteſt cum ulla ſpecie aut ſimilitudine veri. Firmiſſinum eſt igitur argumentum illud, quod petitur à privaione contactus: Sacramenta non contingunt animam: ergo vel immediate producunt gratiam, ubi non ſunt, ſcilicet in anima, vel aliquam qualitatem gratiæ productivam efficiunt in aëre, aut corpore medio, quorum utrumque eſt abſurdiſſimum.

Bellarm. 3. *Non eſt improbabile, poſſe creaturam concurrere, ut nerum inſtrumentum Dei, ad veram creationem.*

Proteſt. Implicari hac fictione directam contradictionem, probat Bannes in *Thom. p. 1. quæſt. 45. a. 5. quia, ſcilicet de intrinſeca & eſſentiali ratione inſtrumenti eſt, quod operetur propria virtute diſpoſitive ad actionem principalis agentis: & proprie deferat ac applicet virtutem principalis agentis ad effectum: Creatura autem non poteſt ulla ſua virtute operari circa nihil, neque deferre & applicare virtutem Dei infinitam ad ens ex nihilo producendum.*

Bellarm. 4. *Gratia proprie non creatur, ſed educitur de potentia obedientiali, aut capacitate hominis naturali, quæ talis eſt, ut ex ea poſſit fieri, quicquid Deus voluerit.*

Proteſt. Si verbalis iſta dictinctio admittatur, communicatio tamen gratiæ, non magis differet à creatione, quam excitatio hominum ex lapidibus, differt ab hominum creatione.

Bellarm. 5. *De tempore operandi, poſſet dici, juſtificationem fieri in ultima parte ſenſibili, ſacramentalis actionis, vel dicendum eſt, juſtificationem fieri in inſtanti illo, in quo finitur actio ſacramentalis.*

Proteſt. Vel igitur operatur actio illa phyſice, cum non exiſtit omnino, vel ultima pars ejus tantum operatur, reliquis nihil efficientibus.

Bellarm. 6. *Virtus per quam agit Sacramentum, eſt motio ſeu uſus Dei tantum, non qualitas inhærens, vel ſpiritualis, vel corporalis.*

Proteſt. Sacramenta igitur ſunt cauſæ, ſine vi inhærente qua res eſt, producunt actum ſecundum, ſine ullo actu primo. Nulla denique alia ratione operantur ad juſtificationem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tionem, quam qua lapis, aut lignum poſſit, ſi abſque inſti-tutione, verbo, aut analogia, in illum finem à Deo mo-veretur.

Bellarm. 7. *Virtus hac ſacramentalis partim eſt in una parte ſa-cramenti, partim in alia: proinde paulatim perit, prout pereunt parte Sacramenti. ſed ultima particula operatur in virtute omnium prace-dentium.*

Proteſt. I. Virtus igitur phyſice producens rem in in-ſtanti, agit ſucceſſive. II. Sacramentum totum nunqua ſimul exiſtit. III. Partibus omnibus aliis ceſſantibus ultima particula, vel ſyllaba, per ſe eſt Sacramentum IV. Vltima illa ſyllaba falſo dicitur virtute præceden-tium operari, ſi illæ perierunt ſine ſuo effecto. Nam (ut Scotus recte obſervat) *ultimum completive nunquam cauſat ef-fectum, in virtute pracedentium, niſi quia pracedentia dereliquerin aliquam diſpoſitionem, praviam ad illum terminum, ſicut gutta cavan lapidem ſape cadendo: ſed in verbis ſacramentalibus, ſyllaba praceden tes, nullam diſpoſitionem dereliquerunt, ante ultimam prolatam.*

Bellarm. 8. *Virtus hac, nunc eſt in verbis, nunc in elemento nunc in utroque.*

Proteſt. Sacramentorum igitur novam habemus diſtri-butionem: quædam conſtant ſolummodo ex verbo, quæ-dam ſolummodo ex elemento, & quædam ex utroque Nam virtus ſacramentalis neceſſario debet eſſe in toto Sacramento. Sed multo ſimplicior, gravior, & ſanior fuit ſententia veterum Scholaſticorum, qui neque ele-mento, neque verbis, ſed Deo ſoli hanc virtutem tribue-runt. Sic enim Guiljelmus Pariſienſis de Sacram. lib. cap. 5. *Si quis quaſierit utrum ſanctificatio ex aqua ſit, ſciendum eſt quod non, ſed ex ſolo Deo datore, qui invocatus ad hoc adeſt, & aßiſtit, & operatur intus, ad ſimilitudinem & proportionem ejus, quod aqua habet operari exterius.*

CAP. IV. *De Sacramentorum Comparatione.*

Quæſtio ſecunda eſt, de comparatione Sacramentorum novi ac veteris Teſtamenti, an eodem genere (non gra-du) efficaciæ, tam hæc, quam illa, ex inſtitutione Dei ſint operata. Nos affirmamus: Pontificii quidam ne-gant cum exceptione Circumciſionis: ut Lombardus, Alex. Alenſ. Bonaventura, Scotus, Durandus, Biel, Palud. & ipſe Suarez: ſed Bellarm. cum Thoma, & aliis, abſolute hoc negant ſine ulla exceptione.

BEllarm. I. *Propheta paßim docent, ſacramenta vetera non juſti-ficaſſe. Apoſtoli eadem vocant inutilia, infirma, egena, umbras,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Scriptura cum reprehendit,tanquam inutilia Sacramenta vetera,non loquitur de illis ſecundum inſtitutionem Dei, & legitimum eorum uſum, ſed ut perperam intelligebantur,& uſurpabantur à Iudæis,abſque fide, reſipiſcentia, & obedientia.

Bellarm. 1. *Utilitas illa ex opere operantis eſt communis omni bono operi: ſed quæritur an præterea ex divina inſtitutione fuerunt utilia illa Sacramenta.*

Proteſt. Et nos reſpondemus, fuiſſe illa utilia ſingulari modo, ex inſtitutione divina, ſed recte & legitime utentibus.

Bellarm. 2. *Paulus ita diſtinguit Sacramenta nova à veteribus, ut dicat noſtra ſalvare, vetera autem eſſe egena, &c.*

Proteſt. Neque diſtinctio, aut oppoſitio talis ullibi directe adhibetur, & quæ dicuntur de novis, ſupra vetera, reſpiciunt doctrinam Euangelii, cujus appendices ſunt Sacramenta nova, non ipſa Sacramenta per ſe conſiderata: quo ſenſu,etiam miniſtri novi Teſtamenti, paſſim efferuntur ſupra veteris Teſtamenti miniſtros, cum tamen eorum perſonæ, nullam habeant efficaciam ſupra prophetas.

Bellarm. 3. *Apoſtolus in illis locis cæremonias fuiſſe inutiles ad juſtificandum, ubi dicit fuiſſe umbras & figuras rerum noſtrarum: ergo vult fuiſſe inutilia, ut erant à Deo inſtituta.*

Proteſt. Rectiſſime conjunguntur iſta duo, tanquam quæſtio & tertium argumentum: *non juſticabant Sacramenta per ſe: quia inſtituta fuerunt, in figuras Chriſti juſtificantis.*

Bellarm. 4. *Paulus confert circumciſionem cum præputio: ſed præputium non ſolum ſine fide, ſed abſolute nihil eſt, & nihil valet.*

Proteſt. Vult igitur Bellarminus Circumciſionem à Deo inſtitutam,nulla ratione plus valuiſſe, quam ſi non fuiſſet inſtituta, & proinde iuſtitutionem ipſam Dei,nihil fuiſſe, & nihil valuiſſe. Sed Apoſtolus nihil amplius vult, quam Circumciſionem ſub novo Teſtamento,homini fideli neque prodeſſe, neque obeſſe.

2. *Proteſt.* 2. Paulus etiam aliquando loquitur de Sacramentis veteribus, non abſolute, ſed comparative, non enim voluit extenuare efficaciam eorum Sacramentorum, ſed magnificare efficaciam noſtrorum, quæ dant uberiorem gratiam quam illa.

Bellarm. *Si ſolum differrent noſtra à veteribus, quod noſtra darent majorem gratiam, illa minorem; Paulus non recte diceret, illa nihil eſſe, & nihil valere, nec conferret cum præputio circumciſionem, neque etiam diſtingueret illa ut umbram à corpore.*

Proteſt. Paulus nuſquam dicit Circumciſionem abſolute, nihil unquam fuiſſe, nam ut Cajetanus recte obſervat in 1 *Cor.* 7,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

in 1 *Cor.7. Blaſphemum eſt dicere, id quod divini eſt fœderis, quod divini eſt mandati, nihil eſſe ad ſalutem* : neque præputium æquat circumciſioni, ſub vetere teſtamento : neque faci vetera Sacramenta novorum Sacramentorum; ſed Chriſti umbras.

3. *Proteſt.*3. Paulus etiam aliquando loquitur de Sacramentis veteris Teſtamenti, pro eo tempore, quo jam erant per Chriſtum abrogata.

Bellarm. *Rom.2. Paulus dicit: Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſervas. hoc autem conveniebat Circumciſioni, cum adhuc vigeret.* 1 *Cor.7. loquitur de iis qui erant circumciſi vigente lege.*

Proteſt. In priore loco, ſicut & in aliis multis, concedimus, vigentem legem ſpectari. ſed 1 *Cor.7. manifeſte habetur* (ait Cajetanus) *quod deſiit Circumciſio eſſe materia fœderis, præceptique divini. Blaſphemum ſiquidem eſt dicere, id quod divini eſt fœderis, quod divini eſt mandati, nihil eſſe ad ſalutem.*

4. *Proteſt.*4. Cæremoniæ legis vocantur, umbratiles, in relatione ad complementum, quod habebant in Chriſto; & reſpectu modi quo ſignificabant res futuras.

Bellarm.1. *Paulus appellat cæremonias, non umbratiles, ſed umbras.*

Proteſt. Vmbra metaphorica, & res umbratilis, ſunt unum & idem.

Bellarm.2. *Simili ratione, noſtra Sacramenta erunt umbratilia, quia repræſentant reſurrectionem & gloriam futuram.*

Proteſt. Sunt etiam umbratilia *ſpecula* & *ænigmata*, reſpectu gloriæ futuræ. 1 Cor.13,12. quamvis luminis rationem habeant abſolute.

Bellarm.3. *Illa verba: nihil eſt, nihil valet, & ſimilia, non poſſunt niſi de efficacia exponi. Apoſtoli etiam quæſtio cum Iudæis fuit de efficacia non de modo ſignificandi.*

Proteſt Negat igitur Paulus, Cæremonias veteres habuiſſe efficaciam illam quam Iudæi volebant : & hoc probat ex eo quod umbræ fuerunt efficaciam Chriſti venturi ſignificantes. Ex affirmatione ſignificationis umbratilis, infert Paulus negationem efficaciæ talis qualem Iudæi volebant. Bellarminus contra, ex negatione efficaciæ, infert negationem ſignificationis talis, aut ſaltem à Paulo id non deſignari ſub titulo *umbra.*

5. Bellarm. *Sacramenta veteris legis, nullam habebant annexam promiſſionem abſolutam gratiæ. Heb* 8,6.

Proteſt. Æque abſolutam promiſſionem gratiæ habuerunt Sacramenta vetera (illa ſcilicet quæ propria & ordinaria fuerunt Sacramenta) ac nova, ſed minus claram minuſque immediate amplam, & efficacem, & hoc reſpectu, novum Teſtamentum dicitur ſancitum præſtantioribus promiſſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

6. Bellarm. *Lex vetus non juſtificabat, ergo nec Sacramenta.*

Proteſt. Lex non juſtificabat, prout diſtinguebatur à omiſſione: ſed promiſſio quæ continebatur in lege & icramenta, quæ promiſſionem illam exhibebant, eodem odo juſtificabant, quo noſtra.

7. Bellarm. *Promiſſiones annexa Sacramentis veteribus imple-ntur, etiamſi homines non crederent.*

Proteſt. Non implebantur ad conſolationem & ſalutem ɔrum qui non credebant.

8. Bellarm. *Noſtra Sacramenta dicuntur ſalvare, regenerare, &c, l nihil tale legitur de ſacramentis veteribus.*

Proteſt. Quia minus clara fuerunt Sacramenta vetera, circo minus etiam clare dicuntur hæc de illis: dicun-ır tamen, ſicut ſtatim apparebit.

Argumenta noſtra.

9. *Proteſt.* Circumciſio, à prima ſua inſtitutione, habuit omiſſionem illam annexam, qua nulla eſt major: *ero eus tuus, & ſeminis tui poſt te. Geneſ* 17. quam Chriſtus ita terpretatur *Matth.*22. ut vitam æternam in illa doceat ɔntineri, & Paulus *Epheſ.*2, 12. oſtendit ſpem vivam ex a pendere.

Bellarm. 1. *Abraham juſtiſſimus erat ante Circumciſionem, non go promiſſio ipſi erat de remiſſione peccatorum.*

Proteſt. 1. Abrahamus non fuit ita juſtus, juſtitia in-ærente, quin potuerit fieri juſtior, hæc autem eſt *Com-unis theologorum* (Scolaſticos intelligit) *doctrina, Sacramenta nferre gratiam, vel faciendo, ubi non inveniunt factam, vel factam gendo.* Cajet. in 1 Corin. 10. Non fuit ita juſtificatus, ɛr peccatorum remiſſionem, quin potuerit illa remiſſio, : juſtitia, magis, magiſque adhuc cum fructu obſignari. . Scotus in 4. d. 1. q. 6. reſpondet: *ſicut ſi Beat. Virgo in mma plenitudine gratia, fuiſſet baptizata, nullam ibi gratiam ſuſce-ſet de novo, & tamen Baptiſmus non fuiſſet tum ſignum falſum, aut certum, quia ſignificaret gratiam vel tunc fieri, vel prius datam in-e; ita Circumciſio non eſſet ſignum falſum aut incertum, etſi gratiam n daret, ſed eſſet ſignum gratia inexiſtentis.* Durandus etiam in *uarto, diſtinctione quarta, quaſtione octava* docet, *quod baptizatus aptiſmo flaminis* adhuc tenetur baptizari *Baptiſmo fluminis.*

Bellarm. 2. *Legimus Deum promiſiſſe Abrahamo, quando illi in-nxit Circumciſionem, terrena tantum, ad literam, id eſt, propagatio-m poſteritatis, & terram Paleſtina.*

Proteſt. Legimus apud Apoſtolum Paulum, Gal. 3. be-edictionem illam quæ promittebatur Abrahamo, fuiſſe ane eandem cum illa qua jam fideles ex Gentibus ju-ificantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarmin. 3. *Illis verbis (ero Deus tuus) ſignificatur tantum promiſſio peculiaris protectionis: quo modo Deus non tantum erat Deu bonorum ſed etiam malorum, modo eſſent de populo Iſrael.*

Proteſt. Protectio peculiaris redundat quidem aliqua ex parte in malos qui ſunt intra Eccleſiam : ſed amplius aliquid, in iſta promiſſione contineri, palam eſt , *Ier.* 24. 7. & 31. 33. & 32. 38. ubi omnia illa quæ ſpectant ad novũ fœdus, eadem phraſi ſummatim explicantur. Deus enim eſt Deus noſter communicando nobis , bonitatem beatificam : & nos ſumus populus Dei, fidem & obedientiam congruam ipſi præſtando.

Bellarmin. 4. *Chriſtus* Mat, 22. 32 . *nihil aliud ſignificabat, quam Deum eſſe Deum eorum qui ſunt ſive ſint boni , ſive mali, ſive beati, ſive damnati.*

Proteſt. Significatur quidem illos , quorum Deus eſt Deus, eſſe, ſed ſimul etiam ſignificatur eos vivere : & hoc probatur à cauſa conjuncta. vitæ beatæ. Non malè obſervat Cajet. *Non dicit non eſt dominus , quia Deus eſt dominus, & viventium , & mortuorum , ſed dicit, non eſt Deus mortuorum, quia eſſ Deum alicujus, ſeu aliquorum, eſt coli, haberi , aſtimarique Deum a illo, ſeu illis.*

Bellarmin. 5. Eph. 2. *Gentiles dicuntur fuiſſe ſine promiſſionibus, quia carebant vera fide.*

Proteſt. Opponitur ibi ſtatus Gentilium , ſtatui Iſraëlitarum : & in eo oppoſitio partim ſaltem collocatur, quo Gentiles fuerunt ſine promiſſionibus , quæ ſingularite vigebant inter Iudæos. Illæ autem promiſſiones no erant aliæ, quam quæ in fœdere cum Abraham inito con tinebantur, cujus ſignum fuit Circumciſio.

10. *Proteſt.* Apoſtolus 1. Cor. 10. diſertè teſtatur, quo Patres eandem eſcam ſpiritualem manducarant , & eun dem potum ſpiritualem biberant, quem etiam affirma fuiſſe Chriſtum : & inde, tanquam à pari, concludit, no nimis confidendum eſſe Sacramentis novi Teſtamenti.

Bellarmin. 1. *Patres eandem eſcam manducaſſe dicuntur , n quia eadem eſt eſca noſtra & illorum , ſed quia eadem fuit illorum o nium. Eſca autem illa & potus , non fuerunt ſacramenta : fueru beſtiis communia : nullam promiſſionem habuerunt annexam.*

Proteſt. I. Certum eſt eundem illorum potum fuiſ cum noſtro , ſi Chriſtus ſit noſter : quia dicitur v. 4. p tra illa erat Chriſtus. II. Nulla alia ratio reddi poteſt, c Paulus hic tantum Baptiſmi , cibi , & potus ſpiritual mentionem facit, niſi ut compararet inter ſe noſtra & v tera Sacramenta. III. Niſi quoad efficaciã, eadem fuiſſe illa Sacramenta cum noſtris , quænam eſſet conſequent in argumento Apoſtoli : ſi eorum Sacramenta non redd

ba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ant ipſos gratos Deo, ſine fide, & obedientia, ergo nec
oſtra? IV. Sacramenta propriè conſiſtunt in eorũ uſu.
ta ut Sacramentum non ſit Sacramentum, niſi in ejus
erceptione Sacramentali. beſtiæ igitur potuerunt illarũ
erum participes eſſe, quæ materia fuerunt Sacramento-
um, cum tamen hominibus non beſtiis vera fuerunt Sa-
ramenta. V. Quia Sacramenta iſta fuerunt extraordina-
ia, idcirco non requirebatur, ut promiſſionem haberent
piritualem, ab ordinariis diſtinctam: ſed ſatis fuit ut il-
arum promiſſionum beneficia, ſingulari modo repræ-
entarent.

11. Bellarmin. Secondo. *Manna & aqua dicuntur cibus & otus ſpiritualis, propter cauſam, quia producebantur per miraculum pera Angelorum.*

Proteſt. Hac ratione nulla major eſſet efficacia, in Apo-
ſtoli argumento, quam ſi petiiſſet illud ab eſca corvina,
uæ opera corvorum parabatur Eliæ. 1. Regum 17. ne-
ue eſſet ulla ratio diſcretionis illius. verſ. 5. *ſed pleroſque orum non habuit gratos Deus.*

Bellarmin. *Chriſtus, Ioh.. 6. aſſerit Mannam fuiſſe cibum tantum corporalem.*

Proteſt. Non aſſerit hoc ibi Chriſtus: ſed comparatione
acta, non inter mannam, & Euchariſtiam, ut Bellarm.
ult, ſed inter mannam prout à Iudæis prædicabatur
erſ. 31. ſeorſim à re ſignificata, & ſemetipſum, man-
am ita deprimit, ut comparative neget eſſe cæleſtem.
erſ. 32.

Bellarmin. *Cum dicit Apoſtolus, bibebant de ſpirituali petra, non ſt ſenſus, quod biberent ſpiritualem petram, id eſt, Chriſtum, ſed uod biberent aquam ex petra ſpirituali, id eſt, Chriſto tanquam cauſa.*

Proteſt. Sed aqua illa ex ſpirituali petra profluens, fuit
tiam ſuo modo ſpiritualis: & idcirco bibere de aqua ſpi-
ituali, & de petra Spirituali, ſunt unum & idem.

12. Bellarmin. 3. *Scopus Apoſtoli non eſt oſtendere, non eſſe imium confidendum in Sacramentis; ſed potius non eſſe abutendum Sacramentis.*

Proteſt. 1. Nimium confidere in Sacramentis, eſt abuti
Sacramentis, gravis eſt illa obſervatio Bonaventuræ, in
4. *diſtinct.* 1. *quæſt.* 4. *cavendum eſt, ne dum nimis damus corporalibus ſignis, ſubtrahamus hominem gratiæ curanti*, 2. Scopus Apo-
ſtoli ſatis apparet ex *verſ.* 5. *&* 6. monere ſcilicet exemplo
Iudæorum Chriſtianos, ne putent ſe Deo gratos futuros
propter Sacramenta, ſi cupiditatibus ſuas morem gerant,
ſed pleroſque eorum non habuit gratos Deus. hæc autem typi noſtri fuerunt, ut ne concupiſcamus res malas, &c.

13. *Poteſt. Paulus Col.* 2. 11. 12. Circumciſioni & Baptiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mo idem tribuit, dum eandem gratiam Circumciſionis & Baptiſmi nomine deſignat.

Bellarmin. 1. *Paulus Baptiſmum vocat Circumſionem, quia Circumciſio fuit figura Baptiſmi.*

Proteſt. Abſque ulla ratione aſſeritur, Circumciſionem fuiſſe figuram Baptiſmi. Sacramentum non eſt ſignum viſibilis Sacramenti, ſed inviſibilis gratiæ neque tanta fuit proportio inter Circumciſionem & Baptiſmum, quantum figuræ ratio poſtularet.

Bellarmin. 2. *Non tribuit Paulus effectum Circumciſionis, Baptiſmo. Nam exſpoliare à toto corpore peccatorum, tribuit Baptiſmo, Circumciſio Iudaica, non totum corpus, ſed unam particulam circumcidebat.*

Proteſt. Effectum per Circumciſionem ſignificatum, fuit Circumciſio cordis. *Rom.* 2. 28. 29, cum autem cor exſpoliatur peccato; totus homo liberatur. Circumciſio vero externa in una particula corporis adhibita, non minus coarctat ejuſdem ſignificationem, quam in Baptiſmo facit aſperſio faciei ſolius.

CAP. VI. *De Charactere.*

Quæſtio tertia ſpectans etiam ad effectum Sacramentorum, eſt de Charactere.

BEllarmin. 1. *Character eſt ſignum ſpirituale, animæ impreſſum, in quibuſdam Sacramentis: non relatio, ſed qualitas abſoluta: tria habens officia, aptum facere ad cultum divinum, configurare Chriſto, & diſtinguere ab aliis: in ſola anima inhærens, indelebilis: per tria tantum Sacramenta, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem impreſſa.*

Proteſt. 1. *Nomen character* (ait Gabriel Biel. in 4. diſtinct. 6. qu. 2.) *non eſt multum uſitatum in Scriptura, nec apud originales doctores. Nam in toto canone Bibliæ* (intelligit verſionem latinam) *non invenitur, niſi* Apoc. 13. *& ſequentibus, ubi fit mentio de charactere beſtiæ. denique Magiſter, qui fuit diligentiſſimus collector auctoritatum originalium, nullam mentionem facit de charactere, niſi in diſp. præſenti. ubi dicit, quod qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſervato charactere Chriſti, non ſunt rebaptizandi: ubi per characterem, intelligit formam verborum a Chriſto traditam: & ideo ſatis dubia eſt ejus ſignificatio.* 2. Si Character ſit ſignum ſpirituale, tum 1. non eſt ſacramentale ſignum, quod debet percipi à ſenſu, ut Bellarminus ipſe fatetur, libr. 1. cap. 14. 2. Non hominibus, ſed Deo debet ſignificare. 3. Significare etiam debet aliquid minus viſibile aut notum quam eſt res ſpiritualis. hæc autem ſunt nimis abſurda. 4. Tertio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſi ſit ſignũ animæ impreſſum tũ vel mediantè gratia, vel immediatè. non prius, quia multi dicuntur characterem habere, qui nullam gratiam habent: neque poſterius, quia Sacramenta (ex Bellarmini ſententia) gratiam efficiunt proximè & immendiatè. 5. Si ſit qualitas abſoluta, tum vel eſt bona, vel mala, vel indifferens, vel generari debet, vel creari per Sacramentum: ſed nihil horum conſiſtere poteſt. 6. Officia illa tria, quæ tribuuntur characteri, ſunt effecta gratiæ: ſicut & illa alia, quæ ab Occamo, & Biele adjiciuntur, iſtis: *ſignificare, rememorari, & obligare.* 7. Si character ſit in ſola anima, tum à Sacramento externo, vel non propriè imprimitur, vel ſine contactu ſubjecti cui imprimitur. 8. Si ſit indelebilis, tum manet in iis qui plene recipiunt characterem beſtiæ, & ipſis etiam damnatis: ac proinde neque *aptum facit ad cultum divinum*, neque *configurat Chriſto*, neque *diſtinguit ab aliis*, cum ullo fructu: quæ tamen ſunt officia characteris. 9. Nulla ratio veriſimilis reddi poteſt, quare gratia à ſeptem Sacramentis efficeretur, & character tantum à tribus: preſertim cum ſit qualitas abſoluta, & nihil abſolutum ſit proprium trium Sacramentorum.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarmin. 2. Cor. 1. 22. *Qui ſignavit nos, per hanc obſignationonem, intelligimus characterem.*

Proteſt. 1. Intelligentia veſtra nihil probat, ſed intelligentia & teſtimonium Scripturæ. 2. Cajetanus intelligit *ſigillum Apoſtolicæ gratiæ, in teſtimonium verorum miniſtrorum Euangelii.* Dion. Carthuſ. intelligit *ſcriptionem in libro vitæ, & ſimilia.* Thomas intelligit *ſignum gloriæ conſequendæ.* ſolus Bellarminus intelligit characterem.

3. Bellarm. *Eph.* 1. 13. *Signati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto.*

Proteſt. 1. Hic etiam Cajetanus intelligit *Spiritum & gratiam Dei ſignaculum adoptionis, & hæreditatis æternæ.* Dion. Charthuſ. *divinæ prædeſtinationis indicia.* Thomas, *charitatem in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum diffuſam.* Solus Bellarm. characterem à gratia diverſum.

4. Bellarmin. Epheſ. 4. verſ. 30. *Signati eſtis in diem redemptionis, id eſt, in die regenerationis per baptiſmum*

Proteſt. Hic quoque Cajetanus, Dioniſius Carthuſianus, & Thomas intelligunt gratiam ſalutiferam.

5. Bellarm. *Cauterium quod Circumciſio relinquebat in corpore ſi quid ſignificabat, certe ſignificabat characterem baptiſmi,*

Proteſt. Cauterium nihil aptius poteſt ſignificare, quam conſcientiam cauterizatam eorum, qui Scripturas, & omnia ſacra torquent, ad ſua commenta confirmanda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

6. Bellarmin. *Credibile eſt, cum Deus aliquem deputat. & conſecrat ad ſacramenta vel danda, vel recipienda vel alia miniſteria, id non faciat per ſimplicem deputationem, ut homines facere ſolent, ſed certas qualitates infundendo: & eas qualitates vocamus characteres.*

Proteſt. Credibile eſt, vos ipſos neſcire, quid intelligatis per characteres. charismata enim, vel gratiæ gratis datæ, ſunt illæ qualitates, quibus Deus homines aptos, & idoneos reddit, ad officia illa quæ ipſis imponit.

7. Bellarmin. *Baptiſmus aliquid ſacramenale confert, etiamſi detur, & percipiatur ſine fide.*

Proteſt. Nihil omnino internæ qualitatis confert adultis, abſque fide.

8. Bellarmin. *Nulla ſufficiens ratio reddi poteſt, cur Baptiſmus non poſsit repeti, niſi Character.*

Proteſt. Durandus dicit, rationem eſſe, *quia generatio uniuſcujuſque non eſt niſi ſemel.* Biel dicit, *inſtitutionem divinam ſolam eſſe cauſam principalem initerabilitatis hujus.* quicquid ſit character in *abſoluta qualitate* poſitus, non poteſt inde concludi. de propria igitur cauſa non opus eſt cum Bellarmin. litigare.

CAP. VI. *De Numero Sacramentorum.*

Nos duo tantum Sacramenta novi Teſtamenti agnoſcimus. Pontificii ſeptem obtrudunt.

THESIS I.

BEllarmin. *Oſtendemus definitionem Sacramenti, convenire ritibus non paucioribus nec pluribus quam ſeptem: quod ſcil. tot ſint ſigna externa & ſenſibilia, quæ ex divina inſtitutione, annexam habeant promiſsionem gratiæ juſtificantis.*

Proteſt. 1. Requiritur inſuper ad Sacramentum (ex ſententia Bellarm. antea propoſita) ut certam habeat formulam verbi conſecrantis: & ut phyſica efficientia ex opere operato, ſit cauſa gratiæ juſtificantis. 2. Hæc ipſa definitio nunquam probabitur aliis Sacramentis ordinariis convenire, quam baptiſmo, & Cænæ Dominicæ.

2. Bellarm. *Confirmationis externum ritum habemus Act.* 8. & 19. *una cum effecto gratiæ, ex quibus colligitur inſtitutio, & mandatum. Notandum autem eſt, impoſitionem manuum conjunctam fuiſſe cum unctione, & ſigno crucis, idque miniſterio manus Epiſcopalis.*

Proteſt. 1. Nihil hic legitur, de unctione, aut de ſigno crucis. 2. Nihil hinc poteſt colligi de inſtitutione, & promiſſione ordinaria: quia privilegium hoc fuit extraordinariorum quorundam miniſtrorum, ut ad manuum

eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

eorum impoſitionem Spiritus ſanctus daretur. 3. Nihil hic dicitur de gratia juſtificationis. *Accipiebat Spiritum ſanctum, proculdubio* (ait Cajetanus) *in effectu ſenſibili, per Baptiſmum acceperant ipſum, in effectu ſolius gratiæ internæ. Baptiſmo flaminis baptizabantur* (non confirmabantur) *fideles ab Apoſtolis in impoſitione manuum. Alex. Alp.* 4 *q.* 6. *m.* 6. 4. Nihil hic dicitur de confirmatione, in relatione neceſſaria ob Baptiſmum antecedentem. nam *Actor.* 10. 44. illapſus eſt Spiritus ſanctus eodem plane modo, in eos, qui necdum erant baptizati.

3. Bellarm. *Iohan.* 20.23. *habemus ritum pœnitentiæ externum iudicialem nempe abſolutionem, quæ eſt ſignum interioris: &c.*

Proteſt. Nullus hic præſcribitur externus ritus. 2. Nulla hic materia & forma alicujus Sacramenti notatur: quia non eſt elementum à verbo diſtinctum. 3. Auricularis confeſſionis, ne minima quidem fit mentio hoc in loco.

4. Bellarm. *Iac.* 5. 14. *Habemus ritum extremæ unctionis, una cum promiſſione annexa.*

Proteſt. Reſpondet Cajet. in illum locum: *Neque ex verbis, neq; ex effectu verba hæc loquuntur de ſacramentali unctione extremæ unctionis: ſed magis de unctione, quam inſtituit Dominus Ieſus in Euangelio, à diſcipulis exercendam in ægrotis. Textus enim non dicit: infirmatur quis ad mortem: ſed abſolute, infirmatur quis, & effectum dicit, infirmi alleviationem: & de remiſſione peccatorum. non niſi conditionaliter loquitur, quum extrema unctio non niſi prope articulum mortis detur, & directe (ut ejus forma ſonat) tendit ad remiſſionem peccatorum. Adde quod Iacob, ad unum agrum, multos Presbyteros tum orantes, tum ungentes, mandat vocari: quod ab extremæ unctionis ritu alienum eſt.*

5. Bellarm. 1. *Tim.* 4. *Habemus, de ordinis Sacramento, ritum externum, manus impoſitionem, item promiſſionem gratiæ.*

Proteſt. 1. Pontificii in eo ſibimetipſis non ſatis conſtant, quod impoſitionem manuum, ſacramentalem ritum velint eſſe, tam in ordine, quam in confirmatione; inauditum eſt in Scripturis, ut unum & idem ſignum ſit in duobus Sacramentis. 2. Nihil hic dicitur de promiſſione gratiæ juſtificantis. 3. Impoſitio manuum non magis ſit cauſa gratiæ alicujus quam prophetia. 4. Agitur (ex Pontificiorum ſententia) de Epiſcopatu, qui non eſt ordo: ſed revera, de extraordinario munere Euangeliſtæ. 2. Tim. 4. 5.

6. Bellarm. *De Matrimonio, habemus nomen ipſum Sacramenti.* Eph. 5. 31.

Proteſt. 1. Idem etiam nomen habemus de muliere, & beſtia, Apoc. 17. 1. *dicam tibi ſacramentum mulieris, & beſtiæ quæ portat eam.* Hac ratione igitur, inventum eſt tandem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Sacramentum octavum. 2. Cajetani eſt illa nota, in Eph. 5. 32. *non habes ex hoc loco* (prudens lector) *conjugium eſſe Sacramentum. non enim dicit, Sacramentum, ſed myſterium hoc magnum eſt.* 3. Apoſtolus ſtatim admonet, ſe non loqui de conjugio humano : *ego autem loquor de Chriſto, & Eccleſia.*

7. Bellarm. *Confirmatur ſeptenarius Sacramentorum numerus, variis congruentiis.*

Proteſt. Nos demonſtrationes cogentes poſtulamus. Bell. ex egeſtate cauſæ, ad pueriles congruentias confugit, que ne de congruo quidem, fidem aut faciunt, aut merentur.

8. Bellarm. *In vita corporali, requiritur generatio, augmentatio, nutritio : remedium unum contra morbos, & alterum contra reliquias morborum : parentes qui propagent vitam corporalem, & Magiſtratus, qui eam ordinent & regant. Eodem modo, in vita ſpirituali, regeneratio, per Baptiſmum, augmentatio, per confirmationem, nutritio per Euchariſtiam, remedium contra morbos, per Pœnitentiam; & contra reliquias peccatorum, per unctionem extremam; Matrimonium ad propagandos Chriſtianos. & Ordo ſacer ad eos regendos.*

Proteſt. 1. Nulla hic ratio habetur veſtium, habitationis, exercitationis, & ſimilium, quæ ſunt neceſſaria in Vita corporali. 2. Augmentatio præpoſtere nutritioni anteponitur. 3. Duo Sacramenta abſurde conficiuntur, ex peccatis & reliquiis peccatorum quaſi reliquiæ peccatorum, non eſſent peccata. quidni & duo eſſent Sacramenta, nutrimentum, & reliquias nutrimenti ſpectantia? 4. Vna & eadem fingitur propagatio, vitæ ſpiritualis, & corporalis. 5. Gubernatio, & Matrimonium inepte referuntur ad gratiam juſtificantem : quam Bellarm. vult effectum eſſe Sacramentorum omnium novi teſtamenti.

9. Bellarm. *Septem Sacramenta inſtituuntur, adverſus ſeptem peccata, & vulnera. Baptiſmus, contra originale : Pœnitentia, contra actuale : Vnctio, contra reliquias : Confirmatio, contra infirmitatem : Euchariſtia, contra malitiam : Matrimonium, contra concupiſcentiam : Ordo, contra ignorantiam.*

Proteſt. 1. Eſſet etiam optabile, ut ſingulare aliquod Sacramentum inſtitueretur, inter Pontificios, contra libidinem frivolas nugas agendi in rebus ſacris. Modo duo tantum Sacramenta. Pœnitentia, & Vnctio extrema, remedia fuerunt : nunc cætera etiam ex æquo. Septenarius numerus peccatorum & vulnerum fingitur, qui extra hanc accomodationem, ad quam excogitatur, nullum uſpiam locum habet, ne quidem inter ocioſiſſimas Scholaſticorum ſpeculationes. Vt accommodatio fiat, conturbatur ordo, & commutatur natura Sacramentorum.

10. Bellarm. *Septem Sacramenta reſpondent ſeptem virtutibus. Baptiſmus fidei: Confirmatio ſpei: Eucharistia charitati: Pœnitentia juſtitiæ: Unctio extrema fortitudini: Ordo prudentiæ: & Matrimonium temperantiæ.*

Proteſt. 1. Necdum probatur ſeptenarius numerus virtutum. 2. Fides, ſpes, charitas in Baptiſmo & Euchariſtia conjunctim ſpectantur, non ſeparatim. cæteræ autem omnes virtutes ex iſtis pendent. 3. Si Matrimonium reſpondeat temperantiæ, tum matrimonii prohibitio, in Clericis Romanis reſpondet intemperantiæ: quod etiam eorum vita probatur.

11. Bellarm. *Septenarius numerus eſt celebris & frequens in expiationibus veteris teſtamenti.*

Proteſt. Mirum eſt igitur non poſſe ibi inveniri ſeptem Sacramenta, quæ deſtinatæ figuræ fuerunt horum ſeptem, niſi hoc poſſit oſtendi, hæc ratio in nullo numero debet haberi.

CAP. VII. *De comparatione Sacramentorum novi Teſtamenti inter ſe.*

1. NOs nullam quæſtionem movendam eſſe docemus, de imparitate Sacramentorum, quia eandem habent cauſam efficientem, materiam ſpirituali ratione parem, verbum ejuſdem auctoritatis & efficaciæ, relationem planè conſimilem. finem & uſum, quoad ſummam rei, eundem. Pontificii autem Tridentini, *ſeſſ. 7. can. 3. anathema dicunt eos qui ſeptem Sacramenta novæ legis paria faciunt.* qui canon cum irriſione à noſtris acceptus, quia duo tantum, non ſeptem Sacramenta, paria facimus, à Bellarm. annotationibus quibuſdam vindicatur, quæ debent à nobis conſiderari.

2. Bellar. *Concilium non vim facit, in numero ſeptenario, ſed in ratione Sacramenti.*

Proteſt. Vim igitur facit rationi Sacramenti, ratio enim Sacramenti, æque, & æqualiter convenit omnibus Sacramentis: alioqui Sacramentum non eſſet proprie loquendo genus omnium Sacramentorum.

3. Bellarm. *Secundum varias rationes, nullum eſt Sacramentum, quod alicui alteri non præſtat.*

Proteſt. Nulla eſt ratio Sacramentalis, qua Matrimonium & ordo cõparari poſſint cum Baptiſmo & Euchariſtia. *Iſta duo* (ait Bellarminus *cap. 27.*) *ſunt magis communia & magis principalia.*

4. Bellarm. *Baptiſmus excellit omnibus quoad effectum remittendi peccata,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Remiſſio peccatorum æquè efficitur in Eucha riſtia. eſt enim verbum, & ut Bellarm. interpretatu forma Euchariſtiæ: *Hoc eſt ſanguis meus, novi fœderis, qui p multis effunditur in remiſsionem peccatorum. Mat.* 26. 28.

5. Bellarm. *Confirmatio excellit omnibus, quoad effectum gratiæ ad bene operandum, eſt perfectio & conſummatio Baptiſmi. Luc. ult* 49.

Proteſt. 1. Per Baptiſmum fit *ut in nova vita ambulemus Rom.* 6.4. & gratia remiſſionis nunquam ſeparatur à gra tia bene operandi. 2. Baptiſmum imperfectum dicere ſine confirmatione Epiſcopali, non caret Blaſphemia. 3 Ridiculus eſt Bellarminus cum Apoſtolos *Luc. ult.* 49 qui jam & cænæ Dominicæ, & ſummi ordinis Eccleſia ſtici participes erant, expectaſſe fingit Sacramentun Confirmationis.

Bellarmin. 6. *Euchariſtia excellit omnibus, quoad ipſam ſubſtan tiam Sacramenti.*

Proteſt. Subſtantia Sacramenti conſtat ex materia & forma: materia autem eſt res, & forma verbum, ſecundum Bellarm. *lib.* 1. *cap.* 18. In Euchariſtia autem, res vel elementum ſenſibile (ſecundum Pontificios) eſt ſpecies tantum accidentalis panis, & vini, quæ ſubſtantia non excellit: verbum autem nullum poteſt eſſe magi divinum, quam quod adhiberi ſolet in Baptiſmo, Euchariſtia igitur, quoad ſubſtantiam, non excellit Baptiſmo

7. Bellarm. *Pœnitentia excellit cæteris neceſsitate, ſolo Baptiſm excepto.*

Proteſt. 1. Neceſſitas per ſe conſiderata, non magis, eſ excellentior, quam contingentia, aut indifferentia. 2 Confeſſionis auricularis, & ſacerdotalis abſolutionis (e quibus conſiſtit Pænitentiæ Sacramentum) neceſſita tanta non eſt, quanta eſt Euchariſtiæ.

9. Bellarm. *Extrema unctio aliquo modo excellit Pœnitentia quoad effectum gratiæ, nam præſupponit totum effectum pœnitentiæ. & ſuperaddit gratiam copioſiorem, & tollit reliquias peccatorum.*

Proteſt. 1. Hac ratione, excellit etiam Baptiſmo, & Confirmationi. 2. Adeo excellit, ſi hæc vera ſint, ut ipſum etiam Purgatorium tollat.

9. Bellarm. *Ordo excellit omnibus, excepta Confirmatione, ratio ne miniſtri: nam ſolum ab Epiſcopo conferri poteſt. Præſtat etiam cæ teris, quia conſtituit homines in gradu ſublimiori, quam ſint cæter Chriſtiani.*

Proteſt. 1. Cum hominibus placebit, poſſint eadem ratione aliud quodlibet, ſive ſacrum, ſive non ſacrum, ſui Epiſcopis appropriare, (ſicut etiam fecerunt in baſilicis in chriſmate conficiendo, in veſtibus & vaſis ſacrandi

&c

&c.) & tum illa ratione excellet Baptiſmo, & Euchariſtiæ. 2. Miniſtrorum gradus, non eſt ſublimior gradu Chriſtianorum, ratione ſacramentali, ſed muneris tantum & functionis reſpectu.

10. Bellarm. *Matrimonium excellit ſignificatione: ſignificat enim Chriſti, unionem cum Eccleſia.*

Proteſt. 1. Matrimonium non magis ſignificat unionem Chriſti & Eccleſiæ, quam vitis & palmitum, capitis & membrorum conjunctio. 2. Baptiſmus ſignificat arctiſſimam noſtram unionem cum Chriſto, & mortis ac vitæ ejus communionem. Rom. 6.

CAP. VIII. *De Cæremoniis.*

THESIS I.

BEllarm. *Cæremonia proprie & ſimpliciter ita vocata, eſt externa actio, quæ non aliunde eſt bona, & laudabilis, niſi quia fit ad Deum colendum.*

Proteſt. Si actio hic ſic accipiatur, ut complectatur etiam rem illam circa quam actio proxime occupatur, admittimus iſtam deſcriptionem, & inde concludimus, abſurde confundi à Bell. & aliis, ordinem, ornatum, & ſimilia, quæ uſum & laudem eandem habent in rebus civilibus, quam in cultu habent, cum cæremoniis religioſis.

2. Bellarm. *Cæremonias aliquas, Chriſtus, vel Apoſtoli inſtituerunt, quas ex nulla Scriptura, ſed ex ſola traditione habemus*

Proteſt. 1. De Chriſto, reſpondet Medina, in 1.2.q.108. a.2. *In Euangelica lege, nulla ſacramentalia (id eſt cæremoniæ Sacramentorum) ſunt inſtituta a Chriſto Domino: propter dignitatem & excellentiam noſtrorum Sacramentorum, quæ tam præclara ſunt: ut etiamſi nuda, & nullis ſacramentalibus ſuffulta proponerentur, omni eſſent veneratione digna* 2. Eadem ratio, non minus de Apoſtolis valet, quam de ipſo Chriſto, & valide confirmatur ex illis verbis Apoſtoli. 1. *Cor.* 11. 23. *Accepi à Domino, quod & tradidi vobis:* Nulla traditio, præter Scripturam, certos nos reddere poteſt, de Chriſti & Apoſtolorum inſtitutis, certitudine fidei divinæ.

Bellarm. 1. *Cor.* 11. 34. *Apoſtolus ait: cætera cum venero diſponam, & tamen nihil poſtea ſcripſit, de ritu Sacramenti Euchariſtiæ.*

Proteſt. 1. Aliud eſt diſponere, vel ordinare res inſtitutas, & aliud inſtituere res ordinandas ac diſponendas. 2. Nullam cæremoniam religioſam inſtituit Apoſtolus in toto illo capite. per *cætera* igitur ejuſdem generis, non poſſunt intelligi cæremoniæ tales. 3. Nihil diſpoſuit ibi Apoſtolus quod Eccleſia Corinthiaca non debuerat an-

tea, ſine ullo inſtituto novo, eodem modo diſponere, & ordinare. nihil igitur præterea promittit.

Bellarm. *Patres quidam affirmant cæremonias quaſdam eſſe Apoſtolicas, & ſacroſanctas.*

Proteſt. Affirmant hoc de variis cæremoniis, quas ipſi Pontificii jam non habent. vel igitur falſo hoc affirmarunt, vel Pontificii abrogarunt Apoſtolica inſtituta.

3. Bellarm. *Aliquæ Cæremoniæ vim habent ſpiritualem.*

Proteſt. 1. Quare aliquæ, & non omnes, ſi ab eodem Spiritu ſint profectæ? 2. Quum Scriptura ſit regula perfectè nos dirigens in vita ſpirituali, ex Illa ſola diſcendum eſt, quæ ſint illa media quæ vim habent ſpiritualem. 3. Si vim iſtam ſpiritualem vel inhærentem habeant illæ aliquæ cæremoniæ, vel aſſiſtentem, majoris efficaciæ & dignitatis ſunt, quam Sacramenta veteris Sacramenti, vel Baptiſmus ipſe Iohannis ex Bellarm. doctrina antea notata: ſunt partes Teſtamenti novi, quod ſolum eſt miniſterium Spiritus; & proinde totum novum teſtamentum ex (Bellarm. ſententia) in ſcripturis non continetur: quod eſt nimis abſurdum.

4. Bellarm. *Poteſt Eccleſia inſtituere novas cæremonias, ad effectus Spirituales, 1. ad ornandum & repræſentandum aliquod myſterium religionis, & eo modo juvandos rudiores. 2. ad morbos pellendos, & Dæmones pellendos, & peccata venialia purganda, idque (ut probabile eſt) per applicationem Chriſti meritorum ex opero operato.*

Proteſt. I. Eccleſia non vocatur ad inſtituta facienda: ſed ad inſtituta Chriſti obſervanda. *Matth.* 28. *ult.* 2. Ad ornandum & repræſentandum quilibet poteſt cæremoniam inſtituere (Bellarm. judice) æquè ac Eccleſia, vel Deus ipſe. ſic enim ille *lib.* 2. *cap.* 8. *non refert ad ſignificationem, quis inſtituerit ſigna, modo repræſentent idem objectum.* Revera tamen, nemo poteſt cæremoniam aliquam inſtituere ad repræſentandum religionis myſterium, præter illum qui habet poteſtatem in religonem; in mentes hominum, ad illas illuſtrandas, quando & quomodo ipſi placet, & in conſcientiis hominum, ad illas ſibimet, & ſuis inſtitutis ſubjiciendas: hæc enim omnia requiruntur, ad cæremoniam talem rectè inſtituendam. nemo igitur præter Deũ ſolum. 3. Nemo poteſt inſtituere cæremoniam, ad morbos curandos, & dæmones pellendos, & peccata purganda, niſi habeat poteſtatem hæc quomodo ipſi libet, vel faciendi, vel impetrandi ut fiant. Potſtne Eccleſia inſtituere ſomnium, ut ſignificet quietem à peccato, ut pellat dæmones, & peccata purget? ſomnia hæc ſunt planè delira. qui hæc poſſunt, poſſunt etiam ſomnia convertere in Sacramenta. 4. Efficacia cæremoniarum ex opere operato,

rato, jamdudum exploſa fuit ab ipſis Scholaſticis Palud. Silveſt. Angelo, Tabien. Gabr. Abulen. Petro Sot. Mari. Alex. Thom. Bon. Ricar. ut videre eſt apud Azorium *lib. 4. cap.* 11. ubi etiam quales tabulæ proferri poſſint pro hac autoritate Eccleſiæ, egregiè oſtendit idem Azorius. *Controverſia eſt* (inquit) *unde habeat Eccleſia facultatem, qua remedia conſtituat, ad remiſſionem venialium peccatorum conſequendam: ad quam reſpondeo: ex iiſdem verbis habere, ex quibus habet autoritatem à Chriſto, qua poſſit extra Sacramenta, concedere condonationes peccatorum, quas indulgentias vocamus.* aſſumit Durandus, in 4. *d.* 20. *q*, 3. *Scriptura de indulgentiis non loquitur expreſſe.* Ex Scripturis igitur non habet Eccleſia hanc facultatem cæremonias inſtituendi.

5. Bellarm. *Licet Eccleſiæ, inſtituere novas cæremonias ad aliquos fines: quia privati homines Deo inſpirante, & impellente, novas cæremonias excogitarunt.*

Proteſt. Quaſi inſpiratio Dei, non Deum ipſum faceret auctorem facti, æquè ac mandatum in verbo expreſſum. Alioquin concludere liceret Pontificiis, eadem ratione, habere ſe poteſtatem nova etiam ſacrificia & Sacramenta inſtituendi.

Bellarm. 2. *Synagoga addidit novum feſtum. Eſter.* 9. 1. *Mach.* 4.

Proteſt. De iſtis diebus reſponſum eſt antea, quod prior fuit politicus, & poſterior improbandus.

Bellarm. 3. *Apoſtoli novam cæremoniam inſtituerunt. Act.* 15.

Proteſt. Reſponſum eſt etiam alibi, nullam ibi cæremoniam novam fuiſſe inſtitutam, ſed ſcandalo proſpectum, in veteri cæremonia toleranda.

Bellarm. 4. *Eccleſia poteſt aliquid ſtatuere. Cæremoniæ autem non repugnant novæ legi, Neque prohibuit Dominus, ne adderemus cæremonias, ad Sacramenta ipſius commodius & utilius adminiſtranda.*

Proteſt. I. Eccleſia nullam rem novam poteſt ſtatuere, auctoritate ſua. 2. Cæremoniæ carnales, Spiritu deſtitutæ, quales ſunt omnes humanæ, repugnant perfectioni teſtamenti novi. III. Cæremoniæ humanæ non magis poſſunt facere ad Sacramenta Chriſti commodius & utilius adminiſtranda, quam fuerunt à Chriſto & Apoſtolis adminiſtrata, quam dogmata fidei ab hominibus excogitata, faciunt ad fidem à Chriſto revelatam commodius illuſtrandam. an putabimus, homines quoſdam novos melius perfectum habere, quibus cæremoniis in Baptiſmo uti oporteat, quam ſanctos Apoſtolos & ipſum Chriſtum?

6. Bellarm. *Cæremoniæ ab Eccleſia inſtitutæ, non poſſunt omitti ſine peccato, etiam citra ſcandalum.*

Proteſt. Hac de re actum eſt de Pontif. *cap.* 5. in præſentia ſatis reſponſum eſt: non poſſe ab Eccleſia inſtitui cæremonias religioſas ſine peccato, ac proinde poſſe ſine peccato, ac debere etiam omitti.

7. Bellarm. *Cæremoniæ ſunt res utiles, meritoriæ, & pars cultus divini.*

Proteſt. Cæremoniæ à Deo inſtitutæ, ſunt utiles, & pars cultus, quamvis non propriè meritoriæ: ſed longè alia eſt ratio earum quæ ab hominibus inſtituuntur.

Bellarm. *Omnes noſtræ cæremoniæ indicantur à Deo in genere.* 1. *In teſtimonio Pauli* 1. *Cor.* 14, *omnia honeſtè & ordine fiant.* 2. *Cum jubemur præpoſitis obedire.* 3. *Vbi religio, & partes ejus commendantur.*

Proteſt. 1. Honeſtas & ordo conſiſtebat optime in Eccleſia primitiva, ſine cæremoniis humanis. 2. Eo ipſo loco tacite prohibentur: quia nihil Eccleſiæ relinquitur, præter honeſtam ordinationem rerum à Chriſto inſtitutarum. inſtituta enim & eorum ordinatio, differunt ut ſubjectum & adjunctum ejus externum. 3. Præpoſitis obediendum eſt dum peragunt mandata illius à quo præponuntur. 4. Religio vera honorem Deo defert ſecundum voluntatem ipſius, mediis ab ipſo inſtitutis: cæremonias igitur humanas non admittit.

8. Bellarm. *Sapientiſſime inſtitutum eſt, ut in Eccleſia Latina, latinè Sacramenta adminiſtrentur.*

Proteſt. Inſtitutum hoc eſt à Deo, ut Latinis latinè, Angelis Anglicè, Belgis Belgicè, adminiſtrentur. ſed de hac re diſputatum eſt tomo primo.

Argumenta noſtra.

9. *Proteſt.* 1. *Cor.* 7. Laqueus non eſt injiciendus conſcientiis Chriſtianorum: id eſt. earum rerum neceſſitas non eſt illis imponenda, quarum relicta eſt a Domino libertas.

Bellarm. *Æquum fuit, ut Apoſtolus non faceret præceptum, quod Dominus conſilium eſſe voluit, at non eadem eſt ratio aliarum rerum, de quibus Dominus nihil in particulari præſcripſit.*

Proteſt: Argumentum eſt validiſſimum a minore ad majus: ſi ne illa quidem debent præcipi, quæ Dominus conſuluit, & laudavit, tum illa certè non ſunt præcipienda in religione, quæ Dominus nulla ratione approbavit.

10. *Proteſt.* Chriſtus ad plenum nos inſtruxit, de vero Dei cultu.

Bellarm. *Id verum eſt, de inſtructione generali, non autem de particulari.*

Proteſt. Generalis inſtructio duplex poteſt eſſe: vel talis, ut

is, ut ex illa neceſſario ſequantur, & clarè intelligantur
quæ partinent ad particularem inſtructionem, ſine novo
aliquo inſtituto; vel talis ut opus habeat novis inſtitutis,
ad ſui determinationem particularem. priore modo niſi
Chriſtus inſtruxiſſet nos de cultu, inſtructio ejus non
fuiſſet plena, inſtructio autem eo modo generalis, non
particularis eſt habenda quam habemus de Cœna Domi-
nica in pane & vino celebranda, ſine ſingulari determina-
tione hujus aut illius panis ac vini, in particulari, ad cu-
us electionem, non opus eſt novo inſtituto. 2. Aliquem
cultum præſcripſit nobis Chriſtus in particulari. neque
ullam inſtructionem reliquit de alio cultu inſtituendo.
ergo omnem verum cultum præſcripſit in particulari. 3.
Omnis verus cultus generaliter præſcribitur in ipſo De-
calogo, ita ut nihil inſuper deſit præter inſtitutionem
particularem. Inſtructio igitur Chriſti eſt particularis.
4. Si particularis inſtitutio alicujus cultum hominibus
relinquatur, tum dimidiatum cum Chriſto regnum ha-
bent & poteſtatem. 5 Si Chriſtus tantum generaliter, &
homines ſpecialiter inſtituunt aliquem cultum, tum po-
tiores multo in illo cultu ſunt hominum partes, quam
Chriſti. ſpecifica etenim natura excellit ſemper generali.

11. *Proteſt.* Apoſtolus docet non eſſe petendam ab ho-
minibus doctrinam de vero cultu.

Bellarm. *Non ab hominibus qui contraria Chriſto docent: ſed bene ab iis qui ſuper Chriſtum ædificant, & ſecundum ejus regulam, & doctrinam, docent in particulari, quod ille ſolum in genere indicavit. Luc. 10. qui vos audit, me audit.*

Proteſt. I. hac ratione novum Euangelium particulare
ab hominibus poſſit doceri: quia Chriſtus tantum gene-
raliter Euangelium indicavit: & reliquit hominibus,
Euangelia particularia docenda. Non Poteſt enim negari.
de Euangelio intelligi illa verba: *qui vos audit, me audit.* &
revera cultus Euangelicus eſt pars Euangelii. 2. Apoſto-
lus expreſsè excludit omnes homines *Gal.* 3. 15. *Nullus
ſuperaddit.* & ſemetipſum in particulari, una cum Angelis,
& Angelicis hominibus. *Gal* 1. 8. *ſi nos aut Angelus è cœlo.*

12. *Proteſt.* Apoſtolus damnat omnem cultum huma-
num, & voluntarium.

Bellarm. *Cultum mere humanum, & proprio ingenio inventum, id eſt qui non eſt conformis fidei & principiis doctrinæ Chriſti, quæ autem ab Eccleſia docentur, non ſunt mere humana, cum Deo inſpirante inſtituantur.*

Proteſt. I. Cultus ab hominibus inſtituti, vel eorum
proprio ingenio inveniuntur, vel à Deo revelantur ut ab
iis inſtituantur, poſterius eſt abſurdum. 2, Cultus ab ho-
minibus

minibus inſtitutus, non poteſt eſſe conformis principio illi doctrinæ & fidei Chriſtianæ: Vnicus eſt noſter magiſter, legiſlator, & Dominus Ieſus Chriſtus. 3. Inſpirationi divinæ, tribuere cæremonias, ab hominibus inſtitutas, nihil aliud eſt, quam cum Libertinis illis inſanire, quos Bellar. ipſe refutat de verbo Dei, *lib.* 1. *cap.* 1.

13. *Proteſt.* Apoſtolus *Gal.* 5. non patitur ullo modo ut conſcientiæ fidelium in ſervitutem redigantur.

Bellarm. *Loquitur de ſervitute Iudaica.*

Proteſt. Annon eadem eſt ratio ſervitutis Romanæ, & Antichriſtianæ.

14. *Proteſt. Mat.* 15. *& Iſ.* 29. cultus rejicitur, qui oritur ex hominum traditione.

Bellarm. I. *Si pugnet cum mandatis Dei.* 2. *Si ſit inutilis & inanis.* 3. *Si pluris fiat, quam divina mandata.*

Proteſt. I. Nihil horum eſt, quod magis convenit Iudaicis traditionibus, quam Romanis. II. Hac ratione, diſtinctionem poſuiſſet Chriſtus, inter alios & alios cultus ab hominibus inſtitutos. ſed ille ſimpliciter damnat cultum ex mandato hominũ, ſine ulla diſtinctione. III. Diſcipuli Chriſti potuiſſent manuum lotione uti, abuſibus iſtis correctis, ſi inſtitutum ipſum per ſe fuiſſet probandum, neque potuit inutilis haberi illa cæremonia, quæ myſticam habuit ſignificationem, & illa ratione affectum, intelligentiam, & memoriam juvabat, ſecundum Bellarm. doctrinam.

15. *Proteſt.* Romanenſes in ſuis cæremoniis partim imitati ſunt Gentes, partim Iudæos.

Bellarm. 1. *Gentiles etiam & Iudæi, habuerunt cæremonias aliquas ſimiles Baptiſmi & Cœnæ Dominicæ.*

Proteſt. Nos tamen non ab ipſis, ſed à Chriſto recipimus hæc Sacramenta. hic igitur non datur locus imitationi.

Bellarm, 2. *Cæremoniæ Iudaicæ figuræ fuerunt noſtrarum.*

Proteſt. Deus igitur inſtituit figuras rerum ab hominibus inſtituendarum. ponatur hoc inter convitia illa quibus Deus afficit nomen & tabernaculum Dei. *Apoc.* 13,

Bellarm. 3. *Diſcrimen eſt in fine, & intentione. Ritus Gentilium fiebant ad cultum Dæmoniorum: noſtri fiunt ad colendum verum Deum*

Proteſt. Intentionem & finem varium non ponere ſufficiens diſcrimen, diſertis verbis teſtatur Moſes, *Deut.* 12. 31. *Non facito ſic, Iehovæ Deo tuo*, ubi (ut Cajetanus obſervat) *præcipitur ad literam, ne colant Deum, ſimilibus cæremoniis & ritibus, quos ſervarunt ethnici, colentes elohe ſuos.*

16. *Proteſt.* Auguſtinus *Epiſt.* 119. conqueritur quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ıultitudine cæremoniarum ita aliqui Eccleſiam (etiam ıo tempore) oneraverint, ut tolerabilior ſit conditio udæorum.

Bellarm. *Loquitur de cæremoniis, quas privati homines, & maimè mulier cula, ſibi imponant.*

Proteſt. I. Loquitur expreſsè de illis cæremoniis, quius *religio premebatur, & humanis præſumptionibus ſubjiciebatur.* ɔquitur de ſarcinis talibus quales Iudaicæ fuerunt: id ſt publicis, non privatis.

17. *Proteſt.* Cæremoniæ hujuſmodi tollunt diſcrimen llud quod Deus voluit eſſe inter Iudæos, & Chriſtiaos: quia pædagogiam Iudaicæ ſimilem habent.

Bellarm. *Diſcrimen in eo verſatur. quod cultus Iudaicus, quateus Iudaicus, id eſt veteris teſtamenti, erat principaliter externus & rporalis: Chriſtianus autem cultus eſt principaliter internus & ſpiitualis.*

Proteſt. I. Vt cultus aliquis ſit principaliter corporalis, c minus principaliter ſpiritualis, hoc eſt planè impoſſiile. ſpirituale enim principatum ſemper obtinet, ubi onjungitur cum corporali. II. Hac ratione, potuiſſent mnes veteres cæremoniæ continuari, hac lege, & conitione, ut ſubjicerentur cultui ſpirituali.

18. *Proteſt.* Lex illa ſemel Eccleſiæ dicta, æterna maıet: quod præcipio tibi, hoc obſervabis, ut facias, non ddes quicquam, nec detrahes.

Bellar. *Prohibet Dominus additionem corrumpentem.*

Proteſt. Legi perfectæ, quicquid additur légis, & cultui ɪerfecto quicquid additur cultus, eſt additio corrumpẽs: ıuia perfectionem ejus negat, & ita corrumpit. corrupio perfectionis, eſt æque in redundantiâ membri, ac in lefectu. ſed miſerum hoc ſubterfugium, cum aliis hic á Bellarm. repetitis, ſatis antea fuerunt detecta: *Tom.* I. le Iuriſdictione *Pontif. Rom. & Tom.* 2. de cultu Sanctoum. hic igitur eadem cum Bellarm. repetere non libet. Illud tamen addidiſſe juvabit: Pontificiorum cæremoıias varias, ex confeſſione graviſſimorum virorum, ipis faventium eſſe additiones corrumpentes. Documento it illud quod Ludovicus Vives in Aug. de civit. lib. 8. ap. ult. habet: *Mos nunc eſt, quo tempore ſacrum celebratur Chriſti mortis, ludos nihil prorſus à ſcenicis illis antiquis differentes opulo exhibere, turpe eſt, ludos fieri, in re maxime ſeria, peraguntur utem cum magno ſcelere, atque impietate, non tam eorum qui vel pectant, vel agunt, quam ſacerdotum, qui ejuſmodi fieri curant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

LIBER SECVNDVS.

DE BAPTISMO.

Cap. I. *Quæſtio. I. Eſt de neceſsitate Baptiſmi.*

THESIS I.

BEllarm. *Nulla quæſtio eſt, quin Baptiſmus ſit neceſſarius ſalutem, ex divino Chriſti mandato, id enim Calvinus fatet. Sed controverſia eſt, an ſit neceſſarius ut medium ad ſalutem, ita u quis non baptizetur, pereat, etiamſi forte ob ignorantiam excuſetu prævaricatione præcepti.*

Proteſt. Concedimus nos Baptiſmi Sacramentum e neceſſarium, non tantum ut rem præceptam, ſed etia ut medium ſalutis ordinarium: ita tamen ut negem neceſſitatem illam eſſe tam abſolutam, ut in omnib non baptizatis, etiam parvulis, negatio ipſa baptiſmi, certum argmentum perditionis.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Ioh.* 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit, ex aqua Spiritu ſancto, non poteſt intriore in regnum Dei.*

Proteſt. I. Bellarm. *cap.* 5. fatetur Baptiſmum n fuiſſe abſolutè neceſſarium, eo tempore quo Domin hæc verba habuit cum Nicodemo: neque ante diem Pe tecoſtes. ſed Dominus loquitur ibi de illa neceſſitat quæ tum temporis debuerat a Nicodemo, & omnib Magiſtris Iſraelis agnoſci *verſ.* 10. non loquitur igit de neſſitate Baptiſmi externi. II. Bellarm. etiam *cap.* concedit Baptiſmum fluminis vel aquæ, non eſſe ad neceſſarium, quin poſsit per Baptiſmum flaminis v Spiritus, in vera converſione, aliquando ſuppleri. qu cum de adultis concedatur, non poteſt de parvulis n gari, niſi admodum inconſiderate, & abſurdè. III. N ceſsitas in verbis illis Chriſti, eſt regenerationis, ut e fecti, *verſ.* 3. & Spiritus ut propriæ ejus cauſæ, *verſ.* 6. Aquæ fit mentio, ut medii forſan ordinarii, ad regen rationem Spiritus pertinentis, ſed non ut eandem cu illa neceſsitatem habentis ſic Alexander Alenſis *p.* 4. *q. m.* 9. *a.* 4. *ſ.* 5. ex Gloſſa ſuper *Hebr.* 11. *Niſi quis rena fuerit, id eſt qui non fuerit regeneratus ea regeneratione, qua ren ſcuntur ex aqua & Spiritu ſancto, non ſalvabitur, ea vero renaſcun homines diverſis modis:* id eſt neceſſaria planè eſt illa regene ratio, quæ in externo Baptiſmo repræſentari & obſigna

ſole

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſ:t : ſed tamen illa regeneratio alio modo per Spiritum ecitur in parvulis quibuſdam, & aliis, abſque externo ƀtiſ. Idem *Alex. Al. p. 4. q. 6. m. 7.* eandem explicatioɪn confirmat ex Hugone : & concluſionem hujuſmodi fit : *Vnde intelligitur, illud verbum Domini. niſi quis renatus fuer &c. niſi ſalvetur fide Chriſti, quod habetur ex illo verbo Domini : qcredit in me, non morietur in æternum.*

3. Bellarm. *Semper Eccleſia credidit, infantes perire ſi abſque ptiſmo, de hac vita recedant.*

Proteſt. I. Eccleſiam ſemper hoc credidiſſe, non poteſt pbari. II. Eccleſia circa tempora Auguſtini, cujus ɛtoritas præcipuè urgetur, credidit etiam illos infantes pire, qui abſque Cæna Dominica de hac vita recedunt 1Maldonatus in *Ioh. 6. Auguſtini, & Innocentii primi ſententfuit, quæ ſexcentos fere annos viguit in Eccleſia, Euchariſtiam eam infantibus neceſſariam eſſe. Illam autem ſententiam æquè funcam putabant. Io, 6. 53. atque alteram Ioh. 3. 5. quos locos etiam e planè ſimiles Toletus obſervat,*

4. Bellarm. *Chriſtiani non naſcuntur, ſed fiunt.*

Proteſt. I. conſequentia illa nulla eſt : ergo non poſſunt :ri ſalvi, niſi per Baptiſmum externum. II. Senſus iius axiomatis eſt, quod non corporalis, ſed ſpiritualis ɪtivitatis virtute fiant Chriſtiani veri, quę etiam *ſecunɪn diſpenſationem conſuetæ gratiæ* (ut Alexander Al. obſert) ſequi videtur nativitatem corporalem, quamvis non ſint, qui in utero ſanctificantur.

Argumenta noſtra.

5. *Proteſt. Gen. 17. Ero Deus tuus & ſeminis tui.* Filii eorum ıı participes ſunt benedictionis Abrahæ, ſunt filii Dei, iam quum primo naſcuntur.

Bellarm. *Spirituales promiſsiones ad nos deſcendunt, non per rnalem generationem parentum, ſed ſpiritualem regenerationem hriſti. Nos tum incipimus eſſe filii Abrahæ, cum incipimus eſſe Chrifilii, vel fratres. id autem certum eſt, non fieri, niſi per Baptiſmum.*

Proteſt. I. Spiritualem regenerationem eſſe neceſſaam ad ſolidam promiſsionum participationem, nos quiem fatemur : ſed illam regenerationem eſſe partem proıiſsionum & ſingulari modo ad fidelium filios pertinere, ederis ipſius formula manifeſtè declarat. II. Filii hriſti incipimus eſſe per fidem, ante Baptiſmum. III. aptizantur proprie homines, quia pro filiis Dei habenır, non ut incipiant eſſe filii. Alioquin ratio nulla eſſet, uare filii infidelium non æquè baptizarentur ac filii fielium.

6. *Proteſt. 1. Cor. 7. 14. Liberi veſtri ſancti ſunt.* Bellarm.

I. Sancti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

1. *Sanctificari etiam ibidem dicitur conjux infidelis, per fidelem. ſi hoc ſolo non poteſt perveniri ad remiſſionem peccatorum.*

Proteſt. I. Sanctificari dicitur conjux infidelis no ſimpliciter, ſed quoad conjugii uſum: ſicut omnes creaturæ ad ſuum uſum ſanctificantur 1, *Tim.* 4. 5. Libe autem fidelium ſancti ſimpliciter dicuntur, non quoa uſum aliquem humanum, ſed in relatione ad Deum. II Conjux infidelis, propter fidelem non eſt capax Baptiſmi: ſed liberi fidelis parentis ſunt eo ipſo nomine capaces Baptiſmi: diſpar igitur eſt ratio ſanctitatis. III Sancti dicuntur liberi fidelium, quia fædere includuntur, & Eccleſiæ debent accenſeri: ſicut apparet ex oppoſitione quæ in textu habetur, inter parentes ſanctificato & non ſanctificatos, liberos immundos, & ſanctos.

Bellarm. 2. *Liberi tales dicuntur non immundi, id eſt infame & ſpurii, ſed ſancti. id eſt legitimi & liberi à civili ignominia.*

Proteſt. Hac ratione, nihil plus tribueret Apoſtolus liberis fidelium quam infidelium: neque conjugi fideli quam infideli: quæ planè repugnant tam verbis quan ſcopo ipſius.

Bellarm. 3. *Dicuntur ſancti, quia conſecrantur Deo per Baptiſmum, & in Dei timore educantur.*

Proteſt. I. Hoc nullum locum haberet in fidelium liberis, magis quam infidelium, ut per Baptiſmum conſecrarentur Deo, niſi antecedentem aliquam relationem haberent ad Deum. II. Hoc non confirmaret conjugi parentum ſanctificationem, quia locum etiam habere poteſt in liberis ex ſcortatione ſuſceptis.

Bellarm. *Quamvis res mala non poteſt fieri bona, per conjunctionem fidelis; res bona tamen poteſt fieri melior.*

Proteſt. Sed quæſtio fuit, utrum conjugium fidelis cum infideli res eſſet bona, necne: quod non potuit ullo modo probari ex fructu, communi rei bonæ, & malæ.

Bellarm. 4. *Sanctificari dicitur conjux infidelis, per fidelem, quia diſcit ſervare leges conjugii.*

Proteſt. I. Obſervatio legum conjugii reperiri poteſt inter duos infideles: poteſt etiam deſiderari, inter duos fideles. II. Liberi nati ex conjugio legitimo, quamvis omnes leges non obſerventur, non ideo fiunt magis immundi, illa immunditia, quæ ſanctitati opponitur.

7. *Proteſt.* Prophanatur Baptiſmus, cum datur ei qui non pertinet ad Chriſtum.

Bellarm. *Baptiſmus non prophanatur cum datur immundis, ſed ipſos mundat.*

Proteſt. Quidni igitur, infidelium liberis, & ipſis infidelibus, etiam invitis daretur.

8. *Proteſt.*

8. *Proteſt.* Infantes Iudæorum qui ante octavum diem
ioriebantur, non perierunt. Ergo nec infantes Chriſtia-
orum, qui moriuntur antequam Baptizentur.

Bellarm. 1. *Totum hoc argumentum conſtat ex rebus incertis.*

Proteſt. Hoc argumentum certum & firmum habetur,
Cajetano, in 3. *q.* 68. *a.* 1. & 2. à Tilmanno Segeber-
enſi, de *Sacram. l.* 7. *c.* 1, à Thoma Eliſio, de *Baptiſ. a.* 3.
c à Caſſandro, de Baptiſmo inf. ubi priora teſtimonia
rolixè leguntur, & approbantur.

Bellam. 2. *Multi veterum negant Circumciſionem datam in re-
iedium contra peccatum.*

Proteſt. Bllarm. ipſe *l.* 2. *c.* 13. Teſtatur Alexandrum,
Bonaventuram, Scotum, Gabrielem, tantum tribuiſſe
Circumciſioni, in juſtificatione, quantum tribuunt Bap-
iſ. & cæteros habuiſſe Circumciſionem pro juſtificatio-
is *conditione ſine qua non.* Quoad neceſſitatem igitur nulla
ſt inter Scholaſticos controverſia.

Bellarm. 3. *Non ſcimus, an ante octavam diem haberent infan-
es Iudæorum aliquod remedium, & quod illud eſſet.*

Proteſt. Scimus externum nullum remedium in Scri-
 turis revelari, & ſcimus etiam de remediis ad ſalutem
ieceſſariis, Scripturam non tacere.

Bellarm. 4. *Nunc eſt determinatum à Chriſto certum reme-
ium, communiſſimum, & facillimum, præter quod non licet fingere
liud.*

Proteſt. I. Tunc etiam determinatum fuit certum re-
nedium, præter quod non licebat fingere aliud. Com-
nunitas autem & facilitas Baptiſmi, nullum levamen
dfert iis infantibus qui ſine Baptiſmo moriuntur. II.
Determinatio quæ in novo Teſtamento habetur, non
ontrahit Dei gratiam, neque fidei virtutem ſolvit, aut
idelium conditionem deteriorem, vel conſolationem
ninorem facit.

9. *Proteſt.* Alienum eſt planè à miſericordia Dei, ut
omnes liberi fidelium, qui ſine Baptiſmo moriuntur, in
eternum perirent. Hoc eſt argumentum Gabrielis, Ger-
onis, Cajetani, & authorum antea ex Caſſandro citato-
um, cum multis aliis.

Bellarm. 1. *Dei judicia ſunt occulta.*

Proteſt. I. Sed occulra Dei judicia, nunquam fiunt
manifeſta, per Sacramentorum diſpenſationem, ubi cæ-
era omnia ſunt paria. II. Occulta eſt etiam Dei miſe-
icordia. Nulla igitur eſt hac in parte differentia, quin
ion Baptizati, occultè poſſint eſſe vaſa miſericordiæ,
æquè ac iræ.

Bellarm. 2. *Parvuli habent originale peccatum.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Quod pariter habent omnes, non poteſt e ratio diſparitatis.

Bellarm. 3. *Qui in infantia moriuntur, ſi prædeſtinati ſint, ſ dubio Baptizantur.*

Proteſt. Qui non Baptizantur ergo, ex ſententia p novercæ, Eccleſiæ Romanæ, ſunt omnes reprobi, ſ *quis cognovit mentem Domini, aut quis ei fuit à conſilio?* Nos cer ſcimus ex mente Dei revelata, fideles non debere de ſu mortuis contriſtari, ſicut ethnici, qui ſpem non habe *1. Theſ.* 4. 13.

Cap. II. *Quæſtio 2. Eſt de miniſtro Baptiſmi.*

1. Bellarm. 1. *Ius Baptizandi ex officio ordinario convenit ſ ſacerdotibus.* 2. *Diaconis quoque ex officio convenit Baptizare, ſed abſentia ſacerdotum, aut eorum juſſu.* 3. *Laicis Baptizatis, & eti non Baptizatis, licet Baptizare, in caſu neceſſitatis, ſi ſciant ritum, non ſolemniter.* 4. *Fœminæ etiam in extrema neceſſitate poſſunt B ptizare.*

Proteſt. Nos quia jus Baptizandi proprium effectum vocationis, qua jus illud communicatur, & Bellarm. ip concedit, jus ex officio aut vocatione ordinaria ſolis m niſtris Eccleſiaſticis convenire qui ad hoc ipſum ordina tur neque extraordinarium officium alicui ſuper hac ordinariè conceſſum, oſtendi poteſt, miniſtris illis ſol licere dicimus Baptizare, quibus Baptizandi poteſtas e commiſſa. Fundamentum autem contrariæ ſententi quod in abſoluta Baptiſmi neceſſitate collocatur, in pri re diſputatione fuit everſum.

2. Bellarm. *Sephora uxor Moyſis, filium ſuum circumcidit, & modo virum ſuum à mortis periculo liberavit Exod.*

4. *Proteſt.* I. Ius circumcidendi non legitur ſpecialit certo alicui ordini hominum commiſſum, ut ex offic ipſis conveniret. Impar igitur eſt ratio Circumciſionis Baptiſmi. II. Quod Sephora fecit, fuit ante politia in Eccleſia Iſraelitica conſtitutam, & tempore magn confuſionis. nihil igitur inde concludi poteſt de Eccle bene conſtituta. III. Si verum ſit, quod Bellarm. affi mat (*Moſem ſignificaſſe uxori, ut ipſa hoc faceret quando ille non p terat*) tum Sephora extraordinarium mandatum habui videtur. IV. Non fecit hoc Sephora ut ſaluti pueri co ſuleret, aut ex obedientia erga Deum, ſed ex animi pe turbatione, ſicut ex illis verbis apparet. *ſponſus ſanguinum mihi es.* Nihil eſt igitur in iſto facto, quod in exemplu trahi poteſt.

Bellarm. *Deus placatus eſt ob illam Circumciſionem.*

Protef

Proteſt. Placatus etiam fuit aliquo modo erga Gentes las quæ perversè eum colebant. 1. *Reg.* 17.

Bellarm. *Hoc fuit quia Deum verum vero ritu colebant, non via ritu aliquo à ſe excogitato utebantur.*

Proteſt. Sic & hic placatus eſt Deus, quia Circumciſio b ipſo inſtituta aliquo modo fuit obſervata, non quia ephora ſeſe huic negotio ingerebat.

3. Bellarm. *Omnes tenentur in articulo neceßitatis docere & ſtruere ignorantes, præſertim in periculo æternæ ſalutis: ergo etiam & ptizare.*

I. *Proteſt.* Eadem conſequentiæ ratione, licebit etiam mnibus, in articulo neceſſitatis, ſacramenta reliqua, ucharistiæ, Pœnitentiæ ordinis, confirmationis, & extremæ unctionis adminiſtrare. II. Privata & fraterna ſtitutio eſt officium omnium fidelium, pro facultate, & ccaſione, quam habent, etiam extra articulum extremæ eceſſitatis. ſed publica, miniſtri locum in docendo occupando, nemini licet, niſi legitimè vocato. III. Inſtitutio ſimpliciter conſiderata, non eſt actus poteſtatis: ed charitatis. Sed baptizare ſemper & ubique eſt actus oteſtatis.

3. Bellarm. *Philippus Act.* 8. *Ananias Act.* 9. *Qui cum Petro dfuerunt Cornelio Act.* 10. *baptizabant. & ſic etiam alii præter Apoſolos, Presbyteros, aut Diaconos, Actor.* 2.

Proteſt. I. In Eccleſia primitus conſtituenda, quædam xtra ordinem facta ſunt, quæ non ſunt obſervanda in Eccleſia conſtituta. II. Philippus & Ananias extraordinarii fuerunt miniſtri, & ſingularem habuerunt revelationem. Qui fuerunt cum Petro, juſſu Petri baptizabant, neque probari poteſt eos fuiſſe laicos. Eadem tiam ratio, *Actor.* 2.

5. *Proteſt. Mat.* 28. 19. *Docete, Baptizate*, hæc dicuntur olis Apoſtolis, & miniſtris verbi.

Bellarm. 1. *Non eſt certum, an hæc dicta ſint ſolis Apoſtolis.*

Proteſt. I, Certius nihil eſſe poteſt, quam docendi & baptizandi munus hiſce verbis conjungi. II. Vel ſolis Apoſtolis directè & immediatè hæc dicta fuerunt, vel lii æquè generalia mandata habuerunt, ac ipſi Apoſtoli. III. Certum eſt hæc non fuiſſe dicta hominibus privatis, paganis, mulierculis.

Bellarm. 2. *Apoſtolica facta mandatum hoc expoſuerunt: urgente ſcil. neceßitate licere omnibus Baptizare, quamvis alioqui ad quorundam ſpeciale officium pertineat.*

Proteſt. I. In actis Apoſtolorum, nihil omnino legitur de privatis Chriſtianis abſque ſpeciali revelatione baptizantibus, nedum paganis, & mulieribus. II. Apoſtolorum

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

rum facta non repugnant eorum doctrinæ : ſed Bapt
laicorum & laicarum, non tantum Apoſtolorum, ſed i
ſorum etiam Pontificiorum doctrinæ repugnat. Sic eni
Bellarm. de Sacra. *l.* 1. *c.* 27. *Duæ ſunt Theologorum ſententi. aliqui, ut Cajetanus, Sotus & Ledeſmius, volunt in ipſo etiam mi ſtro eſſe virtutem operativam efficienter. & inſtrumentaliter, ut eſt Sacramento, & ſecundum hanc ſententiam, in verbis Sacramentali virtus eſt operativa dependenter à miniſtro, tunc enim ſolum illa ver habent virtutem, dum conjunguntur cum virtute, quæ eſt in miniſt Alii ſentiunt miniſtrum ſolum concurrere, applicando Sacramenta, ſecundum hanc ſententiam, verba Sacramentalia non habent virtute & proinde non ſunt Sacramentalia, niſi quando moventur à Deo ut i ſtrumenta: non autem moventur à Deo ut inſtrumenta niſi quan pronunciantur ab eo cui ipſe commiſit.* Cum neutra harum ſe tentiarum conciliari ullo modo poteſt, adminiſtrat Sacramenti per hominem paganum, privatum, aut quen cunque, qui non habet virtutem Sacramenta miniſtran ſibi ut inſtrumentis & miniſtris Dei, à Deo ipſo com miſſam.

CAPVT III.

Quæſtio 3. eſt de fide, quæ requiritur in Baptiſmo pa vulorum. Sed hic nulla controverſia formatur à Bel quæ nos attingit: Animadvertendum tamen brevit in propoſitiones quaſdam Bellarm.

THESIS I.

BEllarm. *Infantes non juſtificantur ſine ulla fide.*

Proteſt. Verum quidem hoc eſt, ſi intelligatur d gratia illa quæ eſt principium fidei, & eadem relatione ad Deum in Chriſto conſtituit, cum fide actuali. Bellarm tamen nihil efficientiæ tribuit fidei in juſtificatione pa vulorum. hæc enim ſunt ejus verba, de Sacram, effect *lib.* 2, *cap.* 1. *dico opus operatum excludere fidem ab efficientia grat Sacramentalis.*

2. Bellarm. *Infantibus in Baptiſmo infunditur habitus fide ſpei, & charitatis.*

Proteſt. I. Hoc nihil pertinet ad fidem quæ requiritu ad Baptiſmum: illa enim antecedere debet Baptiſmu ipſum, non per eum infundi. II. Omnibus baptizat iſtos habitus non infundi, experientia ipſa probat: qu Chriſtianorum liberi multi, à Turcis abrepti, & educat aliam nullam inclinationem aut diſpoſitionem oſtendu ad fidei actus, quam liberi Turcarum. III. Deum tam quibuſdam, cum Baptizantur, habitum, vel principiu

gratia

ratiæ infundere, non negamus. IV. Baptiſmus exter-
us non poteſt eſſe phyſicum inſtrumentum infuſionis
ratiæ : quia non habet eam ullo modo in ſeſe. Deus igi-
ır poteſt vel ante, vel poſt Baptiſ. eandem gratiam
ommunicare.

3. Bellarm. *Fides duplex requiritur in Baptiſmo, actualis una, ſa præcedit Baptiſmum, ut diſpoſitio quædam : quæ quidem ut pluri- um non eſt ex habitu fidei, Altera eſt, quæ ſequitur baptiſmum, æque eſt pars eſſentialis juſtificationis, & non eſt actus, ſed habitus.*

Proteſt. Repugnat hæc diſtinctio. I. Scripturæ, quæ dem juſtificantem antecedere docet Baptiſmū. *Act.* 15. 2. Rationi, & experientiæ, dictanti, eadem plane fide cipi baptiſmum, qua recipitur fructus baptiſmi. III. onfeſſioni ipſius Bellarm. quæ exſtat *lib.* 2. *de effect. Sa- im. cap.* 13. *Adulti per fidem & contritionem veram juſtificantur, tequam reipſa ad Sacramentum accedant.*

Cap. IV. *Quæſtio 4. eſt de effectis Baptiſmi.*

1. Bellarm. *Baptiſmus reipſa tollit omnia peccata, ita ut non ſolum n imputentur, ſed nec ſit, quod imputari poßit ad culpam.*

Proteſt. I. Vere quidem hoc dicitur (ut Alex. Al. & onaventura obſervant) *quando plene percipitur efficacia Ba- iſmi* ſed ut ſtatim hoc fiat, & ordinarie, repugnat. I. ſertis verbis Scripturæ quæ hanc ſententiam mendacii cuſat. 1. *Iohan.* 1. 8. 2. Orationi Dominicæ omnibus ptizatis præſcriptæ : *remitte nobis debita noſtra.* III. Ex- rientiæ communi baptizatorum, qui ſentiunt in ſemet. ſis carnem adverſus ſpiritum concupiſcentem : & ob- ıxii ſunt, malis pænæ, quæ a malo culpæ nunquam ſe- rantur. IV. Sententiæ Scholaſticorum, qui gratiam ptiſmalem dicunt eſſe *incipientium* non perfectorum.

2. Bellarm. *Probatur hoc ex phraſibus mundandi, lavandi, ndi, delendi, aufferendi, quæ in Scripturis uſurpantur.*

Proteſt. I. Non de Baptiſmo tantum iſtæ phraſes ad- bentur, ſed & de condonatione peccatorum, ante ip- ſum baptiſmum inſtitutum, & poſt baptiſmum recep- tum admiſſorum. Nihil igitur pertinent ad ſingularem ficaciam Baptiſmi magis quam fidei & pænitentiæ de- onſtrandam. II. Phraſes iſtæ omnes recte explicantur reatus abolitione perfecta, & vitii vel maculæ inchoa- mortificatione.

3. Bellarm. *Tolli dicuntur maculæ, inquinamenta, iniquitates.*

Proteſt. Tolluntur hæc, tam in baptiſmo efficaci, quam tra Baptiſmum : ſed ita ut poſſint amplius aut magis nuc tolli, *in dies* 2. *Cor.* 4. 16.

4. Bellarm. *In figuris Baptiſmi, verè & proprie aliquid fu effectum.*

Proteſt. Quamvis figuras externi Baptiſmi non agnoſca mus, concedimus tamen in efficaci Baptiſmo, peccata ve rè ac proprie tolli.

5. Bellarm. *Mundatio juſtificationis comparatur rebus verè proprie mundis.*

Proteſt. I. Sic etiam fideles & antequam baptizantur & poſtea ex peccato aliquo reſurgentes, ſunt verè & proprie mundi. II. Perfectionem juſtitiæ ne ipſi qui dem Pontificii tribuunt baptizatis.

6. Bellarm. *In Adamo omnes ſunt verè mortui & Chriſtus ver moriebatur: ergo qui ſunt in Chriſto vere juſtificantur.*

Proteſt Quis dubitat?

7. Bellarm. *Quomodo ſumus vere regeniti, & vivificati, ſi adhu mors in nobis manet?*

Proteſt. Quemadmodum vitæ principium conſiſtere po teſt, cum mortifero vulnere, quod ſanari incepit, ſe nondum perfectè curatur.

8. Bellarm. *Lux & tenebræ, peccatum & juſtitia non poſſunt ſi mul habitare.*

Proteſt. Ita ſcilicet ut dominetur utrumque. Sed Pon tificii ipſi concedunt peccata illa quæ venialia ipſis dicun tur, juſtitiæ poſſe cohabitare, idem etiam fatentur d vetere homine, carne, & concupiſcentia.

Bellarm. *Concupiſcentia non eſt peccatum, niſi quando libera vo luntate ejus deſideriis conſentimus.*

Proteſt. Apoſtolus diſertè dicit eſſe peccatum. *Rom.7.8* mortificandam eam ubique monet.

9. Bellarm. *Deus odio habet peccatum: punit igitur ubi mane*

Proteſt. I. Nihil hoc ad Baptiſmum, magis quam reſi piſcentiam. II. Manere poteſt illud quod dignum e odio & pæna, ſine vindicta proſequente: alias peccatur nunquam tolleretur à Deo, Deus enim ut vindex, no tollit peccatum. III. Odium peccati conſiſtere pote cum dilectione peccatoris. Qui odit vitia, non ſtatim ho mines odit. IV. Bellam. non potuit negare omnem pœ nam peccati in regenitis tolli: ipſius enim defenſio ex ſtat, de Purgator. *l.1.c.11. Mors eſt vera pœna peccati original & eam luunt homines juſti.* Quamvis igitur ſententiam Pont ficiorum iſtis verbis proponat: *Baptiſmus tollit ac delet ve omnem culpam & pœnam.* in probatione tamen nullam pœn facit mentionem: quia experientia communis docet, Ba ptizatos mori, etiam ante novum peccatum admiſſum ſophiſtica hæc diſputandi ratio eſt nimis turpis & pu denda. Lectores vel cæcos, vel ſocordes ſpondebat ſi Bellarminus.

10. Bellarm

10. Bellarm. *Baptiſmus non facit homines impeccabiles.*

Proteſt. An ſatis ſanus fuit Bellarm. cum ſimul nobis ɔjecit, quod peccata per Baptiſmum tolli negamus: & men per Baptiſmum impeccabiles homines fieri affirmamus?

Bellarm. *Baptiſmus id non efficit, ut Baptizati non poßint gratiam ei amittere, niſi nolint credere.*

Proteſt. Baptiſmus efficax ad gratiam per fidem illud oculdubio efficit, ut gratia illa non poſſit amitti, dum dem fides manet. Nihil eſt aliud quod nos hac de re iemur.

11. Bellarm. *Per Baptiſmum non liberantur homines à ſervanlege Dei.*

Proteſt. Tantum hoc abeſt à noſtra confeſſione, ut cona planè credamus, per Baptiſmi fœdus obligari homiɛs ad legem Dei ſervandam: quamvis ſalutem ex graa, non ex lege, in Baptiſmo promitti ſciamus.

12. Bellarm. *Non liberat Baptiſmus homines ab obligatione Ecſiaſticæ legis.*

Proteſt. Nullius legis legitimæ obligatio tollitur per letimum Baptiſmum.

13. Bellarm. *Per Baptiſmum non fiunt irritæ omnia vota.*

Proteſt. Non quidem illa quæ in Baptiſmo ipſo, vel actu, ɛl virtute continentur.

14. Bellarm. *Sola memoria Baptiſmi, non poſſunt dimitti peccaquæ fiunt poſt Baptiſmum.*

Proteſt. Neque nos hoc affirmamus: ſed fide ac reſipientia ex memoria Baptiſmi renovata, peccata quæ poſt ɪptiſmum fiunt remitti docemus.

Bellarm. *Baptiſmi efficacia non extendit ſe ad futurum, ſed ſolum præteritum.*

Proteſt. I. Contrarium docent Scholaſtici ipſi, de Hoine fictè & hypocriticè ad Baptiſmum accedente: quod il. *quamvis fictè accedat & poſtea etiam committat peccata mortalia: ione tamen recedente, Baptiſmum cum fide & contritione ſuam efficiam habere. Alex. Al. p.4.q.8.m.7.a.2.ſ.2.* II. Bell. ipſe de ectu Sacr. *l. 2. c.* 19. characterem baptiſmi indelebilem ſe contendit, & perpetuo manere: & eundem charaerem *Sacramentum, ſimul & rem Sacramenti.* Sacramentum itur baptiſmi perpetuo manet.

CAP V. *Quæſt. 5. eſt de Baptiſmo Iohannis.*

1. Bellarm. *Baptiſmus Iohannis non fuit Sacramentum idem cũ ɪptiſmo Chriſti.*

Proteſt. Non quidem circumſtantiis omnibus & ſingu-, ſed eſſentia fuit idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 1. *Baptiſmus Iohannis ab ipſo Iohanne inſtitutus erat.*

Proteſt. I. Reſpondet *Alex. Al p. 4. q. 6. m. 8. A Iohanne quidem miniſterio : ſed à Deo, auctoritate & præcepto.* II. Sacrificia multa ſimili modo fuerunt inſtituta à primis Patriarchis : & tamen eadem fuerunt ſacrificia, cum per Moſem inſtituebantur.

Bellarm. 2. *Paßim vocatur baptiſmus Iohannis.*

Proteſt. Reſpondet ipſemet Bell. de Sacram. *lib. 1. cap. 23. quomodo lex vetus dicitur lex Moſis, cum tamen eam Moyſes non inſtituerit proprie, ſed tantum promulgaverit*

Bellarm. *Baptiſmus Iohannis non habuit invocationem Trinitatis.*

Proteſt. Habuit ſaltem implicite Patet enim ex baptiſmo Chriſti, Iohannem prædicaſſe doctrinam de tribus perſonis divinis : ſuam autem doctrinam baptiſmo confirmabat.

Bellarm. 4. *Iohannis Baptiſmus non fuit inſtitutus ſub novi Teſtamento,*

Proteſt. I. Eodem modo, quo ſacrificia Patriarcharum inſtituta fuerunt ſub veteri teſtamento. II. Chriſtus ipſe contra teſtatur. *Luc. 16. 16. Lex & Propheta uſque ad Iohannem : ab eo tempore, regnum Dei euangelizatur.*

2. Bellarm. *Baptiſmus Iohannis, non habuit eandem vim & efficaciam quam habet baptiſmus Chriſti.*

Proteſt. 1. Bellarm. nullam hujus aſſertionis probationẽ ex Scripturis adfert, præter illa verba. *Mar. 1. ego baptizo aqua ille autem ſpiritu:* de quibus antea ſatis fuit diſputatum.

2. Bellarm. ipſe hoc in loco concedit : *Baptiſmum Iohannis potuiſſe remittere peccata, ex devotione & fide accedentium, vel etiam ex contritione, quam homines concipiebant ex concionibus & baptiſmo Iohannis.* Majorem autem vim & efficaciam probavimus antea, nulli Sacramento novi Teſtamenti tribui debere.

3. Bellarm. *Poſt Baptiſmum Iohannis. neceſſario percipiendus erat Chriſti Baptiſmus.*

Proteſt. Hac propoſitione contradicit Bellar. Magiſtro ſententiarum. *l. 4, d. 2.* qui ab Alex. Alenſ. p. 4. q. 6. m. 7. 1 adverſus Bellarmini ſimiles fusè propugnatur. *Ita manifeſte* (inquit) *contradicere Magiſtro ſentent. & ita ſubterfugere verba Hieronymi, & ea quæ ſatis evidenter inſinuantur in Scriptura, Act. 8 videtur inconveniens &c.* De Scripturis à Bella. huc detortis, actum eſt antea, ſi hiſtoria excipiatur, quæ jam perpendenda reſtat.

4, Bellarm. *Credibile non eſt, inter tot millia, quos Apoſtoli in Hieruſalem baptizarunt, Act. 2. 4. 8. nullum fuiſſe à Iohanne ante baptizatum, ſi verum eſt quod Marcus dixit cap. 1. Univerſos Hieroſolymitas à Iohanne baptizatos.*

Proteſt. I. Reſpondet Cajet in Mar. 1. *Senſus eſt, non quod omnes egredientes ad eum audiendum baptizarentur (multi enim non receperunt ejus baptiſmum) ſed quod omnes egredientes ad ſuſcipiendum baptiſma, baptizabantur non à diſcipulis, ſed ab ipſo Iohanne.* II. Æquè credibile eſt, inter illa millia, Act. 2. 4. 8. nullum fuiſſe à Iohanne baptizatum, ac nullũ a Diſcipulis Chriſti baptizatum : illi enim plures baptizarant, quam Iohannes, Ioh. 4, 1. 3. Inter illa millia hominum qui die Pentecoſtes baptizabantur, multi eo tempore confluxerant, ex omni natione ſub cælo. Act. 2. 5. plus quam credibile eſt, ipſos non fuiſſe a Iohanne Baptizatos.

Argumenta noſtra.

5. *Proteſt.* Eadem fuit doctrina, idem ritus, eadem gratiæ oblatio, in Baptiſmo Iohannis, & Chriſti. Idem igitur Baptiſmus erat, quoad ſubſtantiam & efficaciæ ejuſdem.

Bellarm. 1. *Non verum eſt eandem fuiſſe doctrinam Iohannis, & Chriſti, niſi in eo ſenſu, quod nihil contrarium docuit Iohannes Chriſto.*

Proteſt. I. Eadem fuit ſumma doctrinæ Iohannis. *Matth.* 3. 2. & diſcipulorum Chriſti. *Mat.* 10. 7. *Luc.* 10. 9, *reſipiſcite, appropinquavit enim regnum cælorum.* II, Totum Chriſtum docuit *Iohan.* 1. eum ſcil. eſſe *filium illum Dei, & agnum illum Dei.*

Bellarm. *Quod vocavit eum agnum Dei, potuit referri ad innocentiam, & manſuetudinem, etiamſi victima non fuiſſet.*

Proteſt. Sed vocavit eum, *agnum illum Dei, qui tollit peccata mundi.* an poteſt hoc alio referri quam ad redemptionem Chriſti? Illuſtrior fuit doctrina Iohannis de Chriſto, quam fuit doctrina diſcipulorum Chriſti ante reſurrectionem ejus.

Bellarm. 2. *Doctrina nihil facit ad Sacramenti eſſentiam & veritatem.*

Proteſt. Verbum igitur, promiſſio, fœdus Dei, nullius ſunt numeri in Pontificiorum Sacramentis.

Bellarm. 3. *Hæretici qui habent falſam doctrinam, habent Sacramenta vera.*

Proteſt. Sunt gradus varii falſitatis. qui non profitentur aliquo modo doctrinam illam veram, qua proprie nititur aliquod Sacramentum, illi non vere habent Sacramentũ tale.

Bellarm. 4. *Oblatio gratiæ, non fuit eadem in utroque Baptiſmo. nam Baptiſmum Iohannis ſequebatur pœnitentia, ut ejus effectus, Baptiſmum autem Chriſti præcedit, ut ejus diſpoſitio. Remiſſio autem peccatorum tribuitur Baptiſmo Chriſti, ut immediatus ejus effectus : ſed pœnitentia Baptiſmo Iohannis, non Baptiſmo tribuitur.* Mar. 1. 4.

Proteſt. Inania & mere commentitia ſunt hæc ſubterfugia. Nam. 1. Humilis confeſſio peccatorum, & proinde reſipiſcentia, antecedebat Baptiſmum Iohannis. *Mar.* 1.5. 2. Mortificatio peccati, atque adeo reſipiſcentia, eſt etiam effectum Baptiſmi Chriſti. *Rom.* 6. 3. Si remiſſio peccatorum effectum fuit pœnitentiæ, & pœnitentia effectum Baptiſmi Iohannis, tum ipſa remiſſio fuit etiam effectum ejuſdem Baptiſmi, de mediata & immediata Sacramentorum operatione diſputatum eſt antea ſuo loco.

6. *Proteſt*. Suaviſſima conſolatio eſt Chriſtianorum, quod eodem baptiſmo baptizantur quo Chriſtus fuit baptizatus. ſed Chriſtus baptizatus fuit baptiſmo Iohannis. Baptiſmus igitur Chriſtianorum idem eſt cum Baptiſmo Iohannis.

Bellarm. 1. *Baptiſmum Chriſti, ipſi Chriſto tribuere vix poſſumus ſine ejus injuria: quia videretur indiguiſſe regeneratione, & adoptione.*

Proteſt. I. Simili ratione concludere poſſet Bellarm. Chriſto non poſſe tribui Circumciſionem, Paſchatis, & Euchariſtiæ communionem, aut Baptiſmum ipſum Iohannis: quia videretur indiguiſſe gratia horum Sacramentorum. II. Internum & ſpiritualem baptiſmum non dicimus, Chriſtum accepiſſe, ſed dediſſe: ut autẽ oſtenderet ſe Baptiſmum externum in iſtum uſum ſanctificaſſe, externum illum Baptiſmum accepit, quem ſanctificavit, & hoc eſt quod Scholaſtici ex Patribus tradunt: *Baptiſmus vim & virtutem ſuam habet a contactu carnis Chriſti Alex. Al. p.* 3. *q.* 8. *m.* 4. *Thom.* 3 *q.* 39. *Cajet. in Matth.* 3.

Bellarm. 2. *Quicquid de hoc ſit, certe magis glorioſum fuit in Chriſto, non accipere ſuum baptiſma, quam accipere.*

Proteſt. Quid Chriſto glorioſum fuit, non ex ratiunculis humanis, ſed ex verbo, & praxi ipſius Chriſti, ſtatuere debemus. Eodem autem modo, quo glorioſius fuit Chriſto accipere ſuam cænam, quam illam non accipere; magis etiam ipſi glorioſum fuit, accipere, quam non accipere, ſuum Baptiſma.

7. *Proteſt*. Cum Chriſtus baptizaretur à Iohanne, adfuit viſibiliter Spiritus ſanctus, & vox gratiæ ſonuit: hæc eadem ſunt maxima quæ in noſtro Baptiſmo inviſibiliter fiunt: idem igitur baptiſmus, Iohannis, & noſter.

Bellarm. 1. *Antequam Dominus baptizaretur nunquam apparuit columba, neque audita eſt vox de cœlo: & tamen idem erat baptiſmus Iohannis, cum eo qui poſtea fuit.*

Proteſt. Neque poſtea viſibiliter apparuerunt hæc baptiſmo Chriſti, ſatis fuit ut inviſibilis gratiæ operatio, ſemel viſibiliter appareret: debuit tamen in eodem Sacra-

mento apparere, ad quod pertinebat: alioquin nullum omnino Sacramenti genus commendaret magis, quam tibia, cithara, vel tuba incertum ſonum edens, ſine ulla diſtinctione. De cæremoniis baptiſmi, nihil adfert Bellar. vel ex Scripturis, vel ex ratione depromptum. Satis igitur erit breviter hic annotare. 1. Cum Pontificii ex Bell. confeſſione, duodecim cæremonias addant ante baptiſmum, quinque in baptiſmo, & quinque poſt baptiſmum, præter conſuetudines alias particulares, peccant manifeſtè in illam regulam, quam Bellarm. agnoſcit eſſe probandam, de effect. Sacram. lib. 2. cap. 30. *Cæremoniæ non ſunt nimis multiplicandæ, ita ut ſua multitudine obruant, quodammodo religionem, cui ſervire debent.* Ceremoniæ enim duæ & viginti, non poſſunt non obruere baptiſmatis lavacri ſimplicitatem. Tot certe non fuerunt præſcriptæ, circa ullum Sacramentum ceremonialis ipſius legis. 2. Abſurdè nimis collocat Bellarm. inter cæremonias ab hominibus inſtitutas, actiones quaſdam, in Scripturis fundatas, ad baptiſmi celebrationem, non ex hominum voluntate, ſed ex rei ipſius natura, accommodatas. 3. Teſtimonia antiquitatis pro cæremoniis humanis, nihil aliud probant, quam antiquitatem erroris & præſumtionis humanæ.

LIBER TERTIVS.

DE CONFIRMATIONE.

CAPVT I.

Confirmatio (apud Pontificios) eſt unctio Chriſmatis in fronte, ſigno crucis facta, ſub tali formula verborum: ſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti, Filincius tract. de Confirmat. De hac tgitur quæſtio prima eſt: an ſit verum Sacramentum. Pontificii affirmant, nos negamus.

THESIS I.

BEllarm. *Tria requiruntur ad eſſentiam ſacramenti Chriſtiani proprie dicti.* 1. *Promiſſio gratiæ.* 2. *Signum ſenſibile, cum verbo, quod ſit medium ſuo organum, quo applicetur promiſſio.* 3. *Mandatum divinum. quo id jubeatur miniſtrari.*

Proteſt. Verè quidem iſta dicuntur à noſtris: ſed ſophiſticè, & ambiguè proponuntur à Bellar. Nam I. Promiſſio cujuſlibet gratiæ gratis datæ, non ſufficit ad Sacramentum: ſed gratiæ fœderis ſalutiferi, juſtificationis, ſanctificationis, &c. II. Promiſſio gratiæ requiritur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quæ ſit aliquo modo effectum Sacramenti. Bellarm. de Sacrament. lib. 1. cap. 14. III. Signum ſenſibile, una cum verbo, debet à Deo certo determinari. Bellarm. de Sacramentis lib. 1. cap. 21. IV. Mandatum divinum debet eſſe non temporarium, ſed perpetuum, id eſt, duraturum quamdiu religio ipſa durat. Bellarm. de Sacram. lib. 1. cap. 14. Sed nihil horum convenit Pontificiæ Confirmationi.

2. Bellarm. *Promiſſio quidem, & certe ampliſſima habetur. Spiritus paracleti. Ioh. 14. roborantis. Ioh. 16. & fortes facientis in confeſſione fidei. Luc. ultim. Actor. 1.*

Proteſt. I. Promiſſio quidem habetur ampliſſima: ſed nulli ſigno annectitur. Non magis igitur conſtituit ſingulare aliquod Sacramentum, quam cæteræ promiſſiones quæ in Euangelio habentur: quæ certe plures multo ſunt, quam ſunt Sacramenta. II. Promittitur Apoſtolis (ex Pontificiorum ſententia) illis in locis, non ordinariæ confirmationis gratia, ſed illa quæ facit homines impeccabiles. ſic enim Medina in 3. *quæſt.* 27. *art.* 4. *Tres ſunt confirmationis gradus: 1. Beatorum. 2. B. Virginis. 3. Apoſtolorum, qui poſt acceptam Spiritus ſancti gratiam, in die Pentecoſtes, ſic ſunt in bono confirmati, ut poſtmodum nunquam mortaliter peccaverint.* III. Confirmationis illa gratia, quam Pontificii Sacramento annectunt, poteſt & promitti & præſtari, ſine Sacramento. ſic Alex. Alenſ. *par.* 4. *quæſt.* 9. *m.* 1 *Dominus Mat.* 19. *contulit parvulis gratiam confirmationis, non tamen à miniſterio ſacramentali.*

3. Bellarm. *Medium, ſeu organon, ſive ſignum ſenſibile, conſtans ex rebus & verbis, quibus applicetur illa promiſſio, fuit manus impoſitio, cum oratione.*

Proteſt. I. Neutrum horum à Chriſto fuit determinatum: quod adeo in confeſſo ponit Alex. Al. loco citato, ut inde concludat, *Dominum hoc ſacramentum, ut eſt ſacramentum, neque inſtituiſſe, neque diſpenſaſſe.* 2. Bellar. ipſe concedit, *Apoſtolos recepiſſe gratiam promiſſam, ſine ullo medio, ſeu ſacramento in die Pentecoſtes.* Neque igitur promiſſio illa de qua antea agebatur, fuit ſacramentalis: neque Sacramentum ſingulare, fuit neceſſarium, ad iſtiuſmodi gratiam conſequendam.

Bellarm. *Cæteri recipiebant illam eandem gratiam, miniſterio Apoſtolorum, per illud medium.*

Proteſt. I. Non apparet *Actor.* 2. ſolos Apoſtolos gratiam Spiritus recepiſſe die Pentecoſtes. II. Clarum eſt alios eandem gratiam recepiſſe, antequam fuerunt vel confirmati, vel baptizati. *Actor.* 10. 44. 3. *Alex. Alenſ.* loco citato, & *Bonavent. in* 4. *d.* 7. affirmant, *Apoſtolos, nec materiam nec formam hujus Sacramenti diſpenſaſſe, ſed confirmaſſe alios ſine mini-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

iniſterio Sacramenti. IV. Oratio non eſt forma unius ſacramenri magis quam alterius. Impoſitio autẽ manuum uit geſtus orationis, qui in ſolemni oratione pro aliis, tiam extra Sacramenta, ſolebat olim adhiberi. V. Non uit gratia ſanctitatis & juſtitiæ, quæ iſthoc medio obtiebatur, quam in Sacramento conferri requirit Bellarm. ed gratia gratis data, extraordinariorum quorundam onorum, quibus poſſit quis non bene tantum, ſed & mae uti. 1. *Cor.* 14. VI. Non dabantur iſta dona omnibus iris baptizatis, *Roman.* 12. 1. *Cor.* 12. nedum mulieribus c infantibus. VII. Pontificiæ Confirmationis materia c forma, non eſt impoſitio manuum cum oratione, ſed *ux chriſma*, & formula ſignificans uſum & auctoritatem acti.

4. Bellarm. *Pro mandato damus illius mandati exequutionem er Apoſtolos.*

Proteſt. I. Apud Bellarm. hæc conſequentia nihil vaet: Aqoſtoli hoc vel illud fecerunt: ergo habuerunt ea e re mandatum. Quia Apoſtolos ſcripſiſſe libros canoicos aſſerit, ſine mandato de verbo Dei. *l.* 4. *c.* 4. II, Aud nos valet, de Apoſtolis, pro eo quod fecerunt. ſed ion de aliis, vel pro eo quod ipſi Apoſtoli non fecerunt, el quod non ex regula communi fecerunt.

5. Bellarm. *Per impoſitionem manuum Apoſtolorum, non daantur ſola dona loquendi linguis & ſimilia, talia enim dona non voantur ſimpliciter Spiritus ſanctus, ſed per impoſitionem manuum daatur ipſe Spiritus ſanctus. Act.* 8.

Proteſt. I. Talia dona expreſſe vocantur diſtributiones ſpiritus ſancti *Heb.* 2. 4. & ratio redditur. 1. *Cor.* 12. 10. 1. II. Cajetanus in *Act.* 8. reſpondet: *Accipiebant Spirium ſanctum procuIdubio in effectu ſenſibili: per baptiſmum accepeant ipſum in effectibus ſolius gratiæ internæ; accepiſſe autem ipſos piritum ſanctum, in effectu ſenſibili (puta locutione linguarum) teantur ſubjuncta, quod nempe Simon qui fuerat Magus viderit Spiitum ſanctum datum per impoſitionem manuum.*

6. Bellarm. *Id dabatur per impoſitionen manuum, quod promierat Dominus. Ioh.* 14. 15. 16.

Proteſt. Non totum illud, ſicut manifeſte apparet in Apoſtolis, qui accipiebant peculiarem gratiam, ſine manuum impoſitione.

7. Bellarm. *Spiritus ſanctus per manus impoſitionem dabatur omibus.*

Proteſt. Non poteſt hoc probari; contrarium liquet ex eo, quod non dabatur, niſi per manus Apoſtolorum, qui ion potuerunt omnibus baptizatis adeſſe.

8. Bellarm. *Apoſtolus Hebr,* 6, *numerat impoſitionem manuum um Baptiſmo, &c.*

Proteſt. Cajetanus rationem illam reddit : *quia illa etiam impoſitio ad prima fidei fundamenta ſpectabat in primitiva Eccleſia.* ſed veriſimilius eſt , ibi miniſterium totum intelligi per manuum impoſitionem.

9. Bellarm. *Apoſtoli nunquam deſcendiſſent Samariam , ad conferenda dona illa miraculorum. nam ſatis multa miracula operabatur Philippus.*

Proteſt. Neceſſarium tamen fuit, ut alii præter Philippum inſtruerentur donis ad Eccleſiam ædificandam : & in iſtum finem Apoſtoli deſcenderunt.

10. Bellarm. *Efficacia hæc impoſitionis manuum non fuit in Apoſtolis privilegium ſingulare, quia mandatum, & promiſſio talis non legitur ipſis ſingulariter facta , ſed promiſſio eſt toti Eccleſiæ facta, & ratio ejus , non minus locum habet in nobis , quam in Apoſtolis.*

Proteſt. I. Privilegium fuiſſe , clare ſatis in Scripturis indicatur. *Act.* 8. ſed de extraordinariis privilegiis , quæ Apoſtolis concedebantur, non requiritur, ut particulare mandatum & promiſſio exiſtat in Scriptura. II. Promiſſio illius gratiæ, quæ pendebat ex impoſitione manuum Apoſtolorum , non eſt generalis : neque cauſa ejus locum habet in iis, quibus Euangelium eſt ſatis teſtatum. *Hebr.* 2.4. & ſatis clarum eſt, ceſſaſſe effectum illud, quod tum temporis ſequebatur ad manuum impoſitionem.

Bellarm. *Ceſſavit , quoad viſibilia ſymbola , non quoad inviſibilem gratiam.*

Proteſt. I. Ceſſavit igitur quoad impoſitionem manuum, quæ fuit viſibile ſymbolum. II. Inviſibilis omnis gratia quæ neceſſaria eſt ad ſalutem, in Baptiſmo, & Cæna Domini obſignatur. Confirmatio igitur Pontificia , nullum uſum aut fructum habet vel viſibilem vel inviſibilem.

CAP. II. *Quæſtio ſecunda eſt , de materia & forma Sacramenti Confirmationis.*

BEllarm. 1. *Materia hujus Sacramenti remota eſt oleum Balſamo admixtum , atque ab Epiſcopo conſecratum. Materia vero proxima, eſt unctio ex prædicto oleo, in fronte adhibita, ad formam ſeu figuram crucis.*

Proteſt. I. Materia hæc eſt adeo remota a Sacramentis novi Teſtamenti, ut in toto novo Teſtamento, nulla fiat ejus mentio.

Bellarm. 1.2, *Cor.* 1.21. & 1. *Ioh.* 2.27. *vel expreſſe fit mentio hujus unctionis , vel certe ad eam alluditur.*

Proteſt. Vel de unctione ſpirituali agitur expreſſe , quæ alludit ad unctiones veteris Teſtamenti : qualis etiam fuit unctio ipſius Chriſti, quam tamen Scholaſtici omnes negant

negant Confirmationis Sacramentum ſuſcepiſſe.

Bellarm. 2. *Vnguentum veteris Teſtamenti Exod.* 30. *figura erat Chriſmatis.*

Proteſt. I. Reſpondet *Alex. Al. p.*4, *q*,3, *m*,2,*a*,3, *Confirmatio & extrema unctio, non habuerunt in lege aliqua Sacramenta.*

Proteſt. Actor. 8. & 19. ubi Pontificii volunt confirmationis exempla proponi, nulla fit mentio Chriſmatis, ſed manuum impoſitionis tantum. Bellarm. etiam antea, *c*,2, ſignum ſenſibile in Sacramento Confirmationis voluit eſſe manuum impoſitionem.

Bellarm. 1. *Scholaſtici quidam dicunt, Apoſtolos vario modo miniſtraſſe hoc Sacramentum, & hoc non eſt omnino improbabile,*

Proteſt. Quidam etiam, ut Alex, Al, & Bonaventura, dicunt Apoſtolos nullo modo hoc Sacramentum miniſtraſſe, & hoc eſt omnino probabile: quia Ieſuitæ ipſi negant ſimplicem impoſitionem manuum ab Apoſtolis adhibitam fuiſſe Sacramentum, quia non fuit cæremonia permanens, Filincius *tract. de Confir. Suarez, in* 3. *diſp*.33.

Bellarm. 2. *Idem eſt unctio Chriſmatis, & manus impoſitio: qui enim inungit manus imponit: & Apoſtoli ſemper manus imponendo Chriſmate ſignarunt.*

Proteſt. I, Vnctio vel illinitio Chriſmatis fit pollice tantum in fronte, apud Pontificios, hactenus igitur nulla impoſitio manuum, ſed unius pollicis apparet, Poſtea quidem ut Bellarm, narrat, *c*.13. preces dicuntur cum manus impoſitione: ſed ibidem diſertis verbis teſtatur idem Bellarm, hoc eſſe *præter cæremoniam eſſentialem ungendi:* negans illud quod hic ait, Epiſcopus deinde Chriſmate tota manu alapam aut colaphum in faciem impingit; *manu leviter cædit*, ait Bellarm, ibidem: ſed neque hic apparet impoſitio, ſed appoſitio manus, II. Mirum admodum videretur, ſi Scripturæ Sacramentum nobis commendarent, cujus materiam ſuo nomine nunquam deſignarent, ſed ridiculi audax maluit eſſe Bellarm, in Scriptura pervertenda, quam candorem imitari Alex. Al. qui ſic argumentatur, *Quando Dominus inſtituit aliquod Sacramentum, determinavit quo elemento, ſive elementato exerceri debuit: ſed non legitur Dominum aliquid determinaſſe de materiali in quo Sacramentum Confirmationis exerceri debuit, Apoſtoli etiam confirmabant ſola impoſitione manuum, ſine inunctione, & ſine forma verborum qua utitur Eccleſia,* & tandem concludit: *inſtitutum fuit hoc Sacramentum in Concilio Meldenſi, quantum ad formam verborum, & materiam elementorum p.* 4 *quaſt*. 9. *memb*. 1.

2, Bellarm. *Forma hujus ſacramenti ſunt hæc verba: Conſigno te ſigno crucis; & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, quoad ſenſum & ſententiam quam habent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Formam habent illam, quæ placuit formatori Concilio forſan Meldenſi, ut Alex, Alenſ, affirmat, ſed cũ in univerſa Scriptura nulla fiat mentio vel formæ hujus, vel ſigni crucis, & Chriſmatis, ex quibus conſtat, ſatis apparet, Sacramentum iſtud Apoſtolis fuiſſe ignotum.

Bellarm. 1. *In genere habemus verbum Actor. 8, ubi dicuntur Apoſtoli oraſſe.*

Proteſt. I. Ex illo genere, probabilius colligeret aliquis, orationem Dominicam eſſe formam hujus Sacramenti,

Bellarm. 2. *Paulus 2. Corinth. 1. verſu. 21. expreßit principalia verba: qui nos confirmat Deus & ſignavit.*

Proteſt. Quoad ſonum, & numerum literarum, non quoad ſenſum. Paulum enim fuiſſe ſigno crucis, & Chriſmate, aut ſimili Sacramento confirmatum, ſolus Bellar. videtur ſomniaſſe: qui etiam paululum experrectus, *c.* 12. contra docet: *valde probabile eſſe, Paulum, ut cæteros Apoſtolos, immediate à Deo accepiſſe confirmationem, ſine humana impoſitione manuum.*

CAP. III. *Quæſtio tertia, de effectu Sacramenti Confirmationis.*

BEllarm. *Duplex eſt ſacramenti hujus effectus: 1. Gratiam confert gratum facientem, & quidem majorem quam ipſe baptiſmus, in ordine ad roborandam animam, contra Diaboli impetus, ſed minorem in ordine ad remißionem peccati, quia non remittit totam pœnam. 2. Alter effectus eſt character, quo adſcribimur in Chriſti militiam, ſicut per Baptiſmum in Chriſti familiam.*

Proteſt. I. Cum in baptiſmo (ex Pontificiorum ſententia) remittatur omnis culpa, & pœna, & conferatur gratia, gratum faciens; Confirmatio. ſaltem recens baptizatis ante nova peccata admiſſa, non poteſt ullam culpã aut pœnam remittere: neque gratiam conferre poteſt gratum facientem de non grato, qua homo reconciliatur Deo, quia juſtificati ſunt Deo grati: neque denique conferre poteſt gratiam magis gratum facientem de jam grato, quia in Baptiſmo induitur Chriſtus, qui efficit nos ſumme gratos Deo. Ambigue igitur & valde ſophiſtice propoſuit Bellarminus ſententiam ſuam. de gratia per confirmationem collata: quod ſit *gratum faciens, minor gratia baptiſmi, in ordine ad remißionem peccati, non remittens totam pœnam.* II. Confirmatio non requiritur ad roborandam animam: quia Euchariſtia inſtituitur ad animam roborandam, ſicut *panis cor hominis confortat.* Neque capax eſt baptizatus, alius corroborationis, quam habet in prima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

egeneratione, antequam capax etiam ſit Euchariſtiæ. II. Recte obſervat, Alex. Alenſ. p.4. q.9. m.3.a.2.ſ.2. *d hoc quod roboretur gratia Baptiſmalis, & progrediatur ad terminum æ perfectionis, non neceſſario requiritur gratia confirmationis ſacramentalis. ipſa enim gratia Baptiſmalis, adminiculo virtutis indeficiens, id eſt, divina, quantum eſt de ſe, ſufficit aliquo modo, ad ſui ipſius roborationem, & confortationem.* IV. Exaltatio gratiæ confirmationis (*in ordine ad roborandum*) ſupra gratiam Baptiſmi, non tantum eſt impia in ſeſe, ſed in Bellarm. qui docet omnem pænam, atque adeo omnem infirmitatem in Baptiſmo tolli) eſt plane ridicula. V. Diſtinctio illa inter *adſcriptionem in familiam Chriſti, & in militiam Chriſti*, eſt mere verbalis: omnes enim qui in familiam Chriſti adſcribuntur, ipſo facto adſcribuntur in militiam illam, quæ eſt commune officium omnium eorum qui ſunt domeſtici fidei.

CAP. IV. *Quæſtio quarta eſt de miniſtro hujus Sacramenti.*

BEllarm. *Solus Epiſcopus eſt proprius hujus Sacramenti miniſter. ſed presbyter poteſt hoc Sacramentum conferre, ex diſpenſatione.*

Proteſt. I. Debuit nobis explicare Bellarm. utrum hoc proprium ſit Epiſcopi, ratione ordinis, vel ratione juriſdictionis? Ordinis poteſtas eſt eadem in Epiſcopis & Presbyteris, neque inchoata tantum in Presbytero quoad hoc Sacramentum dici poteſt, ut Bellarm. ineptiſſime poſtea fingit, & abſoluta perfecta, & independens, quoad Baptiſmum & Euchariſtiam, quæ ſunt evidenter majora. Juriſdictio autem nulla major in confirmando, quam in baptizando. II. Rationem reddere debuit, quare non æque conveniret Presbytero, Confirmationē, ac Baptiſmum & Euchariſtiam adminiſtare? III. Oſtendere etiam debuit ex verbo Dei, jus diſpenſandi de iſtiuſmodi officiis, hominibus eſſe conceſſum, & quibus? Hæc quum non poſſint ullo modo præſtari, quod confuſe à Bellarm. affirmatur, per ſe falſum apparet.

2. Bellarm. *Actor.* 8. *Petrus & Iohannes mittuntur, ut per manuum impoſitionem, darent Spiritum ſanctum iis quos Philippus baptizaverat.*

Proteſt. Non fuerunt miſſi ad ſignandum ſigno crucis, chriſmate ungendum, & formulam verborum recitandam, vel ad Sacramentum aliquod ordinarium adminiſtrandum, ſed ad miraculoſum Baptiſmum flaminis, vel Spiritus, exercendum. *Alex. Al. p.4.q.6.m.7.*

3. Bellarm. *Confirmatio eſt complementum, & perfectio Baptiſmi:*

mi : proinde convenit , ut à primario miniſtro detur. ſic enim in omnibus aliis rebus , ultima forma imprimitur à primo agente.

Proteſt. Hoc argumentum ex duabus Blaſphemiis conflatur : I. *Baptiſmum eſſe imperfectum ſine Confirmatione* : quaſi hoc Sacramentum eſſet excogitatum , ad ſublevandam imperfectionem Baptiſmi , & infirmitatem ejus confirmandam. II. Epiſcopum non tantum proprium, ſed & principalem , ac *primum agentem* eſſe , in ultima forma , vel gratia Sacramenti imprimenda.

4. Bellarm. *In Confirmatione adſcribimur ad Chriſti militiam : adſcribere autem ad militiam , proprium eſt Ducum & Imperatorum.*

Proteſt. I. In Baptiſmo adſcribimur ad Chriſti militiam. Apoſtolus certe ex Baptiſmo concludit, debere omnes Chriſtianos ſiſtere membra ſua arma juſtitiæ Deo, in Chriſto, *Rom.* 6. 13. II. Adſcribere ad militiam inſtrumentaliter poſſunt infimi præfecti. III. Qui Epiſcopos convertunt in Duces , & Imperatores ſpirituales, ii homines collocant in throno Chriſti.

CAP. V. *Quæſtio 5, eſt de cæremoniis Confirmatio.*

BEllarm. 1. *In conſecratione Chriſmatis.* 1. *Fiunt benedictiones olei & Balſami , per orationes.* 2. *Fiunt etiam per ſignum crucis-* 3. *Halat Epiſcopus aliquoties ſuper ampullam Chriſmatis.* 4. *Chriſma jam conſecratum , ſalutatur ab Epiſcopo & Presbyteris , his verbis : Ave ſanctum Chriſma.*

Proteſt. I. In iſtis omnibus nihil quidquam eſt , quod non eſt plane hiſtrionicum, & ridiculum, non auctoritate tantum , ſed & ſimilitudine ſacræ Scripturæ deſtitutum , præter benedictiones orationum. II. Illæ autem benedictiones, non tantum ſunt vanæ , utpote verbo carentes, ſed prophanæ , & in gratiam Dei plane contumelioſæ, ſic enim inter cætera , orat Epiſcopus , ſuper Balſamum : *ut Deus huic unguento ſpiritualem gratiam largiendo, plenitudinem ſanctificationis infundat , & ut fiat omnibus qui ex eo ungendi ſunt, in adoptionem filiorum per Spiritum ſanctum. Vide Pontificale Romanum.*

2. Bellarm. *In ipſa confirmatione , præter cæremoniam eſſentialem.* 1. *Suſceptor offert.* 2. *Preces dicuntur , cum manus impoſitione.* 3. *Pax datur confirmato.* 4. *Epiſcopus confirmatum manu leviter cadit.* 5. *Faſcia ligatur frons.* 6. *Ad ſeptem dies non lavatur caput. &c.*

Proteſt. Hæc etiam recitaſſe (ſi preces excipiantur, cum earum geſtu) eſt abunde ſatis refutaſſe.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

LIBER QVARTVS.

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

CAP. I.

Quæſtio prima eſt, de præſentia Corporis & Sanguinis Domini in hoc Sacramento: an poſt conſecrationem, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie panis & vini contineantur, in eodem ſpacio, quo panis & vinum antea continebantur. Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Primum argumentum petitur ex figuris veteris teſtamenti. Figuræ neceſſario inferiores eſſe debent rebus figuratis. Figuræ autem ſacramenti Euchariſtiæ, agnus Paſchalis, ſanguis fœderis, & manna, vel ſunt excellentiores, vel non inferiores ſimplici & naturali pane, ſignificante corpus Chriſti. igitur Euchariſtia non eſt ſimplex & naturalis panis ſignificans corpus Chriſti, ſed ipſum Corpus Chriſti.*

Proteſt. I. Totum hoc argumentum petitur à non ente Sacramenta enim novi teſtamenti, non habuerunt figuras ullas, à quibus præfigurabantur, ut Sacramenta. ſunt quidem reſpectu veterum Sacramentorum ἀντίτυπα, vel ſimiles typi, ſed non ἀρχέτυπα, vel exemplaria in illis expreſſa. II. Realis & ſubſtantialis præſentia Chriſti, hoc argumento non magis probatur in Euchariſtia, quam in baptiſmo. Figuræ enim baptiſmi. quas Bellarm. de bapt. cap. 13. commemorat, inferiores debuerunt eſſe rebus figuratis: erant tamen excellentiores, vel non inferiores ſimplici & naturali aqua, remiſſionem peccatorum ſignificante. III. Hac etiam ratione, probari poteſt realis & ſubſtantialis præſentia crucis ligneæ, in omni ſigno crucis quæ pingitur in fronte: quia figuræ hujus ſigni, quas Bellarmin. enumerat, *tom.* 2. *de imag. l.* 2. *c.* 29. debuerunt eſſe rebus figuratis præſtantiores: erant tamen excellentiores, vel non inferiores ſimplici figura crucis digito, in aere, tranſeunter expreſſo. IV. Ineptiſſime facit Bella. quod argumentum inſtituit de Sacramentorum natura, ſicut ipſemet fatetur c. 4. *ex comparatione rerum inter ſe, omiſſa ſignificatione:* cum definitio Sacramenti à Concilio Tridentino

dentino tradita, & à Bellarm. maxime probata, de Sacr. lib. 1. cap. 11. naturam ejus collocat in *ſignificando, & efficiendo*. V. In ſignificando, & efficiendo, inferiora fuerunt Sacramenta veteris teſtamenti, Sacramentis novi, non re & ſubſtantia vel ſignificante, vel ſignificata, ſicut antea fuit probatum. VI. Sacramenti veteris elementum aliquod externum, potuit eſſe excellentius in ſeſe, quam novorum elementa, quia tum in ſanguine & ſacrificiis, maxime ad vivum debuit Chriſtus repræſentari: ſed poſt Chriſt mortem, nullus eſt locus ſanguini, & mactationi in cultu ſacro. VII. Cum tamen Bellarm. non tantum Agnum Paſchalem, ſed & ſanguinem fœderis, cujus mentio fit *Heb.* 9.20. figuram facit Euchariſtiæ, & *non paſſionis Chriſti*, blaſphemia hæc eſt manifeſta, non rationibus, ſed lapidibus potius refutanda.

2. Bellarmin. *Idem probatur ex promißione Domini, de Euchariſtia, qua habetur Ioh.* 6.

Proteſt. I. Reſpondemus cum Gabriele de *can. miſ. lect.* 84. *in toto illo capite Dominus loquitur de manducatione, & bibitione ſpirituali, non carnali, neque ſacramentali*. & cum Cajetano: *ſi perſpicaciter fuit conſideratum, apparet quod ſermo formalis non eſt de ſacramento.* II. Quia tamen eadem eſt doctrina, quæ proprie in Euchariſtia obſignatur, & idem actus ſingulari modo in debita Euchariſtiæ, perceptione exercetur, idcirco pleraque eorum quæ ibi dicuntur, recte poſſint ad Sacramentum accommodari, ita ut nihil inde creſcat Pontificiorum ſomnio de præſentia carnali. Vt hæc clariora fiant, videndum breviter quid utrinque dicatur.

Argumenta Bellarm. de Ioh. 6.

3. Bellarm. *Dominus loquitur de futuro. Panis quem ego dabo: manducatio autem per fidem, res eſt omnium temporum.*

Proteſt. I. Loquitur etiam in futuro de Spiritu, qui fuit omnium temporum. *Ioh.* 4.14. *aqua illa quam ego ei dabo.* II. Reſpondet Cajetanus in *loc. Manifeſtißime explicat, panem hunc fore paßionem, & mortem ſuam, dicendo quod panis quem ego dabo, eſt caro mea, non myſtica, non ſpiritualis, ſed quam ego dabo: & dicendo dabo, ſignificat voluntario dono ſe paſſurum ac moriturum.*

Bellarm. *Dabo pro mundi vita, non poteſt exponi, niſi pro re vere ac proprie futura, ergo & primum illud: panis quem dabo.*

Proteſt. Concedimus totum.

Bellarmin. *Dominus de Patre dicit in præſenti; Pater dat: de ſe autem in futuro; panis quem ego dabo.*

Proteſt. Dominus etiam de ſemetipſo dicit in præſenti. *verſu trigeſimo tertio* qui de cœlo deſcendit, & *dat* vitam mundo.

4. Bellarm.

4. Bellarm. *Tanta eſt ſimilitudo horum verborum, cum verbis cænæ, ut plane clamare videatur, ibi reddi, quod hic fuit promiſſum.*

Proteſt. I. Similitudo maxima ſolet eſſe verborum, quæ habentur de gratia in Sacramento obſignata, cum iis quæ de Sacramento habentur. II. Concedimus in Sacramento rite præcepto, reddi ſuo modo illud quod fuit promiſſum, ſed non in ſolo Sacramento.

5. Bellarm. *Colligitur ex litigatione Iudeorum, & ex offendiculo diſcipulorum, alquid novum, & mirandum proponi a Chriſto; eorum autem ſententiam, non correxit Chriſtus, neque ſuam explicavit.*

Proteſt. I. Argumentum hoc (ex parte ſaltem) petitur à teſtimonio hominum carnalium, infirmorum, imperitorum. II. Quod proponebatur, fuit revera ipſis novum, & eſt adhuc omnibus mirandum. III. Eorum ſententiam correxit Chriſtus, & ſuam explicavit. *verſ.* 35. 40. & 62. 63.

6. Bellarm. *Diſtinctio tam frequens, carnis, ac ſanguinis, & cibi, ac potus, aperte indicat, Chriſtum loqui de communicatione ſui ſub ſpeciebus panis & vini: alioqui enim quorſum iſta diſtinctio, toties præſertim repetita.*

Proteſt. I. Reſpondet Cajetanus. *Hæc facile rejiciuntur: perſpiciendo quod in hoc eodem capitulo, paulo ſuperius, Ieſus dixit: qui venit ad me, non eſuriet: qui credit in me, non ſitiet unquam: clare enim in his verbis conſtat, non ſpectare ad Sacramentum Euchariſtiæ, quod Dominus diſtinguit eſurire, & ſitire: quod æquivalet ad diſtinguere inter manducare, & bibere, nam eſurire ad manducationem, & ſitire ad bibitionem pertinet. Non poteſt itaque ex diſtinctione, in manducare, & bibere trahi argumentum efficax, ad inferendum quod de Sacramento Euchariſtiæ eſt ſermo. Similiter diſtinctio inter carnem, & ſanguinem, non adjuvat, ſed potius ad contrarium ducit: quoniam caro non qualitercunque diſcribitur diſtincta à ſanguine, ſed ſeparatione ut cibus à potu: conſtat autem, quod realis ſeparatio in Sacramento eſt repræſentative tantum.* II. Cum eodem Cajet: dicimus: diſtinctione hac, inter cibum, potum, uſus eſt Chriſtus, *ad manifeſtandum, quod mors ſua, eſt alimentum perfectum animæ, conſtat enim alimentum perfectum ex cibo & potu.* Similis eſt ratio illius promiſſi: *Luc.* 22. 30. ut edatis & bibatis in menſa mea, in regno meo. III. Si ſanguinis potus, in hac diſtinctione, ſeorſim præcipitur à Chriſto, tum Antichriſtus eſt, qui illum populo ademit.

7. Bellarm. *Expreſſio illa caro mea, vere eſt cibus, & ſanguis meus, vere eſt potus, ſignificat diverſum modum, ſumendi carnem, & ſanguinem Chriſti.*

Proteſt. Reſpondet Cajet. *Dicitur hoc ad ſignificandum, quod caro ſua, & ſanguis ſuus naturalis, id eſt mors ſua, non falſo, non opinione, ſed ſecundum veritatem, habeat rationem cibi & potus animæ, id eſt, alimenti perfecti.*

8. Bell.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

8. Bellarm. *Comparatio manna, non refertur ad corpus Chriſti ut ſumitur ſola fide, ſed ut ſumitur in Sacramento.*

Proteſt. Qualitas comparationis non convenit Sacramentali manducationi per ſe, ſed ſoli ſpirituali. *comedente manna moriebantur: comedentes hunc panem, non moriuntur.*

9. Bellarm. *Multiplicatio panum, cui hæc diſputatio Chriſti fuit adjuncta, fuit inſignis figura Sacramenti.*

Proteſt. Fuit occaſio, quare Iudæi quærebant à Chriſto cibum corporalem; & illam occaſionem accepit Chriſtu inſtruendi illos de cibo ſpirituali; quod autem figura fuerit Sacramenti, hoc nullo modo, aut figura, poteſt concludi.

10. Bellarm. *Iuramentum illud, amen, amen, ſæpius repetitum, oſtendit ſententiam intelligendam eſſe proprie, non figurate.*

Proteſt. I. Amen, amen, non eſt juramentum. II. Vſurpatur hæc aſſeverandi formula, in ſententiis figuratis; ut *Ioh.* 10. *amen, amen, dico vobis, qui non ingreditur per oſtium in ovile ovium, &c.*

Bellarm. *Iuramento non licet confirmare, niſi ſententias apertiſſimas, quæ non poſſunt in alium ſenſum torqueri.*

Proteſt. I. Tales debent eſſe juranti. & talis fuit iſta Chriſto. II. Apertiſſima & certiſſima ſententia figurate poteſt explicari. III. Bellarm. de Baptiſ. *c.* 22. fatetur *nulla eſſe Scripturæ loca, in quibus non poßit unus, ab alio diſſentire, ſi velit pertinaciter agere.* Nihil igitur eſt in tota Scriptura, quod Bellarm. juramento confirmabit, quia poteſt in alium ſenſum torqueri.

Bellarm. *Ioh.* 3. *agitur de Baptiſmo: ergo Ioh.* 6. *agitur de Euchariſtia.*

Proteſt. I. Neque antecedens poteſt probari, & illo probato, conſequentia nihil valet. II, Si comparatio parium ſit admittenda, in iſtis locis, tum Euchariſtia etiam infantibus erit neceſſaria ad ſalutem, ex ſententia Pontificiorum: qui error fuit Cypriani, Innocentii Papæ, Auguſtini & Eccleſiæ totius occidentalis, per aliquot ſæcula, ex hujus loci interpretatione eadem oriundus. III. Si comparatio ſimilium particulariter inſtituatur, tum ſicut aqua *Ioh.* 3. diſtinguitur à Spiritu, ſic etiam hic panis a corpore debet diſtingui. & quemadmodum ibi Spiritus non eſt realiter, & eſſentialiter præſens ſub ſpecie aquæ, ſic neque corpus hic, ſub ſpecie panis. IV. Agnoſcimus tamen in eo iſta loca convenire, quod ſicut *Ioh.* 3. communis doctrina regenerationis traditur, quæ in Baptiſmo obſignatur; ſic *Ioh.* 6. communis doctrina manducationis Chriſti traditur, quæ in Euchariſtia myſticè obſignatur.

12. Bellarm. *Patres hæc loca expoſuerunt de Sacramento.*

Proteſt. I. Bellarm. ipſe fatetur multos Patres erraſſe, ı Euchariſtiæ neceſſitate ex his locis colligenda II. Pa- res multi (ait Ianſenius) accommodarunt tantum hæc erba ad Sacramentum.

Bellarm. *In commentariis, & diſputationibus, ſenſus literalis primi debet non ſenſus myſtici & accommodationis.*

Proteſt. Senſus veri accommodationem legitimam, in ommentariis, & diſputationibus tradere, nihil vetat. atres autem plus nimio ſuis myſticis ſenſibus, allego- iis, & accommodationibus multo magis coactis indul- ſſe, nemo quiſquam ignorat, qui ipſos à limine ſaluta- it. Bellarm. ipſe *cap.* 7. fatetur varios Patres hæc verba nyſticè expoſuiſſe.

Bellarm. *Cur non licebit idem dicere, de Ioh.* 3.?

Proteſt. De variis, licet.

Bellarm. *Nemo unus Patrum docuit hunc locum nullo modo de acramentali manducatione loqui.*

Proteſt. Neque nos hoc docemus: quia ſpiritualis man- lucatio eſt res & anima illius quæ dicitur ſacramentalis.

13. Bellarm. *Si Chriſtus Ioh.* 6. *non loquitur de Euchariſtia, equitur Iohannem nihil plane ſcripſiſſe de hoc Sacramento: quod eſt valde abſurdum.*

Proteſt. I. Non magis abſurdum eſt Iohannem, ultimo n loco ſcribentem, omiſiſſe illa quæ pertinent ad Sacra- nentum externum, quam multa eorum quæ pertinebant d nativitatem Chriſti, cum ſatis antea fuiſſent ab aliis xplicata. II. Concedimus eo minus neceſſarium fuiſſe ohanni mentionem poſtea facere cænæ, quia ſpiritualem llam manducationem, quæ ſola in cæna eſt ſalutaris, tam lilucidè hoc in loco docuerat.

14. Bellarm. *Sequeretur Chriſtum nunquam explicuiſſe fructũ & excellentiam hujus Sacramenti: neque ullum exſtare præceptum livinum, de hoc Sacramento percipiendo.*

Proteſt. Fructus hoc loco explicatur, ſed idem fructus, ına cum præcepto *hoc faciendi*, in ipſa inſtitutione magis liſtinctè, & particulariter exſtat, conſequentia igitur nulla eſt.

Argumenta noſtra. de Ioh. 6.

15. *Proteſt.* Agitur hic de illa manducatione, quæ dat vitam, ſed hoc eſt proprium ſpiritualis manducationis, ergo.

Bellarm. *Sacramentalis manducatio dat vitam ex ſe: quod non dat ſine fide, id provenit ex indiſpoſitione accedentis.*

Proteſt. I. Cajetanus bene obſervat: *Non dicitur, qui man- ducat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ducat digne, ſed qui manducat, ut intelligamus, quod de illo mandu- care loquitur, quod non eget modificatione digne, quod non eſt com- mune ad digne, vel indigne. II. Agitur de illa manducatior quæ per fidem exiſtit, atque adeo non poteſt unquam f de carere. *v.*29.35.40.47.

16. *Proteſt.* Agitur de illa manducatione, ſine qua vit non habetur: ſed ſine Sacramento vita poteſt haberi.

Bellarm. *Hic locus ad ſolos adultos pertinet, qui quidem aut re ip ſa, ſi poſſunt, aut ſaltem deſiderio tenentur hoc Sacramentum aliquan do percipere.*

Proteſt. I. Quamvis actus aliquis qui ſpectat ad man ducationem, ſit proprius adultorum, ſubſtantia tame ipſa eſt ſimpliciter neceſſaria omnibus infantibus ad ſalu tem: ut ſcilicet *Chriſtus ſit in illis, & illi in Chriſto.* II. Quo Bellar. hic appellat deſiderium, & Scholaſtici ſolent vo tum vocare Sacramenti, nihil omnino valet, niſi quatenu includit in ſeſe ſpiritualem manducationem: unde etiar eſt, quod Cajetanus in *Ioh.* 6. ſpiritualem perceptioner conſiſtere dicit in voto. III. Spiritualis manducati Chriſti, conſiſtere poteſt, ſine ulla cognitione Sacramen Euchariſtiæ, ſicut olim fuit in Patribus, & jam accider poteſt in eo qui in Chriſtum credit, necdum de Eucha riſtia ſatis inſtitutus: rei ignotæ nullum eſt deſideriun aut votum. IV. Si in verbis Chriſti adulti ſint intelli gendi, & votum, tum certe ſententia illa non fuit ade aperta, quin potuerit in alium ſenſum torqueri, & proin de ſecundum regulam ante a Bellarm. traditam, non de buit confirmari, per *amen, amen.*

17. *Proteſt.* Agitur hic de illo tantum cibo, qui ſumi tur fide *v.*29. 33.40.47.

Bellarm. *Mentio fit triplicis panis:* 1. *Materialis.* 2. *Chriſt incarnati, qui fide eſt apprehendendus.* 3. *Euchariſtiæ, illis verbis panis quem ego dabo vobis.*

Proteſt. I. Materialem panem Dominus non proponi quærendum: fruſtra igitur introducitur ad trichoto miam conſtituendam. II. Chriſtus incarnatus, & iden Chriſtus in Euchariſtia, non ſunt duo genera panis, niſ duo ſint Chriſti. III. Tranſitum fieri a Chriſto ad Eu- chariſtiam, in illis verbis, *v.* 51. *panis autem quem ego dabo,* commentum eſt nimis ridiculum. Nam I. Illa verba cum ſequentibus, ſunt pars reſponſionis ad objectionem Iudæorum de illis verbis Chriſti *v.* 41. ſi autem alius pa- nis in reſponſione intelligitur, præter illum qui eſt in quæſtione, tum reſponſio non eſſet ad ipſam quæſtionem. II. Concluſio ſermonis *v.* 58. *hic eſt panis ille, qui de cæl deſcendit, &c.* aperte clamat, omnia quæ dicta fuerant in

reſpon-

ſponſione, ad eundem panem ſpectare, de quo quæretur *v. 41. ego ſum panis ille, qui de cælo deſcendit.* Quæſtio ….im, concluſio, & præmiſſæ, circa unum & idem ſub…ctum debent verſari. III. In illo ipſo verſiculo *v. 51.* …*ſum panis ille vivus qui è cælo deſcendi, &c. panis autem quem ego* …*bo*, manifeſtè apparet panem a Chriſto dandum eſſe …ndem cum illo, qui deſcendit *v. 41.* quem Bellarm. …tetur fuiſſe Chriſtum, non Euchariſtiam. Hic certe ſi …quam, locum habent illa verba, quibus Bellarm. abu…tur de effect. Sacram. *libro 2. cap. 3. Vitioſa eſſet hæc æquivo…tio: licebit omnes Scripturas pervertere, ſi licet verba tam aperta, …io torquere.*

18. *Proteſt.* Si ad literam intelligenda ſit Euchariſtia …iſto capite, tum nunquam defendi poteſt eorum ſacri…gium, qui Sacramenti partem alteram, id eſt, ſuangui…em populo ademerunt, ſine cujus bibitione vitam habe… poſſe negatur *v. 53.*

Bellarm. 1. *Vis præcepti non conſiſtit in modo ſumendi, ſed in …ſa re, quæ ſumenda eſt.*

Proteſt. Subterfugium hoc eſt manifeſtum: nam Apo…olus 1. *Cor.* 11. diſertis verbis, collocat vim præcepti, …modo ſumendi: & Bellarm. paulo ante efficaciam Sa…ramenti pendere docuit ex modo ſumendi. Si etiam …ullus modus externus præcipiatur, tum non magis co…edere, quam bibere, & proinde, ſatis erit riſu, odora…, aut alio modo ſimili ſumere Euchariſtiam.

Bellarm. 2. *Verba quidem præcepti ſonant modum cibi & potus: …men mens legiſlatoris, non erat obligare, niſi ad res ipſas ſumendas.*

Proteſt. I. Lex non habet mentem præter verba. II. …egiſlator jam, ex Bellarm. ſententia, tam juramento, …uam comminatione graviſſima, confirmavit verba aliter …onantia, quam ipſius mens fuit; cum tamen antea c. 5. …oc argumento, hanc ipſam ſententiam Bellarm. conten…ebat eſſe apertiſſimam, quæ non poſſit in alium ſenſum …orqueri.

Bellarm. 3. *Fructus hujus perceptionis oritur ex ipſis rebus per…ptis, non ex modo ſumendi.*

Proteſt. Sed res ipſæ non eo modo & gradu percipi poſ…int, qui requiritur ad fructum noſtrum, niſi eo modo …umantur, quo Chriſtus præſcripſit.

Bellarm. 4. *Chriſtus explicans quod dixerat, ait: qui mandu…it me, vivet propter me: idem igitur eſt, manducare carnem, & bibe… ſanguinem, quod Chriſtum ipſum totum manducare*

Proteſt. Hæc omnia vere poſſunt affirmari: ſed interim …Sacramento, Chriſtus non propoſuit ſe totum ſimul …umendum, ut inde colligeremus nos carnem & ſangui-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nem ejus ſumſiſſe: ſed carnem & ſanguinem ſuum propoſuit diſtinctè, ut inde certi eſſemus, nos totum Chriſtum, eumque ut mortuum pro nobis accepiſſe.

Tert: argum. Bellarm. petitur a verbis inſtitutionis: hoc eſt corpus meum: de quibus itidem expendenda veniunt, quæ utrinque dicuntur. Quæſtio eſt; an illa verba ſint ita proprie accipienda, ut ſenſus ſit: hoc, id eſt, quod his ſpeciebus continetur, eſt vere, & proprie corpus ipſum Chriſti, verum, & naturale. Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini de verbis inſtitutionis.

19. Bellarm. *Sacramentum, Teſtamentum, pactum, ſeu fœdus, lex, ſeu præceptum, & dogma requirunt propriam non figuratam loquutionem: ſed in iſtis verbis agitur de Sacramento, de Teſtamento, de pacto, de præcepto, & de uno ex præcipuis religionis dogmatis, ergo propria ſunt, & non figurata.*

Proteſt. Propoſitio eſt omni ex parte manifeſto falſa. I. Sacramenta Circumciſionis. *Gen.* 17. & Paſchatis, *Exod.* 12. figuratis phraſibus inſtituuntur, cætera ubique conſimiliter declarantur 1. *Cor.* 10. Baptiſmo dicimur corpus peccati exuere, Chriſto una crucifigi, mori, & ſepeliri, Chriſto inſeri, Chriſtum induere, & Chriſti ſanguine aſpergi: In hoc ipſo Sacramento corpus Chriſti a Paulo dicitur frangi: & poculum teſtamentum vocatur: quæ omnia, ab omnibus, figurate ſine controverſia intelliguntur. Bellarm. ipſe, *c.* 11. fatetur. *de propoſitione ſacramentali, quæ explicat Sacramentum, ſive ejus ſignificationem, in hoc genere propoſitionum prædicata ſemper accipi tropice non proprie.* II. Nulla formula Teſtamenti vel divini, vel humani per totam Scripturam proferri poteſt, quæ non aliquo tropo illuſtratur. III. Fœderis ipſius novi formula illa. *Heb.* 8. 10. *Leges meas inſcribam cordi eorum*, abſque tropo non poſſunt exponi. IV. Præcepta ipſa Decalogi, maxima ex parte non poſſunt recte intelligi, niſi ſynecdoche in ipſis admittatur. V. Figurati dogmatis exemplum ſit illud. *Ioh.* 2. 19. *deſtruite templum hoc, & intra triduum excitabo illud.* Pluribus probare res minime dubias, nimis eſſet otioſum.

20. Bellarm. *Dominus his verbis utens, loquebatur cum Apoſtolis, idque eo loco, & tempore, quo minime oportebat obſcure loqui.*

Proteſt. Conſequentia, illa nulla eſt: non loquebatur obſcure: ergo non figurate, aut tropice. Tropi ſæpiſſime illuſtrant, non obſcurant ſermonem. Apoſtolis veterum myſteriorum ritus, & Chriſti ſermones conſimiles, intelligentibus, ſacramentalis phraſis non fuit obſcura.

21. Bellarm. *Communis eſt regula explicandæ Scripturæ, nunquam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quam dimittendum eſſe proprium verborum ſenſum, niſi cogamur ab aliqua alia Scriptura, vel aliquo articulo fidei, aut certe a communi totius Eccleſiæ explicatione.

Proteſt. Reſpondemus, cogi nos hoc in loco proprium ſenſum dimittere, & admittere tropum, I. Illis omnibus Scripturæ locis, quibus tale flagitium vetatur, quale eſt hominem eumque vivum devorare. II. Omnibus illis articulis fidei, qui veram humanitatem Chriſti manere docent. Tertio, communi judicio totius Eccleſiæ Apoſtolicæ, ad annos à Chriſto ſexcentos, & amplius.

22. Bellarm. *Dominus non conſueverat gratias agere, niſi cum aliquid magnum, & mirabile facturus eſſet, neque benedicere conſuevit res inſenſibiles, niſi cum in iis aliquid mirabile operaturus eſſet: ſed hoc tempore dicitur Chriſtus gratias egiſſe Deo, & panem benedixiſſe, ergo.*

Proteſt. I. Concedimus concluſionem: Chriſtum ſcilicet aliquid magnum & mirabile tum temporis operatũ fuiſſe, circa panem & vinum; cum inſtitutione ſua effecit, ut eſſent efficacia organa gratiæ. II. Falſiſſima eſt propoſitio: quamvis enim in Scripturis non explicetur, quoties Chriſtus gratias Deo egit, & benedixit res inſenſibiles, ſatis tamen conſtat, impleviſſe eum omnem juſtitiã, cujus hæc officia ſunt partes non minimæ. Dicitur etiam gratias egiſſe. *Matt.* 11.25. ſine ullo mirabili effecto: ſicut & res inſenſibiles benedixiſſe. *Luc.* 24.*v.* 30.

HOC

23. Bellarm. *Pronomen Hoc, non demonſtrat panem: non enim poteſt adjective concordare cum pane, ut ſuo ſubſtantivo: nam panis eſt generis maſculini, neque poteſt ſubſtantive dici Hoc, de re quæ cernitur, & aperte cognoſcitur, niſi ſit generis neutri ſed panis eſt generis maſculini, tam Græcè, quam Latine. Nemo enim demonſtrato fratre ſuo, diceret, hoc eſt frater meus: vel demonſtrata imagine Cæſaris, diceret hoc eſt Cæſar.*

Proteſt. I. Quamvis adjective non concordet cum *pane* ut antecedente, poteſt tamen cum conſequente corpore bene concordare: ut ſi quis *mortem* demonſtrans, dicat, *Hoc eſt ſtipendium peccati* II. Subſtantive accipitur, vel abſolute. Nihil autem magis tritum eſt, in omnibus linguis, quam de re maſculini, aut fœminini generis, pronomine abſolute uti, generis neutri. Authentica Pontificiorum verſio *Zach.* 1.9. de iiſdem equis enunciat: *quid ſunt iſti?* & *quid ſunt hæc?* ubi etiam Arias Montanus obſervat Hebraice *Hema el le*, ſignificare *ipſamet hæc.* De olivis etiam c. 4. 4. *quid ſunt hæc Domine mi?* & *numquid neſcit quid ſint hæc?*

2. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

2. Bellarm. in exemplis non obſervat proportionem juſtam: de perſonis enim hæc phraſis non tam frequenter ſolet uſurpari: ſed de rebus inanimatis: ubi *hac res* commode poteſt uſurpari, ibi etiam & *hoc*.

Bellarm. *Cum ſubjectum non eſt notum, niſi in univerſali, efferri debet per nomen univerſale: ſed cum ſubjectum eſt notum audientibus in particulari, non debet efferri per nomen univerſale. verbi gratia vident aliqui longe neſcio quid, ſed non diſcernunt quid ſit, arborne an lapis, an homo, ego autem video eſſe hominem; quare dicam cæteris, illud eſt homo, non autem ille eſt homo; at ſi videant eſſe hominem, ſed non diſcernant, quis ſit, Petrus, aut Paulus, an quis alius: non dicam, illud eſt Petrus; ſed dicam ille eſt Petrus: diſcipuli autem videbant panem, & panem eſſe, non ignorabant.*

Proteſt. Bellarminus ex ore proprio judicabitur. *Cum ſubjectum non eſt notum, niſi in univerſali, efferri debet per nomen univerſale:* ſed Sacramentum aut myſterium panis, non fuit tum temporis diſcipulis notum niſi in univerſali: panis enim cum ſit materia tantum Sacramenti, habet ſeſe ut univerſale & commune: efferri igitur debuit per nomen univerſale. Mercenarius cum denarium videt, denarium eſſe non ignorat: quia tamen mercedem ſuam quæ aut quanta ſit futura, non videt, recte ipſi dicitur, *hoc eſt merces tua:* ſic diſcipuli panem videntes, panem fuiſſe non ignorabant: ſed Sacramentum corporis Chriſti, aut corpus Chriſti futurum nec videbant, nec ſciebant: recte igitur dicebatur ipſis: *hoc eſt corpus meum.*

24. Bellarm. *Argumentum hoc eſt robuſtiſſimum ex Scriptura: ſi (Hoc) in conſecratione panis demonſtraret panem: ita etiam in conſecratione vini, demonſtraret vinum: ſed aperte repugnat Lucas, c. 22. v. 20. ubi dicit calicem effundi pro nobis: calix igitur non ſignificat calicem vini, ſed calicem ſanguinis.*

Proteſt. I. In conſecratione vel panis, vel vini, cum illud quod conſecratur per *Hoc* domonſtretur, neceſſario concedendum eſt, panem aut vinum per illud *Hoc* demonſtrari. II. Lucas non repugnat Mattheo, & Marco: apud quos non calix, ſed ſanguis dicitur pro nobis effundi. III. Abſurdam ſententiam tribuit Lucæ Bellarminus *hic calix, id eſt, hic ſanguis, novum Teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis effunditur.* IV. Difficultas in iſtoc loco nulla eſt de grammatica concordantia nominis *Hoc*: difficultas autem reliquæ phraſeos, in cæteris Euangeliſtis perſpicue tollitur: ſed non eſt hujus loci.

25. Bellarm. *Vera eſt igitur Catholicorum ſententia, qui illud, Hoc, demonſtrare volunt, non panem, ſed rem contentam ſub ſpeciebus panis; quæ etſi antea fuerat panis; tamen tunc jam erat Chriſti corpus.*

Proteſt. Primo. Catholico-Pontificiorum ſententia una

nulla

ıulla eſt. Alexander Alenſis *parte 4. quæſtio 10. membro 4. ar. I. ſect. III.* quatuor ſententias refert. I, *Hoc, prout à ſacerdote ſaltem recitatur, non eſſe pronomen demonſtrativum.* II. *Hoc demonſtrare corpus Chriſti: non autem vere, pro tempore illo quo proſertur, ſed pro ultimo inſtanti hujus prolationis.* III. *Hoc, demonſtrare ad ſenſum, ſubſtantiam ipſam panis, non abſolute, ſed converſi in corpus Chriſti.* IV. *Hoc, prout oratio illa eſt ſignificativa, demonſtrare panem, qui eſt ſignum corporis Chriſti, ita ut demonſtratio ſit ſignati per ſignum ſicut ſi diceretur: hæc petra eſt Chriſtus. Idem autem Hoc prout oratio illa eſt operativa, demonſtrare corpus Chriſti, ſigno tranſubſtantiando in corpus Chriſti, ita ut ſenſus ſit: ſignatum hoc ſigno, quod eſt panis tranſubſtantiandus in corpus meum, eſt corpus meum.* Ioannes de Rada Arragonius, Epiſcopus Pactenſis, de controverſiis Theologicis, inter Thomam & Scotum, parte 4. *cont.* 5. *art.* 3. quinque enumerat opiniones. I. *Hoc, demonſtrare accidentia, ſeu ſpecies panis.* II. *Hoc deſignare corpus Chriſti, prout eſt in ſe, & in propria ſpecie; ſic Ocham, & Major.* III. *Hoc, deſignare panem, ſecundum ſuam ſubſtantiam; & ut eſt in ſe. ſic Ocham & Bonav.* IV. *Hoc deſignare corpus Chriſti, prout eſt ſub accidentibus panis, in termino prolationis verborum, ſic Marſil. Gabr. Richard.* V. *Hoc, formaliter, ac præciſe primo deſignare, aliquid commune ſubſtantiæ panis & corporis Chriſti, ſecundum rationem, vel ſub ratione contenti, ut ſenſus ſit: hoc quod ſub his accidentibus continetur, eſt corpus meum. ſic Tom. Scot. Durand. Capreol. &c.* 2. Bellarm. Hanc ultimam ſententiam videtur approbare: ſed ſophiſtice declinat omnem diſputationem adverſam; per ambiguam illam & inuſitatam formulam: *tunc jam erat Chriſti corpus.* Non enim auſus eſt definire, utrum *tunc* fuerit corpus Chriſti, cum Dominus illam vocem *Hoc*, proferebat, vel *jam* tandem cum totam ſententiam protulerat: nondum igitur non tam ſolvens, quam involvens, hæc duo momenta, in quorum diſtinctione difficultas tota conſiſtit, commiſcet & confundit ille, per *tunc jam.*

EST.

26. Bellarm. *Eſt, nihil ſignificat, niſi eſt.*

Proteſt. Hoc quidem eſt certiſſimum: ſed illud eſſe, eſt vel eſſentiale, vel accidentale: eſt in propoſitione, vel primi (ut loquuntur) adjecti, ut *Hoc eſt*, vel tertii adjecti, ut *Hoc eſt corpus.* Varia igitur aliquo modo poſſint per iſtam voculam ſignificari, quamvis nihil ſignificet, præterquam eſt.

27. Bellarm. *Eſt habet ſimpliſſimam & communiſſimam ſignificationem, ita ut omnia alia verba reſolvantur in hoc & aliquid aliud: ut homo ambulat, id eſt, eſt ambulans.*

Proteſt. I, Quamvis habeat ſimpliciſſimam & commu-

niſſimam ſignificationem, illa tamen ſignificatio admitte-re poteſt aliquam differentiæ varietatem : ut cum em-phaſis ponitur in adſignificatione temporis præſentis *Petrus eſt*, non *fuit*, aut *erit* cum ſimpliciter accipitur ſin relatione : *Hoc eſt* : & cum notat unionem aliquando eſ-ſentialem, ut *Panis* eſt *corpus* : vel accidentalem & relati-vam, ut *Panis* eſt corpus Chriſti. II. Non poſſunt om-nia alia verba in *Eſt* reſolvi. *Socrates docet*, *Socrates docetur* non poſſunt hic verba illa, *docet*, *docetur*, reſolvi in *eſt*, it ut eædem affectiones maneant, cauſæ ſcil. ad effectum & ſubjecti ad actum, qui circa illud verſatur. *Panis fit cor-pus*, *& Panis eſt factus corpus*, non plane unum & idem ſonant

28. Bellarm. *Hoc verbum Eſt, eſt copula omnium propoſitio-num.*

Proteſt. I. Hoc modo fuit refutatum. II, Vbi copula vim habet, pars eſt etiam conſequentis. Copula eſt, qua-tenus vim habet connectendi: quatenus vero aliquid ſi-gnificat, vel adſignificat, eatenus pertinet ad conſequen-tem partem propoſitionis.

29. Bellarm. *Tropi non ponuntur iis verbis niſi ratione peculia-ris alicujus ſignificationis : ſed Eſt nihil ſignificat, niſi conjunctionem unius cum altero, aut ipſum eſſe commune omnibus rebus, ergo tropus non eſt in verbo* eſt, *neque ponitur pro ſignificat.*

Proteſt. I. Aſſumtio hujus ſyllogiſmi, fuit antea refu-tata. II. Quod ad concluſionem attinet; Vnam & ean-dem adhibent explicationem, qui ſedem tropi volunt eſ-ſe in verbo *Eſt*, & qui eum collocant in conſequente no-mine *Corpus : ſignificat corpus : eſt ſignum corporis :* uno & eo-dem ſenſu dicuntur. Non eſt igitur hac de re alia quæſtio quam quæ ad Rhetoricam ſpectat, III. Conciliari faci-le poſſint ſenſus eorum qui hoc & illud affirmant, ex ii quæ antea dicta ſunt, quamvis enim propria ſedes tropi ſit in nomine *Corpus* ; quia tamen tropum ſuſtinet, no abſolute, ſed in illa relatione, quam habet ad anteceden-tem partem propoſitionis; & illa relatio denotatur aliqu modo in verbo *Eſt*, quatenus accommodatur ad habitu-dinem illam quæ eſt conſequentis argumenti ad antece-dens, idcirco aliquid eſt in verbo, quod ſpectat ad tro-pum.

CORPVS.

30. Bellarm. *Nuſquam in Scriptura, accipitur corpus Chriſti pro ejus ſigno vel figura.*

Proteſt. I. Hæc eſt quæſtio. II. Cum Chriſtus acci-piatur pro figura Chriſti, 1.*Cor*.10. *Petra erat Chriſtus*; qui poſſit prohibere, quin ſimilis acceptio admittatur de cor-

por

pore Chriſti? III. Nuſquam in Scriptura, *hoc eſt corpus*, ſignificat corpus, quod vi verborum illorum incipit eſſe.

31. Bellarm. *Nihil eſt de quo prædicetur ſignum corporis, niſi verum & naturale corpus ſit ſignum ſui ipſius.*

Proteſt. Hoc, in antecedenti parte, de quo ſignum corporis prædicatur, aliud eſſe à naturali corpore Chriſti, dedimus antea probatum.

32. Bellarm. *Intelligitur corpus, quod eſt pro nobis datum: ſicut apparet ex ſequentibus verbis ſed corpus tropice acceptum, non eſt datum pro nobis, ergo.*

Proteſt. Panis eſt ſignum veri illius corporis, quod pro nobis eſt datum. Corpus igitur illud verum proprium & naturale intelligitur, ſed quaſi ſecundario, mediante ſcil. ratione ſigni, ſic dicimus de imagine Cæſaris: *Hic eſt Cæſar, qui vicit Pompejum.*

33. Bellarm. *Illæ voces, traditum, & effuſum, in recto caſu poſitæ, conjungi debent cum ſubſtantivo in recto, non in obliquo; & proinde cum Corpus, non cum Corporis.*

Proteſt. Puerilis hæc objectio, à triviali puero facile ſolveretur, ex differentia ſyntaxeos grammaticæ, in tropo, & in explicatione tropi. Nonne eadem eſt convenientiæ varietas in quolibet vulgari tropo, ut *amor eſt ignis ardens: amor eſt ſimilis igni ardenti?*

34. Bellarm. *Panis Euchariſtiæ non dicitur corpus Chriſti, quia eo rite ſumto, ſimul Chriſti corpus ſpiritu manducamus. Credere enim in Chriſtum, non eſt vere manducare Chriſtum, ex ſententia ipſius Calvini? & alio modo corpus in cæna, ſecundum ipſum recipi non poteſt.*

Proteſt. Credere vere & vivide in Chriſtum, eſt vera ejus manducatio ſpiritualis: ſed peculiaris modus in actu fidei, ſecundum medii ſacramentalis naturam peculiarē, requiritur inſuper ad manducationem ſacramentalem illam quæ eſt efficax.

35. Bellarm. *Sacramenta vetera. Verbum Baptiſmus, & imago crucifixi, eandem efficaciam habent, cum pane Euchariſtiæ: ſed ineptus eſſet, qui diceret aliquid eorum eſſe corpus Domini: ergo ineptus etiam eſt ille qui dicit panem Euchariſtiæ eſſe corpus Domini, quia eſt efficax ejus ſignum.*

Proteſt. Plus quam ineptus eſt Bellarm. in tota hac objectione. Nam I. Imago prohibita nullam efficaciam habet ædificationis veræ, nedum eandem cum Sacramento Dei. II. Sacramenta vetera teſtamenta fuerunt obſcuriora, & proinde non commendabantur tam claris attributionibus. ac Sacramenta nova. III. Verbum Dei non habet eandem rationem ſignificandi, & obſignandi, cum Sacramentis. IV. De aqua Baptiſmi, rite recepti, non eſſet ineptus; qui diceret, eſt ſanguis ipſe Chriſti, qui purgat nos ab omni peccato.

Argumenta noſtra de verbis inſtitutionis.

36. *Proteſt. Hoc*, non potuit cum proferebatur, quidquam aliud demonſtrare, quam panem: quia tum Dominus panem ſolum in manibus habuit, ex ſententia Pontificiorum qui docent non fuiſſe corpus Domini in Sacramento, cum diceretur *Hoc*; ſed peracta demum conſecratione.

Bellarm. *Illud hoc, non demonſtrat panem præciſe, ſed contentum ſub illis ſpeciebus. quod quidem licet fuerit panis, ante conſecrationem, tamen vi illorum verborum, incipit eſſe corpus Chriſti.*

Proteſt. I. Cum negat Bellarm. *Hoc*, demonſtrare panem *præciſe*, non negat, ſed tacite concedit, panem aliquo modo demonſtrari, quamvis non *præciſe*. II. Quando proferebatur Hoc, nihil fuiſſe contentum ſub illis ſpeciebus præter panem, Pontificii omnes concedunt dum concedunt, converſionem non fieri, niſi in ultimo inſtanti prolationis illorum verborum: *Hoc eſt enim corpus meum*: ſi igitur *contentum* demonſtret, demonſtrat panem. III. Si contentum illud, vi verborum, incipit eſſe corpus Chriſti, tum illa verba (Hoc eſt corpus meum) non ſunt vera, antequam converſionem illam effectam dederint, at vero verba necdum vera, nihil poſſunt efficere: ergo vi verborum illorum, non incipit eſſe corpus Chriſti. IV. Illud *incipit eſſe*; ambigue dicitur: converſio enim (ex ſententia omnium Scholaſticorum) fit in inſtanti. quamvis igitur fingi poſſit ſequi, poſt ultimum inſtans prolationis omnium verborum, non poteſt tamen, ne fingi quidem *incipere* quando prima particula (*Hoc*) Profertur. V. Neceſſario ſequitur ex conceſſis ipſius Bellarm. per *Hoc*, demonſtrari panem: ſic enim ille, hoc ipſo *c.* II. *Si quis digito aliquid oſtendat, dum pronomen demonſtrativum effert, valde abſurdum videtur dicere, pronomine illo non demonſtrari rem præſentem. Atqui Dominus accipit panem, & illum porrigens ait: accipite, edite, hoc eſt corpus meum. videtur demonſtraſſe panem*, & rurſus: *Quando dicitur Hoc, tunc non eſt præſens ſubſtantia corporis Chriſti: ſi igitur ſubſtantia corporis Chriſti intelligatur, falſa redditur demonſtratio, dicimus autem hoc, id eſt, ſubſtantia ſub his ſpeciebus.*

37. *Proteſt. Mat.* 26. *Bibite ex hoc omnes*: Illud *ex hoc*, non poteſt referri, niſi ad vinum.

Bellarm. *Illud (ex hoc) non ſignificat ex hoc vino, ſed ex eo quod in calice, ſub ſpeciebus vini continetur.*

Proteſt. Illud autem Dominus ipſe diſertis verbis teſtatur fuiſſe *fructum vitis*. *Mat.* 26. 29.

38. *Proteſt.* Hic calix demonſtrat vinum: ergo *hoc* demonſtrat panem.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *Hic calix ſignificat quod in calice continetur.*

Proteſt. Sed cum pronomen illud efferebatur, nullam ſubſtantiam in calice præter vinum contineri, fuit ante ex ipſo Bellarm. demonſtratum.

39. *Proteſt.* Quod Dominus accepit, benedixit & fregit, id diſcipulis ſuis dedit, & dandum demonſtravit, per pronomen Hoc, ſed accepit, benedixit, & fregit panem, ergo.

Bellarm. *Dominus accepit, ac benedixit panem: ſed dedit panem, non vulgarem ut acceperat, ſed benedictum & benedictione mutatum.*

Proteſt. I. Panis vulgaris & panis benedictus unam & eandem habent ſubſtantiam & differunt tantum qualitate, eaque non abſoluta, ſed relativa. Hæc igitur mutatio, non magis facit unum panem accipi, & alium dari, quam coctio piſcis facit, ut unus piſcis ematur, & alius edatur aut conjugii pactum efficit, ut una fæmina ambiatur, & alia ducatur. II. Æquivoce & ſophiſtice dicitur à Bell. *panis benedictione mutatus.* Neque enim Bellarm. neque Pontificii reliqui agnoſcunt, mutationem, vel converſionem panis fieri, niſi ut Bellarm. jam modo dixit, *vi verborum illorum: Hoc eſt corpus meum.* Benedictio autem illa ſaltem de qua hic agitur, antecedebat illa verba, *accepit, benedixit, fregit, dedit, & ait, accipite, edite, hoc eſt corpus meum. Mat.* 26, 26.

Bellarm. 2. *Si quis dicat; percuſſit quidam Petrum, occidit, & ſepelivit; non intelligit Petrum fuiſſe vivum ſepultum, tametſi vivus fuerit percuſſus.*

Proteſt. Non eſt eadem ratio; quia occiſio hominis tollit eius vitam: ſed benedictio illa panis [illegible] ne quidem ex Pontificiorum ſententia, tollit ſubſtantiam panis.

40. *Proteſt* Eſt. in hac ſententia (*Hoc eſt corpus meum*) non poteſt idem ſignificare, quod *ſit, fiat, tranſubſtantiatur, tranſubſtantietur*: hoc tamen ſenſu accipitur à Papiſtis, alioqui falſa eſſet ſententia.

Bellarm. I. *Verba illa ſicut & quævis alia ſententia, non habent perfectam ſignificationem, niſi in ultimo inſtanti, quo profertur ultima vox, in eodem autem ultimo inſtanti, ponitur effectus verborum in eſſe.*

Proteſt. I. Hoc totum nihil facit ad propoſitum niſi verbum *eſt* ſignificet effectionem, debet enim neceſſario vel corpus factum, vel faciendum ſignificare. factum non ſignificat: quia effici dicitur ejus vi cauſali: neque faciendum, niſi ſignificet effectionem, eodem modo quo *fit fiat*, &c. II. In eodem inſtanti, non poſſunt hæc verba ſimul facere corpus, & ſignificare factum: quia unum horum ordine naturæ ſequitur alterum.

Bellarm, 2. *Ordine naturæ, invicem ſe præcedunt, & ſequuntur hæc*

tur hæc duo. Nam verba illa quatenus cauſa ſunt illius converſionis, præcedunt converſionem: & contra, quatenus veritas propoſitionis pendet a rei, converſio præcedit ſignificationem.

Proteſt. I. Vt ordine naturæ invicem ſe præcedant, & ſequantur, duæ res, actiones, aut effectiones abſolutæ, non magis fieri aut concipi poteſt, quam id quod natura aſt abſolute prius, eſſe abſolute natura poſterius, reſpectu ejuſdem. II. Suppuduit Bellarm. in priore parte hujus diſtinctionis, illud effari, quod cogitur concedere: non dixit igitur, ſicut res ipſa poſtulabat: *ſignificatio præcedit converſionem,* quemadmodum in altera parte: *converſio præcedit ſignificationem:* ſed *verba præcedunt.* III. Si converſio præcedat ſignificationem verborum, per quæ efficitur, tum efficitur verbis nihil ſignificantibus, magico plane more.

Bellarm. 3. *Verba ſunt operatoria, etiamſi non ponatur eſt pro fiat: quia cum Deus qui mentiri non poteſt, dicit aliquid eſſe, neceſſe eſt ut illud ſit, & ideo ſi antea non fuerit neceſſe eſt ut tunc fiat.*

Proteſſ. I. Si Deus ipſe hoc diceret eo ſenſu, ut vi dictionis res fieret, neceſſario poneretur *eſt,* pro *fiat,* vel *eſto.* II. Nuſquam legimus Deum ita uſum eſſe hoc verbo *eſt.*

Bellarm. 4. *Quis poſuit Chriſto legem, ut ſemper eodem modo loqueretur, cum aliquid faciebat?*

Proteſt. I. Poſuit ſibimet legem, ut loqueretur ſemper eo modo qui poſſit intelligi. II. Pontificii poſuerunt ipſi legem loquendi, de Sacramento: ut ſcil. nihil improprie, ambigue, obſcure dicat, quod poſſit in alienum ſenſum detorqueri. Bellarm. ſupra *c.* 9.

41. *Proteſt.* Sententia Sacramentalis, accipi debet ſacramentaliter, id eſt, ſignificative, ſeu tropice.

Bellarm. *In ſententia ſacramentali, quæ explicat Sacramentum, ſive ejus ſignificationem accipiuntur, ſemper prædicata tropice, non proprie, ut Apoc.* 17. *ſeptem capita, ſeptem colles ſunt. Mat.* 13. *ſemen eſt verbum. Gen.* 41. *ſeptem boves, ſeptem anni ſunt. Sed hæc verba: Hoc eſt corpus meum, non dicuntur ad explicandum Sacramentum, ſed ad inſtituendum, vel conficiendum.*

Proteſt. I. In prima parte hujus reſponſi, Bell. totam cauſam nobis tradit, II. Non aufertur altera parte, quod in priore datur. Nam eadem verba dicuntur ad inſtituendum, & ad explicandum Sacramentum. ſic *Gen.* 17. *hoc eſt fœdus meum, ut circumcidatur vobis omnis mas: & Exod.* 12. *agnus eſt Paſcha.* verbis illis & inſtituuntur, & explicantur Sacramenta. Neque certe fieri poteſt, ut verbis inſtitutionis, declaretur natura Sacramenti alicujus (quod tamen neceſſarium eſt ad plenam inſtitutionem) & ipſum Sacramentum non aliquo modo explicetur. III. Nulla

ratio

atio reddi aut fingi poteſt, quare iſta verba: *Hoc eſt corpus meum*, non dicantur ſuum ſubjectum explicare; æque ac illa, quæ Bell. agnoſcit explicare, & tropice eſſe accipienda: *ſemen eſt verbum, ſeptem boves ſunt ſeptem anni.*

42. *Proteſt.* Niſi Apoſtolis veniſſet in mentem *Corpus* figurate accipi debere, turbati fuiſſent de re tã prodigioſa.

Bellarm. I. *Vna cauſa cur Apoſtoli mirati, ac turbati non fuerint, eſt, quia fuerint jam antea inſtructi & præmoniti.*

Proteſt. Fuerant ibi turbati, ex hujuſmodi carnali conceptu: neque turbari deſierunt, antequam inſtructi fuerant, illa verba, non carnaliter, ſed ſpiritualiter eſſe intelligenda.

Bellarm. 2. *Altera cauſa eſt, quia idem Chriſtus, qui myſteria tradebat, mentem eorum fide illuſtrabat, ut ſimpliciter crederent.*

Proteſt. Quæ Apoſtoli fide illuſtrati ſimpliciter crediderunt ad omnes pertinentia, illa poſtea in ſuis concionibus & ſcriptis proponebant aliis credenda: & inter illa, maxime inculcabant, & explicabant illa quæ videri poſſint maxime incredibilia: ſed de reali præſentia corporis Chriſti, ſub ſpeciebus panis, in eodem ſpatio, in quo panis antea fuit, nihil quidquam ab ipſis docetur: ne ibi quidem ubi maxime debuit, ſi verum eſſet, ubi de mirabili poteſtate, præſentia, & efficacia Chriſti diſſerunt.

Bellarm. 3. *Multa millia ſimplicium Catholicorum, non turbantur, cum idem audiunt.*

Proteſt. Cauſa eſt, vel ſimplicitias bruta, non Chriſtiana; vel quia fide implicita, tenentur conſcientiæ eorum ſic implicatæ, ab eo qui ſedet in templo Dei, tanquam Deus, ut parati ſint credere, *virtutes eſſe vitia, & vitia eſſe virtutes*, ſi ipſe dicat Bellarm. de Pontifice *l.4. c.5.*

43. *Proteſt.* Corpus quod in Euchariſtia datur ſub ſpecie panis, corporaliter manducatur, & dentibus teritur, vel maſticatur: ſed hoc alienum eſt à naturali corpore Chriſti, ergo.

Bellarm. I. *Ad rationem manducationis, non eſt neceſſaria attritio.*

Proteſt. Ad cibi ſolidi manducationem, adeo neceſſaria eſt, ex ordine naturæ, maſtitio, ut Scholaſtici eam, inter partes manducationis ſoleant enumerare. ſic *Alex. Al p.4. q. 10. m.9. a.1. in manducatione ſunt tria: maſticatio, in ventrem trajectio, & incorporatio.* ſic Bonavent. in 4. *d.9. q.2. in manducatione, duplex eſt actus de integritate: maſticatio ſcil. & incorporatio, ut patet aſpicienti.*

Bellarm. 2. *Corpus Chriſti non abſolute manducatur, ſed ſub ſpecie panis: & ſic etiam atteritur: quatenus ſpecies ipſæ dentibus atteruntur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Si corpus Chriſti non abſolute manducatur in Euchariſtia; tum illud *hoc*, quod abſolute accipitur, & manducatur, non eſt proprie corpus Chriſti. II. Species accidentales per ſe, non poſſunt eſſe objectum actionis realis, dividentis, & corrumpentis; qualis eſt attritio. Maſticatio eſt quaſi prima concoctio cibi: an concoqui ſolent accidentia ad nutritionem? III. Omnia iſtiuſmodi ſubterfugia inexplicabilia, quæ hac phraſi involvuntur *ſub ſpecie panis &c.* pendent ex confuſione ſignificationum diſparatarum hujus particulæ *ſub* quæ (ut *Alex. Al. part.* 4. *q.* 19. *m.* 4. *a.* 2. *ſ.* 3. obſervat) non ſemper nota *ſub eſſe continentiæ* ſed aliquando *ſub eſſe ſignationis, eo modo, quo ſignatum eſt ſub ſigno.*

44. *Proteſt.* Paſſim in Scriptura, de ſimilibus rebus, occurrunt ſimiles prædicationes, id eſt, tropicæ, aut figuratæ

Bellarm. 1. *Non inde colligitur talem eſſe hanc hoc in loco.*

Proteſt. Sequitur I. Alium ſenſum non poſſe ex nuda phraſi concludi. II. Iſtum ſenſum eſſe admodum probabilem qui adeo conſentit cum loquendi modo. in Scriptura ſolemni, circa res ſimiles, propter cauſam quæ hoc loco æque valet, ac in aliis.

Bellarm. 2. *Nullum exemplum adfertur, ubi de pronomine hoc prædicatur aliquid tropice.*

Proteſt. I. Pontificii non poſſunt unum exemplum adferre, quo per *hoc eſt illud.* una ſubſtantia mutatur in aliam. II. Nos dedimus autem exempla de pronomine *hoc*: ſufficiat illud unum. *Gen.* 17. 10. *hoc eſt fœdus*, & ejuſdem valoris ſunt cæteræ illæ phraſes: *Agnus eſt Paſcha, id eſt tranſitus. Petra erat Chriſtus.*

Bellarm. 3. *Agnus Paſchalis non dicebatur Paſcha tropice nulla enim ſimilitudo erat inter agni occiſionem, & tranſitum Domini: ſed dicebatur proprie Paſcha, quia immolabatur in memoriam & honorem illius tranſitus.*

Proteſt. I. Tropus omnis non nititur ſimilitudine, ſed metaphora ſola: potuit igitur agnus tropice dici Paſcha, quamvis cum tranſitu nullam ſimilitudinem haberet II. Agnus in uſu quem habuit, cum omni apparatu, & modo requiſito, magnam repræſentationem habuit eorum quæ ad tranſitum illum ſpectabant, à quo accepit denominationem. III. Contradictionem implicat, quod dicit Bell. *Vocatum fuiſſe agnum tranſitum, in memoriam tranſitus, & tamen proprie, non tropice, ſic vocari.*

Bellarm. 4. *Per illa verba: Petra erat Chriſtus* 1. *Cor.* 10. *non ſignificatur, petram materialem fuiſſe figuram Chriſti, quam non negamus fuiſſe figuram Chriſti.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Non aliunde intelligitur, illam petram fuiſſe figuram Chriſti, quam ex hoc loco. II. Bellarm. concedit, *eſſe tropum in eo, quod Chriſtus vocatur petra:* & tamen affirmat, *illam propoſitionem: petra erat Chriſtus, proprie non figurate accipi: quia per additionem ſpiritualis, explicatur.* Hoc autem nihil aliud eſt, quam rem ipſam dare, & circa modum rei litigare.

Bellarm. 5. *In omnibus locis adductis, ubi eſt vel tropus, vel aliquid obſcurum, ſemper additur explicatio.*

Proteſt. Eædem illæ explicationes, ſimiles omnes phraſes illuſtrant, & proinde hanc ipſam de qua diſputatur, & præterea, multæ circumſtantiæ fuerunt in cæna Domini, quibus iſta verba ſatis explicabantur.

Bellarm. 6. *In parabolis, ſimilitudinibus, viſionibus &c. ſine ullo tropo poteſt accipi eſt pro ſignificat, quia eſſentia talium rerum tota poſita eſt in ſignificando.*

Proteſt Si hoc verum eſt, tum idem dici debet, de pane in cæna: quia tota ejus eſſentia relativa, poſita eſt in ſignificando, & obſignando: hoc autem conceſſo, de tropo non eſt quod magnopere contendamus.

45. *Proteſt.* In illis verbis: Hoc eſt corpus meum, per *corpus* ſignificatur totus Chriſtus; ergo tropus aliquis in illa voce neceſſario debet concedi.

Bellarm. I. *Nomine corporis, ſolū corpus intelligitur: neque tamen diſtrahitur corpus à ſanguine, ob neceſſariam concomitantiam.*

Proteſt. Si nomine corporis, ſolum corpus intelligitur, & nomine ſanguinis, ſolus ſanguis tum in Sacramento non ſignificatur Chriſtum quidquam pro nobis, vel in anima, vel in fama, vel in rebus externis, vel denique in toto homine fuiſſe paſſum: quod eſt plane abſurdum.

Bellarm. *Poſſumus ibi admittere intellectionem: ſed magnum eſt diſcrimen inter intellectionem, & metaphoram, ac metonymiam: Catholici admittunt intellectionem, in illis verbis, Ioh.* I. *Verbum caro factum eſt. ſed non metaphoram, aut metonymiam.*

Proteſt. I. Sophiſtice hic mutatur ſtatus quæſtionis: non enim quæritur jam, an metaphora, aut metonymia ſit in illo verbo, corpus, ſed an nullus ſit ibi tropus. II. *Intellectio* eſt, ubi aliquid intelligitur, quod non exprimitur: ſi autem hoc admittatur, in verbis quæ pertinent ad inſtitutionem Sacramenti; tum certe actum eſt de illo principio Bellarm. *c.* 9. ubi contendit. *Sacramenta requirere verba propria non ambigua, non obſcura, ut in eorum uſu non erretur.* III. Intellectio non excludit tropum, ſed plane idem ſæpiſſime ſonat. IV. In illis ipſis verbis: *Verbum caro factum eſt.* Thomas, in cathena, ex Auguſtino notat, *carnem pro homine poſitam intelligi, à parte totum, figuratæ locutionis modo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

46. *Proteſt.* In illis verbis, *Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* duplex tropus neceſſario eſt admittendus. I. In voce *calix.* II. In voce *teſtamentum.*

Bellarm. I. *Non negamus in verbo calix, tropum eſſe: ſed ibidem clariſſime explicatur, tropus etiam eſt uſitatus, & vulgaris, ut non minus apertus ſit, quam voces ipſæ propriæ.*

Proteſt. Bellarm. evertit hic duo ex primariis ſuis fundamentis, quibus ſuperſtruit ſuam tranſubſtantiationem. I. *Nullum tropum eſſe ubi agitur de Sacramentis inſtituendis.* II. *Omnem tropum eſſe obſcurum.* 2. Duo etiam ſtatuit, quorum unum alterum evertit: tropum hunc eſſe non minus apertum, quam voces proprias, & tamen explicari. III. Tropum illum quem nos ſtatuimus, in Sacramentis omnibus uſitatum & vulgarem eſſe oſtendimus. non opus igitur habuit ſingulari aliqua explicatione hoc in loco.

Bellam. 2. *In voce teſtamenti nullus eſt tropus: quia non accipitur pro voluntate teſtatoris, quæ de hereditate diſponit: ſed pro inſtrumento authentico, quo applicatur hæredibus jus ad hæreditatem, & hæreditas ipſa: quomodo Circumciſio, Gen. 17. priore acceptione vocatur ſignum fœderis & poſteriore ipſum fœdus.*

Proteſt. I. Inſtrumento huic vel illi voluntatis, nunquam tribui poteſt voluntatis nomen, ex certa aliqua ratione, niſi per mutationem ſenſus, aut ſignificationis illius nominis: hæc autem mutatio tropum facit II. Ridicula eſt illa variatio interpretationis. *Gen. 17. Circumciſio eſt ſignum fœderis id eſt voluntatis: Circumciſio eſt fœdus, id eſt inſtrumentum voluntatis.* Nam ſignum omne Sacramentale, eſt inſtrumentum: & fœdus aliud, atque aliud proprie dictum, ibi in illis verbis imaginari, eſt contra ſenſum inſanire. III. Conceſſit paulo ante Bellarminus illam phraſim: *ſignum fœderis*, eſſe explicationem alterius, *fœdus.* debet igitur eodem modo concedere nobis hoc in loco, *teſtamentum* explicandum eſſe per ſignum teſtamenti. IV. Si inſtrumentum teſtamenti proprie vocatur teſtamentum, tum propria & probanda etiam eſſet iſta phraſis: *hoc eſt teſtamentum teſtamenti.* V. Nullus eſt tropus uſitatus, quin eadem arte poſſit facile converti in nou tropum.

47. *Proteſt.* Finis unus Euchariſtiæ, eſt memoria Chriſti, corpus & ſanguinem ſuum pro nobis dantis. *Hoc facite in meam commemorationem.* ſed memoria eſt rei non præſentis. ergo corpus & ſanguis Chriſti non realiter adſunt.

Bellarm. *Iubemus ſumere Euchariſtiam, in memoriam Dominicæ paſſionis, quæ non præſens, ſed abſens eſt, imo non eſt, ſed fuit una.*

Proteſt. Senſus igitur (Bellarm. interprete) eſt hujuſmodi *in memoriam corporalis meæ paſſionis; conficite, frangite & comedite meum corpus naturale, & conficite ac bibite ſanguinem meum naturalem,*

uralem. ſed pugnat hujuſmodi commemoratio, cum ſenu communi, ut Chriſtus realiter & ſubſtantialiter fieet, & comederetur, in memoriam paſſionis ejus, nam nedium inſtitutum commemorationis ergo, idem reipſa ſſet cum re commemorata. II. Chriſtus ſimul eſſet ubjectum & adjunctum ſuæ paſſionis: ſignum enim ex nſtitutione commemorans, eſt adjunctum rei commenoratæ. Memoria noſtra præpoſtere deduceretur, per em inſenſibilem, ad ſenſibilem ejus paſſionem.

48. *Proteſt.* Illud quod fuit in poculo, poſt conſecraionem vocatur *fructus vitis. Matt.* 20.29. *Mat.* 14.25. manepat ergo ſubſtantia vini.

Bellarm. 1. *Ex Luca aperte colligitur, verba illa pertinere ad alicem vini, quem Dominus Apoſtolis dedit, ante conſecrationem myſteriorum.*

Proteſt. Ex ipſo etiam Luca, (quamvis ibi tranſponanur verba iſta) contra colligitur aperte, illa verba pertinere ad calicem myſticum, & ſacramentalem cænæ Domin. nam *c.* 22. *v.* 17. dicitur Dominus *gratias egiſſe*, ſuper llud poculum, in quo dicit fructum vitis poſtea maniſſe, eodem modo, quo *v.* 19. gratias egit ſuper panem. Hac autem gratiarum actione intelligi benedictionem, & onſecrationem ſacramentalem, concedit Bell. *c.* 10. imo liſertis verbis contendit, iſtam ipſam gratiarum actionem, ad inſtitutionem hujus Sacramenti pertinere. *Dominus* (inquit) *non legitur gratias egiſſe, niſi Ioh.* 6. *Mat.* 15. *Ioh.* 11. *& denique in inſtitutione hujus Sacramenti.* Hæc enim gratiarum ctio de qua legitur *Luc.* 22.17. non eſt una aliqua ex prioibus: ergo (Bellarm. fatente) pertinet ad inſtitutionem hujus Sacramenti.

Bellarm. *Conjungit Lucas iſta verba: non bibam de germine vitis, cum illis: non manducabo ex hoc Paſchate.*

Proteſt. Conjunguntur iſta verba, propter communiatem quam habent in eo quod dicitur, *non manducabo; non ibam*, & propter identitatem ſubſtantialem Paſchalis, & Euchariſtici vini. ſed apud Matthæum 26.29. pronomen llud demonſtrativum, *ex hoc fructu, vitis*, neceſſaria referur ad illud quod præcedentibus verbis fuit eodem pronomine demonſtratum. *Hoc eſt ſanguis meus.*

Bellarm. 2. *Si convinceremur, verba illa Domini, non bibam de germine vitis, dicta eſſe poſt conſecrationem calicis, adhuc nihil adverſarii obtinerent: poſſent enim, ac deberent ea verba referri, non ad calicem conſecratum, ſed antea potatum.*

Proteſt. Inde neceſſario obtinemus, fuiſſe fructum vitis, quem Chriſtus in cœna ſua bibebat: quia illa verba nec debent, nec poſſunt referri ad calicem antea potatum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nam tempus peæſens expreſſe notatur à Mathæo; *ἀπ' ἄρτι amodo, vel ab hoc tempore:* & calix conſecratus ad ſenſum quaſi digito demonſtratur: ex *hoc* fructu vitis.

Argumenta Bellarm. ex epiſtolis Pauli.

49. Bellarm. I. *Cor.* 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus. Significatur his verbis, conſecrationem neceſſariam eſſe ad hoc Sacramentum conficiendum: quæ tamen neceſſaria non eſſet, ſi tantum eſſet figura, ſeu repræſentatio ſanguinis Domini: Manna enim, aqua de petra, & agnus Paſchalis, nullam requirebant conſecrationem, ut eſſent figuræ, vel Sacramenta: neque in aqua Baptiſmi neceſſaria eſt benedictio, ut ſit Sacramentum.*

Proteſt. I. Concluſio hujus argumenti: *ergo hoc Sacramentum, non eſt tantum figura, ſeu repræſentatio*, nos nullo modo ferit, aut tangit. II. Benedictio eſt æque neceſſaria in Sacramento Baptiſmi, atque in Euchariſtia. III. Manna, & aqua de petra, non requirebant benedictionem ſolemnem alicujus miniſtri, quia fuerunt Sacramenta extraordinaria; & à Deo immediate exhibebantur. Agnus paſchalis habuit ſemper ſolemnem ſuam benedictionem. Bellar. ipſe jam modo dixit, benedictionem illam Chriſti. *Luc.* 22. 17. pertinere ad agnum paſchalem.

Bellarm. *Inſtitutio ipſa Chriſti ſufficit ad ſignum conſtituendum.*

Proteſt. I. Sufficit etiam ad omnem præſentiam Chriſti, quam inſtituit præſtare, ſed & ſignum hoc generaliter inſtitutum, in particulari cum religione debita deſignetur, & illa inſtitutio ad illud condigne applicetur, neceſſaria eſt benedictio, ſecundum exemplum & præceptum illud Chriſti: *Hoc facite.* II. Si inſtitutio ſigni ſupervacuam facit benedictionem, tum certe nimis inepti ſunt Pontificii, qui non tantum aquæ à Chriſto inſtitutæ benedicunt ad Baptiſmum, ſed & in ſuis otioſis inſtitutis, aqua, oleo, ſale, chriſmate, cereis, cineribus. & id genus infinitis aliis benedicendis & otio. & verbis bonis intemperantiſſime abutuntur, Bellarm. de *cult. ſanct. l.* 3. *c.* 7.

50. Bellarm. *Eodem in loco legitur: & panis quem frangimus. fractio hac idem eſt quod immolatio: quæ non eſt triticei panis, ſed Chriſti.*

Proteſt. Fractio, in hoc loco, non eſt idem quod immolatio, ſive oblatio. Bellarminus I. I. *Cor.* 11. 24. *quod pro vobis frangitur: frangi idem eſt quod immolari: ergo & in hoc loco, eſt enim verbum ejuſdem auctoris, in eadem epiſtola: & de re eadem tractantis.*

Proteſt. I. Conſequentia nulla eſt. Bellarm. de Purgat. *l.* 1. *c.* 6. triplicem ſenſum facit unius & ejuſdem vocis (*ignis*) non tantum in eadem epiſtola, ſed & in ſententia eadem. I. *Cor.* 3. 13. 14. ubi etiam addit; *non eſt inſuetum B.*

Paulo

Paulo in eadem ſententia, eodem nomine varie uti. & in eo ipſo *c.*11. non concedit *panem* idem ſignificare *v.*23. *accepit panem : & v.*26. *quotieſcunque ederitis panem hunc.* II. Concedimus tamen proportionem juſtam eſſe ſignificationis inter fractionem panis, & fractionem corporis Chriſti, in ejus paſſione, & oblatione, & hanc dicimus eſſe rationem communicationis hujus phraſeos.

Bellarm. 2. *Paulus calicem deſcripſit per verba conſecrationis, non diſtributionis, cui benedicimus. ergo etiam panem deſcribere debuit per verba conſecrationis, non diſtributionis, ergo illud frangimus, non ſignificat diſtribuimus, ſed offerimus & immolamus Deo.*

Proteſt. I. Reſpondemus verbis Bellar. *c.*11. *quis poſuit Chriſto*(Paulo)*legem, ut ſemper eodem modo loqueretur ?* II. Cum ſumma ratione phraſis fuit à Paulo mutata: ſicut enim in calice ſynecdochice intelligitur benedictio & diſtributio, per vocem benedictionis: ſic etiam in pane per vocem diſtributionis vel fractionis, intelligitur benedictio, & diſtributio. III. Abſurde confundit Bella. conſecrationem cum immolatione. IV. Fractionē (quæ eſt paſſio) proprio ſenſu, tribuit Chriſto, in Euchariſtia exiſtenti. quod eſt Blaſphemum. 3. *Ad hoc argumentum reſponderi non poteſt, niſi admittatur duplex æquivocatio, una in verbo frangimus, altera in nomine panis.*

Proteſt. Impudentia hæc eſt plus quam ſophiſtica *æquivocationem* vocari varietatem omnem ſignificationis, qua vox aliqua in Scripturis uſurpatur. 2. Aptiſſime hic locum habet, quod Bellarm. de *Purg. l.*1.*c.*6. in excuſationem ſuæ contortæ interpretationis, de triplici igne. 1.*Cor.* 3. nominato, fruſtra uſurpat: *non eſt proprie æquivocatio, ſed elegans alluſio in verbis Pauli.* Corpus enim Chriſti dicitur *frangi* per alluſionem ad fractionem panis.

51. Bellarm. *Ibidem dicitur panis, & Calix, communicatio corporis, & ſanguinis Chriſti, ſed hæc communicatio fit corporaliter, realiter, & proprie.*

Proteſt. Realem & propriam hanc communicationem eſſe non negamus: ſed corporali modo illam fieri, textus ipſe negat. Nam 1.probat.*v.*17.(ut Cajet. recte obſervat) *conjunctionem corporis Chriſti, ad ſumentem, ex communitate corporis Chriſti, ad ſumentes.* iſta enim communitas, & communio fidelium omnium inter ſe, eſt ſpiritualis tantum, non corporalis. II. Sacramentum dicitur communicatio Chriſti, iis ſolis, qui ſunt unum, per communionem cum Chriſto: ſed impii qui nullam communionem habent cum Chriſto, corporalis omnis præſentiæ, æque participes ſunt, ac fideles: communicatio igitur iſta non eſt corporalis. III. Abſurdum admodum eſt dicere, ſine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ullo tropo, panem eſſe corporaliter communicationem: id eſt ſubſtantiam eſſe actionem, & ſubjectum eſſe adjunctum, eſſentia ſua corporali.

Bellarm. *Intentio Apoſtoli fuit, avertere Corinthios à ſacrificiis Gentilium, & ab eſu carnium immolatarum: avertit autem illos, oſtendendo menſam & ſacrificium longe praſtantius: ergo vera caro, & verus ſanguis eſt in altari, alias Apoſtolus nihil obtinuiſſet.*

Proteſt. Intentio Apoſtoli, & argumenti ejus nervus, clare ſatis indicatur: *v.*20.21. *nolim vos: conſortes* κοινωνὺς *dæmoniorum eſſe: non poteſtis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Quemadmodum igitur κοινωνία cum dæmoniis, in menſa dæmoniorum, non requirebat ſubſtantialem præſentiam dæmoniorum, in vel ſub ſpeciebus idololatricorum ciborum? ſic neque communicatio cum Chriſto in menſa Domini requirit corporalem præſentiam Chriſti ſub ſpeciebus panis ac vini.

51. Bellarm. 1.*Cor.*11. *Quidam dicuntur indigne recipere corpus Chriſti ad judicium: ſed iſti non recipiunt ſpiritu, & fide: ergo ſolo corpore: ergo corpus Chriſti eſt præſens, & ſumitur ore corporali.*

Proteſt. Qui indigne recipiunt Sacramentum, rei ſunt corporis Domini, quia injuria afficiunt ſymbola ſacra corpus Domini repræſentantia, & exhibentia.

Bellarm. 1. *Peccant in Chriſtum, qui imaginem ipſius demoliuntur.*

Proteſt. Graviter peccarent, qui imaginem aliquam à Chriſto inſtitutione ſua ſanctificatam indigne tractarent: ſed alia eſt ratio idolorum Pontificiorum.

Bellarm. 2. *Non cenſetur fieri injuria imagini, niſi quando eo animo, quis imaginem violat, ut illi injuriam faciat: ſed rei ſunt corporis Domini, qui Euchariſtiam indigne tractant, etiamſi non acceſſerint animo Euchariſtiam violandi, ergo.*

Proteſt. I. Propoſitio eſt manifeſte falſa, Philiſtæi enim graviſſimam injuriam fecerunt arcæ Dei, cum eam induxerunt in ædem Dagonis, Dei ſui, & collocaverunt eam prope Dagonem, non animo eam violandi, ſed honorandi. 1.Sam.5. ſic etiam Bethchematæ, cum arcam inſpexerunt. *c.*6.19. Imo David ipſe, & Huzza, cenſebantur injuriam facere arcæ, quando nihil minus cogitabant. 2. *Sam.*6.2. Meminiſſe debuit Bellarm. voluntariam injuriam, in Scripturis, pro animo injuriam faciendi (*interpretative*) haberi. ſic David ſcelerato facto, dicitur *ſpreviſſe* verbum Dei, & Deum ipſum. 2.*Sam.*9.10.

Bellarm. 3. *Si ideo peccarent, qui indigne ſumunt Euchariſtiam, quia illa Chriſtum repreſentat; non liceret homini peccatori verbum Dei audire.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Non licet cuiquam verbum Dei indigne audi-
: hoc autem conſequens pars fuiſſet rationis Bellarm.
ſyllogiſmi regulas obſervaſſet.

Bellarm. 4. *Manna & aquam petræ ſumebant promiſcue, boni, mali digni, & indigni; & tamen non dicebantur ulli rei corporis omini, neque judicium ſibi manducaſſe.*

Proteſt. I. Paulus 1.*Cor.*10.5. verbis claris, quamvis non ſdem, dicit pleroſque eorum judicium ſibi manducaſſe. I. Palam eſt non licuiſſe in veteri Teſtamento, homini olluto, edere de carnibus propoſitionis. 1.*Reg.*21.

Bellarm. *Hoc fuit, quia illa erant typi quidam, & figura Sacraenti Euchariſtiæ.*

Proteſt. I. Hic nimis ridiculus eſt Bellarminus dum oncedit figuram Euchariſtiæ non potuiſſe ſine peccato ndigne tractari; & tamen negat eos peccare, qui figuram hriſti, indigne tractant. II. Qui aquam Baptiſmi ſine ebita diſpoſitione ſumit, peccat in gratiam Dei.

Bellarm. *Id quidem verum eſt quia ponit obicem gratiæ Dei; non utem quia materia illa ſignificat, vel repræſentat aliquid ſacrum: at Euchariſtia, requiritur etiam ſingularis quædam, & ſpecialis reverentia, & puritas.*

Proteſt. Hic ſumma perverſitas Bell. & aliorum Pontificiorum, attente debet obſervari. Imagines Chriſti, & anctorum, veneratione & religioſo honore dignas eſſe ocent, quia *in iis eſt ſimilitudo ad res ſacras, & dedicatio. ſive concratio divino cultui.* Bellarm. de *Imagi.l.*2.*c.*21. idem docent e imagine, & ſigno crucis: *ibid c.*27.28. 29. & de temlis ipſis Bellarm. de *cultu ſanct.l.*3.*c.*5. & tamen Baptiſmo, ullam ſpecialem reverentiam deberi, & in ejus violatioe peccatum nullum admitti, ratione ſignificationis, & epræſentationis divinæ Dei gratiæ in Chriſto, idem Belarm. hoc in loco, non dubitat ſuſtinere, ut Baptiſmo epreſſo, ſpoliis ejus non ornetur Euchariſtia, ſed in idoum transformetur.

Argumenta quædam noſtra, contra realem præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, ſub ſpeciebus panis & vini, ex Scripturis deprompta.

Quia illa argumenta, quæ Bellarm. *l.*1.*c.*14. ſolvenda proponit, ſunt maxima ex parte, extrinſeca, & ab Euchariſtiæ cauſa remota, neque per ſe adverſarium ſtringunt, niſi ſuppoſitis aliis, quæ poſtea veniunt diſcutienda; in is igitur hoc in loco non immorabimur: ſed eorum duo antum, aut tria, quæ per ſe tractari poſſint, breviter vinlicabimus. In iſta enim cauſa, non inopia, ſed copia argumentorum laboramus.

53. *Proteſt.*

53. *Proteſt. Mat.* 15. *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur.* ſed tale quid de corpore Chriſti cogitare nefas eſt. ergo non intrat in os.

Bellarm. *Loquitur Dominus de cibis, qui ſumuntur ad alendum corpus.*

Proteſt. Veritas ſententiæ, non pendet ex intentione ſumentis, ſed ex natura rei. conceditur igitur à Bellarm. omnia illa quæ alunt corpus, in ventrem ire, & in ſeceſſum emitti. Nos autem aſſumimus: illud quod ore corporali accipitur in Euchariſtia, alit corpus, inde enim pendet analogia, quam habet Sacramentum hoc ad alimentum noſtrum ſpirituale. Hinc etiam Scholaſtici defendunt illa quæ remanent in Euchariſtia poſt conſecrationem, quas ſpecies appellant Sacramentales; *reficere, nutrire, & virtutem vini, tanta quantitate poſſe ſumi, ut hominem naturaliter inebriaret, Alex. Al. p.* 4. *q.* 10. *m.* 7. *a.* 2. Bonavent. & alii, in 4. *d.* 12.

Bellarm. *Dominus poſt reſurrectionem comedit, & bibit, & tamen non emiſit cibos in ſeceſſum.*

Proteſt. Non ita comedit, aut bibit, ut inde nutritus fuerit, ſed familiaris converſationis cauſa, non convenit igitur inſtantia.

54. *Proteſt. Luc.* 24. *Palpate & videte &c.* Veritas carnis Chriſti probatur aſpectu & contactu, ſed in Euchariſtia non poteſt ita probari, ergo non eſt ibi.

Bellarm. 1. *Sequitur affirmative: hoc palpatur & videtur, ergo corpus eſt: ſed non negative, hoc non palpatur, nec videtur, ergo non eſt corpus.*

Proteſt. I. Si affirmative ſequatur de hoc aut illo corpore, tum cum in Euchariſtia panis videtur, & palpatur. panis etiam eſt. II. Sequitur etiam negative, de corpore humano, non eſt palpabile, nec viſibile, ergo non eſt corpus humanum, quamvis enim fieri poſſit, ut corpus humanum non videatur, aut palpetur actu; ut tamen non ſit palpabile, fieri non poteſt.

Bellarm. 2. *Dominus voluit id ſolum probare, ſe non eſſe inane ſpectrum aut umbram, ſed verum corpus; id vero ex teſtimonio ſenſus tangendi optime probavit, illud autem, corpus eſſe humanum, vivum, idem quod antea fuerat non probavit Dominus hoc ſolo argumento, quod ſine dubio non erat ſufficiens.*

Proteſt. Quid Dominus probavit hoc argumento, oſtendit ipſe. *Luc.* 24. 39. *nam ego ipſe ſum.* In eo autem Bellar. magis eſt incredulus, quam Thomas ipſe Didymus quod hoc argumentum (omnibus circumſtantiis conſideratis) inſufficiens eſſe pronunciat, Thomas enim qui à Domino arguitur ſingularis incredulitatis, credidit tamen *quia vidit. Ioh.* 20. 29.

55. *Proteſt.*

55. *Proteſt. Ioh.* 14. *Relinquo mundum, & vado ad Patrem:* ibi etiam promittitur Spiritus ſanctus, ut ſuppleat abſentiæ Chriſti defectum.

Bellarm. *reliquit mundum, quoad converſationem humanam, & Spiritus ſanctus promittebatur, ut suppleret præſentiam Chriſti, inter homines, humano more converſantis.*

Proteſt. I. Si relinquere mundum, nihil aliud ſignificat, quam converſationem humanam deſerere. tum aſcenſio Chriſti in cælum, non fuit mutatio loci, ſed converſationis tantum. II. Si Spiritus ſanctus ſuppleat humanam converſationem, tum locum & officium Spiritus invadit Papa; dum ſe illam præſentiam ſupplere jactat. III. Si vera ſint illa quæ Pontificii docent, de reali præſentia humanæ naturæ Chriſti, ubicunque ipſi viſum fuerit, atque adeo cum omnibus fidelibus ſi vellet; tum non opus eſſet vicaria hac opera Spiritus: quia Chriſtus ipſe, etiam quatenus homo, poſſit omnia eodem modo præſtare, immediate per ſe, quomodo jam per Spiritum procurantur.

56. *Proteſt.* 1, *Cor.* 10 *&* 11. Euchariſtia ſexies ad minimum vocatur *panis*, etiam poſt conſecrationem.

Bellarm. 1. *Dici poteſt, Scripturam ordinarie vocare res ut exterius apparent: ſic ſerpentem æneum vocat ſerpentem, &c.*

Proteſt. I. Hæc eſt tropica vocatio, per ſimilitudinem ad unum verbum metaphorice contractum, tropus igitur hac ratione frequentis eſſet uſus in Euchariſtiæ doctrina. II. Si corpus Chriſti recte vocatur panis propter ſimilitudinem quam habet cum pane: tum panis etiam recte vocari poteſt corpus Chriſti, propter ſimilitudinem & inſuper ſingularem relationem, quam habet ad corpus Chriſti.

Bellarm. 2. *Optime dici poteſt, vocari panem, quia nomine panis, intelligitur generatim omnis cibus.*

Proteſt. I. Sic etiam admittitur tropus: ſynechdoche nempe ſpeciei pro genere. II. De omni cibo, non recte dicitur, *quem frangimus.* III. Si hæc eſſet integra ratio hujus appellationis, tum in eadem nulla ratio haberetur vel panis ante conſecrationem, vel ſpecierum panis poſtea, ac proinde nihil obſtaret, quin æque appoſita phraſis fuiſſet, ſi Apoſtolus *cibi* nomine uſurpaſſet, quorſum igitur ingeminatur toties tropicus iſte dicendi modus?

Bellarm. 3. *Vocatur panis, quia non ſolum eſt cibus, ſed cibus ſolidus, præcipuus, ſubſtantialis, qualis eſt panis triticeus inter cibos corporales.*

Proteſt. I. Si ſit cibus & corpus, corporali modo præſens, & manducatus, tum male hic diſtinguitur à cibis corpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

corporalibus. II. Si talis ſit cibus animæ, qualis pan[is]
eſt corpori, tum non magis corporali ore accipitur, qua[m]
panis accipitur ſpirituali.

Bellarm. 4. *Ioh. 6. cibus cæleſtis frequenter vocatur panis.*

Proteſt. Vocatur panis per tropum, quem adverſarii [in]
cæna non admittunt. II. Tali tropo non eſt locus i[n]
cæna, ubi panis triticeus accipitur, benedicitur, & ide[m]
apparens, eodem nomine deinceps vocatur.

CAPVT III.

De poſſibilitate præſentiæ corporis & ſanguinis Domini
ſub ſpecie panis, & Vini, quæſtio prima eſt, annon im[-]
plicet contradictionem unum corpus totum ſimul eſſ[e]
in pluribus locis? Bellarm. negat, nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Matt.* 19. *Apud Deum omnia poßibilia ſunt.*

Proteſt. I. Non magis inde ſequitur, non implicar[e]
contradictionem, ut unum corpus ſimul ſit in pluribu[s]
locis, quam non eſſe contractionem, idem corpus ſimu[l]
eſſe, & non eſſe. II. Bellarm. ipſe *c.* 2. ſententiam illa[m]
limitandam eſſe docet, hunc in modum. *Deus poteſt facer[e]
omnia quæ ullo modo exiſtere poſſunt, id eſt, quod non implicat contra[-]
dictionem.*

2. Bellarm. *Illa implicant contradictionem, quæ pugnant cu[m]
eſſentia rei: at eſſe in loco, non eſt de eſſentia corporis.*

Proteſt. I. Non illa ſola implicant contradictionẽ qua[e]
pugnant cum eſſentia rei Bellarm. *ſophiſtice hoc in loco nuga[-]
tur: & Bell. ſolide & vere hoc in loco argumentatur,* implicatur hi[c]
contradictio, & tamen ſophiſtica non eſt de eſſentia Bell[.]
2. Eſſe in aliquo ſpatio, eſt de eſſentia corporis, corpu[s]
enim definitur per ſuas demenſiones, *eſt lineatum, latum, [&]
altum* ſic Bellarm. ipſe *c.* 5. *quid eſt corpus, niſi extenſio in longitu[-]
dinem, latitudinem & profunditatem?* ſpatium autem corpori
ab iſtis dimenſionibus ejus, repiſa non differt.

3. Bellarm. *Chriſtus cum Apoſtolo Paulo apparuit Act.* 9. [c.]
22. *fuit ſimul in ſummo cælo, & in terra ſive in aere terræ vicino.*

Proteſt. I. Bellarm. in hoc argumento, graviſſimi[s]
Scholaſticorum ſuorum contradicit: qui tametſi con[-]
tendant ineptiſſime, idem corpus poſſe eſſe in uno loc[o]
modo ſuo naturali, ſeu circumſcriptivo, & in multis alii[s]
modo ſacramentali: negant tamen poſſe eſſe modo na[-]
turali, vel per divinam potentiam abſolutam, ſimul i[n]
pluribu[s]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ribus locis, ſic Thomas, *p.3.q.35.a.1.ad 4.* Quodlibet *a.2. & in 4.d.10 q.1.a.1. & d.44.q.2.ad 4.* ſic etiam *Bona. 4. d.44.* de dote ſubtillitatis *q. 1. Capreol. d.10. q.1.a.3. lud. q.2. Durand q.1.n.3. & 34.q.3.n.8. & d.44.q.6. ad 1. nric. quodlibet 9.q.32. Aegid. quodl. 1. q.1. Herva. quodl. 11.* 3. Ferrara, in 4. contra gentes. *c.* 68. citante Ioh. de ada, Arragonio, Epiſcopo Pactenſi, *controv. theolog. p. con- v. 8.a.1.* Non dicet enim Bellarm. Chriſtum tum temris, Paulo apparuiſſe, modo ſacramentali. II. Quodo Chriſtus apparuerit Paulo, Pontificii ſaniores non dent affirmare. Lyra dicit hoc ſcriptum non eſſe *Act.2. on. Carthuſ. in 1 Cor.9. de oculo intellectuali in raptu,* interpreri videtur, Thomas, & Cajet. in *1.Cor.9. & 15.* in dubio linquunt. III. Bellarm. paulo poſt affirmat, & nos n prorſus negamus, *Chriſtum privatim, & ad breve tempus cendere patuiſſe de cælo* IV. Chriſtus videtur tamen eodem odo apparuiſſe Paulo, quo Stephano apparuit. *Act.7.* in lis exiſtens.

Bellarm. 1. *Lux ejus Paulum circumfulſit, ut eum plane excaverit.*

Proteſt. I. *De luce ejus*, id eſt à corpore Chriſti profiſcente, nihil dicitur in tex. II. Ex eo quod excæcas fuit Paulus, contrarium potius ſequitur. ſic *Caje. in Cor.15. In actis Apoſt. quamvis narretur Ieſum allocutum fuiſſe ulum & auditum à Paulo, nunquam tamen narratur Ieſus viſus à ulo, ſed potius oppoſitum: narrando quod meridie circumfulſit Paun, & ſocios, lux de cælo, & lux tanta invaſit Paulum, ut privaverit um actu videndi.*

Bellarm. 2. *Lumen quoddam etiam comites ejus viderunt, & um quoque vocis audierunt quod eſt argumentum certiſſimum in ra, vel in aere proximo Chriſtum apparuiſſe.*

Proteſt. Certiſſimum eſt argumentum lumen, ſingulare i terra, vel aere apparuiſſe, non Chriſtum.

Bellarm. 3. *Si de cælo vox fuiſſet facta, omnes æque audiviſſent.*

Proteſt. Contra teſtatur Scriptura, *Ioh.12.28.29.*

Bellarm. 4. *Paulus dubitavit, quis eſſet Dominus, & ideo rogit: quis es Domine?*

Proteſt. I. Paulus rogavit, quis eſſet qui loquebatur. I. Paulus à Chriſto alienus, & Majeſtatis ejus ignarus, tuit dubitare, an ille eſſet Chriſtus, quem in cælis vibat.

Bellarm. 5. *Si ſolum in cælo Paulus Chriſtum vidiſſet, non fuiſſet neus teſtis reſurrectionis: potuiſſent enim facile homines calumniari s teſtimonium.*

Proteſt. Idonei fuerunt teſtes alii, quorum tamen tiſtinia homines calumniabantur. II. Non magis obno-

xia fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

xia fuit calumniæ, viſio Chriſti in cælis, quam in terris

4. Bellarm. *Patres rem unam in pluribus locis ſimul eſſe po docent.*

Proteſt. I. Bellarm. ipſe contra teſtatur, *Tom.* I. *de in carnat. l* 3. *c.* 11. *Plurimi Patrum ex illo loco Ioh.* 3. *(nemo aſcendit cælum, niſi qui deſcendit de cælo. filius hominis, qui eſt in cælo) dedu cunt, Chriſtum eſſe Deum & hominem: quia quando erat corpore ſolu in terra, dicebat tamen ſe eſſe in cælo, nimirum Deitate, at ſi vera Ubiquiſtarum (Papiſtarum) ſententia, hoc argumentum nihil conclu dit. nam dicent Eutichiani ab Vbiquitiſtis (papiſtis) edocti, etiam car ne tunc fuiſſe Chriſtum in cælo & in terra.*

5. Bellarm. *Deus ſimul eſt in locis infinitis; & pari ration anima eſt tota in qualibet parte corporis.*

Proteſt. I. De Deo, Bellarm. ipſe fatetur, loco jan citato. *Deum in Scripturis, per hoc diſcerni ab omnibus creaturi quod ſit ubique.* A Deo igitur ad corpus argumentari, i quæſtione de præſentia in locis multis, nimis eſt carnale & craſſum, II. De anima, falſum eſt, & contradictio nem implicans quod vulgo dicitur, eam eſſe totam in to to, & totam in qualibet parte corporis. III. Anim eadem non eſt in diverſis corporibus ſimul? ergo nequ in diverſis locis.

Bellarm. *Nulla prorſus ratio fingi poteſt, cur non poßit Deus i brachio abſciſſo conſervare animam, ut ante abſcißionem erat.*

Proteſt. Suppoſito quod erat ante in brachio anima ra tionalis, & adhuc maneat in corpore, tum ratio non fict eſt: quia fieri non poteſt ut una & eadem anima, ſimu ſit diviſa, & indiviſa, idque reſpectu ſui ipſius.

6. Bellarm. *Sunt myſteria fidei, vel difficiliora, vel æque diffi cilia, atque hoc eſt de quo agimus.*

Proteſt. Petitio eſt principii: niſi enim poſſibile conce datur, ut unum corpus ſimul ſit in pluribus locis; nullũ myſterium verum poteſt eſſe æque difficile, quia nullum poſſibile, nedum verum, quamvis ſit maximum, eſt æque difficile, ac illud quod eſt prorſus impoſſibile, quamvis ſit res alias minutiſſima.

7. Bellarm. *Poteſt unus locus capere duo corpora ſibi adæquata ſimul: ergo poterit etiam unum corpus replere duo loca.*

Proteſt I. Fieri nullo modo poteſt ut unus locus ſimul capiat duo corpora ſibi adæquata. ſi enim capacitas loci adæquetur uni corpori, neceſſe eſt ut alterum corpus ac cedens illi, eandem ſuperet capacitatem. II. Thomas, cum tota Thomiſtarum cohorte, quorum nomina paulo antea retulimus, ex Iohan. de Rada, Arragonio, conce dunt antecedens, & tamen contendunt acriter, non poſ ſe unum corpus eſſe in duobus locis localiter, quia divi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

deretur à ſe ipſo: ideo negant conſequentiam argumenti adducti.

Bellarm. *Si unum corpus non poſſet eſſe localiter in duobus locis, quia divideretur à ſeipſo. profectò nec eſſe poſſet ſacramentaliter, eadem ratione, quia eſſe alicubi ſacramentaliter, dicit eſſe per realem & veram præſentiam in pluribus hoſtiis ſive altaribus: quia realis præſentia in tot altaribus, & non in locis intermediis, non minus tollere videretur in diviſionem rei, quam repletio plurium locorum.*

Proteſt. Agnoſcimus, & amplectimur tam conſequens, quam conſequentiam iſtam: eoque nomine gratias deberi Bellarm. dicimus, quod Thomæ, & Thomiſtarum omnium principia reali corporis Chriſti præſentiæ in Euchariſtia repugnare, ac proinde illos omnes (qui tamen præcipui fuerunt hujus commenti propugnatores) ſibimetipſis contradicere, in hujuſmodi præſentiæ defenſione, non fateatur tantum, ſed etiam demonſtret.

Argumenta noſtra.

8. *Proteſt. Matth. ult. Non eſt hic, ſurrexit enim.* hæc conſequentia infirma eſſet, ſi poſſet idem corpus eſſe ſimul in pluribus locis: poſſet enim ſimul diſcedere, & remanere.

Bellarm. 1. *Conſequentia illa Angeli optima eſt: ſenſus enim eſt: non jacet mortuus in ſepulchro, ſurrexit enim: nec enim poterat mortuus jacere, ſi reſurrexerat.*

Proteſt. 1. Hæc ipſa conſequentia negatur ab iis neceſſario, qui dicunt, unum corpus poſſe ſimul eſſe in locis diverſis: ſicut enim in uno loco poſſit quieſcere, & in altero moveri; in uno ſtare, & in altero ſedere; in uno inſidere equo, in altero eſſe in lecto, in uno veſtitum eſſe, in altero nudum quæ omnia defendit Ioh. de Rada Arragonius, Epiſc. Pactenſis, *controv. theol. p. 4. cont.* 8. *a.* 1. ſimiliter etiam poſſit in uno loco juxta ignem poſitum calefieri, & in altero ex gelu frigefieri; in uno loco, bene nutriri, & valere, in altero vel ex nutrimenti defectu, vel ex aeris intemperie, infirmari & mori quæ etiam à multis Pontificiis defendi, idem ibidem affirmat: & ab omnibus & debere defendi, & poſſe etiam eadem arte qua defendunt idem corpus in diverſis locis exiſtere, res ipſa clamat. Si certe Alex. Al. Doctor irrefragabilis, præceptor Thomæ, & Bonaventuræ, *p* 4. *q.* 11. *in* 11. *a.* 1. *ſect.* 7. diſertis verbis defendit, potuiſſe fieri in triduo mortis, & poſſe adhuc fieri, ut anima Chriſti eſſet in uno loco cum corpore, & alibi corpus ſine illa: ita ut corpus idem ſimul eſſet mortuum in ſepulchro & vivum in pixide; ſi ſcilicet corpus Chriſti, ſacratum in cœna, reſervatum fuiſſet in pixide uſque ad mortem; vel in ſimili caſu. *Hoc poſito* (ait) *non accidit,*

accidit, contradictoria ſimul eſſe vera : quod ſic patet. ſecundum enin illam poſitionem, demonſtrata carne in pixide. hæc vera eſſet : hæc car eſt viva demonſtrata eadem in ſepulchro, hæc eſſet vera, hæc caro eſ mortua, & per conſequens non viva. Nec ſunt iſtæ contradictoriæ hæc caro alicubi eſt viva, alicubi non eſt viva : ſed ſubcontrariæ : ſe hæc eſſet ei contradictoria : hæc caro nuſquam eſt viva : quæ non concederetur, illa poſitione ſtante.

Bellarm. *tom.* 1. de *incarn. l.* 3. *c*, 11. his ipſis verbis. *non eſt hic*, dicit Sripturam expreſſe dicere, *Chriſtum ſecundum humanitatem ibi non fuiſſe.* non igitur mortis, ſed præſentia Chriſti in illo loco negatio, per conſequentiam illam infertur : unde etiam ſequitur, ut Bellarm. ibid. obſervat *non poſſe illam ullo modo affirmari, quia Scriptura abſolute dicit : non eſt hic.*

Bellarm. 2. *Conſequentia illa etiam optima eſt, abſolute, ſe moraliter loquendo; non metaphyſice. quamvis enim fieri poßit, ut aliquis vivens, in ſepulchro jaceat, ſi velit; tamen moraliter loquendo qui reſurgit à morte, non remanet in ſepulchro, ſed egreditur. Simil eſt, ſi quis dicat. talis homo non ſedet ad menſam, cænatus enim eſt.*

Proteſt. I. Conſequentiæ rationem commutat Bellar ut eo facilius eludat : non eſt enim : *vivit, ergo non eſt hic* ſed *ſurrexit, ergo non eſt hic.* II. Simile diſſimili phraſi illuſtrat: quamvis enim qui cænatus eſt, poſſit ad menſam ſedere, ſi velit; tamen qui ſurrexit à menſa, non poteſ ſeſſionem cænæ continuare. ſic etiam qui vivit. poteſt in ſepulchro jacere, ſi velit; ſed qui ſurrexit è ſepuchro, non poteſt in ſepulchro permanere. III. Concedit Bellarm moraliter loquendo, non eſſe moraliter certum, Chriſti eſſe ſub ſpeciebus panis, & vini: ſicut enim moraliter loquendo, qui reſurgit à morte non remanet in ſepulchro ſic etiam, eodem loquendi modo, qui aſcendit in cælum & ibi manet, non eſt præſens in terris. Cum igitur certitudo vulgo dicta moralis, nihil aliud ſit, quam probabilis veritas ſequitur, non eſſe probabile, Chriſti corpu realiter adeſſe in Euchariſtia, ſub ſpecie panis. IV. Nullus eſt verus loquendi modus, ſive metaphyſicus, ſiv logicus vocetur, quo poſſit defendi, idem corpus in eodem loco manere, ex quo diſceſſit.

9. *Proteſt.* Si corpus poſſet eſſe in multis locis, eaden ratione poſſet eſſe in omnibus. ſic autem non eſſet proprium Dei, eſſe ubique : neque humana Chriſti natur certo loco circumſcriberetur : quod tamen Patres, adverſus hæreſin Eutichetis, unanimiter confirmant : expreſſe etiam affirmantes, nullum corpus poſſe eſſe ubiqu totum.

Bellarm. 1. *Prima differentia inter Deum, & corpus Chriſti quo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quoad exiſtentiam in loco, eſt, quod Deus re ipſa, & de facto eſt ubique: corpus Chriſti reipſa, ac de facto non eſt ubique, neque unquam erit.

Proteſt. Hæc differentia non tollit argumentum. Si enim corpus Chriſti poteſt eſſe ubique, quamvis non ſit nec erit, tum omnipræſentia non eſt (ex natura rei) propria Dei.

Bellarm. 2. *Secunda differentia eſt, quod divinitas non poteſt conſtringi ad unum locum: ſed Chriſti corpus poteſt redigi ad unum ſolum locum: fuit enim in uno ſolo loco, ante Sacramenti inſtitutionem, & erit etiam poſt mundi conſummationem.*

Proteſt. I. Hac ratione enervatur plane argumentum illud Chriſtianorum: Spiritus ſanctus eſt ubique: ergo eſt Deus. Nam hæretici reſpondebunt. Spiritum ſanctum eſſe quidem ubique, ſed poſſe redigi ad unum ſolum locum. Neque poteſt iſta reſponſio ullo pacto refutari, ſi eadem res poſſit eſſe ubique, & redigi tamen antea, vel poſtea, in unum ſolum locum. II. Contradictionem & chimæram implicat admodum abſurdam, ut una & eadē res ſit in potentia ad unum tantum locum, & ad ubique, & tamen actu neque ſit in uno loco tantum, neque ubique.

10. *Proteſt.* Non poteſt aliquid temporale ſimul eſſe in duobus temporibus: ergo nec idem locale in diverſis locis.

Bellarm. *Tempora non poſſunt eſſe ſimul, cum ſemper fluant, ſed loca permanent.*

Proteſt. I. Fluxus temporis, non magis unum tempus ab alio disjungit, quam diſtantia ſeparat loca disjuncta.

11. *Proteſt.* Si unum corpus ſit in diverſis locis, ſimul erit unum, & multa, continuum, & diviſum.

Bellarm. 1. *Vnitas eſſentialis rei, non pendet ab unitate loci, cum prius ſit, rem eſſe unam, quam eſſe in uno loco, ſed pendet ab internis ſuis principiis.*

Proteſt I. Vnitas eſſentialis rei ita pendet ex internis ſuis principiis, ut eorum conjunctio diviſa, neceſſario requiratur. II. Principia rei corporeæ, non conſtituunt unum corpus, niſi coeundo in unum locum. III. Inter principia corporis hujus, aut illius, communis natura corporis, quæ in dimenſionibus conſiſtit, primarium locum habet: illæ igitur dimenſiones debent in unum cōjungi. IV. Quamvis res prius natura ſit una quam ſit in uno loco, non tamen tempore; neque prius natura, quam habet rationem illam formalem, ex qua loci unitas neceſſario pendet. V. Vnitas quantitatis, & loci corporei, prior natura eſt corpore organico, humano. VI. Non omne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

omnequod prius eſt, ab eo quod eſt poſterius, poteſt actu ſeparari: ſicut videre eſt in genere, & ſuis ſpeciebus. VII. Certiſſimum eſt corpus non magis ab uno loco ſeparari poſſe, quam à loco, non enim locus in idea, ſed hic locus concreatus fuit huic corpori, ſicut igitur nullū corpus exiſtere poteſt abſque loco, ſic neque abſque unitate loci.

Bellarm. 2. *Corpus Chriſti, ut eſt in altari, non continuatur cum corpore, ut eſt in cælo, nec tamen eſt diſcontinuum, vel diviſum ab illo. Nam continuari, & dividi eſt eorum quæ multa ſunt: hoc autem corpus in cælo, & in altari, ſunt idem.*

Proteſt. I. Continuari non eſt eorum quæ multa ſunt. II. Dividi non eſt eorum quæ multa ſunt actu ante diviſionem, ſed poſtea. III. Neceſſe eſt ut illa ſint diviſa, inter quæ magna diſtantia intercedit: quod negat enim contiguitatem, continuitatem multo magis negat, ſed inter corpus in cælo, & corpus in terra, ingens datur diſtantia.

Bellarm. 3. *Loca ipſa hoc argumento probantur eſſe diſcontinua & corpus Chriſti diviſum eſſe à ſe, reſpectu loci, ſed non reſpectu propriæ ſubſtantiæ, ſive quantitatis.*

Proteſt. Quod dividitur à ſe reſpectu loci, dividitur etiam reſpectu locati: locus enim non eſt locus, niſi reſpectu locati, neque dividitur, niſi locato diviſo. formalis autem ratio corporis locati, eſt quantitas ſubſtantialis. quicquid igitur dividitur à ſe reſpectu loci, dividitur etiam reſpectu ſubſtantiæ, & quantitatis.

12. *Proteſt.* Si ponatur corpus unum in pluribus locis, erit in loco, & non in loco: quia in loco nullo erit circumſcriptive, neque definitive, quod eſt ita contineri in uno loco, ut non ſit alibi.

Bellarm. 1. *Corpus idem poteſt eſſe circumſcriptive, & etiam definitive, in pluribus locis. Nam ut corpus ſit circumſcriptive in aliquo loco, tantum requiritur, ut commenſuretur illi loco: non autem ut non ſit in alio loco.*

Proteſt. I. Bellarminus in iſto ſubterfugio deſerit Thomā, & Thomiſtas omnes. Apud illos enim, *eſſe in loco definitive, nihil aliud eſt, quam quod ex modo exiſtendi in aliquo loco repugnet ſimul eſſe alibi. Eſſe autem in loco circumſcriptive, eſt praterea mediante quantitate, ipſo loco commenſurari. Bannes in 1. q.5.2.a.2.* II. Vt omnem ſenſum, & intelligentiam, à ſuis verbis amoveat Bellarm. *definitive* eſſe in loco, majus quid facit, quam *circumſcriptive* eſſe: *circumſcriptive* (inquit) *& etiam definitive:* cum tamen à Scholaſticis omnibus, Angeli dicantur eſſe in loco definitive, ſed non circumſcriptive, & inauditum plane ſit; aliquid eſſe in loco circumſcriptive,

& non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

& non definitive. III. Si corpus trium cubitorum ſimul commenſurari poſſit tribus locis, quod Bellar. defendit, tum ſimul poteſt tribus, & novem cubitis, adæquate commenſurari. ſed hoc eſt abſurdum.

Bellarm, 2. *Corpus trium cubitorum poteſt occupare ſpacium novem cubitorum, ſi bis aut ter eadem magnitudo ponatur in loco, quamvis non commenſuretur niſi loco trium cubitorum.*

Proteſt. I. Si idem corpus trium cubitorum in tribus locis ponatur, eodem modo occupabit ſpacium novem cubitorum, quo tria corpora tricubitaria ſolent occupare: illa autem comenſurantur cubitis novem. ergo & hoc unum. II. Si idem corpus poni poſſit in tribus locis disjunctis, poteſt etiam poni in tribus contiguis, idque eo modo, ut continuatio inde fiat. ſi autem Pontifex Romanus, trium forſan cubitorum homo, præter locum quem jam occupat, occuparet etiam proximum, & proximum illi, nullo corpore aut loco intercedente, quiſquis negaret eum novem cubitorum ſpatio commenſurari?

Bellarm. 3. *Idem dici poteſt, de modo exiſtendi definitive: nam ut aliquid ſit definitive in loco, ſatis eſt ſi definiatur certo quodam ſpatio, ita ut in toto illo ſit, & non in majori: ſive ſit in alio loco etiam definitive, ſive non.*

Proteſt. I. Confundit hic Bellarm. definitivam præſentiam cum circumſcriptiva: eſſe enim in certo quodam ſpatio toto, & non in majori, ſaltem cum de corpore dicitur, nihil aliud eſt, quam commenſurari illo loco. II. Si quod definitive eſt in uno loco; poſſit in alio eſſe; multo certe facilius poteſt majore eſſe, majus enim & minus facilius conciliantur, quam unum & aliud. III. Pontificii volunt idem corpus Chriſti, eſſe in hoſtia minore, & majore, in calice parvo, & in poculo majore, vel etiam (ut quibuſdam placet) in integro dolio conſecrato.

Bellarm. 4. *Dicere poſſumus; præter hos duos modos exiſtendi in loco, (circumſcriptive, & definitive) dari tertium, nimirum per ſolam præſentiam, quomodo Deus eſt in loco, & hoc modo eſſe in loco illa corpora, quæ per divinam potentiam ſimul ſunt in variis locis.*

Proteſt. Tota igitur litigatio iſta Bellarm. huc tandem redit: Vt corpus in loco eſſe defendatur eo modo quo Deus, quod & Blaſphemum eſt, & turpiorem contradictionem implicat, quam eſt illa ipſa, cui amoliendæ inſervit. Neque enim præſens eſt quidquam eo modo quo Deus, præter Deum & manifeſtior eſt contradictio, corpus eſſe ſubſtantialiter præſens in loco, modo non ſolum incorporeo, ſed & divino, quam in duobus locis præſens eſſe.

13. *Proteſt.* Quod incipit eſſe alicubi ubi antea non

erat, aut venit eo per motum localem, aut ibi generatum eſt, quod movetur localiter, deſerit unum locum, ut acquirat alium; quomodo autem poteſt id quod eſt, generari de novo; nullo igitur modo poteſt fieri ut id, quod eſt in uno loco, incipiat ſimul eſſe in alio.

Bellarm. 1. *Domini corpus incipit eſſe in altari ubi antea non erat, non per generationem, nec per motum localem, ſed per converſionem panis in ipſum.*

Proteſt. I. Mutatio unius corporis in aliud, non opponitur generationi ejus in quo mutatio non terminatur, ſive enim prioris corporis materia maneat, & nova forma eidem inducatur, ſive totum illud annihiletur, & novum loco ejus ponatur; in illa mutatione ſubſtantiæ, neceſſe eſt ut aliqua ſit vel generatio, vel creatio. II. Argumentum hoc generaliter opponitur illi ſententiæ Bellarm. *idem corpus poteſt eſſe, circumſcriptive & definitive in variis locis.* Hoc igitur reſponſum non ſatisfacit, niſi concedat Bellarm. non poſſe hoc fieri, niſi per mutationem ſubſtantiæ alterius, in illam, quæ novum locum debet occupare, quod ille neutiquam dabit.

Bellarm. 2. *Non deſunt exempla ſimilia, nam anima rationalis, incipit eſſe in materia addita per nutritionem: Deus incipit eſſe in re de novo creata, ſine generatione, aut motu locali.*

Proteſt Exempla iſta non ſunt ſimilia. Anima enim non incipit eſſe circumſcriptione totali & adæquata, in loco novo, priore retento, nedum Deus; neque mutatur ſubſtantia aliqua in animam rationalem; nedum in Deum.

14. *Proteſt.* Si idem corpus eſſet in pluribus locis, ſequerentur multæ contradictiones. nam poterit eſſe ſurſum & deorſum; remotum, & non remotum; moveri & quieſcere; accedere ad unum locum, & ſimul ab eo recedere, in uno loco ſumme calefieri, & in altero ſumme frigefieri, vel etiam uno in loco, vulnerari, occidi, & in altero bene valere.

Bellarm. 1. *Alii Theologi exiſtimant expoſitione unius corporis in diverſis locis multiplicari tantum reſpectus, non abſoluta. Alii putant abſoluta multiplicari, & eouſque progrediuntur, ut dicant poſſe eundem hominem uno in loco ebrium eſſe, in alio ſitire, immo in uno mori, in altero vivere.*

Proteſt. Egregii iſti Theologi, monſtroſum hunc partum varie lambendo, non illum reformarunt, ſed variis novis & inuaditis monſtris auxerunt.

Bellarm. Secundo. *Ex poſitione unius corporis in diverſis locis relationes ad loca neceſſario multiplicabuntur, atque erit idem corpus ſurſum & deorſum, remotum & propinquum, in motu, & in quiete: neque contrariis iſtis relationibus, implicatur contradictio ulla: quia*

ſunt

unt ſub diverſa ratione, ut nimirum corpus illud eſt in diverſis locis.

Proteſt. Hujuſmodi pharmaco, quælibet contradictio poſſit ſervari: ſemper enim fingi poteſt diverſa aliqua ratio, qua oppoſita eidem attribuuntur, Diverſitas autē loci impertinenter ſe habet, ad contradictionem vitandam: neque eximit illis legibus oppoſitionis, *eidem, ſecundum idem, ad idem & eodem tempore*: nemo unquam logicus addidit *& eodem loco.*

Bellarm. 3. *Idem judicium eſſe videtur de actionibus quæ terminantur ad loca.*

Proteſt. Poteſt igitur fieri, ſecundum judicium hoc Bellarm. ut unus & idem homo Bellarm. puta, vel Suarez, eodem tempore ambulet Roma Salamanticam verſus, & Salamantica verſus Romam, idque per unam & eandem lineam. Ille autem ſibimetipſi occurrens in via, quomodo ſemetipſum ſalutaret; (ut duplex ille Soſias apud Plautum in Amphitr.) jucundum eſſet videre, & quomodo etiam ſalutatione peracta, ſemetipſum incurſaret, ac penetraret, (cedere enim ſibimet locum, nec poteſt quiſquam nec opus habere duplicatus iſte viator) quomodo denique afficeretur, poſtquam Romam, & Salamanticam, eodem plane momento perveniens, certior fieret à ſemetipſo, ſe in utroque loco, toto illo tempore, in lecto ſuaviter quieviſſe, & monſtroſa quædam de tali profectione ſomniaſſe. Sed judicio huic Bellarm. opponimus judicium Guiljelmi Pariſienſis, qui fuit inter primos & graviſſimos Scholaſticorum; *Hanc inquietudinem, no contrariorum motuum turbinem ac tempeſtatem nec imaginatio humana recipit, nec intellectus. De Sacram. Euchar, fol.* 10.

Bellarm. 3. *Contrarium judicium eſſe debet de his, quæ recipiuntur in corpore locato; hæc enim non multiplicantur; ut caleſieri & frigeri, ægrotare, & benevalere, vivere & mori.*

Proteſt. Neceſſe eſt, ut idem judicium ſit etiam de iſtis, iſi tot miracula fingantur, quot vel qualitates, vel actiones, in corpore recipiuntur. Ex ſua enim natura, corpus duobus locis exiſtens; duo contraria poteſt recipere, applicentur ipſi contraria agentia. & quis nobis fidem ciet cautum hoc iri miraculoſe, ne unquam fiat? Modeſtiores Bellarmino certe in miraculis fingendis, ſunt i Papiſtæ, qui concedunt eundem hominem poſſe ſimul vere & mori in locis diverſis.

uæſtio ſecunda, ſpectans etiam ad poſſibilitatem præſentiæ realis corporis Chriſti in Euchariſtia, eſt an tale corpus poſſit eſſe præſens, & non occupet locum?

15. Bellarm. *Magnitudini tria quædam conveniunt.* 1. *Vt ſit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

extenſa in ſe, & partem habeat extra partem, ac proinde ſitum quendã intrinſecum, & ordinem ac diſpoſitionem partium: & hoc eſſentiale eſt magnitudini. 2. Vt coexiſtat loco, ſeu commenſuretur loco, & habeat ſitum extrinſecum in ordine ad locum. 3. Vt extrudat aliud corpus ex loco, ſeu non patiatur ſecum aliam magnitudinem in loco ſibi adæquato. Secundum poteſt à primo ſeparari: & tertium à primo & ſecundo. His notatis Catholicorum communis ſententia eſt, in Sacramento Eucharistiæ, vere adeſſe totam magnitudinem corporis Chriſti: ſed habere primam conditionem, non autem ſecundam & tertiam. exiſtimamus etiam poſſe dari corporum penetrationem.

Proteſt. Hæc ſententia ſemetipſam ſatis evertit. Nam I. ſi extenſio talis, qualem Bellarm. in prima conditione deſcribit, ſit magnitudini & corpori eſſentialis, tum neceſſe eſt ut occupet ſpacium, nihil enim eo modo extendi poteſt, niſi in ſpacio, ſpacium autem corporis eſt locus ejus internus. II. Locus extrinſecus, de quo agitur in conditione ſecunda, neceſſario ſequitur ex eadem magnitudine cum corpore ambiente collata, ſi quid ſit tale. fieri enim nullo modo poteſt, ut corpus unũ ab alio corpore undique contineatur, quin habeat ſitum extrinſecum in ordine ad aliud à quo continetur. III. Tertia conditio eſt plane inſeparabilis, tam enim certum eſt, unam magnitudinẽ excludere aliam ab eodem loco adæquato, quam certum eſt uno oppoſito affirmato, alterum negari. IV. Corpus organicum, quale eſt humanum, majorem diſtinctionem in ſitu partium requirit, quam aliud aliquod corpus, minus igitur probabilia ſunt iſta commenta de corpore Chriſti, quam ſimpliciter de corpore. V. Penetratio dimenſionum in duobus corporibus non poteſt fieri, quia per illam penetrationem duorum corporum dimenſiones eſſent eædem; & ſic corpora duo eſſent unum: corpus enim, ut Bellarm. fatetur. *c. iſto 5. nihil aliud eſt quam extenſio in longitudinem, latitudinem & profunditatem.*

Argumenta Bellarmini.

16. Bellarm. *Implicare contradictionem, eſt repugnare eſſentiæ ſed non repugnat magnitudini, non occupare locum aut non expellere alterum corpus: quia hæc ſunt poſteriora ipſa magnitudine.*

Proteſt. I. Quod repugnat exiſtentiæ, æque implica contradictionem, ac quod eſſentiæ repugnat, ſi de exiſtentia quæratur. II. Quæ neceſſario vel eſſentiam, ve conſequentiam conſequuntut, quamvis ſint poſterior natura, eorum tamen negatio repugnat eſſentiæ, vel exiſtentiæ affirmationis. III. Occupare locum, prius na tura convenit corpori, quam ut ſit organicum, vel hu manum.

17. Bellarm

17. Bellam. *Poteſt magnitudo intelligi, atque etiam definiri ſine loco.*

Proteſt. Sine ſpacio non poteſt.

18. Bellarm. *Vltima ſphæra eſt ſine loco.*

Proteſt. Sine ſpacio ſuo non eſt.

19. Bellarm. *Replere locum, & expellere alia corpora, eſt officium & functio magnitudinis: non igitur ad eſſentiam pertinet.*

Proteſt. Talis eſt functio, qualis eſt, formæ formare, reali reſpicere aliud; loci continere, &c.

20. Bellarm. *Ita ſe habet moles ſeu extenſio ad magnitudinem, ut ſe habet gravitas ad corpus grave: ſed non eſt de eſſentia gravis, ponderare, nam in proprio loco non ponderat aqua vel aer: igitur neque eſt de eſſentia magnitudinis replere.*

Proteſt. I. Vel confundit hic Bellarm. extenſionem cum loci repletione, quæ duo antea diſtinxit, vel ſyllogiſmum facit quatuor terminorum. II. Gravitatem accipit pro actu ponderandi, aut deorſum tendendi, quem etiam abſurde tribuit aeri: ſic autem falſa eſt propoſitio. III. Si quidquam valet hæc comparatio: probat extenſionem magnitudinis, non tantum per miraculum, ſed etiam per naturam à corpore poſſe ſeparari: actualem enim ponderationem: naturaliter à corporibus gravibus in ſuis locis vult ſeparari.

21. Bellarm. *Mat. 19. Dominus dicit poßibile eſſe, ut tranſeat camelus per foramen acus.*

Proteſt. Non dicit Dominus hoc.

Bellarm. *Dicit poßibile eſſe quod difficilius eſt, divitem ſcilicet intrare in regnum cælorum: ſignificat igitur poßibile eſſe id quod facilius eſt, camelum ſcil. tranſire per foramen acus.*

Proteſt I. Difficilius dicitur aliquid in proverbiali ſermone (qualis hic fuit) quod eſt ejuſdem impoſſibilitatis: ſenſus enim eſt: ſi quid ſit difficilius, hoc eſt II. Per divitem intelligitur *is qui confidit opibus: Mar 10.24.* talem autem impoſſibile plane eſt intrare in regnum cælorum: dum talis eſt: ſed Deus eum poteſt ita commutare, ut intret: ſic camelus, manens camelus, nullo modo poteſt tranſire per foramen acus: ſed poteſt à Deo ita commutari, ut aptus fiat ad tranſeundum.

22. Bellarm. *Ioh. 20. Chriſtus intravit per januas clauſas.*

Proteſt. Dicitur quidem intraſſe poſtquam januæ clauſæ fuerunt, ſed non per januas clauſas. potuit facile alia ratione, aditum ſibimet patefacere. ſic Durandus etiam ſtatuit, in 4. *d.44.q.6. reſpondet: Dicitur quod Chriſtus intravit ad diſcipulos janu is clauſis: ſed non dicitur quod intravit per januas clauſas. Cum enim corpus glorioſum poßit moveri per aerem, & Chriſtus virtute divina potuit corpus ſuum oſtendere & occultare, prout*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

voluit : potuit intrare ad diſcipulos per feneſtras, vel alium aliquem locum, & tunc primo ſe oſtendere quando fuit coram diſcipulis : & ſic vere venit clauſis januis, ſed non per januas clauſas. & ſi per januas intravit, potuerunt januæ perquam ſubito aperiri, & ſubito claudi, ita ut apertio & clauſio lateret diſcipulos, & quia res non dicitur fieri quando non innoteſcit, ideo dicuntur fuiſſe clauſæ, quia apertio earum nulli apparuit

Bellarm. 1. *Tum nullum fuiſſet miraculum, intrare januis clauſis.*

Preteſt. Non ſequitur. fuit enim miraculum, *Act.* 12. quando petrus non egrediebatur per portam ferreã clauſam, ſed illa porta ſua ſponte aperta eſt ei.

Bellarm. 2. *Apparet ex circumſtantiis, nullum ſtrepitum fuiſſe factum, ſed totam domum manſiſſe immotam.*

Proteſt. Quaſi pars aliqua domus, vel ipſa janua non potuerit ſine ſtrepitu aperiri, ita ut omnia viderentur immota, quia vulgari modo nihil fuit motum.

23. Bellarm. *Exivit Dominus de utero Matris clauſo, inviolata virginitate, id eſt manente integritate carnis. Beata enim virgo, fuit virgo etiam in partu.*

Proteſt. Beatæ Mariæ virginitatem non magis imminuit apertio naturalis in partu, quam extenſio illa quæ partum in gravidis naturaliter antecedit. Fictio illa, quamvis ſit antiquior, uterum habet magis occluſum, quam ut recentiorem iſtam fictionem producere poſſit in lucem veritatis. Durandus, loco citato, in eandem ſententiam reſpondet : *Eſt alius modus poſſibilis : vid. quod virtute divina fuerit facta dilatatio membrorum & meatuum naturalium ſine aliqua fractione. &c.*

24. Bellarm. *Chriſtus, & beati tranſeunt in cælum, cælum autem eſt corpus ſolidum inſtar æris.*

Proteſt. Naturam cæli, Deus nos mortales videtur celaſſe : ſed illius ſoliditatis eſſe cujus eſt æs, falſiſſimum eſſe declaravit. Expanſum enim totum, non majorem habet ſoliditatem quam aer : & quod ſuperius eſt, ſicut nobilitate, ſic etiam ſubtilitate aerem ſuperare videtur. Hoc igitur argumentum, eſt ſimile cæterorum, id eſt, immane, & impudens poſtulatum. Durandus hic etiam reſpondet : *ſive ponatur cælum diviſibile per naturam, ſive per virtutem divinam, non oportet corpus Chriſti in aſcenſu ad cælum, fuiſſe ſimul cum corporibus ſphærarum, ſed ceſſit corpus corpori. Nec cæli dicuntur ſolidiſſimi taliter, quin poſſint virtute divina dividi, & præbere tranſitum corporibus glorioſis, ſed dicuntur ſolidiſſimi, quia naturaliter ſunt incorruptibiles.*

23. Bellarm. *In pœnis damnatorum ſunt multa miracula difficiliora, vel æque difficilia, atque eſt hoc de quo agimus.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. De miraculis infernalibus non poſſumus judicium ferre, antequam de ordinaria diſpenſatione eo ſpectante particulariter nobis conſtet. ſed Deo non viſum eſt, nobis illarum rerum particularem ſtatum revelare.

Bellarm. *Non magis corpori quanto, occupare locum, quam gravi ponderare, colorato videri, lucido lucere, calido calefacere.*

Proteſt Iſtam propoſitionem ſimpliciter negamus: quia occupatio loci, non re, ſed ratione tantum à corpore differt: ſed actus ſecundi, à primo, major eſt differentia: Dimenſiones & earum ſpacium, neceſſario requiruntur ad corporis exiſtentiam, ſed operatio, non neceſſario requiritur ad vim, aut virtutem operandi.

Cap. III. *De Tranſubſtantiatione, Quid ſit.*

THESIS I.

Bellarm. *Tranſubſtantiatio eſt totalis converſio ſubſtantiæ panis, & vini, in corpus & ſanguinē Domini. In hoc Theologi conveniunt, ob Conciliorum, & Eccleſiæ auctoritatem.*

Proteſt. I. Benefactum, quod hujus dogmatis fidem pendere ex Conciliorum & Eccleſiæ, non ex Scripturæ auctoritate, Bellarm. ipſe fateatur. Per Eccleſiam autem, non Apoſtolicam & puram intelligit, ſed Romanam apoſtaſiam, & per Concilia, conventicula quædam nupera, ejuſdem factionis. Hæc eſt ingenua confeſſio Scoti, in 4. *d* 11. *q.* 3. *Principaliter videntur moveri, quod de Sacramentis tenendum eſt ſicut tenet ſancta Romana Eccleſia. Eccleſia hunc intellectum declaravit ſub Innocent. in Concilio Lateranenſi. Verba Scripturæ poſſent ſalvari ſecundum intellectum facilem & veriorem ſecundum apparentiam.* II. Nullum exemplum dari poteſt, vel ordinarium, vel extra ordinem per miraculum, totalis converſionis alicujus ſubſtantiæ individualis, in aliam ſubſtantiam invidualem præexiſtentem & manentem. Hæc igitur tranſubſtantiatio (quæ res eſt ordinariæ procurationis, ſecundum Pontificios) tale quid eſt, quale ſimile nihil Deus unquam per hominem, aut angelum effecit, id eſt, commentum ſine exemplo. III. Falſiſſimum eſt quod Bellarm. affirmat, Theologos, id eſt, Scholaſticos de hac totali converſione conſentire. Alii enim, ut Durandus, ſtatuerunt materiam panis manere tranſeunte forma: alii ex adverſo, tranſire materiam, & manere formam. *Alex. Al. p.*4 *q.*10. utramque ſententiam refert, & refellere conatur. IV. Non poteſt hæc totalis converſio, ulla ex parte, ſic explicari, ut contradictiones illæ vitentur, quas Scotus *Report. in* 4. *diſtinctione* 10, *q.* 1. breviter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

viter proponi, ſed nullus ſolvit: *quantum futurum cum quanto: majus cum minore: quantum ſine modo quantitativo: partem extra partem, & tamen in qualibet parte totum: aliquid praexiſtens, in novo ubi futurum, abſque mutatione.*

2. Bellarm. *In converſione, requiritur ut id quod convertitur deſinat eſſe quod antea erat: ſi ſit compoſitum, ut deſinat eſſe compoſitum ipſum, quamvis aliquid ejus remaneat, ſicut aqua convertitur in aerem, materia eadem remanente: at ſi id quod convertitur, non ſolum ſit compoſitum, ſed etiam partes ejus, tunc etiam partes debent ſimpliciter deſinere eſſe, & hoc fit in Euchariſtia.*

Proteſt. I. Neque vox, aut ſyllaba ulla eſt in Scriptura, quæ indicat panem deſinere eſſe; neque Sacramenti natura patitur, ut elementum ante uſum ſacramentalem deſtruatur. II. Ratio illa qua Bellarm. probat totum panem ſecundum omnes ſuas partes debere deſinere in ejus converſione; *quia ſcilicet partes ejus ſunt compoſita*, eſt plane delira. Quando uxor Lothi convertebatur in ſtatuam ſalis, fatetur Bellarm. materiam eandem remanſiſſe: partes tamen ejus non minus fuerunt compoſitæ, quam ſunt partes panis.

3. Bellarm. *Requiritur etiam in converſione, ut aliquid ſuccedat in locum ejus quod deſinit eſſe.*

Proteſt. I. Corpus Chriſti, quod antea fuit, & manet quod fuit, nullo modo ſuccedere poteſt pani, ut terminus converſionis: tunc enim per illam converſionem, eodem modo inciperet eſſe, quo panis fingitur deſinere eſſe: quod contradictionem continet manifeſtam. II. Inter Pontificios, multi ſunt, qui ſtatuunt, *ex vi converſionis hujus, non poni corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, vel in loco panis. Deus (inquiunt) poteſt convertere panem in corpus Chriſti, ut habens eſſe in cœlo: quia non eſt in hoc major contradictio, quam in converſione qua nunc ponitur.* ſic Ioh. de Rada. *Arragon. controv. theol. p.* 4. *cont.* 6. *ar.* 3. ubi probat hanc aſſertionem quinque argumentis; inter quæ illud eſt obſervatione dignum: *quod convertitur in praexiſtens, trahitur ad conditiones praexiſtentis, & non è contra. ergo potius panis eſt ubi eſt corpus Chriſti, quam è converſo.* III. Succeſſio non ſufficit ad iſtam converſionem, niſi remaneat aliquid quod fuit panis, & eſt corpus Chriſti: alias enim (ut *Cajet. in* 3. *q.* 75. *a.* 4.) non vere diceretur: quod fuit panis, nunc eſt corpus Chriſti.

Bellarm. *Inanis & ſupervacanea fuit hac ſpeculatio Cajetani: vere enim dici hoc poteſt, licet nihil omnino maneat, quod prius fuerat panis. quia tales ſententiæ, ex communi modo loquendi, ſignificant ſolum, id quod convertitur, non deſinere in nihil, ſed in aliquid quod ei ſuccedit.*

Proteſt. Contra teſtatur Bellarm. ipſe *c.* 22. *Non poſſet ullo modo*

modo vera eſſe Domini ſententia: Hoc eſt corpus meum, ſi ita mutaretur totum in totum, ut nihil in utroque termino commune remaneret.

4. Bellarm. *Tertio requiritur, ut ſit connexio quædam & dependentia inter deſitionem unius, & ſucceſſionem alterius, ita ut unum deſinat, ut alterum ſuccedat, & vi deſitionis fiat ſucceſſio.*

Proteſt. Neque vi deſitionis panis, fit corpus Chriſti, quia poteſt panis vel in elementa, vel in nihilum redigi, ſine ulla ſucceſſione corporis Chriſti, neque vel minima indicatio voluntatis Dei exſtat, de corporis Chriſti dependentia ex deſitione panis.

5. Bellarm. *Quarta conditio converſionis perfecta eſt, ut tam terminus à quo, quam terminus ad quem ſit vere poſitivus, ita ut inter illos nulla intercedat privatio.*

Proteſt. Hoc ipſum argumentum eſt efficax etiam adverſus tranſubſtantiationem panis. In Euchariſtia enim, cum ſint omnia accidentia panis, & ex ordine naturæ, ſimul cum accidentibus illis debeat eſſe panis, & fuerit antea panis, neceſſaria ſequitur, vel adeſſe ibi panem, vel privatione panis, locum relinqui corporis Chriſti.

6. Bellarm. *Tranſubſtantiatio eſt perfectiſſima converſio, & diſtinguitur ab omnibus aliis mutationibus, ſed ſimilior eſt tamen converſioni ſupernaturali, a qua ſolum in duobus diſtinguitur: 1. quod illic non hic materia eadem remaneat. 2. quod hic non illic eadem accidentia maneant.*

Proteſt. Hoc perinde eſt, ac ſi Bellarm. dixiſſet: tranſubſtantiatio eſt perfectiſſima converſio: ſed à perfectiſſima diſtinguitur. I. In eo quod non ſit converſio. II. Quod manifeſtam implicat contradictionem. Succeſſio enim quæ fingitur corporis Chriſti, in locum panis, cum quo nihil ſubſtantiæ habet commune, non magis eſt converſio hujus in illud, quam eſt ſucceſſio regis electi, vel hæredis, in locum depoſiti, vel defuncti regis, præſertim ſi iiſdem veſtibus induatur ſucceſſor: & ſubſtantiam mutari ſine accidentium commutatione, eſt ac ſi homo mutaretur in brutum, manentibus proprietatibus humanis.

7. Bellarm. *Converſio panis in corpus Domini, non eſt productiva ita ut ejus vi corpus Domini de novo producatur; neque eſt conſervativa ut corpus antea in eodem loco exiſtens cum pane, per iſtam converſionem naturaliter conſervetur: ſed eſt adductiva, ita ut corpus Chriſti, antea exiſtens, ſed non eo loco, ubi fuit panis, vi hujus converſionis incipiat eſſe in eo loco, ſub ſpeciebus panis.*

Proteſt. I. Diſtinguit Bellarm. non entia, ſed ineptiſſima figmenta otioſorum quorundam Scholaſticorũ. Converſionis enim vel *conſervativa*, vel *adductiva*, quales Bella. nobis deſcribit, nullum unquam exemplum fuit ab orbe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

condito, vel naturale, vel ſupernaturale, neque poteſt eſſe: quia terminus converſionis per illam accipit ſuum eſſe, id eſt producitur. ſucceſſio etiam poſterioris termini, proportionem debet habere ad receſſionem prioris ſed receſſio illa eſt (ut loquuntur) deperditiva: ergo hæc ſucceſſio debet eſſe productiva.

Bellarm. *Talis fere eſt converſio cibi in hominem per nutritionem, quantum attinet ad introductionem animæ.*

Proteſt. Simili *fere*, quidlibet vocari poteſt *tale.* quis enim unquam audivit, cibum converti in animam? quis vel ſomniavit quidem, animam totam per nutritionem, in novum locum adæquatum adduci? quis denique poteſt imaginari, ſucceſſionem animæ ſequi ex definitione nutrimenti?

Proteſt. II. Si per converſionem iſtam non producitur corpus Chriſti. ſed tantum fit præſens, tum terminus ad quem non eſt ſubſtantia, vel corpus, ſed accidens, vel præſentia corporis: & proinde reſpectu termini ad quem non eſt tranſubſtantiatio, ſed potius tranſaccidentatio.

Bellarm. *Terminus ad quem eſt ſubſtantia, non enim fit præſentia, ſed fit, ut corpus Chriſti ſuccedat pani.*

Proteſt. Diſtinctio hæc eſt verbalis tantum. Acutiſſimi enim Scholaſticorum, ſtatuunt ut Iohan. de Rada, Arrag. Epiſc. Pactenſis habet, *controv. theol. p.4. con. 7. a.2. terminum formalem ad quem hujus converſionis, eſſe præſentiam corporis ad ſpecies; terminum vero materialem eſſe corpus Chriſti, terminum autem totalem, eſſe corpus Chriſti præſens: terminum vero formalem à quo, eſſe non eſſe panis hic: terminum materialem eſſe panem; terminum vero totalem, non eſſe panem ut hic præſentem.* Harum autem omnium nugarum ſumma eſt, corpus Chriſti, per fictitiam iſtam converſivam adductionem, nihil acquirere, præter novam præſentiam, & proinde accidens novum eſſe proprium terminum hujus actionis.

8. Bellarm. *Converſio, quatenus panem deſtruit, non tam eſt actio, quam negatio actionis aut conſervationis: poſitio autem corporis ſub ſpeciebus, fit ab illa converſione, non ut ea eſt in pane, ſed ut recipitur in corpore Chriſti.*

Proteſt. I. Tranſubſtantiatio igitur fit per negationem, & adductionem; in quarum neutra eſt ulla ſubſtantiatio. II. Benedictio panis illud efficit, (ſi hoc verum ſit) ut Deus illi eidem pani benedicto, ſuam conſervationem neget; & ſic deſtructio eſt effectum proprium benedictionis, quod eſt plane abſurdum. III. Tranſubſtantiatio, hoc pacto, non erit una actio, ſed negatio actionis, & Actio.

Bellarm. *Tranſubſtantiatio eſt una actio, quia eſt quædam voluntas.*

untas,ſeu volitio Dei, qua ipſe non vult conſervare panem, ut in ejus ıcum ponatur corpus Domini.

Proteſt. Voluntas unum corpus removendi, ut aliud in ɛjus locum ponatur, non eſt una & eadem actio, cum ɔoſitione alterius in illo loco. Nihil certe rationis eſt in ota hac explicatione tranſubſtantionis: ita ut videatur ranſubſtantiationem etiam ſecum introduxiſſe.

Argumenta Bellarmini.

9. Bellarm. *Hoc eſt corpus meum: hæc verba neceſſario inferunt, ıut veram mutationem panis, ut volunt Catholici; aut mutationem ıetaphoricam ut volunt Calviniſtæ.*

Proteſt. I. Concedimus concluſionem: *ergo non admit-unt ſententiam Lutheranorum.* ſed non ſequitur ſtatim tran-ſubſtantiatio, ex negatione conſubſtantiationis. II. Mu-atio illa quam nos ſtatuimus, ab uſu communi in ſacrū, ıon opponitur *vera*, ſed ſubſtantiali. III. Verborum Domini, quis ſit ſenſus genuinus, fuit antea declaratum. Hic tamen ex abundanti adjicimus, tranſubſtantiationem ıon ſequi ex verbis iſtis, quamvis realem & ſubſtantia-em præſentiam indicarent, ſi verum ſit placitum illud Bellarm. *c.* 5. *poſſe dari corporum penetrationem,* ita ut corpus Chriſti ſimul adſit in eodem loco adæquato cum pane.

Bellarm. 1. *Cum demonſtratur res contenta, demonſtratur ına res tantum.*

Proteſt. I. Ratio eſt, quia duo corpora non poſſunt in eodem loco adæquato ſimul contineri: ſi vero poſſent, um duæ res contentæ ſimul demonſtrarentur per pro-ıomen hoc. II. Scotus in 4. *d.* 11. reſpondet: *dato quod ubſtantia panis maneret, non demonſtratur ſubſtantia panis: ſed con-entum ſub pane: ſicut modo non demonſtrantur accidentia: quia unc eſſet propoſitio falſa: ſed ſenſus eſt: hoc ens contentum ſub iſto ſi-no ſenſibili, eſt corpus meum.*

Bellarm. 2. *Sola accidentia ſunt res continens.*

Proteſt. Ex hypotheſi illa penetrationis dimenſionum, Scotus recte defendit, panem futurum rem continentem. Bellarm. cum nihil aliud habeat ex Scriptura, quo tran-ſubſtantiationem confirmet, præter iſta verba: *hoc eſt cor-ṗus meum:* & iſta verba, non tantum nihil tale ſonet, ſed ılium ſenſum habere poſſe non ſolum Scotiſtæ conten-dant ſed etiam ex Bellarm. conceſſis evincatur; tam mi-ſera certe eſt hujus cauſæ egeſtas, ut auctores ejus debeat commenti ſui pudere.

Putidæ illæ convenientiæ rationis, quas Bellarm. ıdfert ad tranſubſtantiationem firmandam, ſolis Lu-theranis opponuntur, & eorum conſubſtantiationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſupponunt : de illis igitur viderint Lutherani.

Argumenta noſtra.

Non omnia hic perſequemur, ne cum Bellarm. antea dicta repetendo, quod actum eſt agamus. in illis igitur immorabimur tantum, quæ ampliorem adhuc lucem adferre videntur tenebris Pontificiæ tranſubſtantiationis.

10. *Proteſt.* Si deſit ſubſtantia panis, tollitur ratio Sacramenti.

Bellarm. *Subſtantia panis non pertinet ullo modo ad rationem Sacramenti Euchariſtiæ.*

Proteſt. I. Quod Chriſtus in hujus Sacramenti inſtitutione benedixit, pertinet ad rationem Sacramenti: ſed benedixit ſubſtantiam panis, ergo. II. Ad Sacramenti rationem pertinet res terrena, vel elementum illud ad quod verbum accedit: ſed ſubſtantialis panis in Euchariſtia eſt illud Elementum.

Bellarm. 2. *Res terrena in Euchariſtia, eſt ſpecies ſenſibiiis: materia ex qua Sacramentum conficitur, eſt verus panis triticeus; qui remanet quatenus opus eſt.*

Proteſt. I. Abſurde diſtinguit hic Bellar. inter rem terrenam, & materiam Sacramenti, cum ipſemet antea de *Sacram. l. 1. c.* 18. hanc habeat propoſitionem: *In Sacramentis omnibus novæ legis, inveniuntur res, ut materia, & verba, ut forma.* ubi etiam expreſſe verbis dicit: *panem eſſe rem Euchariſtiæ.* II. Species Chriſtus non benedixit, ſed panem. III. Si panis ſit materia ex qua Sacramentum conficitur & conſtat, tum debet neceſſario in Sacramento remanere. Materia enim eſt cauſa interna, ingrediens effectum, & permanens in eodem, ita ut materia ſublata, effectum ipſum ceſſet. IV. Analogia debet eſſe in Sacramento, inter rem terrenam, & cæleſtem: & in Euchariſtia analogia requirit, ut panis alat, & ex multis granis conſtet: ergo ut ſit ſubſtantialis.

Bellarm. 3. *Analogia non requirit, ut panis vere nutriat, & ex multis granis conſtet: ſed ſatis eſt, ſi naturaliter repræſentet eam rem, quæ vere nutrit, & ex multis granis conſtat. ſpecies columbæ, & ſerpens æneus habuerunt ſuam analogiam, & tamen vera columba, & verus ſerpens non fuerunt.*

Proteſt. I. In aliis omnibus Sacramentis, talis eſt analogia, ut res ipſa habeat ſuam naturalem operationem: quare non in Euchariſtia? II. Analogia Sacramentalis, non tantum in re, ſed in uſu etiam & operatione rei conſiſtit: accidentia autem vel ſpecies panis, non habent illum uſum & operationem, Tertio. Nihil minus analogice dici poteſt, quam panem è modio tolli. ut poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

er ſpecies ſuas repræſentetur, & illæ ſpecies quatenus
epræſentant panem; ſint ſignum Sacramentale. IV.
Columbam veram adfuiſſe in Baptiſmo Chriſti, Thomas
um aliis multis affirmat. Si non fuit columba, fuit tamen
ubſtantia ſimilis, non ſpecies inanis. Neque tamen Sacra-
nentum fuit, neque uſum habuit viventis columbæ. V.
Serpens æneus, ex ipſa analogia, quam habuit ad rem ſi-
gnificatam, non debuit eſſe ſerpens vivus & venenatus.

II. *Proteſt.* Tranſubſtantiationis doctrina, feneſtram
perit hæreticis illis, qui Chriſti corpus phantaſticum eſ-
e dicebant. ſi enim inviſibiliter volitat per innumera lo-
a, & modo hic incipit eſſe, modo illic, quis non ſuſpice-
ur eſſe phantaſma?

Bellarm. *Phantaſtica corpora videntur eſſe corpora vera, & ta-
nen non ſunt: at corpus Chriſti in Euchariſtia, non videtur & ta-
nen eſt.*

Proteſt. I. Ex hac deſcriptione ſequitur, panem in Eu-
chariſtia eſſe corpus phantaſticum; quod tamen eſt tale
ſignum corporis Chriſti, ut ex ejus natura probaverint
multi Patrum, corpus Chriſti non eſſe phantaſticum. II,
Corpus Chriſti, ſi adſit ſub ſpecie panis, videtur eſſe cor-
pus illud puod non eſt, & eſt eo reſpectu phantaſticum.
III. Sicut poteſt aliquid eſſe, & non videri, ſic poteſt
etiam videri, & non eſſe: & hac ratione confirmantur
Hæretici in hæreſi ſua.

12. *Proteſt.* In confeſſione Berengarii, de conſecr. *d.* 2.
habetur: panem & vinum, poſt conſecrationem, eſſe non
ſolum Sacramentum, ſed etiam verum corpus, & ſangui-
nem Domini, & ſenſualiter, & in veritate, ſacerdotis
manibus tractari, & frangi, & fidelium dentibus atteri.
De corpore Chriſti dici hæc non poſſunt.

Bellarm. 1. *Verum eſt, panem poſt conſecrationem eſſe Sacra-
mentum.*

Proteſt. Verum igitur eſt, panem poſt conſecrationem
eſſe Sacramentum enim nullam ſignificat ſubſtantiæ pri-
vationem.

Bellarm. 2. *Panis ſubſtantialiter mutatus, eſt naturale corpus
Chriſti.*

Proteſt. I. Manet igitur panis: quia nihil proprie dicitur
eſſe aliquid poſitivum, quod nullo modo eſt.

Proteſt. II. Eadem igitur ſubſtantia manet: alioquin
non vix nomen panis dici poſſet manere: panis certe qui
fuit, non eſſet, qui eſt, non fuiſſet, & ſic nullus panis
maneret.

Bellarm. 3. *Chriſti corpus videtur, tangitur, frangitur, teritur,
mediantibus ſpeciebus panis, quæ ſolæ formaliter videntur, tanguntur,
franguntur, teruntur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Eodem igitur modo ex (Bellarm. ſententia) corpus Chriſti in Euchariſtia, quoad ſubſtantiam videtur, tangitur, frangitur, teritur, quo panis communis in cæna vulgari. nam ibi etiam ſpecies formaliter videntur, &c. panis autem mediantibus ſuis ſpeciebus.

Bellarm. 4. *Senſualiter ibi idem ſignificat quod in rei veritate:*

Proteſt. Senſuales ſunt illi nimis, quibus omnis veritas eſt ſenſualis.

13. *Proteſt.* Si panis non adſit in Euchariſtia, falluntur ibi ſenſus noſtri, & falſi aliquid in Sacramento veritatis ineſt.

Bellarm. I. *Senſus ſæpe falluntur.*

Proteſt. I. Nullum exemplum dari poteſt, ubi omnes ſenſus omnium hominum (organo, medio, objecto bene diſpoſito) adhibitis omnibus mediis explorandi veritatem, circa objectum ſenſibile fallantur: ſed ſic eſt in Euchariſtia, ſi non ſit ibi panis. II. Nullum Sacramentum inſtituit ita Deus ut fundamentum ſuum habeat in ſenſuum deluſione.

Bellarm. *Nihil eſt falſi in hoc Sacramento: quia accidentia illa ſignificant naturaliter ſub illa ſpecie latere ſubſtantiam panis: in Euchariſtia autem non naturaliter, ſed ſupra ordinem naturæ fit, ut ſub illis accidentibus deſit ſubſtantia panis.*

Proteſt. I. Hoc perinde eſt, ac ſi dixiſſet Bellarm. ſpecies panis nos non fallit: facit enim officium, naturali ſuo modo: ſed Deus nos fallit, qui ſupernaturaliter facit, ut illud non adſit, quod ſpecies ſignificat adeſſe. II. Bell. antea *c.*23. dixit analogiam Sacramenti in eo conſiſtere, *ut illud quod vere nutrit, & ex granis multis conſtat,* (id eſt panis) *repræſentetur.* Repræſentatio igitur Sacramentalis, hac ratione, eſſet fal a. III. Omne ſignum externum hoc pacto videtur tolli: panis enim deeſt: ſpecies panis non vere ſignificat panem adeſſe: neque aliud poteſt immediate ſignificare, quam id cujus eſt ſpecies, neque ad aliud ſignificandum fuit ſanctificata. nihil igitur videtur ſignificare.

14. *Proteſt.* Quod in Euchariſtia eſt ſub ſpecie panis & vini, varias mutationes recipit ex qualibet occaſione, quæ pani conveniunt, ſed non corpori Chriſti. Alteratur, corrumpitur, à muribus devoratur, vermes inde procreantur, comburi poteſt, & in cineres verti.

Bellarm. I. *Si mutatio ſit ſola alteratio, ut calefactio, condenſatio, &c. tum non requiritur materia, ſeu ſubſtantia: nam accidentia omnia pro ſubjecto habent quantitatem.*

Proteſt. De quantitate poſtea videbimus, an ſit à materia ſeparabilis. Hoc interim ex ſeſe patet. I. Qualitates nunquam

unquam alterari, quin earum ſubjectum ſimul alteretur, & novam admittat diſpoſitionem : ſed quãtitas ſæpe non mutatur per alterationem qualitatum. Hoſtiæ calidæ & frigidæ quantitas, eodem plane modo ſeſe habet. Quis unquam audivit de quantitate calida, aut frigida? II. Qualitates etiam naturales ſubjectum illud habent ex quo fluunt, & in quo principia earum continentur : ſed non fluunt à quantitate, tanquam à principio ſuo, ſunt naturà ſecundaria & fluunt à natura primaria, neque ſine illa, exiſtere poſſunt. III. Alteratio qualitatum, eo ſua natura tendit, & pertingere poteſt, ut pro termino habeat corruptionem : quod etiam fieri poteſt, eadem quantitate manente : annon hic requiritur aliqua materia, vel ſubjectum, præter quantitatem?

Bellarm. 2. *Si ſit corruptio ſpecierum, ut in nutritione humana, combuſtione, &c. tum requiritur quidem materia, ſed ea ſubſtituitur à Deo, in illo ipſo inſtanti, quo deſinunt eſſe illæ ſpecies, & in quo aliud generatur : & hoc ſine miraculo. Quando enim per alterationem ſpecierum panis, eo venitur, ut adſint diſpoſitiones requiſitæ ad aliquam formam introducendam, exigente ordine rerum. Deus materiam ſubſtituit, & in illo ipſo inſtanti, ab agente naturali, mediantibus diſpoſitionibus præmiſſis, introducitur forma ſubſtantialis.*

Proteſt. Speciem hic habemus reſponſi, ſine ulla ſubſtantia ſubjecta. Nam I. In corruptione hoſtiæ, requiri materiam dicit Bell. ſed illam materiam non vult adeſſe, niſi in inſtanti ipſo generationis : ita ut materia illa nihil habeat commune cum tranſmutatione aliqua corrumpente; neque ſit ſubſtantia quæ corrumpatur, ſed quæ generetur tantum. II. ſine ratione connectit iſta duo, corruptionem accidentium, & ſubſtantiæ generationem. III. materiam ſubſtitui dicit : ſed non indicat, an hæc ſit reſubſtantiata materia panis necne, vel materia prima, vel alia aliqua materia ſecunda. IV. Deum ſubſtituere materiam fingit : ſed utrum productive, an adductive, creando, an transferendo, non affirmat. V. Diſponi accidentia primo facit, ſine ulla effectione materiæ, tum materiam ſubſtitui, in inſtanti, à Deo & formam introduci ab agente naturali, ita ut corpus primo agat in ſubjectum incorporeum, accidentia diſponantur ſine materia ad formam, quæ nullam habet materiam ſibi paratam; Deus denique ſubſtituat materiam informandam, poſt materiales diſpoſitiones peractas, in quam agens naturale formam introducat in inſtanti, quæ omnia ſunt monſtroſa commenta ad imaginem tranſubſtantiationis in gratiam ejuſdem formata. VI. Illud autem ſuperat miraculum, ut talia fiant *ſine miraculo, ſic exigente ordine rerum :*

verum: quum nullus ſit ordo naturæ conſtitutus vel inter agens naturale, & immateriale objectum, vel inter accidentia ſeparata, & materiam novam ſubſtituendam; vel denique inter formam, & materiam non præparatam. Scoto certe, homini non ſtupido, adeo admiranda videbantur iſta, ut non dubitaverit affirmare: *Occaſionem eſſe avertendi omnes philoſophos, imo fere omnes ſequentes rationem naturalem, à fide (Romanam intellige,) & quod philoſophus, vel quicunque ſequens naturalem rationem, haberet pro majore inconveniente, ea quæ ponuntur negando ſubſtantiam panis, quam haberet de omnibus articulis, quos habemus de incarnatione: & propter hæc fidem patere contemptui omnium ſequentium rationem, in quarto, diſtinctione undecima, quæſt. tertia.*

15. *Proteſt.* Accidentia vel ſpecies ſenſibiles, panis, & vini, non poſſunt exiſtere ſine ſuo ſubjecto: quia in ſe non ſubſiſtunt.

Bellarm. I. *Ad accidentis eſſentiam non pertinet inhærentia in ſubjecto.*

Proteſt. I. Satis eſt ſi pertinet ad accidentis exiſtentiam. II. Quamvis inhærentia ipſa non ſit eſſentia accidentis, principia tamen accidentium propriorum, ſunt de ipſorum eſſentia, & illa principia non poſſunt à ſubſtantia ſeparari.

Bellarm. Secundo. *Accidens eſt prius ſuo ſubjecto: verbi gratia, candor non talis eſt, quia facit parietem candidum: ſed contra, ideo facit parietem candidum, quia ipſe in ſe eſt candor.*

Proteſt. Mera hæc eſt ſophiſtica, & plane puerilis. omnes enim norunt ſubjectum prius natura eſſe ſuo adjuncto, quod ex ipſo fluit & dependet: ſed quia illa eadem res quæ eſt adjunctum, ſecundario habet ſe ad ſubjectum cui ineſt, ſicut forma accidentaliter informans, idcirco in iſta relatione formæ prius eſt formato: ſed neque ſimpliciter, neque ſub ratione adjuncti, prius eſt ſuo ſubjecto.

Bellarm. 3. *Accidentia ſunt in ſe, & non ſubſiſtunt: quia ſunt in ſe negative non poſitive. Sunt in alio, & non inhærent: ut in conſervante, non ut in ſubjecto.*

Proteſt. I. Non magis ſunt in ſe negative, quam in illis ſubſtantiis de quibus vere negantur. II. Sunt in alio ut in conſervante, etiam quando ſunt in ſuo proprio ſubjecto. Nihil eſt igitur in iſtoc reſponſo præter verborum præſtigias ridiculas, quibus defenditur, riſibilitatem exiſtere poſſe, abſque ullo ſubjecto riſibili.

CAP. III.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP. III. *De Natura Sacramenti Euchariſtiæ.*

Quæſtio eſt, an hoſtia conſecrata, extra uſum, dum in pixide ſervatur, ſit Sacramentum Euchariſtiæ ? Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Verba Domini (Hoc eſt corpus, hic eſt ſanguis) prius dicta ſunt, quam fieret actio manducandi, & bibendi : ergo ante illam actionem, fuit corpus Domini præſens in cæna, & proinde Sacramentum Euchariſtiæ confectum.*

Proteſt. I. Concluſio nihil facit ad rem : quia non quæritur an ante hanc vel illam actionem, quæ pertinet ad celebrationem hujus Sacramenti, corpus ſit præſens; ſed potius an poſt omnes actiones illas finitas, hoſtia in pixide ſervata, & ab uſu ſegregata, ſit Sacramentum. II. Varii ſunt actus particulares, qui concurrunt ad Sacramentum: & proinde Sacramentum eſt (ut loquuntur) in fieri, ab initio ad finem eorum, exiſtens quaſi incomplete.

2. Bellarm. *Perſeverat Sacramentum, in eo tempore, quod eſt interjectum inter diſtributionem, & manducationem, ſi quis velit aliquantulum hærere & quieſcere ante manducationem : ergo perſeveraret etiam ſi quis differret manducationem in alterum diem, vel menſem, vel annum, & tandem ſemper, dum ſpecies illa non conſumuntur.*

Proteſt. I. Conſequentia eſt nulla. Quamvis enim res tranſiens perſeveret, dum eſt in fieri quando tamen deſinit fieri, & eſt confecta, non poteſt diutius perſeverare, celebratione durante, quies aut interſtitium hujus aut illius actus, non interrumpit moralem totius actionis perfectionem: ſed tota celebratione peracta, quod in dies, menſes, annos, in pixide ſervatur, nulla pars eſt illius actionis, & proinde non eſt Sacramentum. 2. Bellarm. ipſe *c.*3 fatetur : Baptiſmum non eſſe rem permanentem ; & tamen, inter initium & finem Baptiſmi, poteſt quis aliquantulum hærere, & quieſcere, Baptiſmo perſeverante : an igitur perſeveraret, ſi in menſem, aut annum differret partem aut verborum, aut ablutionis ?

3. Bellarm. ipſe *c.*24. contendit *hauſtum ſanguinis in Eccleſia, & manducationem corporis in privatis ædibus, non poſſe haberi pro una communione.*

3. *Proteſt.* Sacramentum non eſt, niſi quatenus inſtitutio Domini in eo obſervatur, ſed Dominus inſtituit uſum præſentem Euchariſtiæ, non hoſtiam in pixide conſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

conſervandam: ergo Hoſtia inpixide conſervata, non eſt Sacramentum.

Bellarm. 1. *Dominus juſſit panem benedici & manducari: ſed non juſſit continuo poſt benedictionem manducari, præſertim totum, & ab omnibus: unde non repugnat inſtitutioni, dilatio manducationis, modo ad eum finem benedictio, ſeu conſecratio ordinetur.*

Proteſt. I. Iuſſit Dominus diſcipulos ſuos facere quod fecerunt. Iuſſit nos etiam facere quod in prima cæna factum eſt. Iuſſit manducationem conjungi cum benedictione, fractione, & acceptione. Nihil de reſervatione juſſit, aut indicavit. Quicquid juſſit de Euchariſtiæ manducatione, juſſit ut aliquid partialiter concurrens ad unam & eandem celebrationem cænæ, cum benedictione aut conſecratione antecedente. Tam clara ſunt hæc ut Bellarm. ipſum ſuppuduerit ſimpliciter negare juſſiſſe Chriſtum panem continuo poſt benedictionem manducare: addit igitur ſine ullo ſenſu: *præſertim totum, & ab omnibus:* quaſi omnes & ſinguli communicantes deberent (ex noſtra ſententia) totum panem ſacramentalem manducare: vel quaſi Dominus aliud juſſiſſet una parte panis & aliud alia; vel alia aliis convivis mandaſſet, & non omnibus idem.

Bellarm. 2. *Si quis legitimus Sacerdos exiſtens, Euchariſtiam conſecraret, iis ſervatis, quæ ad ſacramenti eſſentiam requiruntur, non tamen in ordine ad manducationem, ſed ad quemvis alium finem, is quidem malefaceret, tamen verum Sacramentum conficeret.*

Proteſt. I. Actum eſt igitur de intentione faciendi quod Eccleſia facit quam Bellarm. antea de *Sacram. l.*1.*c.*27. neceſſario requirit ad Sacramentum. II. Actum eſt de omni inſtitutione Sacramenti. Bellarm. enim invenit Sacramentum, ſine ulla inſtitutione, ſive divina, ſive humana. III. Actum eſt denique de communi natura Sacramentorum, qua ſunt inſtrumenta & media, ad certum finem tendentia: ecce enim Sacramentum *ad quemvis finem.* IV. Quid tandem fieret novo hoc Sacramento? ſi manducaretur, hoc eſſet præter finem ejus: ſi non manducaretur, hoc eſſet contra mandatum Chriſti. V. Quid fieret ſi ſacerdos aliquis hunc in modum conſecraret *totum panem de foro, & totum vinum de cellario,* quod poſſe fieri Pontificii quidam affirmant, *Bonav.* in 4.*d.*10? viderit Bellarm. Modeſtior certe multo fuit Bonaventura: qui *in* 4. *d.*13. hac ratione refutat abominandam Pontificiorum illorum audaciam, qui dicunt corpus Chriſti eſſe aliquando in ventre muris, vel in cloaca, *quia Chriſtus non eſt ſub Sacramento hoc, niſi eatenus quatenus ordinabile eſt ad manducationem humanam.*

Bellarm. 3. *Res non pendet, quoad eſſe ſuum, ab uſu: ſedes, eſt*

ſedes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

les, quamvis nemo unquam ibi ſedeat, imo etiamſi fieret non ut ibi leatur, ſed ut in ſpectaculo exhibeatur.

Proteſt. I. Res quædam pendet ex uſu: cauſa nulla eſt tu cauſa, niſi actu vim ſuam exerceat. Relatum non eſt tu relatum, niſi actualem habeat reſpectum ad aliud. I. Media inſtituta, inſtrumenta omnia pendent (qua lia ſunt) ex relatione & applicatione ad finem & uſum ium. III. De Sacramentis omnibus, præter Eucha-ſtiam, tantundem concedunt ipſi Pontificii: ſic Scotus *quarto, d. 8. q. 1. Omnia Sacramenta, præter Euchariſtiam, conſi-ant in uſu, & in fieri, ita ut idem ſit ibi Sacramentum, & perceptio icramenti.*

4. *Proteſt* Hoc ipſum, quod jam allegatum fuit ex Sco-), eſt alterum noſtrum argumentum. Si enim Baptiſ-ius, cum cæteris omnibus Sacramentis à Pontificiis ip-s introductis, conſiſtit in uſu, magnum certe præjudi-um adfert permanentiæ Euchariſtiæ extra ſuum uſum, iod repugnet communi naturæ Sacramenti, quæ non iinus Euchariſtiæ, quam in cæteris ſpeciebus debet con-enire.

Bellarm. *Diſſimilis eſt ratio Baptiſmi, & Euchariſtiæ. Nam* 1. *aptiſmus vocatur ablutio, quæ eſt actio: ſed nemo unquam vocavit uchariſtiam fractionem, vel conſecrationem, vel diſtributionem, vel anducationem, vel aliam actionem.*

Proteſt. I. Bellarm. ipſe *l.* 4. *c.* 24. contendit acriter, er *fractionem panis, Luc.* 24. & *Actor.* 2. intelligi Euchari-iam, quod de altero ſaltem loco, negari non poſſe affir-1at. II. Cæna, communio, communicatio, & Eucha-ſtia, nonne ſunt nomina actionis?

Bellarm. 2. *Nulla eſt actio, cui conveniat tota ratio Sacramenti.*

Proteſt. Neque dicimus igitur in una aliqua ſingulari ctione totam Sacramenti rationem conſiſtere, ſed in ariis conjunctim: ſicut etiam Sacramentum Paſchatis lim conſtitiſſe liquet.

Bellarm. 3. *Pani conſecrato convenit tota difinitio Sacramenti.*

Proteſt. I. Pani conſecrato, extra uſum, non convenit la definitio Apoſtoli, *eſt communicatio corporis Chriſti.* II. Non convenit definitio Tridentina, quoad illam partem: *nctitatis & juſtitiæ, tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet.* ex-ra uſum enim, nullam efficit aut efficere poteſt juſtitiã, ut ſanctitatem.

Bellarm. 4. *Elementum & verbum concurrunt.*

Proteſt. In hoſtia poſt conſecrationem reſervata, neque nanet verbum, neque (ſecundum tranſubſtantiationis octrinam) elementum ipſum panis.

Bellarm. *Elementum & verbum requiruntur ad Sacramenti ef-fectionem, &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

fectionem, & ideo in his Sacramentis, quæ in actione conſiſtunt, & qu‑ rum idem eſt fieri & eſſe, elementum & verbum ſunt principia, tum ‑ fectionis, tum eſſentiæ ipſius Sacramenti: at in hoc Sacramento, quo aliud eſt fieri, & aliud eſſe, principia illa concurrunt proprie Sacramenti effectionem: in ipſa re effecta, elementum manet, qu‑ externas ſpecies, & verbum, quoad virtutem: ſicut etiam in miſti‑ elementorum, manent elementa, ſed alterata.

Proteſt. I. Bellarm. poſtulat hic ſibi dari, quod eſt quæſtione. Euchariſtiam ſcilicet in eo differre ab aliis S‑ cramentis, quod eorum eſſe conſtat in fieri, & uſu, ſed hoc aliud eſſe diſtinguatur, & ſeparetur à fieri, & uſ‑ Nullam tamen rationem reddere potuit, aut tentavit, h‑ jus differentiæ. II. Concludit nullum elementum pr‑ prie manere in hoſtia reſervata, ſed externam tantu‑ ſpeciem elementi, neque verbum, ſed virtutem verbi; ‑ tamen idem Bellarm. de *Sacrament. l.* 1 *c.* 18. ante defend‑ elementum eſſe materiam, & verbum formam Sacrame‑ ti; numquid effectum aliquod conſtat ex materiæ ſpec‑ externa, & virtute formæ abſentis? III. Abſurde con‑ parat Sacramentum corpori mixto, & panem una cu‑ verbo, elementis: & panis tranſubſtantiationem, ac ve‑ bi deſitionem cum alteratione elementorum, in quib‑ nulla ſpecies eſt ſimilitudinis veræ. Sed de mixto h‑ Sacramento audiamus tandem explicationem Bella‑ minianam.

CAP. V. *Quid proprie ſit Sacramentum Euchariſtiæ.*

BEllarm. 1. *Conſecratio Euchariſtiæ Sacramentum dici pote‑ quatenus Sacramentum accipitur, pro omni ſigno rei ſacræ, ſed n‑ prout vel ſtrictius accipitur, pro ſigno rei ſacræ ſanctificantis anima‑ vel ſtrictiſſime pro ſigno non ſolum ſignificante, ſed efficiente etiam an‑ mæ ſanctitatem.*

Proteſt. I. Diſtinctio hæc Sacramenti nullum hab‑ fundamentum. Neque enim ſignum verbale vocatur S‑ cramentum, ſed reale tantum, neque eſt ullum ſignu‑ ſignificans ſanctitatem, quod non ſuo modo (ut mora‑ inſtrumentum) eidem etiam efficiendæ inſervit. II. Cu‑ conſecratio (ex Bellarm. ſententia) ſit forma Sacrame‑ ti, ſtrictiſſime ſumpti, ſequitur neceſſario, eandem qua‑ partem eſſentialem ejus eſſe.

2. Bellarm. *Sumptio Euchariſtiæ Sacramentum dici poteſt, qua‑ tenus eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis animam; ſed non ut cau‑ ſanctificationis.*

Proteſt. Sumptio vel manducatio Chriſti, eſt cauſa ſa‑ ctificationis *Ioh.* 6. 51. quia applicat Chriſtum & virtute‑ eju‑

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

jus. Sumptio igitur Euchariſtiæ externa, non eſt ſumtio Chriſti.

3. Bellarm. *Sola ſpecies panis & vini, non habent integram Sa-cramenti rationem.*

Proteſt. Ne partialem quidem.

4. Bellarm. *Corpus Domini, & ſanguis, ſine ordine ad ſpecies, non habet rationem Sacramenti.*

Proteſt. Neque ordinem talem habent, niſi ex placito hominum ſic in imaginatione ſua ordinantium illa, per quæ ipſimet debent ordinari.

5. Bellarm. *Tam ſpecies panis & vini, quam corpus & ſanguis Domini, ad eſſentiam ſacramenti Euchariſtiæ pertinent.*

Proteſt. I. Pertinent igitur ambo ad eſſentiam ſigni, ſignificantis, & efficientis gratiam ſecundum definitionem antea traditam à Bellarm. At vero corpus Domini nullo modo poteſt eſſe de eſſentia ſigni ſacramentalis: quia res eſt ſignificata, & ſpecies panis ac vini, nullo modo ſunt aptæ ad ſignificandam, nedum ad efficiendam gratiam. II. Neque corpus Domini conſecratur, neque ullo verbo inſtitutionis, ſanctificatæ ſunt ſpecies ad uſum ſacramentalem. III. Nihil pertinet ad eſſentiam alicujus rei, præter cauſas eſſentiales: ſed nec ſpecies, nec corpus, ſunt vel materia, vel forma Signi Sacramentalis: ergo non pertinent ad eſſentiam ejus.

6. Bellarm. *Ratio Sacramenti, magis convenit ſpeciebus ut continent corpus, quam corpori Chriſti, ut eſt ſub ſpeciebus.*

Proteſt. Maxime igitur convenit accidentibus in ſacris literis ne ſemel quidem nominatis, nullam analogiam habentibus, vel ad Chriſtum, vel ad gratiam Chriſti; idque ſub illa ratione, qua neque exiſtere, neque tanquam exiſtentia, vel concipi quidem poſſunt.

7. Bellarm. *Ratio ſacrificii, necnon pignoris, & alimenti divini, magis convenit corpori Domini, ut eſt ſub ſpeciebus, quam ſpeciebus, ut continent corpus Domini.*

Proteſt. I. Species igitur externæ (Bellarm. judice) ſunt aliquatenus ſacrificium, pignus, & alimentum divinum, ſed magis tamen corpus. II. De ſacrificio jam non quæritur, ſed de Sacramento. Manifeſtam autem contradictionem implicat, ut ſpecies ſint magis Sacramentum, & corpus ſit magis pignus, aut alimentum Sacramentale, quia ratio & vis Sacramenti hujus conſiſtit, in obſignando, & alendo. Egregiam igitur explicationem habemus tandem à Bellarm. ſui ſcilicet figmenti, non divini Sacramenti.

CAP-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP VI. *De materia, forma, miniſtro, & effecto Sacramenti Euchariſtiæ.*

THESIS I.

DE materia Euchariſtiæ, duas controverſias facit Bell. 1. de pane, an debeat eſſe azymus, vel fermentatus? De vino, an aqua ſit diluendum? Sed de panis qualitate nos non contendimus, ſi modo verus ſit & ſolidus panis; quod de hoſtia Papiſtarum, vix poteſt affirmari, Neque exiguam aquæ portionem, vel vinum, vel Sacramentum diſtruere putamus: ſed religionem, cultum, aut cæremoniam, aliquam in iſtiuſmodi rebus collocandam eſſe negamus. In iſtis igitur non eſſet operæpretium immorari.

2. Ad formam refertur à Bellarm. illa quæſtio: quibus verbis fiat conſecratio? Sed nos antea, de Sacramentis in genere, oſtendimus conſecrationem non pendere ex certa aliqua formula verborum. Hic eadem repetere ſuperſedebimus. Quia tamen Bellarminus dicit, Eccleſiam Catholicam magno conſenſu docere, illa ſola verba, *Hoc eſt enim corpus meum, & Hic eſt calix ſanguinis, &c.* pertinere ad formam hujus Sacramenti, & eſſe conſecratoria; non alienum erit commemorare quædam ex Iohanne de Rada, Arragonio, ad magnum iſtum conſenſum illuſtrandum. ſic igitur ille *par.4. cont.5. art.2.& 3. Gabriel in canone miſſæ lect.* 36. *quatuor de conſecratione refert opiniones. Prima aſſerit Chriſtum prius confeciſſe hoc Sacramentum, quam verba proferret. Huic ſententiæ favet Innocentius & Archidiaconus. Secunda opinio aſſerit, quod Chriſtus accipiens panem, benedixit, & conſecravit illum quadam benedictione ſecreta, nobis ignota. Tertia ſententia dicit, Chriſtum hæc verba (Hoc eſt corpus meum) bis protuliſſe. Quarta opinio probabiliter aſſerit, Chriſtum per eadem verba conſecraſſe, ſemelque illa protuliſſe, & non pluries. Doctores etiam inter ſe diſſentiunt, circa benedictionem gratiarum actionem, & conſecrationem, aliis ſentientibus, benedictionem & conſecrationem, eandem fuiſſe actionem; aliis vero contrarium opinantibus. Thomas, & Scotus, differunt circa verba ſubſtantialia & eſſentialia conſecrationis panis: & ulterius differunt circa verba conſecrationis calicis Thomam ſequuntur Capreolus Herveus, Silveſter, Viguerius, Gerſon, Soto: Scotum vero communis ſchola antiquorum, cum Magiſtro, Bonaventura, Aliaco, Carhthuſ. Marſil. Alenſ.* Concluſio Scoti, & ipſius Ioh. de Rada, Arragonii, Epiſcopi Pactenſis eſt: *De verbis conſecrationis calicis præciſis, non eſt omnino certa Eccleſia Romana.*

3. De miniſtro hujus Sacramenti, nullam controver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

am nobis movet Bellarm. *Nihil* (inquit) *hoc loco cum ſacramentariis nobis negotii erit.*

4. De effectu Euchariſtiæ, & de præparatione ad communionem, quæſtionem hujuſmodi format. Bell. *Vtrum acramentum Euchariſtiæ exhibeat remiſſionem peccatorum mortaliũ, uorum homo conſcientiam habeat: ſive (& eſt idem) utrum ad digne mmunicandum requiratur, ut homo non habeat conſcientiam peccati ortalis: Suos dicit omnes docere, Euchariſtiam non remittere ejusodi peccata, quorum homo conſcientiam habet, & ideo requiri ut antea urgentur: contrariam ſententiam tribuit nobis.* Sed 1. non vult ntelligere Bellarm. quomodo peccatorum remiſſio exibetur in Sacramento, tanquam in obſignante ſigillo. ſac enim ratione poſſunt remitti peccata antea remiſſa. .Non diſtinguit inter conſcientiam peccati pænitentem, : impænitentem. Nos enim ne illa quidem peccata, in acramento remitti credimus, quæ Pontificii venialia vount, ſi quis accedat cum conſcientia eorum impænitente. ſulla igitur eſt controverſia hujus loci propria, quæ quiem à Bellarmino formatur, & tractatur.

·AP. VII. *De integritate Sacramenti Euchariſtiæ, ſive de Communione ſub una vel utraque ſpecie.*

Sententia & argumenta Pontificiorum.

THESIS I.

BEllarm. *Veritas eſt, eaque neceſſaria credenda, totum plane Chriſtum in ſpecie panis, & totum in ſpecie vini contineri: non taen vi Sacramentalium verborum, ſed per concomitantiam.*

Proteſt. Hæc aſſertio præſupponit principium antea reitatum, Chriſtum ſcilicet corporaliter præſentem eſſe ıb ſpeciebus panis, & vini. II. Principio illo dato non quitur tamen præſentia totius Chriſti, ex præſentia nius partis, ſi vera ſint quæ Bellarm. antea narravit c.4. *rpus Chriſti poſſe à ſe dividi reſpectu loci, ita ut ſimul ſit in cælo, & in tari, nec tamen dividi reſpectu ſubſtantiæ, & qualitatum, commutanem in uno loco factam, in altero etiam fieri concomitanter.* Poteſt ıim ſimili ratione, corpus eſſe in uno loco, & ſanguis in io, & anima in tertio, ita ut à ſemetipſis invicem non ividantur, quoad ſubſtantiam, & eſſentialem unionem. II. Dum Bellarm. fatetur, *vi verborum Sacramentalium,* ɔtum Chriſtum non eſſe præſentem ſub ſpecie panis; tetur ſimul, non eſſe Chriſtum totum ibi Sacramentaer præſentem. Hoc etiam ut dogma theologicum, dirtis verbis defenditur ab *Alex. Al. p.4.q.10.m.7.a.3. totus*

Chriſtus ſub utraque ſpecie, panis, ſcil. & vini ſacramentaliter adeſt. Thomas autem cum ſuis Thomiſtis, ſicut Bellarm. ipſe *c.*3. fatetur, *unum corpus non poſſe eſſe in duobus locis, niſi tantum Sacramentaliter*, ex quibus duabus præmiſſis, neceſſario concluditur totum Chriſtum non eſſe omnino realiter præſentem, vel ſub ſpecie panis, vel ſub ſpecie vini.

2. Bellarm. *In qualibet ſpecie invenitur tota eſſentia ac ratio ſacramenti.*

Proteſt. Commentum hoc eſſe futile, & nuperum, ſatis oſtendit confeſſio illa Scholaſticorum antiquiorum. *Alex. Al. p.*4.*q.*10.*m* 4.*a.*1. Quantum ad ſignificantiam, utraque ſpecies eſt de integritate Sacramenti: quia neutra ſpecie ſignatur res hujus Sacramenti: quia Chriſtus quantum ad corpus, non ſignatur Sacramentaliter in ſpecie vini, nec quantum ad ſanguinem in ſpecie panis: perfecta refectio, non eſt niſi in utraque ſpecie. Reficit hoc Sacramentum, non quoſcunque, ſed ſpiritualiter manducantes: manducatio autem ſpiritualis reſpicit paſſionem corporis & ſanguinis effuſionem: & ideo utrumque diſtincte ſignatur. Præterea refectio non eſt in paſſione, qua paſſio, ſed qua noſtra redemptio. Eadem repetit & explicat Bonav. *in* 4. *diſtinctione* 11. *quæſt.*2.

3. Bellarm. *Non major utilitas ſumitur ex communione ſub utraque ſpecie quam ſub una.*

Proteſt. Reſpondit *Alex. Al. ibid. Sumptio in una ſpecie, non eſt tantæ efficaciæ, in quantum reſpicit ſignificatum, & non contentum, quanta eſt in utraque: & quæſt.* 11. *m.*2. *a* 2. *ſect.* 3. *Sumptio qua eſt ſub duabus ſpeciebus, eſt majoris meriti, tum ratione augmentationis devotionis, tum ratione fidei dilatationis actualis, tum ratione ſumptionis completioris.* & rurſus ibid. *Sumptio ſub utraque ſpecie, quem modum ſumendi tradidit Dominus, eſt majoris efficaciæ, & complementi.*

4, Bellarm. *Licet plus gratiæ & fructus, ex utraque ſpecie, quam ex una tantum caperetur, non propterea opus eſſet, vel expediret, ut omnes utramque ſpeciem ſumerent.*

Proteſt Non opus eſt igitur, neque expedit, ut omnes omnem illam gratiam recipiant, quam Deus in Sacramentis exhibet, & offert.

5. Bellarm. *Pleraque figuræ Euchariſtiæ, manducationem ſub una ſpecie ſignificant. Lignum vitæ. Agnus Paſchalis. Manna. Panes propoſitionis. Participatio ſacrificiorum*

Proteſt. I. Figuræ iſtæ Chriſtum, non Euchariſtiam figurabant. II. Si Euchariſtiæ partem figuraſſent, non magis inde ſequeretur, totam Euchariſtiam non eſſe ſumendam; quam ſequitur, totum Chriſtum non eſſe credendum, quia pleræque figuræ partem tantum Chriſti figurabant.

6. Bellarm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

6. Bellarm. *Ioh. 6. Dominus non ſemel, ſed quater, unam ſpeciem ſufficere docet ad ſalutem.*

Proteſt. I. Oſtendimus antea, agi illo in loco, proprie de ſpirituali manducatione. II. Panis fit mentio ſeorſim, in relatione ad Manna, de quo tanquam de pane cæleſti gloriabantur Iudæi, *v.*31.3. In eodem capite, & ejuſdem rei explicatione, quater à Domino conjunguntur, *caro & ſanguis, ut cibus & potus abſolute neceſſarius.* *v.*53.54. 55.56.

7. Bellarm. *Luc.*24.30. *Dominus in pane ſolo, ſine calice, celebrabat Euchariſtiam.*

Proteſt. Nihil pertinebat ille panis ad Sacramentum Euchariſtiæ, ſed ad cænam communem. Neque veriſimile eſt, cænam illam fuiſſe plane ſiccam.

8. Bellarm. *Act.* 2.42. *Perdurabant in fractione panis. Negari non poteſt, quin hoc loco agatur de Euchariſtia.*

Proteſt. I. Poteſt hoc negari. Cajetanus ipſe negat. *In fractione panis: hoc eſt (inquit) in diſtributione cibi: communicatio relegebat propria in commune: fractio autem panis, commune diſtribuebat ſingulis.* Hoc etiam admodum probabile redditur ex *v.*46. *frangentes domatim panem, capiebant cibum.* II. Hoc ſaltem clare patet, quod ſicut *v.* 46. per panem ſynecdochice intelligitur tota refectio, cujus pars eſt potus, ſic etiam *verſu quadrageſimo ſecundo* eadem intellectio ſit admittenda.

9. Bellarm. *Impoßibile eſſet in Eccleſiis valde numeroſis, ubi unus tantum eſt ſacerdos.*

Proteſt. Eccleſiæ illi, quæ commode poteſt ab uno paſtore doceri, poteſt etiam ab eodem calix adminiſtrari: ſicut experientia teſtatur.

10. Bellarm. *Magnum periculum eßet irreverentiæ:*

Proteſt. I. Quemadmodum Bonav. in 4.d.10. quæſt.1. recte pronunciat: *ſi homo non accedat ad Chriſtum in Euchariſtia, quando vocatur, non eſt reverentia, ſed ſtultitia:* ſic ex altera parte, ſi accedenti ad Chriſtum in Euchariſtia, deneget quiſpiam calicem à Chriſto ſanctificatum, non eſt reverentia, ſed ſtultitia, ſuperſtitio, & ſacrilegium. II. Perverſa plane eſt illa reverentia qua Pontificii Chriſtum in hoc Sacramento proſequuntur. Docent enim corpus & ſanguinem Chriſti *poſſe ad opus flagitioſum perficiendum applicari: poſſe à ſceleratis hominibus, imo à canibus & porcis brutis devorari: poſſe per vomitum ejici, & iterato ſumi: Alex. Al. p.*4 *q.*11.*a.*4. & tamen poſt omnia iſta nefanda commenta, ex mera (ſcilicet) reverentia, removent fidelia Chriſti membra à ſanguinis ejus communione Sacramentali.

11. Bellarm. *Multi abhorrent à vino.*

 Proteſt. I.

Proteſt. I. Non tam multi, ut eorum ratio ſit habend
in communi diſpenſatione Euchariſtiæ. II. Si qui ſi
qui non poſſunt vinum guſtare, Deus illos exemit à le
communi.

12. Bellam. *In multis regionibus vinum non poteſt haberi.*

Proteſt. Propter illas regiones, non magis adimendu
eſt vinum aliis populis in uſu ſacro, quam in uſu com
muni.

13. Bellarm. *Eccleſia poteſt ordinare & praſcribere ea, quæ
ſubſtantiam Sacramentorum non pertinent, nec ſunt jure divino ord
nata ſed ritus communicandi ſub una vel duabus ſpeciebus, ejuſm
eſt: nam Communio eſt uſus ſacramenti: & actio tranſiens: non
igitur de eſſentia ſacramenti, quod eſt res permanens.*

Proteſt. Egregia hac ratione concludere licet, commu
nionem totam poſſe à Pontifice Romano, quum ipſi pl
cuerit abrogari.

Argumenta noſtra.

14. *Proteſt. Ioh.6. Niſi manducaveritis, carnem, & biberi
ſanguinem.* Si hic agitur de Sacramento Euchariſtiæ,
Bellarm. antea voluit, & contendit, tum certe neceſſit
utriuſque ſpeciei, iſtis verbis manifeſte probatur.

Bellarm. 1. *Vis hujus præcepti, in re quæ ſumitur, non in m
ſumendi conſiſtit.*

Proteſt. I. Si ſacramentalis communio proprie & dir
cte intelligitur, fieri non poteſt, quin vis præcepti ſit
modo ſacramentali: hæc eſt prima contradictio, quæ
hoc reſponſo implicatur. II. Altera eſt, quod ſumpti
nem Chriſti ſeparat à modo ſumendi; cum certus m
dus ſumendi, ſit medium ipſius ſumptionis. III. R
ipſa ſumitur ſpiritualiter ſi igitur modus nullus præcip
tur, tum non magis hic agitur de ſacramentali, quam
ſpirituali manducatione.

Bellarm. *Conjunctio, & accipi poteſt pro disjunctiva, aut ita ut
ſit ſenſus: ſi neque manducaveritis, neque biberitis: vel, ſi non ma
ducaveritis, aut non biberitis. &c.*

Proteſt. I. In omni legitima disjunctione, oppoſitio e
& ſeparatio partium, ſi igitur disjunctive hæc verba a
cipiantur, tum manducatio corporis, & ſanguinis pot
tio ita ſeparantur, ut non intelligantur exiſtere conju
ctim: quod & veritati, & Pontificiorum ſententiæ r
pugnat. II. Hac disjunctione, arbitrio cujuſque reli
queretur, utrum velit corpus ſolum, an ſanguinem ſolu
ſumere. III. Ex v.55. apparet carnem & ſanguinem
conſiderari tanquam cibum & potum: ſed cibus & pot
in cæna, vel convivio, non disjunctive, ſed copulative ſ

ſe habe

habent, non aut edunt aut bibunt, ſed & edunt & bi- int convivæ.

Bellarm. 3. *Poſſunt hæc verba ſic explicari: niſi manducaveritis .. id eſt, niſi ſint in Eccleſia aliqui, qui hoc ſacramentum ſub utraque cie ſumant, non habebitis vitam in vobis.*

Proteſt. Ridiculum nimis eſt hoc figmentum. Nam. I. ominus hac ratione informaret populum de officio ſa- rdotum, non de ſuo. II. Vita omnium ſuſpenderetur actione paucorum ſacerdotum. III. Manducatio & tatio non eſſet eorundem quorum eſt vita: cum tamen 56. ad eundem expreſſe referantur: *qui edit & bibit, in me net, & ego in eo.*

15. *Proteſt. Mat.* 26. *Bibite ex hoc omnes.*

Bellarm. *Hæc verba dicuntur ſolis Apoſtolis, qui tum ad men- ſa cum Chriſto ſedebant.*

Proteſt I. Non poteſt hoc probari: ſolos Apoſtolos in temporis ad menſam ſediſſe. II. Si ſolis Apoſtolis ec verba dicebantur, tum & cætera omnia verba, quæ dem tempore proferebantur, & proinde (Bellarm. ju- ce) in inſtitutione Euchariſtiæ, dictum fuit nobis de us uſu. III. Quod dictum fuit Apoſtolis ad menſam ſentibus, & Euchariſtiam à Domino accipientibus, il- li iis dicebatur, non ut Apoſtolis, ſed ut fidelibus, cum riſto communionem habentibus, & per conſequen- tm omnibus fidelibus.

16. *Proteſt Luc,* 22.19. *Hoc facite.* Faciendum eſt in om- celebratione cænæ, quod in prima cæna factum eſt: ſed tn in utraque ſpecie omnes communicabant; ergo.

Bellarm. *Mirabilis eſt providentia Dei in ſanctis literis. Nam cas illud (hoc facite) poſuit poſt ſpeciem panis, & non poſt calicem dem.*

Proteſt. I. Mirabilis eſt ſophiſtica Bellarm. qui ſupra, c 3. non panis tantum, ſed & vini conſecrationem ad vba Chriſti reſtringit, vi horum verborum *Hoc facite* & h tamen ad calicem illa verba non ſpectare contendit. I. Laudanda eſt Dei providentia, quod ad hanc ſophi- ſtam refutandam, voluit ab Apoſtolo Paulo, hoc ipſum pceptum ex æquo, ad panem & ad calicem diſtincte alicari 1. *Cor.* 11.24. 25. *Hoc facite quotieſcunque biberitis ad n commemorationem.* III. Bellarm. ipſe, de Miſſa, *l.* 1. *c.* 12. h: præcepto contineri docet totum illud quod Domi- ns fecit in cæna, tam circa vinum, quam panem.

17. *Proteſt.* 1. *Cor.* 11. 23. &c. Paulus nihil tradidit Crinthiis, quod non accepit à Domino, ſed tradidit Co- rthiis, utramque ſpeciem ab omnibus communicanti- b eſſe ſumendam; ergo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 1. *In illis verbis v. 27. & 28. nulla eſt difficultas quia non jubet Apoſtolus, ut fideles edant panem, vel calicem biban abſolute; ſed modum præſcribit, quo uti debent, ſi edere & bibere velin utiliter.*

Proteſt. I. Non directe jubet Apoſtolus, ſed manifeſt ſupponit, panem edi, & calicem bibi. II. Qui jubet pa nem edi, & calicem bibi utiliter, vel digne, jubet ſimu panem edi, & calicem bibi. III. Bellarm. facit Apoſto lum ita præſcribere modum communicandi, ut commu nicationem ipſam in medio relinquat, ſecundum homi num voluntatem, vel uſurpandam, vel negligendam quod eſt plane alienum.

Bellarm. 2. *Illa verba: ego tradidi vobis, in nullo auctore ſigni ficant unquam ego præcepi ſeu imperavi.*

Proteſt. I. In ipſo Bellarmino, tradere præceptum idem eſt quod præcipere. Cum enim Actor. 16. 4. lega tur: *tradebant eis obſervanda placita illa, quæ decreta fuerant a Apoſtolis, & Presbyteris.* Bellarm. de Concil. l. 1. c. 18: ſi explicat: *Paulus præcipiebat eis cuſtodire dogmata, &c.* Apoſto lus autem (de Euchariſtia) non tradidit Corinthiis hiſto riam credendam, ſed inſtitutionem obſervandam. I[I] Apoſtolus ipſe ſuam traditionem ſic explicat, ut oſten dat eſſe præceptum, idque de ſpecie utraque, cum bis re petit. *Hoc facite v. 24. & 25.*

Bellarm. *Poſt panis conſecrationem, abſolute ponitur: hoc faci in meam commemorationem: poſt calicem autem idem repetitur, ſ[...] cum conditione: Hoc facite quotieſcunque biberitis.*

Proteſt. I. *Quotieſcunque* non notat conditionem. I[I] *Quotieſcunque* applicatur etiam ad manducationem pani *v. 26. quotieſcunque manducaveritis panem hunc.* III. *Hoc facit* ab Apoſtolo applicatur ad communicationem fidelium ſecundum exemplar inſtitutionis: ſed ibi comedeban & bibebant omnes.

Bellarm. *Probabile eſt, verba illa Domini apud Lucam, [...] omnia referri, id eſt, ad id quod facit Chriſtus, & id quod egerunt Ap[o] ſtoli. & præterea idem planum fieri poteſt ex inſtituto & propoſito [...] Pauli.*

Proteſt. Probabile eſt igitur, & planum fieri poteſt [...] inſtituto & propoſito Pauli, in cæna Domini non tantu[m] edendum panem, ſed etiam calicem bibendum, quia [...] Apoſtoli egerunt.

18. *Proteſt.* Chriſtus inſtituit cænam ſub duplice ſpeci[e]

Bellarm. *Si proprie, & ſecundum Euangelium loqui velimu[s] cæna Domini non conſtat niſi ex una ſpecie. Nam Luc. 22. & 1. C[or.] 11. In cæna dedit Dominus Euchariſtiam ſub ſpecie panis: poſt [cæ]nam autem dedit calicem.*

Prote[ſt.]

Proteſt. Hoc non eſt ſecundum Euangelium loqui, ſed ſecundum exigentiã cauſæ ab Euangelio damnatæ. Nam I. Calicem ſeparat à cæna Domini: ita ut profane referat eum ad cænam communem. II. panem & calicem *ſimiliter* ſe habere negat: quod tamen in Euangelio diſerte affirmatur. III. Calicem benedictum negat eſſe partem Euchariſtiæ: Quod in Euangeliſtis, & Paulo, teſtimonium habet tam clarum, ut ſolis radio ſcriptum videatur. IV. Impudens eſt & deteſtanda aſſertio, quæ nemini unquam præterquam Bellarm. venit in mentem: & cui millies à Pontificiis, Pontificibus, & ab ipſo Bellarm. contradictum fuit & reclamatum, ſecundum communem ſenſum omnium Chriſtianorum. Hoc igitur à Bellarm. jure noſtro accipimus, tanquam extortam confeſſionem cauſæ perditæ, & plane deploratæ: quam ſophiſta tantus non potuit alia ratione tueri, quam inſtitutionem illam Chriſti impie & imprudenter negando.

19. *Proteſt.* Dominus calicem omnibus præſentibus dedit Apoſtoli quoque omnibus dabant. I. Cor. 10. 21. & 12. 13.

Bellarm. 1. *Exempla probant rem non eſſe illicitam jure divino, non etiam eſſe præceptam, vel neceſſariam.*

Proteſt. I. Chriſti, & Apoſtolorum exempla, ſunt noſtrum exemplar: exemplar autem rei faciendæ, probat rem eſſe præceptam, & neceſſariam. 2. Bellarm. antea c. 7. hanc habet regulam: *Non poteſt dubitari, quin illud ſit melius & faciendum quod Chriſtus fecit:* ex qua probare vult, panem azymum in Euchariſtia eſſe adhibendum, ſed ſi calicis communio & facto Chriſti nititur, & in illo facto locum habet multo potiorem, quam accidentaria qualitas panis, quæ nullius eſt ſignificationis.

Bellarm. 2. *Teneremur hac ratione, ſumere Euchariſtiam poſt alios cibos, & noctu, & poſt lotionem pedum: hæc enim omnia Deus fecit.*

Proteſt. Non ſequitur: quia hæc ſunt extrinſeca, ex occaſione tantum cum Euchariſtia concurrentia: ſed calicis diſtributio fuit ex certo & deſtinato conſilio, ut pars communionis:

Bellarm. 3. *Locus ille* 1. *Cor.* 12. 13. *omnes in unum Spiritum potati ſumus. agit de potu Spiritus, quem haurimus in Baptiſmo.*

Proteſt. Manifeſtum eſt potationem referri ad alimentum, & idcirco reſpicere potius Euchariſtiam quam Baptiſmum. Recte igitur Cajetanus in illum locum: *ſicut generamur per Baptiſmum, ita nutrimur per Euchariſtiam.*

20. *Proteſt.* Teſtamentum Domini corrumpunt, qui laicis negant ſanguinem Domini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 1. *Corpus & ſanguis dantur ſub una ſpecie.*

Proteſt. Sed Teſtamentum Domini legavit illa ſub duabus ſpeciebus.

Bellarm. 2. *Hoc ſolum intereſt, quod qui bibunt ex calice, accipiunt hæreditatem in duabus tabulis: qui non bibunt, accipiunt illu idem in una tabula.*

Proteſt. Si nihil aliud eſſet, hoc ipſum tamen eſſet violare, & mutare Teſtamentum Domini, in una tabula involvere, quod ille voluit in duabus explicari, ad majorem ſuorum ædificationem.

21. *Proteſt.* Tenentur omnes mortem Domini commemorare, dum Sacramentum hoc percipiunt. 1. *Cor.* 11. ergo tenentur carnem & ſanguinem ſeorſim ſumere in duabus ſpeciebus.

Bellarm. *Dupliciter commemoratur in ſacramento Chriſti mors, 1. Per repræſentationem, & ſignificationem. 2. Per memoriam & narrationem. priore modo fit conſecrando, & offerendo Deo Euchariſtiam poſteriore autem manducando & bibendo, ad priorem, non ad poſteriorem utraque ſpecies eſt neceſſaria.*

Proteſt. I. Ineptiſſime disjungit Bellarm. repræſentationem & ſignificationem, à memoria, & narratione ſacramentali; cum revera ſunt unum & idem. Secundo Duas ſpecies facit, ex duobus membris, conſecratione ſcilicet & manducatione. Tertio, Finem, communem commemorationem, varium facit pro partium varietate. Quarto. Nullam ſacramentalem commemorationem mortis Chriſti populo relinquit: ſed ſpiritualem tantum, qualem habent ex concione ad mortem Chriſti ſpectante.

22. *Proteſt.* Dulciſſima conſolatio ſumitur ex calice, qua privantur illi qui communicant ſub una ſpecie tantum.

Bellarm. Primo. *Non eſt quærenda conſolatio palati & gulæ, ex potu optimi vini: inviſibilis autem & inſenſibilis percipitur ex ſpecie panis.*

Proteſt. Sacrificuli igitur Pontificii, ex Bellarmini judicio, nullam ſingularem conſolationem ſentiunt ex calice ſuo conſecrato, præter illam quæ eſt palati, & gulæ, ex potu optimi vini. Apage iſtos porcos, qui palatum & gulam curant in ſacris.

23. *Proteſt.* Si poteſt laicis tolli pars Euchariſtiæ, tum etiam pars baptiſmi.

Bellarm. *Pars materialis & integralis (qualis eſt ſpecies vini) poteſt: ſed non eſſentialis.*

Proteſt. Sub nebula contradictionis effugere conatur Bellarminus: Materialis enim & integralis pars, eſt pars eſſen-

eſſentialis. Materia ſiquidem eſt pars eſſentiæ.

24. *Proteſt.* Si poteſt tolli calix, tum & panis.

Bellarm. *Poteſt tolli panis, ſi detur calix.*

Proteſt. Primo. Falſum eſt igitur, quod antea dixit Bell. cænam Domini proprie conſtare ex ſpecie panis tantum. *Secundo.* Leonina eſt illa partitio, quam ſacrificuli fecerunt, cum plebe: multo æquius fuiſſe, ut aliis panis tantum, & aliis tantum calix tribueretur.

CAP. VIII. *De veneratione Euchariſtiæ.*

BEllarm. 1. *Symbola externa, per ſe, & proprie, non ſunt adoranda cultu latriæ; ſed ſolum veneranda cultu quodam minore, qui omnibus ſacramentis convenit.*

Proteſt. Si per cultum minorem intelligit Bellarm. æſtimationem & uſum reverentem, tum nos hactenus habet aſſenſores.

2. Bellarm. *Cultu latriæ dicimus per ſe & proprie Chriſtum eſſe adorandum, & eam adorationem, ad ſymbola etiam panis & vini pertinere, quatenus apprehenduntur, ut quid unum cum ipſo Chriſto quem continent.*

Proteſt. Externa accidentia panis & vini, non poſſunt apprehendi, ut aliquid vel eſſentialiter vel hypoſtatice unum cum Chriſto, Adoratio igitur Chriſti, quæ non extenditur ultra eſſentiam & perſonam ejus, non poteſt ad externa accidentia panis & vini pertinere.

3. Bellarm. *Status quæſtionis non eſt, niſi an Chriſtus in Euchariſtia ſit adorandus cultu latriæ.*

Proteſt. Chriſtus eſt adorandus in uſu Euchariſtiæ: ſed non tanquam contentus ſub ſpeciebus panis & vini, & in illo ſpatio exiſtens, ubi panis & vinum antea fuerunt.

4. Bellarm. *Deo vero debetur adoratio latriæ. Chriſtus autem ut eſt in Euchariſtia eſt Deus verus: igitur adorandus eſt cultu latriæ.*

Proteſt. Concluſio debet eſſe: ergo Chriſtus ut eſt in Euchariſtia, eſt adorandus cultu latriæ. Eſt autem in Euchariſtia quomodo res ſignata eſt in ſuo ſigno & ſigillo. Syllogiſmus igitur falſus eſt; niſi propoſitio ſit generalis reſpectu modi: id eſt, Deo vero debetur adoratio latriæ, ſecundum omnem modum ſuæ præſentiæ, ſi vero ſic accipiatur, propoſitio eſt falſa, Deo enim vero, prout eſt in lapide, non debetur adoratio latriæ: hac enim ratione omnes creaturæ eſſent adorandæ.

Bellarm. *In Euchariſtia, unum tantum ſuppoſitum eſt, idque divinum: at in aliis rebus, non eſt unum ſuppoſitum, neque dici poſſunt unum quid, Deus & creatura.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Petitur principium, antea refutatum, cum pro conceſſo accipitur, in Euchariſtia unum tantum ſuppoſitum eſſe, idque divinum.

5, *Proteſt*. Apoſtoli non leguntur proſtrati in terram adoraſſe Sacramentum.

Bellarm. *Apoſtoli non poterant ſemper proſtrati cum Chriſto agere, & præſertim in cæna, quando recumbere cum eo illis neceſſe erat.*

Proteſt. Si Apoſtoli ex Chriſti voluntate recubuerunt ad menſam, in Euchariſtiæ participationem, tum certe hic eſt optimus geſtus communicandi, & cæteris anteponendus, ſecundum regulam illam à Bellarm. probatam, *c.7. neque enim dubitari poteſt, quin illud ſit melius, & faciendum, quod Chriſtus fecit.*

CAP. IX. *De Sacrificio Miſſæ.*

Bellarm. *Sacrificium eſt oblatio externa, facta ſoli Deo, qua ad agnitionem humanæ infirmitatis, & profeßione divinæ majeſtatis, à legitimo miniſtro, res aliqua ſenſibilis, & permanens in ritu myſtico conſecratur, & tranſmutatur, ita ut plane deſtruatur.*

Proteſt. Quæſtio igitur prima eſt, an in actione cænæ Domini, ſi rite celebretur, tale aliquid fiat. Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

Bellarm. *Gen.* 14. *Melchiſedech rex Salem, protulit panem & vinum: erat enim ſacerdos Dei altißimi Chriſtus autem ſacerdos fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, ergo.*

Proteſt. Hiatus ingens eſt inter Argumentũ, & quæſtionem, ita ut nulla conſequentia poſſint inter ſe connecti. Melchiſedech *protulit*, non ſacrificavit panem & vinum. Protulit non ut ſanctus ſacerdos, ſed ut rex & amicus opulentus. Sacrificium Chriſti non conſiſtebat in pane & vino. In ipſa miſſa, non offertur panis & vinum, quam diſſolutæ ſunt iſtæ ſcopæ? Puduit Cajetanum tam coacti interpretamenti, & quaſi torturæ textus: nobiſcum igitur candide fatetur, *nihil hic ſcribi de ſacrificio, ſeu oblatione, ſed de prolatione, ſeu extractione, quam Ioſephus dicit factam ad reficiendum victores. Quod autem (addit ille) in vulgata editione ſubditur, ut cauſa oblationis: erat enim ſacerdos, in hebræo non habetur ut cauſa, ſed ut ſeparata clauſula: adjungit ſiquidem regiæ dignitati, ac liberalitati dignitatem ſacerdotalem.*

Bellarm. 1. *Verbum Hebraicum (Hoc ſi) quamvis ex ſe nihil aliud ſignificet niſi proferre, ſeu adducere, tamen pro loci exigentia ſæpe uſur-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſurpatur pro adductione hoſtiæ ad immolationem.

Proteſt. Nulla talis eſt exigentia hujus loci.

Bellarm. 2. *Nulla erat cauſa, cur corporalem refectionem præ-eret Melchiſedech Abrahæ. Nam Abraham ceperat magnam prædam & milites Abrahæ cibum ſumpſerant v.24.*

Proteſt. Hujuſmodi munificentia Principum, non ex-remæ tantum neceſſitati, ſed & honori amicorum ſolet nſervire. Neque tamen apparet, tantam copiam fuiſſe ibi, in illa præda, ut omni indigentiæ præſenti, & immi-nenti ſuffecerit amovendæ.

Bellarm. 3. *Nuſquam fit mentio ſacrificii Melchiſedechi, quale fuerit, niſi hoc in loco*

Proteſt. I. Non apparet, Melchiſedechi ſacrificium fuiſ-ſe genere diverſum à ſacrificiis aliorum. Apoſtolus ad Hebr. de ſacrificiis agens, & eorum differentia, non ta-cuiſſet argumentum ſuo propoſito tam accomodatum. II. Panis & vinum ſecundum principia Bellarm. non potuit eſſe ſacrificium ejus qui major fuit Aarone. Bell. enim de *Euch. l.1. c.3.* acriter defendit, & contendit *ag-num, & ſanguinem, tum nobilioris eſſe naturæ, tum melius repræſentare carnem & ſanguinem Chriſti, quam panem & vinum.*

Bellarm. 4. *Licet ad verbum, non ſit in Hebræo: erat enim ſa-cerdos, ſed, & erat ſacerdos; tamen illa particula conjunctiva, apud Hebræos, frequentiſſime locum obtinet cauſalis, & verti debet per enim.*

Proteſt. Neque ſemper, neque tam proprie, neque tam frequenter cauſam notat, ac copulationem: conſequen-tia igitur nulla.

Bellarm. 5. *In Hebræo codice poſt illa verba: & erat ſacerdos Dei altiſſimi, invenitur accentus, qui indicat ibi terminari periodum, ſi autem liceret talis diſtinctiones perturbare, poſſemus totam Scripturam perperam interpretari poſita vero hac diſtinctione, per ſe clamat oratio, conjungi ſacerdotium cum prolatione panis & vini, ut intelligeremus, panem & vinum fuiſſe ſacrificium.*

Proteſt. I. Bellarm. hic fatetur ſe licentiam ſibi ſum-ſiſſe totam Scripturam perperam interpretandi: nam De verbo Dei. *l.2.c.2.* docet. *Rabbinos in notatione punctorum, ali-quando à vero aberraſſe:* ex qua ſententia, licentiam illam ſe-qui hoc in loco confirmat. II. Falſiſſimum eſt accentum illum (*ſoph paſuch*) ſemper indicare periodum termina-tam. Nam eodem loco, in fine v.19. occurrit, ubi perio-dus non finitur. III. Poſſet admitti periodum ibi ter-minari, ſecundum ſententiam Cajetani antea laudatam, ita ut inde tamen nihil ſequatur pro ſacrificio panis & vi-ni. IV. Manifeſte tamen apparet ex textu, verbum illud *benedixit* in principio v.19. conjungi debere cum ſuppoſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

to in *v.* 18. antecedente, ita ut ſacerdos & benedictio commodiſſime conjungantur, tanquã cauſa & proprium ejus effectum.

Bellarm. 6. *Melchiſedech, non ut ſacerdos, vel quia ſacerdos erat, benedixit Abrahæ, ſed quia major ſacerdos.*

Proteſt. Hoc illud ipſum eſt quod volumus: Melchiſedech benedixiſſe Abrahæ, quia talis & tantus ſacerdos fuit, qualis illis verbis innuitur: *ſacerdos Deo forti excelſo.*

Aphoriſmi quidam Bellarmini circa Melchiſedechum.

2. Bellarm. I. *Apoſtolus ad Hebræos non meminit ſacrificii panis, quia ad propoſitum ejus non faciebat.*

Proteſt. Non fuit igitur ad propoſitum Apoſtoli, quaſi ad oculum oſtendere, Chriſtum fuiſſe Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedechi.

Bellarm. 2. *Apoſtolus dedita opera omiſit oblationem panis & vini, ne cogeretur explicare myſterium Euchariſtiæ, quod altius erat, quam ut ab illis capi tunc poſſet. Hoc Apoſtolus ipſe indicat Heb. c.5. verſ.11.*

Proteſt. I. Myſterium igitur Euchariſtiæ, altius eſt quam generatio: regnum, ſacerdotium, & prophetia Chriſti, quæ omnia in illa epiſtola explicantur. II. Captus Hebræorum, in Scripturis exercitatorum, minor multo fuit quam Gentilium Corinthiorum, quibus Euchariſtiæ myſterium explicatur. III. Myſterium hoc tam altum non conſiſtebat in ſacrificio Miſſæ offerendo. Nam Bell. ipſe paulo poſt, contendit Apoſtolum. *Heb.*8.3. *per neceſſariam conſequentiam colligere debere, Chriſtum habere aliquod aſſidue offerendum in æternum.* Myſterium igitur celandum fuit nomen tantum *Euchariſtiæ, panis & vini* Paulus *Heb.*5.11. excitans attentionem Hebræorum ad illa diligenter expendenda, quæ poſtea de Melchiſedecho docet cap. 7. (ſicut Cajetanus recte notat) fingitur ita præfari. *multa ſunt nobis de Melchiſedecho dicenda, de quibus propter difficultatem nihil dicemus.*

Bellarm. 3. *Nihil eſt proprium ſacerdotii Melchiſedechi, niſi forma ſacrificii panis & vini.*

Proteſt. Apoſtoli igitur deſcriptio non eſt reciproca vel propria; & argumentatio ejus tota de Melchiſedecho, eſt communis, ac incerta, judicio Pontificiorum: Ieſuitæ norunt multo accuratius diſputare.

Bellarm. 4. *Sacrificium crucis, ſi per ſe conſideretur, non fuit ſecundum ordinem Melchiſedechi.*

Proteſt. Chriſtus igitur ſemetipſum offerens in cruce, non fuit ejuſdem ordinis cum illo ſacerdote, qui offert Chriſtum in Miſſa.

Bellarm. 5. *Cruenta oblatio Chriſti fuit infiniti pretii & valoris, & proinde non fuit repetenda; ſed cæteræ oblationes quæ repetuntur, ſunt finiti valoris.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Oblationes igitur in Miſſa repetitæ, non ſunt ›blationes Chriſti qui eſt infiniti pretii, & valoris, nedũ ına & eadem cum oblatione Chriſti in cruce, ſicut Pon-ificii ſolent affirmare.

3. Bellarm. *Celebratio Agni Paſchalis figura erat expreſſa cele-rationis Eucharistiæ: ſed illa immolatio quædam erat victimæ Deo blatæ: ergo celebratio Eucharistiæ immolatio victimæ Deo oblatæ eſſe ebet.*

Proteſt. I. Syllogiſmus eſt falſus, & conſequentiæ ıullius. Nam primo omnis victima externa non fuit fi-ura alterius victimæ externæ. Sacrificia Euchariſtica fi-uræ aliquo modo fuerunt gratitudinis illius quam Deo lebemus: noſtra tamen gratitudo non eſt ſacrificium ›roprium & externum. Secundo, victima quoad partem liquam celebrationis, poteſt eſſe figura alterius rei quæ ıon eſt victima, ſed tamen in illa parte ſuæ figuræ eſt ›lane conſimilis. ſic Agnus quoad epulum potuit eſſe fi-ura Euchariſtiæ, quamvis in Euchariſtia nulla ſit im-nolatio. II. Falſum eſt, & ſæpius antea negatum, fi-uras ullas eſſe figurarum, aut Sacramentorum, proprie oquendo. Celebratio agni Paſchalis figura fuit immola-ionis Chriſti, & ſpiritualis ejus manducationis, non Eu-hariſtiæ.

Bellarm I. *Apoſtoli in prima cœna manducarunt verum Agnũ Paſchalem. Epulum autem ſequitur immolationem, debuit ergo præce-ere immolatio Chriſti illam manducationem cœnæ, quam fecerunt Apoſtoli ante paſſionem Domini. Ergo non ſola paßio Christi, ſed etiam nſecratio & oblatio Eucharistiæ eſt immolatio per Agni Paſchalis im-nolationem figurata.*

Proteſt. I. Non Apoſtoli tantum in cœna prima, ſed ›mnes fideles ab initio mundi quoad rem ipſam, partici-es fuerunt epularum pendentiũ ex immolatione Chri-ti, quæ virtute decreti ac promiſſionis Dei ex eo uſque ›ro re peracta habebatur. II. Inter primam cœnæ cele-›rationem, & ſequentes omnes, hoc intereſt, quod ibi mmolatio inſtans, & aliquo modo inchoata ſpectabatur; n iſtis autem eadem immolatio ut præterita conſidera-ur. Futilis igitur hæc fallacia Bellarm. ejuſdem eſt fa-inæ, ac ſi quis probaret cœnam Dominicam non fuiſſe nſtitutam, in commemorationem Chriſti aut mortis jus quia Chriſtus in prima cœna præſens fuit, & mors ejus adhuc futura.

Bellarm. 2. *Euchariſtia eodem tempore inſtituebatur, quo Agnus uit immolatus: celebratur in memoriam tranſitus, ut Agnus ille: eſt efectio, ſicut ille: munditiem requirit in participantibus, ſicut ille. Hiuſmodi circumſtantiæ non congruunt paßioni Chriſti. Ergo magis*

immediate, & principaliter, cæremonia Agni Paſchalis figura fuit Euchariſtiæ, quam paſsionis.

Proteſt. In iis quæ pertinent ad figuræ Sacramentalis rationem, cæna Dominica perſimilis eſt Agno, utpote altera figura ejuſdem rei figuratæ: ſed inde concludere Agnum non tantum figuram fuiſſe Euchariſtiæ, ſed magis etiam quam paſſionis Chriſti, hoc eſt plane ex mente reproba inſanire.

4. Bellarm. *Sanguis teſtamenti veteris, Exod. 24. 8. figura fuit in inſtitutione Euchariſtiæ impleta.*

Proteſt Bell. hoc quidem affirmat: ſed Apoſtolus *Heb.* 9. aperte ſatis negat, dum refert ad mortem Chriſti, tanquam ad ſuum proprium exemplar.

Bellarm. 1. *Dicitur de calice: Hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti.*

Proteſt. Vna figura ſanguinis Chriſti, non eſt exemplar alterius figuræ.

Bellarm. 2. *Omnes conditiones Teſtamenti in cœnam quadrant, nulla in crucem.*

Proteſt. Totum Euangelium ex præſtantiſſimiſ promiſſis conſtans, eſt Teſtamentum Chriſti. *Heb.* 8.6. Harum autem promiſſionum ſanctio fuit proprie mors crucis. *Heb.* 9. 16. 17. Cœna eſt repræſentatio hujus ſanctionis, & promiſſionum ſigillum. Blaſphemia igitur major eſt quam fallacia ſophiſticæ hujus objectionis.

5. Bellarm. *Omnia ſacrificia veteris legis fuerunt typi ac figuræ ſacrificii Euchariſtiæ.*

Proteſt. Non magis quam Baptiſmi.

Bellarm. *Sacrificium crucis non fuit impletivum figurarum illarum, niſi quoad ipſam mactationem & paucas alias cæremonias, ſed oblatio in tabernaculo, coram populo fideli, manus impoſitio ſtatim conſequens, aut in Euchariſtia implentur, aut ſimpliciter non implentur.*

Proteſt. I. Ridiculam interpretationem excogitavit Bellarm. ut eadem ſacrificia vetera ex parte una typi eſſent ſacrificii mortis Chriſti, & ex altera parte ſacrificii cœnæ; quoad ſubſtantiam ſpectent ad Chriſtum, & quoad circumſtantias ad Euchariſtiam. II. Cum impudentia ſumma negat, circumſtantias illas quæ externe non fuerunt impletæ in cruce, poſſe alibi impleri quam in Euchariſtia. III. In Miſſa illæ circumſtantiæ non implentur. Neque enim tabernaculum habet peculiare; neque ſemper coram populo offertur, neque tam impoſitionem, quam ſuppoſitionem requirit manuum ſacerdotis; neque denique hoſtia continuo manducatur, ſed ad pompam & ſuperſtitionem ſæpe reſervatur.

6. Bellarm. *Sex teſtimonia adferri ſolent ex vaticiniis Prophetarum,*

rum. ſed poſtremum eſt præcipuum, & inſigne, Mal. 1. 11. *In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Agitur hic de ſacrificio Eccleſiæ Chriſtianæ, quoad & ſucceſſit Iudaicis ſacrificiis, & Deo placet, & mundum eſt, & in toto orbe terrarum à Gentibus ad Deum verum converſis jugiter offertur.*

Proteſt. Cultus ſpiritualis externo legis ritu deſignatur. Sic enim ſolent Prophetæ, Eccleſiam, montem Domini, vel Hieroſolymam vocare; notitiam Dei ſomnia & viſiones dicere; & adorationem Dei, oblationum & ſacrificiorum & obſervationum legalium titulis indicare.

Bellarm. 1. *Negari non poteſt, quin ſæpiſſime in Scripturis Teſtamenti veteris deſcribantur res futuræ per typos & ritus externos legis, ut cum per Hieruſalem intelligitur Eccleſia: tamen id fieri ſolet, cum deſcribuntur res novæ & futuræ, quæ non erant eo tempore in uſu. Ea vero quæ ſunt communia omnibus temporibus & locis, & quæ non minus tunc in uſu erant quam modo ſint, nulla cauſa eſt, cur per figuras ſignificari deberent.*

Proteſt. I. Sub novo teſtamento, omnia ſunt nova. 2. *Cor.* 5. 17. *ecce nova facta ſunt omnia:* quamvis non quoad ſubſtantiam, tamen quoad circumſtantias, & modum, hæc igitur diſtinctio nihil momenti habet ad reſponſum noſtrum labefactandum. II. Illa quæ quoad ſubſtantiam tunc præſentia fuerunt, metaphoricis hujuſmodi phraſibus deſignari, ex eo ipſo clarum eſt. quod Bellarm. ipſo confitente, Eccleſia (quæ quoad eſſentiam una & eadem ſemper fuit) per Hieruſalem deſignetur. III. Dicant nobis Pontificii quænam res nova & futura ſignificetur *Zachariæ* 14. 16. per aſcenſionem ad Hieruſalem ad celebrandum feſtum tabernaculorum? IV. Cauſa cur per iſtas figuras ſpiritualis cultus fuit indicatus, non alia fuit, quam illuſtratio rei minus notæ per illa quæ vulgo notiora & illuſtriora fuerunt.

Bellarm. 2. *Agitur de oblatione munda: ſed ex opinione adverſariorum, opera bona quæ à nobis procedunt, ſunt immunda.*

Proteſt. Cultus Deo exhibitus ſecundum verbum ipſius, qua talis, ex opinione noſtra eſt mundus, immunditiés à nobis proficiſcens, & actionibus noſtris adhærens, tollitur ab eo qui ſuo ſanguine nos & noſtra mundat.

Bellarm. 3. *Sacrificium indicatur ita mundum; ut non ſit obnoxium pollutioni, nec malitia miniſtrorum fieri poſſit immundum.*

Proteſt. Figmentum hoc eſt merum. Oblatio enim muneris mundi, idem ſonat in textu cum magnificatione nominis Dei, cui *v.* 12. opponitur ejuſdem profanatio: ſicut igitur idem nomen quod magnificatur poteſt profanari, ſic etiam idem munus quod pure offertur, poteſt impure tractari.

Bellarm. 4. *Agitur de oblatione nova; quæ antea non fuerat in uſu.*

Proteſt. Spiritualis cultus non fuerat in uſu, inter Iudæos, eodem modo, & eodem gradu, & amplitudine extenſionis, quomodo ſub novo Teſtamento debet. Aliã diſtinctionem Prophetæ verba non requirunt.

Bellarm. 5. *Hebraici Sacerdotes Deum offendebant in publico, & viſibili ſacrificio: ergo gloria Dei apud Gentes naſci debuit etiam ex publico & viſibili ſacrificio.*

Proteſt. Potuit naſci ex publico & viſibili cultu, ſine ſacrificio propriedicto.

Bellarm. 6. *Malachias loquitur de Sacerdotibus tantum novi Teſtamenti: ergo non loquitur de ſacrificio ſpirituali quod ab omnibus Chriſtianis offerri ſolet.*

Proteſt. Antecedens eſt falſum. Conſequentia etiam nulla: quia quamvis omnes Chriſtiani offerre debeant ſpiritualia ſacrificia, de miniſtris tamen ſeorſim & ſingulariter hoc poteſt affirmari.

7. Bellarm. *Ioh. 4. 20. &c. Veri adoratores adorabunt in Spiritu & veritate. Hæc verba intelligenda ſunt de ſacrificio.*

Proteſt. Rectius multo à Cajetano intelliguntur *In ſpiritu: non in monte, non in Hieroſolymis, non in loco aliquo, non cultu temporali, non lingua, ſed interiore cultu conſiſtente in ſpiritu, hoc eſt, in animo, quatenus ſpiritualibus intendit* & à Toleto Ieſuita, *Hæc eſt adoratio in ſpiritu, quando non corporeas res, umbras, & figuras offerimus, nec in his ſervimus Deo, ſed in actibus virtutum, qui ex Spiritus ſancti gratia procedunt.*

Bellarm. 1. *Quæſtio Samaritanæ neceſſario intelligenda fuit de adoratione per Sacrificium.*

Proteſt Intelligebat Samaritana ſacrificium non tamen ſolum ſacrificium, ſed cultum Deo maxime gratum. Si vero intellexiſſet ſacrificium tantum, recte & appoſite duci potuit à Domino (qui mos ejus fuit in familiaribus colloquiis) à carnali cogitatione ad ſpiritualem.

Bellarm. 2. *Dominus loquitur de adoratione nova, quæ antea non erat.*

Proteſt. Spiritualis adoratio non fuerat antea, eo modo & gradu quo poſtea erat futura.

Bellarm. 3. *Sine dubio loquitur Dominus de adoratione externa publica, & ſolenni, non de interna, & privata. Atqui adoratio ſimplex, & ſacrificia improprie dicta, poſſunt omnia privatim fieri, & ſæpe ſola mente.*

Proteſt. Loquitur Dominus de adoratione tam externa, quam interna, privata, & publica, ſed ſpirituali Omnis autem adoratio ſpiritualis, & ſacrificia improprie dicta, verbi ſcil. prædicatio, & Sacramentorum adminiſtratio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſtratio, non poſſunt privatim fieri, & ſola mente.

8. Bellarm. *Dominus in cæna obtulit Deo, & juſsit offerri corpus ſuum, in ſpecie panis & vini.*

Proteſt. Legitur tantum Dominum panem accepiſſe, benedixiſſe, fregiſſe, dediſſe diſcipulis, & ut illi eum acciperent, & ſimiliter facerent juſſiſſe: & ſimiliter de vino: ſed nihil iſtorum eſt, quod ſignificet offerre: ergo hæc oblatio eſt commentitia.

Bellarm. 1. *Habentur temporis verba præſentis, quod vobis datur, frangitur, & funditur: quæ ſignificant dari & effundi Deo in ſacrificium.*

Proteſt. Futilis hæc argutia recte diſcutitur à Cajetano in *Luc. 22. Non dicit, dabitur ſed datur: quia jam inceptum erat dari: jam venditus erat. Sicut etiam inceperat dari corpus, ita inceperat fundi ſanguis. venditio ſiquidem inchoaverat ipſius mortem ſanguinis effuſione ſequuturam, & in 1. Cor. 11. Si præſentis temporis verbum (frangitur) in quæſtionem quis deducat, animadvertet ſcripta ab aliis Euangeliſtis, & ceſſabit quæſtio. Tres ſiquidem Euangeliſtæ (Matt. Marc. Luc.) narrando verba conſecrationis calicis, utuntur verbo præſentis temporis, dicendo, qui effunditur pro vobis. Eadem ſiquidem ratione, qua illi Euangeliſtæ futuram in cruce effuſionem ſanguinis ſignificaverunt in præſenti (effunditur.) eadem ratione Paulus futuram in cruce fractionem carnis Chriſti ſignificat in præſenti, dicendo frangitur: & quod Lucas generico nomine narravit, dicendo, datur, Paulus ſpecifico nomine dixit, frangitur. Communis autem omnium horum ratio (quare ſcilicet Dominus Ieſſus expreſsit futuram in cruce ſanguinis effuſionem & corporis fractionem verbis præſentis temporis) eſt ut manifeſtaret diſcipulis, hujuſmodi effuſionem, & fractionem non diſtantem tempore, ſed tanquam præſentem eſſe; & vere loquendo de tempore præſenti, grammatico more, tempus effuſionis & fractionis erat tunc præſens, quoniam jam inchoatum erat tempus paſsionis ejus: ac per hoc, ſicut inchoato die, poteſt ſignificare verbo temporis præſentis quicquid fit illo die, ita inchoato jam die paſsionis ejus, potuit ſignificari verbis præſentis temporis omnis ejus paſsio, præſens enim grammatice, non eſt inſtans, ſed quoddam confuſe præſens.*

Bellarm. 2. *Quamvis fractio poſsit etiam ad paſsionem Chriſti in propria ſpecie accommodari, tamen vix dubium eſſe poteſt, quin Apoſtolus reſpexerit ad ſpecies panis cum ait, frangitur*

Proteſt. Detur hoc: Apoſtolus reſpexit ad panem qui frangebatur in repræſentationem mortis Chriſti in cruce, & propter panis fractionem, illam phraſin uſurpavit de corpore Chriſti; qua connexione inde ſequetur: corpus Chriſti ſub ſpecie panis Deo immolari?

Bellarm. 3. *Illa actio, qua Chriſti corpus ad Dei honorem ſuper menſam ponitur, ut conſumatur, idque fit ad repræſentandam ejuſdem Chriſti paſsionem, oblatio & immolatio dicenda eſt.*

Proteſt.

Proteſt. Nihil eſt in hac tota deſcriptione quod ad ſacrificii naturam ſpectat, præter finem *(ad honorem Dei.)* Hoc autem fine non diſtinguitur corporale ſacrificium à ſpirituali, nec Euchariſtia hac ratione magis eſt ſacrificium quam Baptiſmus.

9. Bellarm. *Actor.* 13. 2. *Propheta & Doctores miniſtrabant Domino. Illud autem miniſterium non videtur aliud eſſe potuiſſe, quam ſacrificium Miſſa.*

Proteſt. Reſpondet Cajetan: *Non explicatur ſpecies miniſterii: ſed ex eo quod dixerat (propheta & doctores) inſinuatur, quod miniſtrabant Domino, docendo & prophetando.*

Bellarm. 1. λιτεργέω *ſignificat miniſterium publicum.*

Proteſt. Eſto.

Bellarm. 2. *Non poteſt ſignificare miniſterium verbi, aut Sacramentorum: quia iſta non exhibentur Deo.*

Proteſt. Quid ſi miniſterium precem ſignificaret? ſed tamen verbum prædicatur, & Sacramenta celebrantur in honorem Dei.

Bellarm. 3. *Si hæc eſſet cauſa cur Lucas ſcripſerit: miniſtrantibus Domino, non addidiſſet, & jejunantibus, nam etiam jejunare eſt eo modo Domino miniſtrare.*

Proteſt. Non ſequitur: quia jejunium eſt adjunctum tantum & circumſtantia ſingularis miniſterii verbi & precum.

Bellarm. 4. *Verbum* λειτεργέω, *cum accommodatur ad ſacra, & abſolute ponitur in Scripturis, ubique accipitur pro miniſterio ſacrificii.*

Proteſt. Non eſt alius ſenſus hujus verbi quando abſolute ponitur, quam quando ſubjectum ejus proximum notatur. Paulus autem *Rom.* 15. 16. reſpectu prædicationis Euangelii apud Gentes, dicitur λειτεργὸς Ιησοῦ χριςοῦ εἰς τὰ ἔθνε *miniſter Ieſu Chriſti apud Gentes.*

10. Bellarm. 1. *Cor.* 10. *Comparat Apoſtolus menſam Domini, unde ſumimus Euchariſtiam, cum altari Gentium, ubi immolabatur idolis, & cum altari Hebræorum ubi immolabantur ſacrificia carnalia Deo vero. Inde ſequitur, menſam Domini eſſe etiam quoddam altare, & proinde Euchariſtiam eſſe ſacrificium.*

Proteſt. Comparationis hujus qualitas eſt communio vel participatio; non altaris vel ſacrificii ratio. Hæc igitur argumentatio non eſt magis concinna, quaſi ſi quis concluderet, officium beneficentiæ eſſe quoddam genus diſpenſationis injuſtæ, quia comparat illud Dominus cum prudentia diſpenſatoris injuſti, *Luc.* 16. 8. 9.

Bellarm. 2. *Apoſtolus apertiſſime dicit, ita nos fideles de menſa Domini ſumere corpus & ſanguinem Domini, ut ſumant Iudæi hoſtias, & Gentiles idolothyta ex ſuis altaribus, ſeu menſis. Quæ comparatio*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nepta eſſet, ſi Euchariſtia non eſſet ſacrificium Deo immolatum.

Proteſt. Apoſtolus apertiſſime dicit, nos ita ſumere panem & calicem, quemadmodum illi ſumunt hoſtias, & idolothyta: ſed non dicit illa quæ ſumuntur utrinque, eodem modo habere. comparatio talis non eſt inepta.

Bellarm. 3. *Paulus docet, eos qui manducant idolothyta, ita conjungi cum idolis, ut cenſeantur veri idololatræ. Quare ſi apta eſt Pauli comparatio, oportebit etiam circa Euchariſtiam ita argumentari, qui manducat Euchariſtiam, fit ſocius eam offerentium: ergo Deum hac oblatione cultu latriæ honorat.*

Proteſt. I. Removeatur vox oblationis, quæ nihil pertinet, vel ad comparationem, vel ad propoſitum Pauli, & concluſionem admittimus: *ergo qui manducat Euchariſtiam, cultu latriæ Deum honorat.* II. Nos multo accuratius poſſumus hinc argumentari: communionem cum Chriſto in Euchariſtia haberi, ſine tranſubſtantiatione; ſicut communionem cum Idolis, & cum Dæmoniis habuerunt Gentiles, in cibis idolothytis quoad ſubſtantiam non mutatis: idolothyta enim neutiquam in Dæmones ſolent tranſubſtantiari.

II. Bellarm. *Tanta eſt conjunctio inter legem, ſeu religionem, & ſacrificium externum, ac proprie dictum, ut omnino neceſſe ſit, aut legem & religionem vere & proprie in Chriſti Eccleſia non reperiri; aut ſacrificium quoque externum, & proprie dictum in Chriſti Eccleſia reperiri.*

Proteſt. I. Falſiſſimum hoc eſſe clamat innocentiæ ſtatus, in quo fuit lex & religio, ſine ſacrificio proprie dicto. II. Poſt lapſum, fatemur nullam eſſe religionem veram, ſine virtute ſacrificii Chriſti.

Bellarm. *Sacrificium crucis non eſt proprium Chriſtianæ religionis, ſed commune omnibus veris religionibus quæ ab initio mundi fuerunt. Nam & in lege naturæ, & in lege ſcripta, omnia ſacrificia in hoc unum reſpiciebant, & hoc unum profitebantur, & quotquot juſti fuerunt, ab initio mundi, ob hujus ſacrificii participationem juſti fuerunt.*

Proteſt. I. Hac eadem ratione, ſacrificium miſſæ non eſſet proprium Chriſtianæ religionis. Nam Bellarm. paulo antea *c.* 8. narravit nobis, *omnia vetera ſacrificia fuiſſe typos ac figuras ſacrificii Miſſæ.* II. Chriſtiana religio, non eſt quoad eſſentiam alia ab iis quas Bell. inepte appellat *omnes religiones veras*: non requiritur igitur ut aliud habeat ſacrificium quod non eſt aliquo modo omnibus omnium ſeculorum fidelibus commune nobiſcum. Cetera quæ Bell. circa hoc argumentum nugatur, nihil habent quod ſingularem poſtulat refutationem.

12. Bellarm. *In populo Iudaico fuerunt ſacrificia proprie dicta: ergo & in populo Chriſtiano eſſe debent.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Preteſt. Hoc argumentum ab omni ratione adeo eſt derelictum, ut contrarium prorſus ex antecedente conſequatur. Nihil enim quod inter Iudæos propriepertinebat ad templum Hieroſolymitanum, locum ullum habet in Eccleſia Chriſtiana, ſacrificia autem unice pertinebant ad altare templi.

13. Bellarm. *Commune eſt omnibus Sacramentis. ut ab alio dentur, ab alio accipiantur: neque ullus ſibi ipſe Sacramentum adminiſtrat. Sed Euchariſtiam conſecrans ſibimet adminiſtrare poteſt & ſolet.*

Proteſt. Quis igitur circumcidit Abrahamũ? quis Mannam porrexit Iſraelitis in deſerto, aut aquam petræ ipſis propinavit?

Argumenta noſtra.

14. *Proteſt.* Cœna Domini eſt Sacramentum, ergo non eſt ſacrificium, Sacramentum enim datur nobis à Deo, & à nobis accipitur, Sacrificium autem à nobis Deo offertur, & accipitur à Deo.

Bellarm. 1. *Tam Sacrificium, quam Sacramentum, eſt actio & opus Chriſti.*

Proteſt. Contra teſtantur definitiones ipſæ à Bellarm. traditæ. Sacramentum enim definit: per *vim ſignificandæ & efficiendæ ſanctitatis & juſtitiæ,* de Sacram. *l.1. c.11.* ſanctitatem autem & juſtitiam non ſignificat in Deo, ſed in homine efficiendam. Sacrificium vero definit, quod ſit *oblatio facta ſoli Deo* de Miſſa *l.1.c.2.* cum igitur terminus ad quẽ in Sacramento ſit homo, & in Sacrificio Deus, neceſſe eſt ut terminus à quo ibi ſit Deus, hic autem homo.

Bellarm. 2. *Diſtinguenda ſunt promiſſio, & ſignaculum promiſſionis: promiſſio conſiſtit in verbis: accipite, manducate, &c. ſignaculum, eſt ipſum corpus Domini, & ſanguis. ſub ſpecie panis & vini: promiſſio non eſt ſacrificium at ſignaculum promiſſionis, nulla eſt ratio cur ſacramentum eſſe non poſſit*

Proteſt Bellarm. ex nimia circumgyratione fictitii ſui ſacrificii, in vertiginem actus videtur. qua fit ut I. præceptum accipiendi, & manducandi, promiſſio ipſi appareat. II. Vt promiſſionis, & ſignaculi promiſſionis, in uno & eodem Sacramento, ſine ulla variatione motus, varios terminos imaginetur, ita ut promiſſio ad homines referatur, & ſignaculum promiſſionis ad Deum.

Bellarm. 3. *Non repugnat, unum & idem accipi, & dari. Nihil omnino habemus Deo offerendum, niſi quod ab eo accepimus*

Proteſt. Sed nihil tamen poteſt una & eadem actione accipi & dari. Vel oſtendant igitur Pontificii duas actiones externas in Euchariſtia, quarum una accipitur ut Sacramen-

cramentum, & altera tanquam ſacrificium Deo offertur, vel ſin minus, agnoſcant repugnantiam ſui commenti.

15. *Proteſt.* Chriſtus in ultima cœna legitur ſediſſe ad menſam, & Sacramentum diſcipulis diſtribuiſſe, non autem illud Patri obtuliſſe.

Bellarm. *Non legitur quidem expreſſe, Chriſtum ſe Patri in cœna obtuliſſe: ſed neque expreſſe dicitur eum non ſe obtuliſſe. Non legitur, Chriſtum in ultima cœna comediſſe Agnum Paſchalem, & omnes ritus ejus obſervaſſe. Ex circumſtantiis, vaticiniis, figuris, & teſtimoniis Patrum ſcimus Chriſtum ſe Patri in cœna obtuliſſe.*

Proteſt. I. Inſtitutio tanti ſacrificii non debet expreſſo teſtimonio carere. II. Chriſtus in ultima cœna non inſtituit Agnum paſchalem: diſpar igitur eſt ratio ejus, & ſacrificii tum temporis inſtituti. III. Circumſtantia nulla poteſt oſtendi, quæ non convenit Sacramento qua tali. IV. Vaticinia & figuræ claræ, rei obſcuræ, eſſent portæ magnificæ, tugurioli non apparentis. V. Teſtimonia Patrum tantum valent, quantum fundamenta illa quibus innituntur;

16. *Proteſt.* Chriſtus eſt ſacerdos in æternum: ergo nulli ſubſtitui debent Chriſto ſucceſſores, vicarii, aut ſuffraganei; nulla enim datur multiplicatio ſacerdotum, niſi propter mortem præcedentium. *Heb.* 7.

Bellarm. 1. *Chriſtus eſt unicus & æternus Magiſter noſter; multi tamen ſunt Doctores & Magiſtri, qui hac in re vicarii, ſuffraganei, & miniſtri ſunt Chriſti.*

Proteſt. Diverſa eſt ratio prophetiæ & Sacerdotii Chriſti. Nam I. Prophetia paragitur apud homines, ſed ſacrificandi munus apud Deum: inter Chriſtum & homines intercedere poſſunt miniſtri: ſed non inter Chriſtum & Deum. II. Voluntas Chriſti ſignificatur tantum per Doctores, ſed Chriſtus ipſe eſt proprium ſacerdotii objectum. III. Prophetia ſæpius eſt repetenda, eodem modo (quoad intrinſecam rei naturam) quo à Chriſto ipſo olim exercebatur: ſed de ſacrificio cruento, Pontificii ipſi non audent hoc affirmare. IV. Prophetiæ materiam habemus paratam in Scripturis: ſed ſacrificandi materia nullibi comparet interris.

Bellarm. 3. *Non poteſt Chriſtus alia ratione vere dici ſacerdos in æternum, niſi per miniſtros ſacrificet.*

Proteſt. Imo vero, ut Cajet. in *Heb* 7. recte obſervat, *æternus dicitur, quoad efficaciam ſacerdotii, & quoad vitam ſacerdotis.* Ordo Melchiſedechi non pendebat ex miniſterio aliorũ, ſed ex ipſius propria perſona, per miniſtros potuiſſet Aaron ipſe in æternum ſacerdos manere.

Bellarm. 3. *Apoſtolus excludit abſolute multiplicatonem ſacer-*

dotum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

dotum in eadem dignitate, & poteſtate; non autem ſacerdotum inferiorum & qui reſpectu Chriſti, miniſtri ſint, & dicantur.

Proteſt. I. Apoſtolus æque abſolute excludit multiplicationem ſacerdotum novi Teſtamenti, ac mediatorū, & ſponſorum ejus: ſed miniſtri mediatores & ſponſores novi Teſtamenti Apoſtolo fuerunt plane ignoti. II. In ordine Melchiſedechi, non poteſt oſtendi Pontifex maximus, cum ſacerdotibus miniſtris ſubordinatis. III. Aaronis ſacerdotio ſublatio, non primarius tantum, ſed & inferiores ſacerdotes ejuſdem ordinis removentur. IV. Nullum exemplum dari poteſt in alterutro ordine, miniſtrorum ſacerdotum, vel manentium, ſummo ſacerdote abſente, vel idem ſacrificium iterato offerentium, quod ille ſemel obtulerat.

17. *Proteſt.* Per ſacrificium Miſſæ, injuria fit ſacrificio Chriſti in cruce oblati. ex illo enim ſequitur hoc non habere vim infinitam & æternam quatenus *ſemel* fuit oblatū, ſine ulla repetitione; quod tamen in epiſtola ad *Heb c.* 8. 9. & 10. non ſemel affirmatur.

Bellarm. 1. *Si quid valet hoc argumentum adverſus ſacrificium Miſſæ, valeret etiam contra ſacrificia veteris Teſtamenti,*

Proteſt. I. Diſpar eſt ratio. Nam illa ſacrificia fuerunt inſtituta *uſque ad tempus correctionis. Heb.* 9. id eſt, ut Cajet. recte exponit, *impoſita fuerunt tanquam ætati puerili, ut ex his imperfectis ducerentur homines ad perfecta.* Poſt corporis & perfectionis præſentiam, imperfectæ umbræ non habent locum, quæ antea tamen ſuum neceſſarium uſum habuerunt. II. In illis ſacrificiis animalia bruta offerebantur: ſed in miſſa Chriſtus ipſe fingitur offerri: in hoc igitur, non illis, ſacrificio crucis movetur quaſi controverſia dignitatis. III. Illa ſacrificia fuerunt ſecundum ordinem Aaronis: ſed Miſſa vendicat ſibi ordinem Melchiſedechi: non illa igitur, ſed Miſſa ſacrificium crucis detrahit Chriſti morti, quod proprium eſt ipſi.

Bellarm. 2. *Sacrificium Miſſæ applicat nobis ſacrificium crucis.*

Proteſt. I. Sacrificium non magis eſt neceſſarium ad ſacrificium applicandum, quam ſatisfactio ad ſatisfactionem, mors ad mortem vel etiam incarnatio, & obedientia tota Chriſti ad eaſdem nobis applicandas. II. Applicatio ſacrificii non poteſt eſſe realiter idem cum ipſo ſacrificio. III. Applicatur Sacrificium Chriſti per Eucharistiam, quatenus eſt Sacramentum.

Bellarm. *Varia ſunt media applicationis hujus, inter quæ ſacrificium miſſæ eſt unum.*

Proteſt. In Euchariſtia non poſſunt oſtendi alia ulla media, nec alia ratio applicandi, quam quæ convenit Sacramento illi qua eſt tale. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 3. *Apoſtolus ad Hebræos non excludit quamlibet iterationem oblationis Chriſti, ſed eam ſolam, quæ mortem ipſius requirit.*

Proteſt. Hoc perinde eſt, ac ſi dixiſſet Bellarm. Apoſtolus non quamlibet iterationem oblationis Chriſti excludit, ſed eam ſolam quæ oblationem ipſius requirit. Chriſtus enim nuſquam in tota Scriptura dicitur offerri Deo, niſi ratione mortis ipſius. mors eſt neceſſarius modus oblationis. Chriſtus oblatus eſt, & Chriſtus mortuus eſt pro nobis, in Scripturis unum & idem ubique ſonant. Simili ſubterfugio poſſit Sophiſta aliquis defendere, plures eſſe Deos, & Chriſtos, dicendo: Scripturam non excludere quamlibet multiplicationem Deorum, ſed illam ſolam quæ æternam & infinitam eſſentiam requirit; neque quamlibet multiplicationem Chriſtorum, ſed illam ſolam quæ divinam & humanam naturam in eadem perſona conjungit, & hujus conjunctionis vim ſalutiferam requirit.

18. *Proteſt.* Sacrificium Miſſæ obliterat, & ex hominum memoria excutit unicam Chriſti mortem. Singulis enim Miſſis tantum tribuitur à Pontificiis, quantum ipſi morti Chriſti.

Bellarm. 1. *Si diceremus in ſacrificio Miſſæ vere Chriſtum mori, argumentum hoc aliquid virium habere videretur: ſed cum dicamus Chriſtum non mori in ſacramento, Miſſa efficit ut mors Chriſti nunquam obliteretur.*

Proteſt. I. Qui dicunt Chriſtum ſæpius offerri, dicunt eum ſæpius mori. II. Pontificii non tantum dicunt Chriſtum ſæpius mori ut in Sacramento, ſed etiam ut in Sacrificio. III. Qui dicunt idem plane ſacrificium, cum eodem valore offerri ſine morte in Miſſa, quo cum morte offerebatur, illi magis obliterant mortis Chriſti vim, quã ſi dicerent Chriſtum ſæpius mori: ſi enim eadem ſit vis ſacrificii abſque morte, quæ eſt ipſius mortis, tum mortis nulla ratio eſt habenda. IV. Pontificii ſtatuunt in illa prima cæna quæ mortem anteceſſit, Teſtamentum novũ fuiſſe realiter confirmatum, & ſanguinem Chriſti realiter effuſum: ſic enim paulo poſt Bellarm. *in ſacrificio Miſſæ rectiſſime poteſt dici ſanguis Chriſti effundi.* Mortis igitur Chriſti neceſſitatem & uſum omnem tollunt. V. Infinita ſacrificia Miſſæ, ſi Chriſtus realiter in illis offeratur, unam ſimplicem oblationem in cruce factam non poſſunt non æque obſcurare, ac multa millia Agnorum Paſchalium unum aliquem Agnum extra numerum collocarent. VI. In ſacrificio rei viventis, requiritur occiſio vel mors rei ſacrificatæ; ſad in Miſſa Chriſtus vivus dicitur ſacrificari.

Bellarm. 2. *In Miſſa offertur quidem Crhiſtus, qui eſt res vivens, &*

vens, & offertur in forma rei viventis, quantum ad repræſentationem, ubi ſolum requiritur mors repræſentata : non autem mors reipſa : ſed ut eſt ſacrificium reale, & proprie dictum, offertur in forma panis & vini, juxta ordinem Melchiſedech, & proinde in forma rei inanimæ.

Proteſt. Iſtæ igitur ſunt contradictionum præſtigiæ, ex quibus conflatur ſacrificium Miſſæ I. Chriſtus ſimul offertur in forma rei viventis, & in forma rei inanimæ. II. Chriſtus in forma rei viventis non eſt reale ſacrificium, ſed in forma rei inanimæ eſt ſacrificium reale & proprie dictum. III. In forma rei viventis mors repræſentatur, ſed in forma rei inanimæ ſacrificium idem habetur, ſine ulla mortis repræſentatione. IV. Iuxta ordinem Melchiſedech Chriſtus offertur in forma panis & vini, & juxta ordinem ignotum, in alia forma ſimul offertur.

19. *Proteſt.* Miſſa præripit hominibus mortis Chriſti fructum : quia novam redemptionem præ ſe fert & promittit.

Bellarm. *Miſſa Catholicorum ſententia non habet vim expiandi peccata ſine crucis ſacrificio.*

Proteſt. I. Vbi Chriſtus vere proprie & realiter pro peccatis offertur, ibi per illam ipſam oblationem, ſine alia, vim habeat neceſſe eſt expiandi peccata : quia nihil ibi deeſt quod pertinet ad expiationem. II. In prima cœna, quæ mortem Chriſti anteceſſit. Bellarm. contendit, Teſtamentum novum fuiſſe confectum, & ſanguinē Chriſti effuſum in remiſſionem peccatorum, omniaque ſacrificia vetera in illa Miſſa ſuum complementum habuiſſe; quod ſi verum ſit, cauſa dici non poteſt cur Chriſtus poſtea in cruce moreretur. III. Sacrificium illud novi Teſtamenti, quod ſecundum ordinem Melchiſedechi offertur, per ſe tollit peccata, prout ſemel offertur. *Heb.* 7.27. ſed Bellarm. antea c. 6. diſertis verbis affirmavit *ſacrificium crucis ſi per ſe conſideretur, non fuiſſe ſecundum ordinem Melchiſedech : ſed ſacrificium Euchariſtiæ vel Miſſæ.*

20. *Proteſt.* Inſtitutio Chriſti ſic habet : accipite & manducate, non autem offerte : oblatio igitur non eſt ex inſtituto Chriſti.

Bellarm. 1. *Chriſtus non dixit : non efferte.*

Proteſt. Neque dixit : non occidite: an licet igitur morte afficere Chriſtum in Miſſa?

Bellarm. 2. *Chriſtus ſatis aperte juſſit offerri, cum ait : Hoc facite.*

Proteſt. Abimelec igitur Iudic. 6. 48. aperte juſſit ſacrificium offerri, cum amputans ramos arborum circumponendos propugnaculo ad incendium faciendum, ait populo:

pulo: *quod vidiſtis me facere, feſtinanter facite ſicut ego.*

21. *Proteſt.* Chriſtus ſolus eſt ſacerdos novi Teſtamenti. Chriſtus igitur in Miſſa à Pontificiis ſacrificulis non poteſt offerri.

Bellarm. *Apoſtolos Chriſtus ad honorem ſacerdotii vocavit, illis verbis: Hoc facite, ſacerdotes igitur ſunt, qui Apoſtolis legitima ordinatione ſuccedunt.*

Proteſt. I. Abimelec igitur multos creavit ſacerdotes. II. Mirum eſt in toto novo Teſtamento, primos illos ſacerdotes ne ſemel quidem ſacerdotes vocari, ſed ſemper Apoſtolos & Miniſtros: neque Apoſtolum Paulum, cui controverſia toties de vocatione ſua movebatur, ut laudes & honores ſuos neceſſe habuerit prædicare, ullam unquam mentionem feciſſe ſummi hujus ſacerdotii honoris. III. Qui ſacerdos eſt novi Teſtamenti, idem etiã eſt victima, ſacrificium & mediator novi Teſtamenti: ſicut patet ex epiſtola ad Heb. c 9.

22. *Proteſt.* Nulla pars Miſſæ poteſt oſtendi, in qua ratio ſacrificii proprie dicti invenitur.

Bellarm. 1. *Negari non debet, panem & vinum aliquo modo in Miſſa offerri, & proinde pertinere ad rem quæ ſacrificatur. dicitur enim ante conſecrationem, à ſacerdote panem in manibus tenente: ſuſcipe ſancte Pater hanc immaculatam hoſtiam.*

Proteſt. I. *Aliquo modo* eſt modi & ſententiæ incertæ profeſſio quæſtionem non explicans, ſed involvens, & perplexam reddens. II. Panis nondum conſecratus non poteſt ullo modo Deo offerri, ut hoſtia immaculata, quia nullo modo differt à pane communi. III. Narravit nobis antea Bellarm. de ſacram. Euchar. *l.* 4. *c.* 16. id quod offertur Deo in Euchariſtia, eſſe id quod in cruce fuit oblatum, vel igitur duas hoſtias genere diverſas habent Pontificii in ſua Miſſa, vel panis non conſecratus non eſt hoſtia, neque Deo offertur.

Bellarm. 2. *Corpus & ſanguis Domini ſunt id ſacrificium, quod in Miſſa proprie offertur, & ſacrificatur.*

Proteſt. Corpus igitur & ſanguis Domini, in Miſſa plane deſtruuntur. ſic enim Bellarm. c.2. *ad verum ſacrificium requiritur, ut id quod offertur Deo in ſacrificium, plane deſtruatur, id eſt, ita mutetur, ut deſinat eſſe id quod ante erat.*

Bellarm. 3. *Panis & corpus Domini, vinum & ſanguis Domini, non ſunt duo ſacrificia, ſed unum.*

Proteſt. Vnum ſacrificium non poteſt conſiſtere ex duabus rebus conflatis, quæ nunquam ſimul conſiſtunt: quæ etenim ſimul non exiſtunt: non poſſunt ſimul offerri: ſed panem & vinum ſimul exiſtere cum corpore & ſanguine Chriſti, Pontificii omnes negant. Majore igitur

tur cum ratione inſanire videtur Caſſalius, qui affirmat duo eſſe ſacrificia Euchariſtiæ, unum panis & vini, alterum corporis & ſanguinis Domini.

Bellarm. 4. *Oblatio panis & vini conſecrationem præcedens ad integritatem & plenitudinem ſacrificii pertinet, non tamen ad eſſentiam.*

Proteſt. I. Integritas pertinet ad eſſentiam rei integralem: hæc igitur eſt contradictio manifeſta. II. Nulla actio conſecrationem præcedens: pertinet ad integritatem Sacramenti Euchariſtiæ. Sacramentum igitur Euchariſtiæ, integrum eſſe poteſt abſque ſacrificio integro. III. Chriſtus hac ratione ita poteſt quoad eſſentiam offerri, ut ſacrificium non ſit integrum & plenum: quod eſt plane blaſphemum.

Bellarm. 5. *Oblatio quæ ſequitur conſecrationem, ad integritatem ſacrificii ſimiliter pertinet, non ad eſſentiam. Dominus eam oblationem non adhibuit: immo nec Apoſtoli in principio, ſed poſtea eam ordinaverunt.*

Proteſt. Chriſtus igitur & Apoſtoli integrum ſacrificiũ Miſſæ non obtulerunt.

Bellarm. 6. *Fractio Sacramenti ad eſſentiam non pertinet ſed ſolum ad integritatem.*

Proteſt. Bellarm. tamen de *ſacram. Euch. l.* 1. *c.* 12. realem præſentiam ex eo confirmat, quod *frangere ſignificet offerre & immolare Deo.*

Bellarm. 7. *Conſumptio Sacramenti ut à populo fit, non eſt pars ſacrificii, ut autem fit à ſacerdote ſacrificante, pars eſt eſſentialis, ſed non tota eſſentia. eſt enim realis diſtructio victimæ, & combuſtioni holocauſti reſpondere cenſetur.*

Proteſt. I. Corpus igitur & ſanguis Domini realiter conſumitur & deſtruitur in Miſſa. Hoc enim ſacrificium eſſe quod in Miſſa offertur, docuit antea Bell. propoſitione ſecunda. II. Dentes & ventres impuriſſimorum ſacrificulorum. deſtruendi facultatem habent magis ſacrament. quam alibi poſſit reperiri. III. Conſumitur & deſtruitur eadem hoſtia tota à populo ſine ſacrificii ratione, ita ut multoties deſtruatur Chriſtus in Miſſa, ſemel ut ſacrificium & ſæpius ut Sacramentum. IV. Filincius *tr.* 5. *c.* 1. *n.* 24. cum Suarezio & aliis Ieſuitis, negant *ſumptionem ipſam in re eſſe de eſſentia ſacrificii, quia etiamſi poſt conſecrationem Chriſtus non ſumatur, adhuc tamen dicitur Chriſtus perfecte ſacrificatus & immolatus: unde ſi poſt conſecrationem contingat apparere carnem aut ſanguinem, non eſt ſumendum, nec iterum aliud conficiendum.*

Bellarm. 8. *Conſecratio Euchariſtiæ ad eſſentiam ſacrificii pertinet.*

Proteſt,

Proteſt. I. Promiſit Bellarm. ſe *facile & breviter explicaturum, in qua parte Miſſæ propriè conſiſtat eſſentia ſacrificii*; hæc tamen eſt octava & ultima propoſitio quam adfert, in qua nihil aliud concludit, quam *conſecrationem ad eſſentiam ſacrificii pertinere*. An eſſentia rei conſiſtit in omni eo quod ad eſſentiam pertinet? II. Dixiſſe nobis debuit, quo modo ad eſſentiã pertineat, an ut materia, vel ut forma, vel alio aliquo modo. Materia ſacrificii non eſt conſecratio, quia non eſt id quod offertur & ſacrificatur, neque forma poteſt eſſe ſacrificii, quia forma eſt Sacramenti, ſecundum Bellarm. *de Sacram. Eucha. l.* 4. *c.* 12. Tertio, Pontificiis ipſis non conſtat, in qua actione ratio & natura ſacrificii Miſſæ conſiſtat. Azorius lib. 10. cap. 19. hanc varietatem ſententiarum inter ipſos eſſe narrat: *Sunt qui putant rationem ſacrificii totam conſtitui in verbis, precibus, cæremoniis & ritibus, qui in conſecratione adhibentur: eo quod ſacrificii ratio, inquiunt, nequit in ipſa conſecratione conſiſtere: quin è contrario conſecratio ad rationem Sacramenti potius quam ad naturam ſacrificii pertinet. Alii exiſtimant ſacrificii rationem tribus ſacerdotis actionibus conſtare, conſecratione, oblatione, & ſumptione. Alii quidam ſenſere, ad rationem hujus ſacrificii, quatuor, immo quinque actiones concurrere, conſecrationem, oblationem, fractionem, ſumptionem. Alii rationem ſacrificii ponunt in duobus actibus, conſecratione, & oblatione. Alii dicunt totam ſacrificii rationem in una tantum actione conſiſtere, videlicet in oblatione. Alii conſtituunt totam rationem ſacrificii in una actione, vid. conſecratione.* IV. Quomodo aut qua ratione conſecratio pertineat ad eſſentiam ſacrificii hujus, necdum convenit inter ſacrificulos iſtos. *Aliqui exiſtimant* (Bellarminus ipſe refert) *in conſecratione conſiſtere ſacrificii eſſentiam, quia per eam fit vera & realis mutatio. Alii volunt ideo in conſecratione ſacrificii eſſentiam conſiſtere, quod per eam vere immoletur Chriſtus, quatenus vi verborum, corpus incipit eſſe ſine ſanguine, & ſanguis ſine corpore.*

Bellarm. 9. *In conſecratione Euchariſtiæ, tria fiunt in quibus ſacrificii veri, & realis ratio conſiſtit.* 1. *Res prophana fit ſacra.* 2 *Res illa ſacra effecta in altari collocatur.* 3. *Res quæ offertur, ad veram, realem & externam mutationem & deſtructionem ordinatur.*

Proteſt. Tria iſta vel potius duo, prout in inſtitutione cœnæ Dominicæ reperiuntur, poſitio in menſa & conſecratio elementorum, ut uſu ſancto conſumantur, clare referuntur ad Euchariſtiæ Sacramentum. Nullum igitur actum, vel actus alicujus particulam reperire poſſunt Pontificii, in qua ſacrificii quod imaginantur natura, cum ulla ſpecie rationis collocarent. Hoc certe vidiſſe videntur Scholaſtici antiquirores, qui hanc ob cauſam, quãvis circa curioſas quæſtiones inſanire ſolebant, de ſacrificio

tamen Miſſæ, tanquam ſcopulum vitabant, conſultiſſimũ judicantes tantum non de eo ſilere. Magiſter eorum l.4. d. 12. parce & modeſte definit: *illud quod offertur & conſecratur à ſacerdote, vocari ſacrificium & oblationem, quia memoria, repræſentatio, & recordatio eſt veri ſacrificii & ſanctæ immolationis factæ in ara crucis.* Alexander Alenſis, Thomas, Bonaventura, Scotus, Biel, Durandus iiſdem phraſibus ex occaſione utuntur, ſine ulla multiplicatione quæſtionum: quas certe illi nunquam omiſiſſent in re tam gravi, ſi vel illo ſeculo fuiſſet myſterium hoc eo modo revelatum, quo jam à Pontificiis docetur. Quæ tractat Bellarm. lib.2. *Miſſam eſſe ſacrificium propitiatorium, & impetratorium, ex opere operato, & offerendum eſſe pro vivis ac mortuis, nituntur omnia fundamentis jam everſis.* Similis fere eſt ratio quæſtionis illius, quæ de *Miſſa privata* ſolet agitari: quemadmodum enim Bellarm. cap.9. non male obſervat: *ſi adverſarii concederent Miſſam non ſolum eſſe ſacramentum, ſed etiam ſacrificium, fortaſſe in hac re facile convenirent;* ſic etiam ex adverſo judicãdum eſt: ſi adverſarii agnoſcerent Euchariſtiam non eſſe ſacrificium, ſed Sacramentum tantum novi Teſtamenti, fortaſſe concederent, Ludibrium eſſe communionis, quando vel nemine aſtante, vel uno præſente, & nemine præter ſacerdotem communicante, inclamat tamen ille: *Orate fratres: Dominus vobiſcum: quotquot ex hac altaris participatione ſumpſerimus: Sacramenta quæ ſumpſimus, &c.* in quibus Azorius l.10. c.29. fatetur, *verba antiqua eſſe retenta, ob honorem & venerationem antiquitatis, & mentem converti ad priſcum illum & veterem morem,* id eſt moris veteris abrogati veſtigia quædam honoris cauſa in verborum formulis retineri.

LIBER QVINTVS.

DE POENITENTIA.

CAPVT I.

THESIS I.

Bellarm. *Quæſtio prima eſt, an pœnitentia ſignis externis manifeſtata, accedente ad eam verbo abſolutionis, ſit Sacramentum novæ legis proprie dictum. Catholici affirmant: Hæretici negant.*

Proteſt. I. Diſputant Scholaſtici de pœnitentia ſub triplici genere, quatenus eſt virtus, quatenus eſt gratia, & quatenus eſt Sacramentum. Alex. Al. p.4. q.13. m.1. ſigna autem externa per quæ manifeſtatur, nihil magis pertinent ad Sacramenti naturam, quam gratiam, & virtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tem. II. Acceſſio verbi abſolutionis pertinet non tantũ ad pænitentiæ, ſed & ad fidei gratiam, & magis proprie ad fidem. Nihil eſt igitur in iſta conſtitutione cauſæ, quod ullo modo favet pœnitentiæ Sacramento.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Ioh.*20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ex iſtis verbis colligitur ſymbolum divinitus inſtitutum, & promiſſio gratiæ juſtificantis.*

Proteſt. I. Sacramenta novi Teſtamenti non ita inſtituuntur ut collectio ſymboli inſtituti conjecturis noſtris relinquatur; ſed expreſſam ſymboli deſignationem complectuntur. II. Nullum certum ſymbolum inſtitutum ex iſtis verbis colligi poteſt, conſequentia aliqua logica & neceſſaria: III. Nihil ibi vel dicitur, vel innuitur de pœnitentia, magis quam de fide. IV. Senſus horum verborum æque late debet extendi, ac illorum. *Luc. ult.* 47. *prædicari ejus nomine reſipiſcentiam, ac remiſſionem peccatorum: &* 2. *Cor.*5,19. *poſuit in nobis ſermonem reconciliationis.* Magna igitur cum violentia ad Sacramentum pœnitentiæ reſtringuntur. quod vel etiam tale fingitur, quale nunquam legimus, vel Chriſtum, vel Apoſtolos unquam adminiſtraſſe.

Bellarm. I. *Signum pœnitentiæ, quod peccator oſtendit, dum petit abſolutionem, cum verbo: Ego te abſolvo, Sacramentum cenſendũ eſt, adverſariorum opinione, quamvis verbum illud: Ego te abſolvo, ſit quædam annunciatio Euangelii ad excitandam fidem inſtituta.*

Proteſt. I. Signum quodlibet non eſt ſacramentale, ſed ſignum inſtitutum. II. Signum ſacramentale non oſtenditur ab hominibus propræ ſuo nomine, ſed à Deo, vel nomine Dei. III. Nihil dicitur in textu de ſigno; neque innuitur quidquam de ſigno pænitentiæ, magis quam fidei. IV. Nihil ſingulariter dicitur de illo, verbo: Ego abſolvo. Sententia igitur noſtra ſine ullo fundamento ſubſidium hujus Sacramenti vocátur.

Bellarm. 2. *Sicut poteſtas remittendi infidelibus peccata, non e Sacramento Baptiſmi exercetur: ita nec poteſtas remittendi fidelibus: proinde reconciliatio fidelium poſt Baptiſmum Sacramentum quodam eſt.*

Proteſt. I. Peccata remittendi infidelibus nulla eſt in Eccleſia poteſtas. II. Ante baptiſmum peccata poſſunt ſolent in adultis remitti: fides enim & remiſſio ſua natura conjunguntur: ſed inter fidem & Baptiſmum interſtitium aliquod temporis occurrit. III. Sicut fidelibus primo remittuntur peccata per Baptiſmum, ſic etiã deinceps, per continuatam ejuſdem Baptiſmi virtutem, & per Sacramentum Euchariſtiæ.

Bellarm. 3. *Probabilius eſt, hiſce verbis auctoritatem datam fuiſſe Apoſtolis remittendi peccata ſolum fidelibus: quæ expoſitio ſi admittatur, evacuatum eſt plane objectum adverſariorum.*

Proteſt. Non probabile tantum hoc, ſed æque certum ac Euangelium ipſum, Argumentum tamen noſtrum nullo modo ex iſta veritate labefactari poteſt. Non decimus enim peccata remitti ſimplici & nuda prædicatione Euãgelii apud infideles, ſed prædicatione illa quæ fide recipitur, & fidei ſalutem optatam ut datam confirmat.

Bellarm. 4. *Definitio Sacramenti aptiſſime quadrat in confeſſionem pœnitentis & verbum abſolventis.*

Proteſt. Definitio ipſa Tridentina, quam Bellarm. de *Sacram. l.* 1. *c.* 11. maxime laudat: *res ſenſibus ſubjecta, quæ ex Dei inſtitutione, ſanctitatis & juſtitiæ tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet,* non poteſt ad iſtum ritum accomodari. Nam I. Res ſenſibus ſubjecta, diſtingui debet à verbis, niſi & prædicationem verbi, & orationes fidelium ſacramentalibus ſignis velimus annumerare. II. Inſtitutio De de confeſſione & abſolutione auriculari, nuſquam comparet. III. Confeſſio & abſolutio nullam habent relationem ſigni ad ſanctitatem & juſtitiam ex inſtitutione Dei ſingulari. IV. Efficacia inſtrumentalis nulla eſt in confeſſione, reſpectu ſanctitatis & juſtitiæ: Abſolutio autem efficit, quod efficit ut verbum, non ut Sacramentum.

Argumenta noſtra.

3. *Proteſt.* Pontificii de Sacramento pœnitentiæ, ſuſpenſam tantum, incertum, opinionumque varietate confuſam ac turbatam habent doctrinam.

Bellarm. *Theologi ſummo conſenſu pœnitentiam ſacramentum eſſe docent, in eo ſolum non nihil laborant, ut oſtendant in hoc Sacramento quid ſit Sacramentum tantum, quid res tantum, quid res ſimul & ſacramentum.*

Proteſt. Tantundem hoc eſt, ac ſi Bell. dixiſſet: Pontificii magno conſenſu affirmant pænitentiam eſſe Sacramentum, ſed neſciunt qua ratione hoc affirment: qui quidem nihil dici poteſt verius: Nulla eſt enim particula materiæ, formæ aut effecti hujus Sacramenti, de qu Scholaſtici conſentiunt inter ſeſe.

4. *Proteſt.* In pœnitentiæ Sacramento nullum eſt viſibile ſignum Sacramentale.

Bellarm. 1. *Sunt multa ſigna viſibilia.*

Proteſt. Sunt etiam multa ſigna in ludo ſcenico: ſed no quærimus ſignum ſacramentale, certum, proprium, & Deo inſtitutum.

Bellarm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 2. *Viſibile ſignum, idque à Deo inſtitutum, eſt tum confeßio, tum abſolutio.*

Proteſt. I. Signum hoc ex variis actibus conflatum, ſine ullo viſibili elemento circa quod verſentur, monſtrũ eſt in Sacramento. II. Inſtitutionem hujuſmodi ſigni affirmat tantum Bellarm. non probat. III. Confeſſionem eſſe partem hujus Sacramenti diſerte negat Scotus, Major, *Gabriel in* 4. *d.* 14. Dionyſius Ciſtercienſis *d.*23. Soto vero in 4. *d.* 14. aperte negat abſolutionem eſſe partem hujus Sacramenti. Conjungantur iſtæ ſententiæ, & ſic verum ſignum habemus hujus Sacramenti, id eſt, plane nullum. IV. Certum eſt verba illa: *Ego confiteor, ego abſolvo*, nihil aliud ſignificare in Sacramento, quam extra Sacramentum, ac proinde non eſſe ſacramentalia ſigna ex inſtitutione Dei.

5. *Proteſt.* Nulla exſtat ſingularis promiſſio hujus Sacramenti propria.

Bellarm, *Promißio eſt clarißima, Ioh.* 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur, &c.*

Proteſt. I. Illa promiſſio non magis ad pœnitentiam quam ad fidem ſpectat. II. Nulli annectitur ſigno externo à Deo inſtituto; non eſt igitur promiſſio ſacramentalis.

6. *Proteſt.* Pœnitentia non habet tale externum & materiale elementum, quale eſt in Baptiſmo, & Euchariſtia.

Bellarm. *Vera ratio ſimilitudinis inter externa ſymbola Baptiſmi, & Sacramentorum cæterorum à fine ſumenda eſt, ob quem Sacramenta inſtituta eſſe conſtat. Id autem ſolum Sacramenti natura poſtulat, ut externa ſigna ad ſpiritualem effectum apte repræſentandum exhibeantur.*

Proteſt. I. Logica docet, ſpeciebus omnibus convenire totam communem eſſentiam & naturam generis, & proinde in illa natura tota ſimiles eſſe inter ſeſe: communis autem natura Sacramenti non conſiſtit in ſolo fine, ſed & in materia ac forma. II. Elementum in Sacramento aliud eſſe a verbo, ſecundum tritam illam ſententiam: *accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum*, aliquoties antea fuit probatum.

7. *Proteſt.* Pœnitentia veteris Teſtamenti, eadem plane fuit cum illa quæ in novo Teſtamento docetur: ſed illa non fuit Sacramentum, ergo nec hæc.

Bellarm. 1. *Non fuit in Teſtamento veteri poteſtas remittendi peccata.*

Proteſt. Nathan (quatenus miniſter aliquis Dei poteſt) Davidi pœnitenti graviſſimum peccatum remiſit. 2 *Sam.* 12.13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 2. *Nathan non dixit: ego te abſolvo, ſed ſignificavi tantum Davidi, peccatum ejus à Deo fuiſſe remiſſum.*

Proteſt. I. Neque Apoſtolorum quemquam dixiſſe cuiquam legimus, *ego te abſolvo, vel tibi peccata remitto.* II. Scholaſticorum pater, *l.4.d.*18. exponit: *ego te abſolvo*, per *abſolutum oſtendo & declaro.* & eãdem interpretationem tuentur Alex. Al. Bonavent. Gabriel Major, Mediná &c.

Bellarm. 3. *Non quicunque narrat aliquid factum eſſe, idem poteſt dici rem illam feciſſe.*

Proteſt. Concedimus quidem hoc: ſed qui ita ſignificat alicui rem factam circa illum, ut per illam ſignificationẽ fructus rei factæ ab illo percipiatur, is illam rem inſtrumentaliter dici poteſt feciſſe.

1. *Proteſt.* Pœnitentia novi Teſtamenti, ante, & poſt reſurrectionem Chriſti, eſt eadem omni ex parte: ſed ante reſurrectionem Chriſti non fuit Sacramentum: ergo nec poſtea.

Bellarm. 1. *Pœnitentia quam Chriſtus & Baptiſta prædicarunt, ideo Sacramentum non fuit, quia defuit pars Sacramenti potiſſima, nimirum verbum abſolutionis, confeſſioni peccatorum adjunctum.*

Proteſt. I. Confeſſionem peccatorum in auditoribus ipſis Baptiſtæ non defuiſſe teſtatur *Mat. c.* 3. Abſolutionem non defuiſſe Chriſtus ipſe teſtatur. *Mat.* 9.2. *Luc.* 7. 48. *remiſſa ſunt tibi peccata.*

Bellarm. 2. *Auditores quidem Baptiſtæ confitebantur peccata, ſed Baptiſta non pronunciavit verbum abſolutionis: Chriſtus autem peccata quibuſdam remiſit, ſed eos peccata confeſſos nequaquam legimus.*

Proteſt. Mira eſt hæc perverſitas Bellarm. nam paulo antea c.10. in verbis illis *Ioh.*20. *Quorum remiſeritis peccata*, ex remiſſione colligebat confeſſionem, *quia peccata non debent remitti, niſi iis qui ſe peccata habere, eaque ſibi diſplicere teſtantur:* hic tamen à Chriſto ipſo peccata remitti vult ſine debita confeſſione. Confeſſionẽ etiam hoc eodem loco cum abſolutione vult eſſe potiſſimam partem Sacramenti: & tamen auditores Baptiſtæ confeſſos eſſe ſua peccata fatetur, ut remiſſionem vel abſolutionem conſequerentur, ſine pœnitentiæ Sacramento, neque ullum verbum oſtendere poteſt defuiſſe, præter vocem illam grammaticam, *abſolvo*, quam nullus Apoſtolorum poſt Chriſti reſurrectionem circa pœnitentiam legitur uſurpaſſe.

Bellarm. 3. *Chriſtus cum paralyticum & peccatricem abſolvit, non ritum inſtituit, quo reconciliarentur deinceps peccatores: neque Apoſtolis mandavit, ut eo modo quo ipſe fecerit, peccata remitterent.*

Proteſt. I. An poſtea ritum pœnitentiæ inſtituerit Chriſtus *Ioh.* 20. illa ipſa eſt quæſtio de qua diſputatur.

II. Mandaſſe aliis Chriſtum vel tum, vel poſtea, ut eo plane modo remitterent peccata, quo ille remiſit, hoc etiam negamus. ſed iſtis non obſtantibus, negari non poteſt, quin pœnitentia tum temporis non minus fuerit eadem quæ poſtea, quam fides. Argumentum igitur manet firmum, & nulla ex parte labefactatum.

9. *Proteſt.* Ex Apoſtolorum doctrina, & exemplis, nihil adferri poteſt, ad Sacramentum Pœnitentiæ confirmandum.

Bellarm. 1. *Id non multum refert, cum ſatis eſſe debeat Chriſti verbum.*

Proteſt. Quæritur de ſenſu verborum Chriſti, utrum Sacramenti contineant inſtitutionem necne: an credibile eſt, Apoſtolos Sacramentum ipſis commendatum, neque adminiſtrare ſolitos, neque aliis adminiſtrandum doctrina ſua commendaſſe?

Bellarm. 2. *Quis ambigit, multa Apoſtolos & feciſſe, & docuiſſe, quæ ſcripta non ſunt?*

Proteſt. Meminiſſe debuit Bellarm. quod antea docuerit de effectu *Sac. l. 2. c. 28. Pœnitentiam eſſe Sacramentum, quod excellit cæteris omnibus neceſſitate, ſolo Baptiſmo excepto, cum quo eſt illi hæc excellentia communis.* Huic autem ſententiæ ſi adjungatur illud quod idem Bellarm. habet, de verbo Dei *l. 4. c. 11. Apoſtolos conſueviſſe omnibus prædicare quæ omnibus vel neceſſaria, vel utilia erant, & illa omnia ſcripta eſſe ab Apoſtolis, quæ ipſi palam omnibus vulgo prædicaverant*; tum hujus ſubterfugii nuditas omnibus non ſponte cæcutientibus ſtatim apparebit.

CAPVT II.

Quæſtio 2. ex priore derivata eſt; an Baptiſmi vis ad omnia peccata totius vitæ ſe extendat. Bellarm. negat, nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

BEllarm. 1. *Circumciſio non fuit præſcripta tanquam remedium peccatorum poſt Circumciſionem perpetratorum: ergo nec Baptiſmus.*

Proteſt. I. Conſequentia nulla eſt ſecundum Bellarm. ſententiam 1. Quia Baptiſmum ſtatuit multo efficaciorem Circumciſione, quam vi ſua juſtificaſſe negat, de effect. Sacr. l. 2. c. 13. 2. Quia Circumciſionem negat, Baptiſmum autem affirmat imprimere in anima indelebilem characterem. *ibid. c. 19.* 2. Circumciſio fuit ſignum fœderis perpetuo duraturi. III. Cum Deus promittat ſe circumciſurum cor Iſraelitarum, quando reſipuerint de

peccatis poſt circumciſionem admiſſis, *Deut.* 30. *v.* 6. manifeſte oſtendit, Circumciſionis vim ad illa etiam peccata ſeſe extendiſſe.

2. Bellarm. *1. Ioh.* 1. 9. *Si confiteamur peccata, &c. remittit nobis peccata*

Proteſt. I. Nihil aliud inde ſequitur, quam confeſſionē eſſe neceſſariam ad peccatorum remiſſionem: quod verū eſt, tam ante, quam in & poſt Baptiſmum. 2. 1. *Ioh.* 2. 1. Remitti nobis peccata illa, docet idem Iohannes, per advocatum illum quem in Baptiſmo habemus nobis obſignatum, & proinde vi Baptiſmi.

3. Bellarm. *Paulus Hebr.* 6. 6. *negat lapſos poſt Baptiſmum poſſe renovari per Baptiſmum.*

Proteſt. Bis ineptus eſt hic Bellarm. de omnibus peccatis intelligit, quod Apoſtolus affirmat de peccato in Spiritum ſanctum. II. Concludit inde non poſſe homines lapſos per Baptiſmum renovari. ſed per pœnitentiam poſſe, quia Apoſtolus dicit, non poſſe eos *ad pœnitentiam*, aut per pœnitentiam renovari.

4. Bellarm. *Cum in Scriptura legamus exempla eorum qui poſt Baptiſmum lapſi ſunt, non legimus eos remiſſos fuiſſe ad memoriam Baptiſmi.*

Proteſt. I. Faſſus eſt antea Bellarm. non remitti tales ad Sacramentum pœnitentiæ *c.* 11. cum conceſſit, *ex doctrina & exemplis Apoſtolorum nihil adferri poſſe ad pœnitentiæ Sacramentum confirmandum.* II. Remittuntur tales ad memoriā Baptiſmi, dum remittuntur ad memoriam benignitatis & gratiæ Dei. III. Diſertis verbis ad memoriam Baptiſmi remittuntur. *Rom.* 6.

5. Bellarm. *Nulla ratio patitur, ut eadem facilitate ignoſcat Deus iis qui ignorantes, & qui ſcientes peccarunt.*

Proteſt. I. De gratia Dei non eſt judicandum ex ratione, ſed ex voluntate Dei revelata. II. Non committuntur omnia peccata ante Baptiſmum ex ignorantia. III. De facilitate remiſſionis non quæritur, ſed de medio ejus Sacramentali

6. Bellarm. *Ritus Baptiſmi, & Pœnitentiæ, diverſam habent materiam & formam.*

Proteſt. Ritum Pœnitentiæ Sacramentalem necdum oſtendit Bellarm. à Deo inſtitutum.

7. Bellarm. *Miniſtri diverſitas diverſa Sacramenta eſſe teſtatur.*

Proteſt. Pœnitentiæ miniſter, ex munere ſingulari, nullus eſt magis quam fidei.

8. Bellarm. *Qui infantes Baptizantur, cum poſtea adoleverint, recordari non poſſunt.*

Proteſt. Multo facilius, quam miniſtrum habuiſſe inter-
nam

nam intentionem ipſos primo baptizandi, & poſtea abſolvendi, quam tamen Pontificii requirunt ad efficaciam Sacramentorum.

9. Bellarm. *Baptiſmus non delet peccata futura, antequam fiant.*

Proteſt. Non actu completo, ſed virtualiter tantum. Complete autem delet, cum per fidem & pœnitentiam, ad ſignum & fœdus Baptiſmi animo & cogitatione reditur

Bellarm. 1. *Tum incerta erit juſtificatio, cum ab hominum teſtimonio pendeat.*

Proteſt. Nullo modo: nam juſtificatio non ita alligatur externo ſigno baptiſmi, ut ſi quis ſine ſua culpa illo fraudaretur, non poſſit particeps fieri virtutis ejus.

Bellarm. 2. *Eadem ratione tolletur Euchariſtia frequentatio, cum ita ſufficere poßit memoria ſpiritualis cibi aliquando guſtati, quemadmodum memoria ſufficit lavacri aliquando ſuſcepti.*

Proteſt. I. Non ſequitur magis hoc, quam tolli iterationem Euchariſtiæ, ex eo quod tollatur iteratio Baptiſmi. II. Memoria ſpiritualis cibi aliquando in Euchariſtia guſtati magnam vim habet, ad conſolationem etiam adverſus infirmitates illas, quæ poſtea ſequuntur: quidni igitur Baptiſmi vis continuata, & apprehenſione fidei novæ renovata, una cum actuali Euchariſtiæ frequentatione, valeret adverſus lapſus fidelium, ſine tertio Sacramento?

Argumenta noſtra, quæ à Bellarmino tractantur partim in libro de Baptiſmo, capite primo, & partim libro Primo de Pœnitentia, capite quarto.

10. *Proteſt.* Qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſalvus erit: hæc promiſſio ſemper manet.

Bellarm. 1. *Promißio eſt conditionata.*

Proteſt. Promiſſio ſalutis qua homini peccatori fit, eſt conditionata, ſed qua credenti fit eſt abſoluta, quia conditionem requiſitam ſupponit.

Bellarm. 2. *Si permanſerit in fide, ſalvus erit.*

Proteſt. Qui fidem habet, dum eam habet, permanet in fide: ſed qui poſt lapſum, per fidem & reſipiſcentiam reſurgit, habet fidem veram.

Bellam. 3. *Qui ſemel excidit per peccatum mortale, à fœdere Baptiſmi, non poteſt iterum ad illud redire, per ſolam cogitationem ſeu memoriam Baptiſmi.*

Proteſt. I, Fædus Dei ſalutare, non eſt multiplex, ſed unum & idem, quod in Baptiſmo obſignatur, II. Quam-

vis per ſolam cogitationem ad illam non reditur, reditur tamen per fidem & reſipiſcentiam ex cogitatione gratiæ Baptiſmi oriundam: quia peccatum factum, per fidem & reſipiſcentiam, redditur coram Deo quaſi infectum.

11. *Proteſt.* Scripturæ de effectu Baptiſmi aliquando loquuntur per futurum, ut *Mar. ult. ſalvus erit:* aliquando per præſens, ut *Pet.* 3. ſalvos nos facit: & *Eph.* 5. mundans eam lavacro aquæ, ergo Baptiſmus vim habet purgandi peccata præſentia, & futura.

Bellarm. 1. *Salus in re non eſt effectum; ſed finis Baptiſmi: ſalus in ſpe mox conſequitur Baptiſmum.*

Proteſt. I. Salus in re ita eſt finis gratiæ Baptiſmi, ut ſit etiam ultimum ejus effectum: finis enim reſpectu efficientis eſt effectum. II. Salus in ſpe non tantum mox conſequitur Baptiſmum, ſed ſemper poſtea conſequitur fidem & reſipiſcentiam, idque virtute gratiæ Baptiſmi.

Bellarm. 2. *Petrus c. 3. comparat tempus Chriſti, cum tempore Noe.*

Proteſt. Hoc quidem verum eſt: ſed ſimul tamen oſtēdit Baptiſmi virtutem ſemper adeſſe, ubi adeſt *ſtipulatio conſcientiæ bonæ.*

Bellarm. 3. *Paulus Eph. 5. cum dicit mundans eam, non loquitur de ſingulis hominibus, ſed de variis.*

Proteſt. Diſerte loquitur *v.* 27. de ſingulis qui ſiſtentur Chriſto glorioſi, quos euſque affirmat *purificari lavacro aquæ per verbum.*

Bellarm. 4. *Si quis referat ad ſingulos homines, tum dicendum eſt, Baptiſmum purgare peccata futura mediate; quia baptizatus impetrat veniam peccatorum venialium ſi petat, & per characterem Baptiſmi, jus habet ad Sacramentum pœnitentiæ, quo peccata etiam mortalia purgantur.*

Proteſt. Petitionem fidei & pœnitentiam media remiſſionis eſſe non negamus: ſed quod de Sacramento pœnitentiæ adjicitur, quæſtionem ipſam petit, ſine ulla probatione.

12. *Proteſt. Rom.* 6. Vis Baptiſmi in futurum apertiſſime declaratur.

Bellarm. *Apoſtolus in eo capite non docet quomodo remittantur peccata poſt Baptiſmum, ſed quomodo caveri debeant.*

Proteſt. Non tantum docet quomodo caveri debeant, ſed etiam quomodó debeant crucifigi, mortificari, & ſepeleri vi Baptiſmi: ſi vero gratia Baptiſmi valet ad peccati mortificationem poſt Baptiſmi actum, non poteſt negari, quin valeat etiam ad peccati remiſſionem.

13. *Proteſt.* In Baptiſmo communicatur nobis Chriſti puritas, quæ ſemper viget.

Bellarm,

Bellarm. *Nos juſtificamur propria & nos inhærente juſtitia.*

Proteſt. Fieri nullo modo poteſt, ut juſtitia noſtra inhærente ab injuſtitiæ reatu liberemur,

14. *Proteſt.* Baptiſmus per peccatum non deletur: ergo tota vita vim ſuam poterit exercere.

Bellarm. 1. *Character tantum manet.*

Proteſt. Quamvis hoc falſum eſſe ſuo loco patebit, ſi tamen talem characterem relinquat Baptiſmus, qualem Pontificii nobis deſcribunt, ſufficit cum fide & pœnitentia ad vim Baptiſmi continuandam & renovandam. *Characteris effectus eſt, habilitare ad gratiam quantum eſt de ſe, ait Alex. Al.* 4. *q.* 8. *Character (ait Bellarm. de effect. Sacr. l.* 2. *c.* 19.*) aptum facit ad cultum, configurat Chriſto, eſt & Sacramentum, & res Sacramenti.*

Bellarm. 3, *Vos characterem non admittitis.*

Proteſt. Non talem qualem Pontificii volunt, ſed relationem illam characteriſticam quæ ſufficit ad vim Baptiſmi continuandam, & cum fide ac reſipiſcentia renovandam, non negamus.

Bellarm. 2. *Character non eſt ſignum viſibile.*

Proteſt. Satis eſt, ſi ſigni viſibilis vim faciat continuari.

Bellarm. 4. *Simili ratione Euchariſtiæ manducatio, ſemel peracta, ſemper maneret, & proinde fruſtra repeteretur.*

Proteſt. Euchariſtiæ vis non tranſit, ſed manet: non fruſtra tamen repetitur: quia Deus voluit nutritionem Sacramentalem ſæpius iterari, ſicut ſpiritualis communio perficitur gradatim: ſed unio, vel inſitio in Chriſtũ, ac ingeneratio vitæ, quæ proprie in Baptiſmo repræſentatur, ſemel tantum voluit repræſentari, ſicut ſemel datur, virtute ejus tamen poſtea continuata & renovata.

15. *Proteſt.* Baptiſmus eſt ſigillum fidei pœnitentibus.

Bellarm. *Pœnitentibus ante, non poſt Baptiſmum.*

Proteſt. Communis eſt doctrina omnium Scholaſticorum, *eum qui ficte ſine pœnitentia accedit ad Baptiſmum, poſtmodum recedente fictione, & pœnitentia accedente recipere effectum & gratiam Baptiſmi, Baptiſmo ipſo non iterato.* Non eſt autem credibile Baptiſmum efficaciorem eſſe poſtea in iis qui ficte accedebant, quam in aliis, qui ſyncera fide & reſipiſcentia eundem receperunt.

CAPVT III.

Quæſtio ſecunda eſt de partibus pœnitentiæ : de quibus tamen nullam controverſiam diſtincte formatam & tractatam habemus à Bell. ſicut ex animadverſionibus quibuſdam brevibus ad illa quæ ab ipſo proponuntur fiet manifeſtum.

BEllarm. 1. *Quæſtio eſt, quot ſint partes pœnitentiæ; ſive quot ſint actiones in homine pœnitente neceſſariæ, ut abſolutionem percipere, & cum Deo in gratiam redire poſſit.*

Proteſt. Non pœnitentia tantum, ſed fides imprimis eſt neceſſaria homini peccatori, ut cum Deo in gratiam redire poſſit. Hæc igitur quæſtio ſemetipſam evertit.

2. Bellarm. *Catholici ſummo conſenſu tres aſſignant pœnitentiæ partes, contritionem, confeſſionem, & ſatiſfactionem.*

Proteſt. Alex. Al. p. 4. q. 16, m. 1, a. 1, diſertis verbis negat, has eſſe partes pænitentiæ virtutis, aut actus elicitos ab ea. Bellarm. ipſe *c.* 19. fatetur, extra Sacramentum aliquando ſolam contritionem interiorem ſufficere ad ſalutem. Iſtæ igitur non ſunt actiones abſolute neceſſariæ, ut peccator cum Deo in gratiam redire poſſit; quæ tamen eſt deſcriptio partiũ pœnitentiæ jam modo tradita à Bellarm. Scotus in 4. d. 14. q. 4. & diſt. 16. q. 1. contendit ſolam abſolutionem eſſe integrum pænitentiæ ſacramentum, quia ſola ſignificat gratiam. Durandus, etiam in 4. diſt. 16. quæſt. 1. negat plane contritionem & ſatisfactionem eſſe hujus Sacramenti partes: & ſuam ſententiam inter alia argumenta inde confirmat, quod Sacramentũ non ſit totum ſucceſſivum, ſed permanens quod partes ſuas omnes ſimul habere neceſſe eſt: ſed ſatisfactio eſt poſterior tempore quam vel contritio, vel confeſſio, vel etiam abſolutio.

3. Bellarm. *Quidam adverſariorum docent, duas eſſe partes pœnitentiæ, contritionem & fidem.*

Proteſt. Per pænitentiam intelligunt illi converſionẽ totam vel ut Bellarm. antea dixit, omnes actus qui neceſſarii ſunt ut peccator cum Deo in gratiam redire poſſit: & in contritione includunt propoſitum emendationis vitæ.

4. Bellarm. *Altera eſt ſententia eorum, qui ad illas duas partes adjungunt tertiam, vid. obedientiam novam.*

Proteſt. Eſt una & eadem ſententia cum priore: propoſitum enim emendationis, quod contritionem genuinam neceſſario comitatur, per fructum ſuum deſignat, obedientiam ſcilicet novam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

5. Bellarm. *Tertia ſententia, quæ duas pœnitentiæ partes conſtituit, mortificationem & vivificationem.*

Proteſt. Iſtæ voces, ſi ad propoſitum voluntatis referantur, idem ſonant quod contritio, & ſtudium emendationis vel obedientiæ novæ; ſi effectum ipſum notent, tum pœnitentiam deſignant cum ſuo proprio fructu, qui in ſanctificatione conſiſtit. In iſtis igitur ſententiarũ nulla eſt alia varietas, quam quæ ex latiore & ſtrictiore ejuſdem vocis acceptione exurgit. Præterea cum nulla ſit harum ſententiarum, quæ vel de Sacramento, vel proprie de exterioribus actibus pœnitentiæ diſtribuendis agit, nihil quicquam faciunt iſta ad controverſiam de pœnitentiæ Sacramento.

6. Bellarm. *Terror animo incuſſus à lege non recte inter partes pœnitentiæ numeratur.*

Proteſt. Iſtos terrores ad pœnitentiam requiri Tridentini *ſeſſ.c.6.* agnoſcunt, & Bellarm. non negat: alio autẽ ſenſu pro parte reſipiſcentiæ ſalutaris à noſtris non habentur.

7. Bellarm. *Fides non eſt pars pœnitentiæ, licet ad eam efficiendam neceſſario requiratur.*

Proteſt. Neque dicimus nos, fidem eſſe partem pœnitentiæ ſtricte ſumtæ, ſed converſionis illius, quæ reſipiſcentia ſæpe vocatur, vel ut Bellarm. loquitur, actuũ illorum, qui neceſſario requiruntur, ut peccator cum Deo in gratiam redire poſſit.

8. Bellarm. *Non ſunt omnia bona opera, quæ poſt juſtificationem fiunt, inter partes pœnitentiæ numeranda.*

Proteſt. Neque à nobis ita numerantur, niſi quatenus fructus minus proprie partes à quibuſdam vocantur.

9. Bellarm. *Non recte ponuntur pœnitentiæ partes, mortificatio & vivificatio, ad eum ſenſum quo à Calvino & Beza accipiuntur.*

Proteſt. Rectiſſime, quatenus converſio voluntatis à malo ad bonum per iſtos terminos deſignatur.

Bellarm. I. *Dicunt pœnitentiam eſſe fructum fidei juſtificantis: ſed Scripturæ divinæ paßim docent, pœnitentiam viam eſſe ad juſtificationem.*

Proteſt. Fidei effectum adnatum & comitans eſt pœnitentia, juſtificatio eſt effectum conſequens: hæc duo igitur optime conveniunt.

Bellarm. *Pœnitentia non eſt omnium hominum, ſed peccatorum tantum: ſed mortificatio & vivificatio eſt omnium hominum, etiam juſtorum.*

Proteſt. Quaſi omnis mortificatio non eſſet peccatorum, & omnes homines non eſſent in iſta vita peccatores.

10. Bellarm. *Tres ſunt partes pœnitentiæ, contritio, confeßio, & ſatisfactio.*

Proteſt. Quomodo, aut qua ratione ſunt iſtæ partes pœnitentiæ?

Bellarm. I. *Non pœnitentiæ nomine ſignificaturi habitum ſeu virtutem pœnitentiæ: neque etiam actualem pœnitentiam abſolute, ſed actualem pœnitentiam, quatenus ea ex parte pœnitentis ad remiſſionem peccatorum in Sacramento reconciliationis neceſſaria eſt.*

Proteſt. I. Fingitur igitur, pœnitentiam alias habere partes, quatenus eſt neceſſaria ad reconciliationem, quam habet quatenus eſt virtus aut actus: quaſi neceſſitas alicujus rei ad ſuum uſum, mutaret ejus partes. III. In pœnitentia quatenus eſt neceſſaria ad ſuum finem & uſū, nihil requiritur præter virtutem vel diſpoſitionem internam, & externos ejus actus. hæc igitur diſtinctio nullam habet partium oppoſitionem. III. Iſtas partes omnes prout à Pontificiis intelliguntur, neceſſarias eſſe ad Baptiſmum Bellarm. ipſe non affirmabit. Baptiſmus autem eſt Sacramentum reconciliationis.

Bellarm. 2. *Tres iſtæ partes etiam extra Sacramentum, ſuo quodam modo ſunt, ac fuerunt neceſſariæ in omni lege.*

Proteſt. Debent igitur ſuo quodam modo, partes eſſe vel virtutis pœnitentiæ actualis abſolute; quod tamen Bellam. modo negavit.

Bellarm. 3. *Contritio, Confeſſio, & Satisfactio, ſaltem in genere, ſunt actus quidam virtutis pœnitentiæ, ac per hoc partes, ac veluti membra pœnitentiæ actualis.*

Proteſt. De contritione, & confeſſione hoc nos non negamus, ſed tantum de ſatisfactione, de cujus figmenti præſumptione poſtea diſputandum erit.

De Contritione nulla eſt gravis controverſia quæ hoc in loco poteſt tractari. De Confeſſione quæſtio eſt illa famoſa: an omnia peccata mortalium ſacerdotibus confiteri ſit jure divino neceſſarium iis qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur? Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

II. Bellarm. *Qui mortali peccato ſe obſtrixerunt, tenentur jure divino pœnitentiam agere, & reconciliationem cum Deo quærere; ſed medium neceſſarium ad reconciliationem poſt Baptiſmum, eſt confeſſio peccatorum omnium ſacerdoti facta; ergo tenentur jure divino, qui poſt Baptiſmum mortali peccato ſe obſtrinxerunt, ſacerdoti peccata omnia confiteri. Aſſumptio hac ratiocinatione concluditur. Chriſtus inſtituit ſacerdotes judices ſuper terram, cum ea poteſtate, ut ſine ipſorum ſententia nemo poſt Baptiſmum lapſus reconciliari poſſit: ſed nequeunt ſacerdotes recte judicare, niſi peccata cognoſcant; ergo jure divino tenentur qui poſt Baptiſmum lapſi ſunt, peccata ſua ſacerdotibus aperire: ac per hoc eſt confeſſio peccatorum medium neceſſarium ad reconciliationem iis qui poſt baptiſmum lapſi ſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Magnum ex eo præjudicium patitur Sacramentum pœnitentiæ, quod pars ejus primaria, & quæ neceſſaria dicitur eſſe ad ſalutem omnium fere fidelium non poſſit Scripturæ ullo teſtimonio probari, ſine tam prolixa circuitione conſequentiarum & ratiocinationum, quarum vim, ſi firma eſſet, ut vulgus fidelium perciperet, non eſſet tamen exſpectandum. II. Sine ulla ratione, aut fundamento, reſtringit Bellarm. tam confeſſionẽ peccatorum, quam miniſterii poteſtatem quæ ſpectat reconciliationem, ad peccata illa quæ vocantur mortalia, eaque illa ſola quæ poſt Baptiſmum admittuntur. Eadem eſſet conſequentia, ſi quis ita ratiocinaretur. : *Deus conſtituit ſacerdotes judices, ut ex ipſorum ſententia mortalia peccata diſtinguerentur à venialibus, & venialia à mortalibus nec non ut ex ipſorum ſententia pœnitentes admittantur ad Baptiſmum, & impœnitentes arceantur, ſed neque ſacerdotes recte judicare poſſunt quænam peccata ſint mortalia, quæ venialia; nec de quibus peccatis homines Baptizandos rite pœniteat, de quibus non, niſi omnia omnino peccata etiam ante Baptiſmum admiſſa cognoſcant, ergo omnium confeßio eſt juris divini.* Suarez ipſe de *pœnit. Sac. diſp.* 26. fatetur *ad Baptiſmum hanc poteſtatem extendi, à Cypriano, Chryſoſtomo, Iſidoro, Auguſtino, & hanc interpretationem eſſe tolerabilem, propter auctoritatem dictorum Patrũ neque damnari à Concilio ipſo Tridentino.* III. Contra naturam judiciariæ poteſtatis, fingitur ſacerdos judex in abſolvendo tantum, & non in condemnando. Sicut autem condemnat miniſter Dei impœnitentes declarando ſententiam Dei condemnantem, ſic etiam pœnitentes abſolvit, declarando teſtificando & applicando ſententiam Dei abſolventem. IV. Ambigue dicitur à Bellarm. *neminem poſt Baptiſmum lapſum poſſe ſine ſententia ſacerdotum reconciliari.* Nã maxima pars Scholaſticorum, Magiſter, Altiſiodorenſis, Alex. Alen. Bonav. Occam. Gabr. Abulenſis. &c. diſerte negant ſacerdotes proprie remittere peccata quoad culpam, aut etiam quoad pœnam æternam: ſicut Suarex ipſe fatetur de pœnitentiæ *Sacram. diſp.* 16. 5. Quemadmodum ex ſententia Pontificiorum, ſacerdos poteſt retinere peccata quæ ſingulariter non cognoſcit, & abſolvere à pœnis temporalibus quarum accuratam cognitionem nõ habet, quatenus remiſſæ ſint & quatenus remittendæ, ſic nos dicimus, miniſtrum Chriſti poſſe abſolvere pœnitentes à peccatis illis, quæ particulariter non cognoſcit, quia novit Chriſtum omnes vere pœnitentes ab omnibus peccatis liberaſſe. Hoc autem non facit ut judex proprie dictus, ſed ut judicis miniſter.

12. Bellarm. *Tria ſunt loca præcipua, ex quibus judiciaria poteſtas Apoſtolorum & ſucceſſorum eorum in cauſis pœnitentiam demonſtrari*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſtrari poteſt. Mat. 16.19 *&* 18. 18. *Ioh.* 20. *v.* 23.

Proteſt. Iudiciariæ poteſtatis in iſtis locis mentionem fieri non negamus: ſed ejus auctoritatem ac poteſtatem eſſe penes Chriſtum ſolum affirmamus, & miniſterium tantum penes Chriſti miniſtros. Simili fere modo hæc loca ſunt intelligenda, quo verba illa Dei ad Prophetam. *Ier.* 1.10. *Præficio te hodierno die gentibus ipſis & regnis, ad exſtirpandum, & ad demoliendum, & ad perdendum, & ad deſtruendum, & ad ædificandum, & ad plantandum.*

Bellarm. 1. *Probatur hoc primo ex metaphora clavium. Matt.* 16. *nam claves non ſolent fieri, vel dari ad ſignificandum, oſtium eſſe clauſum vel apertum, ſed ad operiendum & claudendum reipſa.*

Proteſt. 1. Non decet Bellarm. ex metaphora argumẽtari in quæſtione Sacramentaria. narravit enim nobis antea, de *Sacr. Euchar. l.* 1. *c.* 9. Sacramenta à Deo inſtituit propriis verbis non metaphoricis. II. Nos concedimus totam iſtam concluſionem, claves nempe datas eſſe Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, ad aperiendum, & claudendum, ſed miniſterialiter tantum, id eſt, per miniſterium Euangelii, quod eſt miniſterium Spiritus, quo Spiritu aperitur aditus in cœlum pœnitentibus. Si tamen de auctoritate judiciaria quæratur, illam in Chriſto ſolo manere dicimus, & à miniſtris declarari. Aliud eſt rem efficere miniſterialiter, & aliud auctoritatem & poteſtatem rei formaliter poſſidere. Idem reſpondemus ad altera illa metaphora, quæ in verbis *ligandi & ſolvendi* occurrit. Miniſtri enim vere ſolvunt peccatores, gratiam illam prædicando & ſuo modo miniſtrãdo per quam ſolvuntur: ſolutionem autem factam non à ſua poteſtate aut auctoritate, ſed à Chriſto ſolo profectam teſtantur.

Bellarm. 2. *Ioh.* 20. *Expreſſe datur poteſtas, non ſolum remittendi peccata, ſed etiam retinendi: retinere autem quid eſt, niſi nolle remittere? proinde negatur remiſſio illis, quibus noluerint ſacerdotes remittere.*

Proteſt. I. Sicut retinentur impœnitentium peccata à miniſtris, non poteſtate judiciaria, ſed miniſteriali declaratione voluntatis Dei, ſic etiam ſimili declaratione ab iis remittuntur peccata pœnitentium. II. Retentio peccatorum non pendet ex voluntate ſacerdotum: vel enim remittuntur peccata credenti, & reſipiſcenti (quicquid ſacerdos velit aut nolit) vel Euangelium non eſt verum. III. Si duo ſacerdotes unam & eandem confeſſionem audientes inter ſe diſſentiant, ita ut unus remittat, & alter retineat peccata confitentis, quid tandem fiet? ex hac ſententia, vel debent illa peccata ſimul retineri, & remitti; vel

ti; vel neque retineri, neque remitti: ſed ſecundum veritatem, ex voluntate Dei, non ſacerdotum, vel retinẽtur, vel remittuntur.

Bellarm. 3. *Non dicit Dominus: quorum remiſeritis peccata, remiſſa erant, ſed remittuntur eis.*

Proteſt. I. Bellarm. in tota hac cauſa non vult intelligere ſententiam noſtram. Dicimus enim miniſtrũ Chriſti miniſterialiter remittere, & non tantum quatenus declarat peccata eſſe antea remiſſa, ſed etiam quatenus gratiam Dei in Euangelio exhibet ex cujus applicatione remiſſio ſequitur peccatorum. Concedimus nos quod Cajetanus obſervat ex hac voce, *remittuntur: ne intelligeremus authoritative dimitti peccata à diſcipulis non dixit, remittite peccata, ſed quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: ut vis & efficacia remiſſionis explicaretur non in diſcipulis, ſed in Deo remittente, dicendo enim, quorum remiſeritis peccata, remiſſionem quidem, ſed miniſterialem ſignificare ſe monſtrat, ex eo quod ſubjungit, remittuntur eis.*

Bellarm. 4. *Idem colligitur ex illa voce, quorum. Non enim vult Dominus omnibus indefinite peccata remitti: ſed Euangelium omnibus indefinite prædicandum eſt: & omnibus omnino dari poteſt conditionalis illa abſolutio: remittuntur tibi peccata, ſi credis. Non loquitur igitur Dominus de prædicatione Euangelii.*

Proteſt. I. Illa prædicatio Euangelii: remittuntur tibi peccata, ſi credis, non remittit peccata, niſi fide illa poſita quam requirit: poſita autem illa fide, tum virtutem habet remittentem in illo fideli, quam in aliis non habet. Syllogiſmus talis conficitur: *Si credis, remittuntur tibi peccata:* hæc propoſitio eſt generalis. Aſſumtio fit ab illo cui Euangelium ita prædicatur. *Ego credo.* Concluſio inde ſequitur ſingularis remiſſionis: *Ergo tibi remittũtur peccata.* II. Ex hac voce *quorum*, concludit Cajet. ita: *non dicit, quæ retinueritis, ſed quorum retinueritis, ut intelligamus, non concedi facultatem remittendi peccata aliqua, & retinendi alia: impium enim eſt à Deo ſperare dimidiam veniam: & ſimiliter impium eſt miniſtros ejus dimidiam dare veniam.* Impie igitur faciunt ſacrificuli Pontificii, qui remittunt mortalia peccata, & retinent venialia, ac reſervata, remittunt quoad culpam, ac pœnam æternam, & retinent quoad pœnam temporalem.

Bellarm. 5. *Colligitur etiam ex caremonia inſufflationis: Dedit Dominus Spiritum ſanctum inſufflando, quia dedit donum peccati remittendi, non concionando, ſed plane extinguendo, ac diſſolvendo. ut enim flatus extinguit ignem & diſſipat nebulas, ſic etiam abſolutio ſacerdotis peccata diſpergit, & evaneſcere facit.*

Proteſt. Collectio iſta ex flatu magis eſt ridicula, quam ut ſerio debeat refutari: evaneſcat ut flatus.

13. Bellarm. *Si non eſſent ſacerdotes judices, nemo periret ex eo ſolum,*

eo ſolum, quod ſacerdotem reconciliantem habere non poßit.

Proteſt. Si quiſquam reſipiſcens & credens periret ex eo ſolum, quod ſacerdotem reconciliantem habere non poſſit, tum falſum eſſet Euangelium: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Iohan.* 3.

14. Bellarm. *Si ſacerdos non aliter peccata remitteret, quam annunciando divinas promißiones, fruſtra & ridicule abſolverentur ſurdi.*

Proteſt. Reſpondemus hic ſecundum diſtinctionẽ Alex. Al. p.4. 21. m.1. *poteſtas clavium extenditur ad culpam delendam, per modum deprecantis & impetrantis abſolutionem, non per modum impertientis*: precando & impetrando potius quam impertiendo abſolvitur ille, qui ita ſurdus eſt, aut ſenſibus deſtitutus, ut Euangelium ipſi non poſſit ullo modo inſinuari. Abſolutio hominis ſurdi firmum ſuppeditat nobis argumentum adverſus doctrinam Bellarm. qua docet Sacramenta eſſe phyſica inſtrumenta gratiæ in anima efficiendæ. Abſolutio enim ſurdo collata, nihil quicquam operatur in ejus corpore, nedum in animam corpore mediante.

15. Bellarm. *Cum Miniſter dicit, remittuntur tibi peccata, aut abſolute hoc pronunciat, aut ex hypotheſi, ſi credas, &c. ſi abſolute, temere id pronunciat, ſi ex hypotheſi talis abſolutio ex incerta conditione pendens, non poteſt pœnitentem reddere certum acceptæ remißionis.*

Proteſt. Pronunciat miniſter remiſſionem abſolute, fidem & reſipiſcentiam ſupponens, ſicut antea fuit in ſyllogiſmo declaratum, conditio autem illa ſuppoſita pœnitenti poteſt ac debet eſſe certa.

16. Bellarm. *Si abſolutio non eſt actio judicialis, ſed ſimplex annuntatio divinæ promißionis, tum laicus, fœmina, puer infidelis, diabolus, pſitacus non minus abſolvere poterit quam ſacerdos.*

Proteſt. Non ſequitur: quia Paſtor fidelis ſingulariter ad iſtam legationem deſignatur à Chriſto Bellarm. interim blaſphemat prædicationẽ Euangelii, dum illam vult opus eſſe pſitaci, diaboli, vel pueri infidelis, an poteſt pſitacus, aut diabolus nuncius eſſe Apoſtolicus, aut legatus à latere Papæ, in voluntate ejus populis annuncianda? ſi poteſt, alia tamen eſt ratio Euangelicæ legationis.

17. Bellarm. *Ex figuris Iudaicis duplex argumentum ſumi poteſt 1. Si confeßio quam Deus in Teſtamento veteri exigebat, figura quædam erat, ut revera erat, cum omnia contingerent illis in figuram, 1.Cor.10. certe neceſſe eſt ut in Teſtamento novo ſit etiam confeßio peccatorum à Deo præcepta, &c. 2. Si confeßio neceſſaria erat coram Dei Miniſtro eo tempore, multo magis tempore novi Teſtamenti*

Proteſt. 1. Fundamentum hujus argumenti nullũ eſt. Neque enim ullæ figuræ fuerunt figurarum aut Sacramentorum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mentorum; neque dicit Apoſtolus omnia contigiſſe Iudæis in figuram repræſentantem, ſed in exemplum admonitionis. II. Concluſiones tamen iſtas libenter concedimus: *confeßio peccatorum eſt à Deo in Teſtamento novo præcepta. Confeßio aliqua eſt neceſſaria coram Dei miniſtro.* De figuris igitur non eſt quod laboremus.

18. Bellarm. *Act.19. Multi veniebant confitentes & indicantes actus ſuos.*

Proteſt. Reſpondet Cajetanus in locum: *deſcribuntur confitentes facta ſua, proculdubio in genere aut publice. non enim fuit confeßio ſacramentalis, ſed profeßio pœnitentiæ vitæ præteritæ.*

19. Bellarm. 2.*Cor.*5. *Miniſtri ſunt legati Chriſti ſed qui mittuntur legati cum poteſtate reconciliandi inimicos Regis, non poſſunt recte munere ſuo defungi niſi cognoſcant ex ipſis reis, quid egerint.*

Proteſt. I. Si hæc ratio quidquam valeret, confeſſio ſacramentalis antecedere debet baptiſmum. II. Legatus poteſt cognoſcere ex eo qui mittit eum, quid egerint illi qui ſunt reconcilandi; & ſic ex Dei verbo Miniſtri intelligunt quid egerint peccatores. III. Inauditum adhuc fuit, legatum alicujus regis ad rebelles reconciliandos miſſum, ſingulorum confeſſionem audiviſſe de ſingulis criminibus admiſſis.

20. Bellarm. *Iac.*5. *Confitemini invicem peccata veſtra*

Proteſt. Reſpondet Cajetanus in locum: *Non eſt hic ſermo de confeßione ſacramentali: ut patet ex eo quod dicit, confitemini invicem (Sacramentalis enim confeßio non fit invicem, ſed ſacerdotibus tantum) ſed de confeßione qua mutuo fatemur nos peccatores, ut oretur pro nobis: & de confeßione hinc inde erratorum, pro mutua placatione & reconciliatione.*

21. Bellarm. 1.*Ioh.* 1. *Si confiteamur peccata noſtra, &c.*

Proteſt. Apoſtolus loquitur de confeſſione peccatorum quæ Deo fieri debet, non quæ fit homini.

Bellarm. *Promißio de remittendis peccatis, iis qui confitentur peccata ſua Deo, non videtur ulla exſtare in divinis literis.*

Proteſt. Ieſuitæ videntur nihil velle videre, quod commentis ipſorum repugnat. Tot ſunt promiſsiones hujus generis, ut una aut altera non debeat propter tam impudentem aſſertionem ſeorſim commemorari.

22. Bellarm. *Quæ ſunt juris humani, ea reperiuntur initium habuiſſe ex Concilii alicujus Oeconomici, aut ſummi Pontificis decreto: Confeßio autem non reperitur tale initium habuiſſe, ſed eſt antiquior, ergo.*

Proteſt. I. Falſa eſt propoſitio, idque duplici de cauſa: primo, quia multa potuerunt initium habere à Conciliorum & Pontificum decretis, quorum initium neutiquam jam reperitur. Secundo, quia illa quæ initio ex conſue-

tudine voluntaria paulatim irrepſerunt, poſtea ex decretis tranſierunt in partem juris humani. II. Talis confeſsio, qualem Pontificii urgent, non eſt tantæ antiquitatis. III. Concluſio poteſt concedi. Confeſsio non eſt juris humani quia quædam confeſsio eſt juris divini, & confeſsio auricularis nullius eſt juris.

23. Bellarm. *Tanta eſt confeſsionis difficultas, ut nullo modo credibile ſit, vel Eccleſiæ Præſides auſuros fuiſſe legem hujuſmodi ferre, aut populos perſuaderi potuiſſe, ut ejuſmodi legem acciperent, niſi divinum imperium, divina inſtitutio, & divina promiſsio acceſsiſſent.*

Proteſt. Quaſi Scribæ & Phariſæi olim non ligaverint onera gravia, difficiliaque portatu, & impoſuerint in humeros hominum, ſine mandato ullo Dei. *Matt. c. 23. v. 4.*

24. Bellarm. *Inſignis eſt confeſsionis utilitas Illuſtra miſericordiam & juſtitiam Dei paſtores inſtruit ad morbos ovium ſuarum recte curandos, Eccleſiam & Rempublicam emendat; & multiplicem utilitatem adfert confitenti.*

Proteſt. Nulla eſt utilitas confeſsionis auricularis, quatenus ab aliis confeſsionibus differt. ſed illa eſt perpetua fallacia Pontificiorum omnia illa quæ ſunt confeſsionis piæ qualiſcunque adjuncta vel effecta, ad ſuam auricularem confeſsionem detorquere. Memorabilis admodum eſt ſententia Marci Eremitæ, in Biblioth. Patrum, tom. 4. *in tract. de his qui putant ſe operibus juſtificari*, reg. 140. *Cum mens per vitiorum abnegationem, & renunciationem, ſpem unice conſiderandam apprehenderit, tunc inimicus ſub confeſsionis prætextu, ante menti impreſſa vitia effingit, ut affectus gratia Dei oblivioni traditos, iterum incenſos exuſcitet, & hominem latenter injuria afficiat. Tunc enim ſi clarus & affectibus inimicus exiſtat; neceſſario obtenebrabitur, detentus & confuſus propter perpetrata vitia. Et ſi nebuloſus adhuc, & voluptatum amans fuerit, omnino una perſeverabit, & affecto animo cum occurrentibus affectionibus familiaritatem contrahet, ut mentis anticipatio talis memoria, & non confeſsio inveniatur. Itaque ſi volueris Deo offerre irreprehenſibilem confeſsionem, ſpeciatim errorum ne recorderis (nam valde inquinares animum) verum horum illecebras generoſe perferto.*

25. Bellarm. *Idem confirmari poteſt ex miraculis confeſsionis.*

Proteſt. De hujuſmodi miraculis reſponſum illud Gerſonis valet. *Mundus ſeneſcens phantaſiam patitur miraculorum, ſicut homo ſenex phantaſiatur in ſomno.*

CAP. IV. *De Satisfactione, quid ſit.*

THESIS I.

BEllarm. *Satisfacto nihil eſt aliud, niſi actio qua is qui alterum læſit, tantum facit quantum ſatis eſt ad injuriam compenſandam; ſive quantum is qui læſus eſt juſte exigit.*

Proteſt. I. Multo accuratior eſt difinitio illa Scoti, in 4. d. 15. quam Bellarm. non ex ignorantia, ſed ex aſtutia mutavit: *Satisfactio eſt redditio æquivalentis, voluntarie, alias indebiti.* II. Variatio illa deſcriptionis: *ſive quantum is qui læſus eſt juſte exigit*, ſatisfactionis naturam plane confundit. Pater enim à filio prodigo & rebelli juſte exigit vitæ emendationem, quæ tamen ſatisfactionis nihil in ſeſe habet.

2. Bellarm. *Satisfactio aliquando fit ad abſolutam & perfectam æqualitatem, aliquando autem fit ad æqualitatem imperfectam, quæ ab acceptatione & donatione partis læſæ pendet. Hæc ſaltem poſterior locum habet in Sacramento pœnitentiæ.*

Proteſt. I. Diſtinctio hæc in terminis talis eſt, ac ſi ſatisfactio divideretur in ſatis & ſemiſatisfactionem. II. In explicatione, nullam differentiam ponit inter ſatisfactionem Chriſti redemptoris, & hominis peccatoris: nã Chriſti ipſius ſatisfactio quatenus pro nobis valebat, acceptatione & donatione Dei nitebatur. III. Dubios plane lectores dimittit Bellarm. utrum perfectam vel imperfectam ſatisfactionem tribuat Pænitentiæ ſacramento, cum *ſaltem* imperfectam ſuſcipit defendendam.

3. Bellarm. *Pro amicitia reſtauranda non poteſt homo Deo ſatisfacere, ſed pro juſtitia tantum: reſtituta eſt enim amicitia per gratuitam Dei miſericordiam, & per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: ſed manet debitum luendæ pœnæ quo juſtitiæ ſatisfiat.*

Proteſt. Diſtinctio iſta multis nominibus eſt inepta. Nam I. Cum omnis ſatisfactio ſit *ad injuriam compenſandam*, ſicut Bellarm. modo eam definivit, neceſſe eſt ut omnis etiam ſatisfactio ſit ad jus & juſtitiam reſtituendam. II. Chriſtus non alia ratione reſtituit nobis amicitiam Dei quam pœnam nobis debitam ferendo. III. Si amicitia, reſtituta, pœna peccati manet luenda, tum amicus Dei poteſt condemnari, quod diſertis verbis Apoſtolus deteſtatur, *ad Romanos c.* 8. *v.* 1.

4. Bellarm. *Pœna illa quæ luenda reſtat poſt culpæ remiſſionem eſt illa ipſa pœna ſenſus, quam in Gehenna pati debuiſſet peccator, remota ſolum æternitate reſpondet enim converſioni inordinatæ quæ eſt in peccato ad creaturas; non eſt pœna damni, quæ reſpondet averſioni à Deo, à qua pœna liberantur continuo qui redeunt ad gratiam Dei.*

Proteſt. I. Remiſſio igitur culpæ talis eſt, ut ſenſu nullo diſcerni poſsit à condemnatione. II. Pœnam Gehennæ æquivalentem nemo mortalis poteſt luendo ſuperare. III. Iſtam pœnam qualis & quanta ſit, cum nec ſacrificuli Pontificii, nec Pontifex ipſe noverit, non poſſunt eſſe judices in eadem juſte commutanda, aut per certas menſuras relaxanda. IV. Sententiam iſtam hunc in modum

dum explicatam Suarez ipſe in tertium. quæſt. 86. diſp. 10. ſect. 3. diligenter admodum & ſolide refutat: *primo quia maxime debet puniri illud quod in peccato gravius eſt: major eſt autem malitia averſionis à Deo, quam converſionis ad creaturas ſecundo, quia in Purgatorio (ſecundum Pontificios) eſt ſuo modo pœna damni temporalis, conſiſtens in carentia viſionis divinæ pro illo ſtatu tertio, quia punitur peccatum quatenus eſt injuria Dei, atque adeo ratione averſionis. quarto quia pœna quæ reſtat luenda non habet deſperationem, & obſtinationem in malo conjunctam & proinde non æternitas tantum in temporalitatem, ſed ſimpliciter una pœna in aliam commutatur.*

Ex hac explicatione ſententiæ Pontificorum quinque controverſias deducit Bellarminus.

Prima quæſtio eſt, an remiſſa culpa remaneat aliquando reatus pœnæ temporalis, tum in alia vita, tum etiam in præſenti. Pontificii affirmant. Nos autem quamvis non dubitemus quin dignitas vel meritũ pænæ maneat, dum reliquiæ peccati manent, & experientia ipſa doceat malis variis quæ ſua natura ſunt pœnæ, in iſthac vita fideles juſtificatos urgeri negamus tamen, vel pœnam in vita futura ipſis luendam permanere, vel in hujus vitæ malis vindictæ divinæ propriam rationem inveniri. vindicta autem propria eſt quando malum quod alicui infligitur, non in bonum, ſed in malum ejus infligitur. Malum autẽ hujuſmodi ab omnibus piis removeri diſertis verbis docet Paulus *Rom.* 8. cum omnia ipſis in bonum cooperari teſtatur. Neque aliud quidquam docemus, hac in parte, quam quod Guiljelmus Pariſienſis, antiquiſsimus & graviſsimus Scholaſticorum olim ſcripſit, de Sacram. in generali, fol. 4. *Pœnam ut pœnam, & vendictam, impoſſibile eſt Deo amico jam facto recogitare. Aliud enim eſt dicere, quia pater flagellat filium aliud eſt dicere, percutit inimicum. Scimus enim amicos Dei ab amantiſsimo, miſericordiſsimo Patre Deo mala iſta pænalia recipere, & hic non ut pœnam ſeu vindictam iracundiæ, ſed magis ut correctiones & medicamenta ſtultitiæ, & adjumenta virtutis, ut malleationes, ſive fabricationes, & tunſiones, ſive ablutiones, & candidationes. Hæc autem niſi delirus, & inſani capitis, nunquam dicet perſecutiones, ſeu vindictas.*

Argumenta Bellarmini.

5. Bellarm. 2. *Sam.* 12. *David poſt impetratam veniam adulterii, atque homicidii, punitus eſt morte filii. & c.* 24. *poſt remiſſam culpam, punitur peſte.*

Proteſt. Non in vindictam, ſed in admonitionẽ, & correctionem.

Bellarm. 1. *Pœna Davidi inflicta refertur ad præteritum potius quam ad futurum,*

Proteſt.

Proteſt. Refertur etiam omnis correctio filii peccantis, à patre adhibita, ad præteritam culpam tanquam ad cauſam efficientem, ſed ſimul etiam ad futurum, tanquam ad finem & fructum. *Hebr.* 12.10. *ad commodum noſtrum.*

Bellarm. 3. *David deprecatus eſt illam pœnam.*

Proteſt. Quia ſua natura fuit malum fugiendum, quamvis Deus ex gratia converterit & direxerit eam in bonũ.

6. Bellarm. *Multa ſunt Scripturæ teſtimonia, quæ indicant, mortem ipſam ſæpe infligi in pœnam peccati, etiam poſt culpam remiſſam: ridiculum eſt autem dicere, morte puniri homines, ut deinceps caute vivant*

Proteſt. Non eſt ridiculum dicere, mortem etiam cedere in bonum fidelium qui moriuntur & in aliorum admonitionem & correctionem, & aliquo etiam modo in eruditionem ipſorum morientium, ſecundum illud Apoſtoli, I.*Cor.* II.32. *Dum judicamur à Domino, erudimur, ne cum mundo condemnemur,*

Bellarm. *Quid dicemus de parvulis, qui poſt baptiſmum repente moriuntur, vel morbis & doloribus torquentur?*

Proteſt. Nos nihil aliud dicendum habemus, quam iſthoc exemplo, Pontificios pleniſsime refutari. Cum enim Pontificii doceant in baptiſmo, *univerſum pœnæ debitum condonari*, quod Bellarminus cap. I. certum eſſe docet. fieri non poteſt, ut ſibimetipſis conſtent, ſi affirment morbos, dolores aut mortem infantium recens baptizatorum, eſſe proprie dictas pœnas. Quæ Scholaſtici de iſtis calamitatibus, quæ in recens baptizatis locum habent ſolent reſpondere, valent etiam de pœnitentium afflictionibus. *Congruum fuit* (ait Bonavent. in 4. d. 4.) *hujuſmodi pœnalitates in nobis relinquere, ad manifeſtandam æquitatem divini judicii; ad oſtendendum fructum paſsionis Chriſti; ad bonum noſtrum multipliciter promovendum, dantur enim propter humilitatem, propter timoris incuſsionem, propter ſtimulationem ad bonum; propter exemplum non peccandi, in excercitium virtutum; & ut ſint ſignum adoptionis filiorum.*

7. Bellarm. *Quæſtio ſecunda eſt, an reatus pœnæ temporalis, quæ remanet poſt culpam remiſſam, bonis redimi queat, ſive quod idem eſt; an pro reatu pœnæ ſatisfieri poſsit.*

Proteſt. Quin poſsit manus Dei aliquando per naturam & idoneam humiliationem & emendationem vitæ præveniri, nemo noſtrum unquam dubitavit: ſed hoc fieri negamus per ſatisfactionem, aut pretii ſolutionem, ſed per ſupplicationem, & deprecationem, cui Deus ex mera gratia relaxationem gravioris alicujus caſtigationis indulget.

8. Bellarm. *Catholici tria docent* I. *Pœnas temporales alterius*

vitæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vitæ, quæ in purgatorio luenda eſſent, redimi poſſe jejuniis, precibus, eleemoſynis. &c. 2. Pœnas temporales hujus vitæ interdum non poſſe redemi, talis imprimis pœna eſt mors. 3. Poſſe aliquando pœnas temporales hujus vitæ aliis operibus tolli.

Proteſt. Iſtæ ſunt tres fraudes. Nam I. Iejunia, preces, eleemoſynæ (actiones imperfectæ, debitæ, non æquivalentes hujus vitæ malis) non poſſunt eſſe pretium redemptionis pro pœna Gehennæ. II. Qui dicunt pœnam Gehennæ poſſe tam facile redimi, idem etiam de omnibus pœnis temporalibus ſine ullo ſcrupulo affirmarent, niſi experientia & ſenſu communi viderent hoc poſſe refelli. III. Poſſe ullas pœnas tolli à nobis aliis operibus, tanquam pretio ſatisfactionis, hoc reſtat probandum.

Argumenta Bellarmini

9. Bellarm. *Ninivitæ ob gravia peccata meruerant ſubverſionẽ urbis: & tamen jejuniis, ſaccis, & precibus placatus Dominus, civitatem illam conſervavit. Ion. ult.*

Proteſt. Vt hoc exemplum quæſtioni aptetur, probare debuit Bellarminus. I. Ninivitis antea fuiſſe peccata remiſſa, quoad culpam, & pœnæ debitum ſolum remanſiſſe. II. Ninivitas obtuliſſe Deo, jejunia, &c. pro pretio redemtionis & ſatisfactionis. III. Deum ideo conſervaſſe urbem, quia juſtitiæ ſuæ Ninivitæ ſatisfeciſſent. Cum autem nihil horum poſſit probari, ſequitur exemplum iſtud plane alienum eſſe à cauſa. Deus aliquando parcit iis quibus non eſt proprie reconciliatus, idque etiã ex occaſione humiliationis alicujus inefficacis, tam propter alias cauſas ipſi notas, quam ut oſtenderet quam gratam habeat veram converſionem, cujus tenuem umbram reſpicere dignatur. 1. Reg. 21. 29.

10. Bellarm. 2. *Par.* 7. *& Hierem.* 18. *Deus pœnitentibus promittit liberationem à malis.*

Proteſt. Niſi prius probetur omnes Dei promiſſiones niti ſatisfactionibus noſtris, hujuſmodi teſtimonia nihil de ſatisfactione teſtantur.

11. Bellarm. *Dicitur Regi à Daniele, c.4. peccata tua eleemoſynis redime.*

Proteſt. Dicitur hoc Regi infideli, non juſtificato, non à culpæ reatu liberato, non vera gratia donato, & proinde nullo modo ad ſatisfaciendum pro pœni[s] temporalibus potenti. Hoc enim eſt axioma inter ipſo[s] Pontificios receptum: *opera facta ſine gratia, non ſun[t] ſatisfactoria,* Senſus igitur Prophetæ eſt, ut Rex iſte infi[-]delis, quali quali emendatione vitæ, tentaret an Deus re[-]

vocare

vocaret ſingularem illam ſententiam, quam in ipſum pronunciaverat, ſicut fecit in Ninivitis.

12. Bellarm. 1. *Cor.* 11. *Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur.*

Proteſt. Hoc eſt, ſi faceremus officium noſtrum, evitaremus plagas: quid hoc ad ſatisfactionem?

Quæſtio tertia eſt, utrum opera ſatisfactoria vel ſponte à peccatoribus ſint eligenda, vel à Sacerdotibus pro ipſorum arbitrio injungenda, Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

13. Bellarm. *Iob pœnitentiam egit in favilla & cinere: David jejunabat, humi jacebat, induit cilicium, flebat, &c. ſponte ſua, nemine cogente, ut de ſe pœnas ſumeret, ob peccata in Deum admiſſa.*

Proteſt. I. Pœnitentiæ & humiliationis naturalia & uſitata ſigna, in extraordinaria & ſolemni humiliatione, à Deo ipſo pœnitentibus imperantur, quatenus adjuncta talia ſuis ſubjectis adhærent, & ut effecta à ſuis cauſis emanant. II. Non minus ridiculum eſt nugamentum, iſtiuſmodi humiliationis indicia in opera ſatisfactoria tranſubſtantiare, quam ſi quis diceret proſtrationem ſervi coram Domino ſuo, *Mat.* 12. *v.* 26. ſatisfactionem fuiſſe pro debito ſuo, quod fuit mille talentorum. III. Si veteres illi quæſiviſſent & elegiſſent ſibi opera laborioſa quibus Deo ſatisfacerent pro peccatis, adjunxiſſet ſe proculdubio aliquis eorum putatoribus lignorum haurientibus aquam, onera gravia portantibus, aut in carcere molentibus, idque in annos multos, nec in vulgaribus illis humiliationis indiciis acquieviſſent omnes, quaſi conſpiratione quadam inita, ut Deo obtruderent ſatisfactionem levem & obſoletam, pro novis & graviſſimis peccatis.

14. Bellarm. *Opera laborioſa in ſatisfactionem poſſe ac debere à ſacerdotibus injungi, verba illa Domini Matt.* 16. *&* 18. *(quodcunque ligaveris, quæcunque alligaveritis) ſatis aperte docent.*

Proteſt. Iſtis verbis contrarium aperte docetur: quia eadem & eorundem hominum peccata eodem tempore hac ratione ſolverentur, & ligarentur: ſolverentur in abſolutione, & ligarentur in pœna ac ſatisfactionis injunctione: ſed in verbis Domini ſeparantur ac diſjunguntur actiones ligandi & ſolvendi in ſuis objectis, tam quoad perſonas, quam quoad peccata; ſicut apparet ex illis verbis *Iohan.* 20. *Quorum remiſeritis peccata, & quorum retinueritis.*

15. Bellarm. *Non deſunt optimæ rationes, ob quas plane congruens fuerit, ut in pœnitentiæ ſacramento Deus vellet per miniſtros*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſuos etiam mulctam peccatoribus imponi. I. *Qui peccant ante baptiſmum, majori miſericordia digni ſunt, quam qui poſt baptiſmum peccant.* 2. *Maxime conſentaneum eſt, ut ſi Deus ex miſericordia peccata condonet, etiam juſtitia quoad ejus fieri poteſt, ſatisfieri velit.* 3. *Pœnitentia quia eſt medicamentum animæ vulneratæ, id plane exigit, ut qui curatur, medicinales uſtiones, pharmaca amara, aliaque id genus multa ſuſtineat.* 4. *Pœna eſt utilis pœnitenti, & aliis.*

Proteſt. Si hæ ſunt optimæ rationes quæ poſſunt pro ſatisfactionibus injungendis adferri, tum certe pœna gravis injungi debet Pontificiis doctoribus, qui ab omni ratione deſtituti, & derelicti in re tam gravi tamdiu luſerunt, & populo Chriſtiano tam miſere impoſuerunt de quo ſcelere, nunquam poſſunt ne hominibus quidem ſatisfacere. Nam inter omnes iſtas optimas rationes, nulla una eſt, ex qua poteſt quæſtio cum ulla ſpecie ſyllogiſticæ conſequentiæ concludi. Periculum faciat quicunque vult ſophiſta, & experietur ſe ſcopas diſſolutas, nullo modo connectendas tractare. Nituntur omnes ineptiſſimo illo poſtulato: Deum non poſſe peccata reddere ſuis auctoribus amara, nec juſte illa condonare, nec efficere ut ab aliis caveantur, niſi à peccatoribus pœnas expoſcat juſtitiæ ſuæ ſatisfacientes, eaſque ex arbitrio alicujus ſacrificuli curet præſcribi & imponi.

Quarta quæſtio eſt, an oratio, jejunium & eleemoſyna, & quæ ad hæc tria capita revocantur, prout à Pontificiis in pœnitentia vel ſuſcipiuntur, vel injunguntur, ſint opera ſatisfactoria. Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

16. Bellarm. *Oratio, jejunium, & eleemoſyna præcipue ſtatuuntur opera ſatisfactoria:* I. *Quia animi bona Deo damus per orationem: corporis bona, per jejunium, & per eleemoſynam, bona externa.* 2. *Quia jejunium comprimit concupiſcentiam carnis, eleemoſyna concupiſcentiam oculorum, oratio ſuperbiam vitæ, ſecundum diſtributionem vitiorum.* 1. *Ioh.* 2.

Proteſt. I. Narravit nobis antea Bellarm. opera ſatisfactoria eſſe *opera laborioſa, & quaſi medicinales uſtiones, inciſiones, pharmaca amara, &c.* At vero de oratione pia, & eleemoſyna ab hilari datore proficiſcente, qualem ſolam Deo probari Apoſtolus teſtatur. 2. *Cor.* 9. 7. inſanum eſſet talia affirmare. 2. Fictitiæ iſtæ congruentiæ à Scholaſticis futiliſſime ſunt excogitatæ, ad diſtributionem hanc operum ſatisfactoriorũ ſuo modo & more confirmandam. Nam primo,

primo, neque eleemoſyna, neque jejunium, neque oratio ipſa, ſub ſpecifica ratione petitionis, boni aliquid Deo vel dat, vel offert. Secundo ſi darent aliquid Deo, nihil tamen indebitum darent: & proinde donatio illa nihil pertineret ad ſatisfactionem pro debito peccati. III. comprimere concupiſcentiam, eſt officium peccata cavendi, quod non poteſt negligi ſine peccato: non eſt igitur ſatisfactio pro peccato admiſſo. IV. Iejunium per ſe, ab oratione ſeparatum, nihil valet ad mortificationem aliam concupiſcentiæ, quam cujus capaces ſunt homines infideles, & beſtiæ ipſæ irrationales. Eleemoſyna poteſt concupiſcentiæ oculorum ſubſervire. Oratio eſt commune medium adverſus omne genus mali.

17. Bellarm. *Iejunium, eleemoſyna, & oratio, ſunt res utiles, quarum in divinis literis extant exempla, promiſſiones & præcepta.*

Proteſt. Quis enim negaverit? Si autem ſint ſimpliciter præcepta hæc opera, tum non ſunt opera ſupererogationis ad ſatisfactionem apta.

18. Bellarm. *Hæc opera quatenus quoad certum modum in particulari, divinitus mandata non ſunt, ac per hoc indebita dici poſſunt. Grata ſunt Deo ſancta, & utilia.*

Proteſt. I. *Opera aliqua eſſe Deo grata, quatenus non ſunt mandata, ſed indebita:* horridum quendam ſonum habet apud eos quorum aures Scripturæ phraſibus ſunt aſſuefactæ. II. Certum iſtum modum declarare debuerat Bellarm. ut intelligeremus an modus poſſit eſſe Deo ſatisfaciendi. Modus jejunii apud Pontificios pleroſque, eſt poſt prandium ex piſcibus, ſatis lautum, & copioſum, cœnam tranſigere bellariis & vino. Orationis modus eſt, multiplicare certas quaſdam formulas, lingua pleriſque ignota, pro numero & ratione globulorum qui ex præſcripto ſimul verſantur. Modus eleemoſynæ eſt, in Monaſteria & Monachos nonnihil conferre, *ad ſatisfactionis opera quodammodo mercanda.* ſic Thomas ipſe loquitur, *ſuppl. q. 15. a. 3. ad 3.* Hi certe non ſunt modi juſtitiæ divinæ ſatisfaciendi pro peccatis, ſed eidem potius illudendi.

19 Bellarm. *Deus approbat, & ſibi reddi jubet vota ſponte facta, de jejuniis aut alia quavis corporis afflictione. Num. 30. ergo opera indebita, ſive non imperata Deo placent.*

Proteſt. in votis ipſis voluntariis, quæ ſingulariter ſpectabant ad cultum Dei, quamvis materialis modus remotus fuerit liber, modus tamen formalis & proximus ſemper debuit ex lege peti, ut Deo placeret. Nemo potuit ſacrificium Deo vovere & offerre, præter legis præſcriptum. Offerre igitur Deo modum operis indebitum, & non præceptum in ſatisfactionem pro peccatis, eſt præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſumtionem temerariam ipſi offerre.

20. Bellarm. *Iohannis Baptiſtæ veſtis, pili cameiorum erant, cibus locuſtæ, lectus humus, Domus deſertum.*

Proteſt. De lecto, & domo ſomniaſſe videtur Bellarm. in iſtis tamen nihil eſt, quod proprie meretur nomen operis boni, & ſancti, nedum vel meriti, vel ſatisfactionis: neque modi fuerunt intrinſeci operis alicujus boni: neque denique à Iohanne offerebantur loco cultus.

21. Bellarm. *Anna laudatur, quod non recedebat à templo, jejuniis ac obſervationibus ſerviens, die ac nocte. Luc. 2.*

Proteſt. Pertinet hôc exemplum proprie ad gradum diligentiæ in Deo colendo: Quamvis autem plus præſtiterit Anna, in illo genere, aut modo, quam omnes tenentur ex lege præſtare, non tamen plus quam a tali muliere, in tali conditione poſita, per omnium circumſtantiarum earundem concurſum, lex ipſa requirit.

Quinta & ultima quæſtio eſt, an opera noſtra vere ac proprie Domino ſatisfaciant, pro reatu pœnæ qui poſt culpam dimiſſam remanet expiandus. Pontificii affirmant, nos negamus.

22. Bellarm. *Nos hoc loco de ſatisfactione illa verba facimus, quæ ex condigno quidem pœnam temporalem expiet, non tamen ex rigore juſtitiæ.*

Proteſt. Bene eſt, quod tandem Bellarm. confiteatur tribuere ſe operibus virtutem ſatisfaciendi *ex condigno*. Si hunc ſtatum quæſtionis ab initio indicaſſet, tum nullus locus fuiſſet ſophiſmatis illis, quibus antea probare voluit ſatisfactionem ex qualibet humiliatione, cui Deus ex abundanti gratia vel relaxationem, vel prorogationem alicujus pœnæ indulſit. Sed illud inſuper obſervandum; Pontificios aſſerere, *opera quibus Deo ſatisfaciunt pro peccatis, prout à gratia procedunt, & gratia informantur, proportionem habere, & condignitatem aliquam ad ſatisfaciendum ſecluſa extrinſeca promiſſione Dei. Suarez. in 3. tom. 4. diſput. 37. ſect. 7.*

23. Bellarm. *Opera noſtra, ut à Spiritu Chriſti in nobis habitante procedunt, quandam habent infinitatem, ac per hoc etiam quandam æqualitatem cum injuria, qua Deum peccando, affeceramus.*

Proteſt. I. Opera omnia Spiritus Dei non habent infinitatem: tum enim omnia quæ Deus fecit in creatione, & poſtea eſſent infinita. II. Opera noſtra, qua ſunt noſtra, non ſunt opera Spiritus, ut principii quod illa producit: quia Spiritus nobis non hypoſtatice unitur in unum ſuppoſitum, vel perſonam. III. Obſervandum eſt, ex Ieſuitarum ſententia *ſatisfactionem Sacramentalem, & pœnam remittere, & gratiam aliquam conferre ex opere operato, virtute cla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

clavium, à quarum poteſtate procedit. Suarez in 3. tom. 4. diſp. 38. non pendet igitur, quoad efficaciam, ex diſpoſitione & gratia operantis.

24. Bellarm. *Deus non omnia quæ facere poſſumus imperat: habemus igitur opera propria, & indebita, quibus pro injuria ſatisfaciamus.*

Proteſt. I. Si pro injuria ſatisfacimus, tum pro culpa: injuria enim eſt culpa. II. Si Deus non imperat omne bonum, tum lex ejus non eſt perfecta. Marcus Eremita, in Biblioth. *Patr. tom.* 4. *tract.* de Baptiſmo, recte refellit hoc figmentum: *Oſtende mihi quæ dicis certamina præter mandata, & credam opinioni tuæ, ſi dicas precationem, eſt mandatum; ſi largitionem, ſi abnegationem animæ, ſi mortem, ſi crucem, aut aliud quodvis opus virtutis dixeris, omnia ſunt mandata.*

25. Bellarm. *Deus à pœna aufert æternitatem, & de æterna temporalem facit.*

Proteſt. I. Nihil opus fuit æternitatem auferri, ſi vera ſint quæ Bellarm. narrat. Docuit enim jam jam, opera humana habere quandam infinitatem, quare non & ſimilem æternitatem haberent? II. Pœnam temporalem vitæ futuræ, vel extra hoc ſeculum, qualem Pontificii in Purgatorio ſingunt, Scriptura nullibi docet, nedum æternæ pœnæ in eam commutationem.

Argumenta Bellarmini.

26. Bellarm. *Iſa.* 1. *Dominus promittit remiſſionem plenam ac perfectam peccatorum, quaſi præmium quoddam, iis qui in bonis operibus miſericordiæ ſe exercuerint.*

Proteſt. I. Illud *quaſi præmium quoddam* gratis additur textui à Bellarm. 2. Præmium tamen promittitur à Domino operibus illis quæ non ſunt ſatisfactoria ex condigno. *Mat.* 5. 12. Hæc igitur eſt larva tantum argumenti, neque ulla ex parte ſatisfacit pro ſatisfactione ex condigno.

27. Bellarm. *Dan.* 4. *Peccata tua eleemoſynis redime. Hic habemus vocem redemtionis, quæ æquivalet voci ſatisfactionis.*

Proteſt. I. Non habemus iſtam vocem, niſi in verſione vulgari. II. Eandem vocem habemus etiam *Eph.* 5. 16. *Col.* 4. 5. ubi agitur de *redemptione* temporis vel opportunitatis, ſine ulla ratione ſatisfactionis. III. Nabuchodonoſor, cui hæc verba dicta fuerunt, impius homo erat: non poſſunt igitur hæc verba proprie intelligi de ſatisfactione: quia homo impius non poteſt Deo ſatisfacere pro ſuis peccatis quoad pœnam, quia culpa necdum eſt remiſſa.

Bellarm. *Plenus commentarius hujus loci erit, ſi verba Danielis in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

lis intelligamus de perfecta remiſſione peccati quoad culpam, & pœnam: ita ut cohortatio ſit ad magnas & frequentes eleemoſynas, quibus primū diſponatur Rex ad reconcilitationem, deinde etiam pœnam ex condigno redimat: quemadmodum intelligendus eſſe videtur locus ille Luc. 11. Date eleemoſynam. & ecce omnia munda ſunt vobis.

Proteſt. Commentarius iſte plenus eſt commentum planum Nam. I. Infideles non ſunt cohortandi ad eleemoſynas, ut inde remiſſionem peccatorum conſequerentur, ſed ad reſipiſcentiam, converſionem, & fidem. II. Eleemoſynæ magnæ & frequentes ſine gratia non diſponunt infideles ad reconciliationem: nam ſine fide & charitate *nihil proſunt.* 1.*Cor.* 13.3. III. Pœnam non potuit redimere Nabuchodonoſor eleemoſynis ex condigno, quia nulla eſt æqualitas proportionis inter eleemoſynas hominis tyranni & oppreſſoris, in homines erogatas (quibus injurias hominibus factas nunquam potuit compenſare) & injurias infinitas Deo illatas. IV. Si eleemoſynæ tantam vim haberent diſponendi ad reconciliationem, & ſatisfaciendi pro pœnæ reatu, tum certe beati eſſent divites ſupra pauperes in ordine ad regnum Dei; quod tamen Scriptura paſſim negat. V. Quod attinet ad verba Domini, *Luc.* 11. 41. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*: Cajetanus interpretatur tanquam *increpative & ironice dictum: datis, vel date quæ adſunt, per fas & nefas, eleemoſynam: & hoc adjuncto ad exteriorem munditiem, omnia munda ſunt vobis, hoc eſt apud vos, non in veritate,* & ratio ejus eſt obſervatione digna, qua Bellarminianam & hujus loci, & alterius ex Daniele interppetationem arguit ut diabolicam. *Cogor (ait) ad intelligendum textum hunc in malam partem: quia verba iſta etſi abſolute bene ſonent, contextus tamen clare explicans quod plenis rapina dicuntur, efficit ut non bene ſonent, conſtat enim, diabolicum eſſe conſilium, plenis rapina, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* Mens tamen Domini videtur fuiſſe, ut deponerent internam rapinam, per veram converſionem, cujus fructus eſt eleemoſyna ex interna fide & charitate proficiſcens, & ſic non tantum externe ſed interne eſſent mundi. Nam emphaſis eſt in illa parte ſententiæ τὰ ἐνόντα, date eleemoſynam *ex iis quæ intra ſunt*: ſicut Matt. 23.26. in eadem ſententia τὸ ἐντὸς & τὸ ἐκτὸς; inter ſeſe opponuntur eodem plane ſenſu.

28. Bellarm. *Luc.* 3. *Facite fructus dignos pœnitentiā, Facere fructum dignum pœnitentia, eſt operari eo modo quo decet eum qui pœnitentiam profitetur: qui autem pœnitentiam profitetur quod aliquem leſerit, non ſolum ceſſat à lædendo, non ſolum cavet in futurum, ne quid in eum committat, ſed etiam damnum reſarcit, compenſat injuriam, &c.*

Proteſt. I.

Proteſt. I. Addere debuit Bellarm. *quoad poterit.* Hæc autem eſt ipſa quæſtio, an Adamus poterit vel Deo, vel ſuis poſteris ſatisfacere pro peccato, damnum reſarciendo, & injuriam compenſando; & ſimiliter de aliis peccatoribus. Annon egregia hæc eſt demonſtratio, illud ipſum petere, quod eſt in quæſtione? II. Bellarm. *c.* 6. ex communi Scholaſticorum ſententia docet, *aliquando tam vehementem eſſe poſſe dolorem contritionis, ut tota pœna remittatur.* Quærimus igitur an non & iſti quibus tota pœna jam eſt remiſſa, proferre debeant fructus dignos pœnitentia, id eſt, ut Bellarm. explicat. *operari eo modo quo eos decet qui pœnitentiam profitentur?* Negari hoc non poteſt, niſi Scriptura negetur, quæ docet omnes fideles ambulare debere, ἀξίως τῆς κλήσεως; *Eph.* 4. 1. ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου, *Phil.* 1. 17. ἀξίως τοῦ κυρίου. *Col.* 1. 10, ἀξίως τοῦ θεοῦ. *Theſſ.* 2. 12. *id eſt, prout convenit vocationi, Evangelio: Domino, Deo.* Concedi autem à Bellarmino non poteſt, ſine confeſſione vaniſſimæ fallaciæ in iſtac objectione ineptiſſime ſtructæ.

29. Bellarm. *Paulus* 2. *Cor.* 7. *inter bonos fructus ſancta triſtitia, qua pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ponit vindictam.*

Proteſt. I. Vindictam iſtam Cajetanus, cum variis Patribus, interpretantur *de communicatione inceſtuoſi.* Quid autem commune habent, excommunicatio, & ſatisfactio. II. Vindicta quam peccator pœnitens in ſemetipſum exercet eſt mortificatio, & crucifixio carnis, ne porro peccet, non condignum pretium ſatisfactionis.

30. Bellarm. *Levit.* 4 5. & 6. *Sacrificia diverſi pretii pro æſtimatione ac menſura delicti imperantur. Fuerunt autem ſacrificia compenſatio & ſatisfactio; pro reatu pœnæ temporalis expiando.*

Proteſt. Ex toto hoc argumento conceſſo, nihil poteſt concludi, quod ad rem facit; niſi ſimul concedatur, mortem alicujus beſtiæ, ſatisfactionem eſſe ex condigno, pro pœna Gehennæ. 2. Bellarm. ipſe de *effect. Sacram. lib.* 2. *cap.* 17. diſertis verbis negat *ſacrificia vetera valuiſſe ad expiationem peccati quoad pœnam gehennæ, niſi quatenus ſigna quadam erant proteſtantia fidem in Chriſtum.* III. Manifeſte falſum eſt, quod Bell. hic pro fundamento ponit; *ſacrificia diverſi pretii pro æſtimatione ac menſura delictorum fuiſſe in lege imperata.* Nam. *Lev.* 5. 16. 18. Illi qui per errorem peccavit præſcribitur pro ſacrificio *aries integer lactens:* illi etiam qui de induſtria mentitus fuerat, *aries integer lactens, c.* 6. 6. Taxæ pœnitentiariæ Romanæ, qua ſingula peccata certo pretio æſtimantur, nullum exemplum aut veſtigium exſtare debet in lege: eſt enim propria profeſſio hominis peccati, τοῦ ἀνόμου.

31. Bellarm. *Huc adferri poſſunt illa omnia Scripturæ loca, quæ*

docent opera omnium juſtorum meritoria eſſe vitæ æternæ.

Proteſt. Hæc omnia loca nulla ſunt, ſicut alibi D. V. oſtendetur. Sed Bellarm. cum nullum unum locum potuerit ex tota Scriptura proferre, quo vel ipſemet auſus eſt dicere ſatisfactionem ſacramentalem aliquam pœnitentibus fuiſſe impoſitam; poſt futilem iſtam velitationẽ ex phraſibus quibuſdam male contortis, qua palam fecit cauſæ ſuæ egeſtatem, jactare voluit alias copias ignotas.

Argumenta noſtra.

32. *Proteſt. Ezech.* 33. *Impietas impii non nocebit ei, quo die converſus fuerit ab impietate ſua.*

Bellarm. 1. *Non nocebit, id eſt non efficiet ut moriatur.*

Proteſt. Bellarm. antea dixit. *c.* 1. *remanere pænam ſenſus, quam in Gehenna pati debuiſſet remota ſolum æternitate.* In Gehenna vero manere per multa annorum millia, noxium certe ab omnibus habetur, & mors ſecunda.

Bellarm. 2. *Iuſtitia juſto poſt averſionem prodeſt ſæpe numero ad præmium temporale, ergo eodem modo impietas impio poſt converſionem nocet od pænam temporalem.*

Proteſt. I. Iuſtitia juſto poſt averſionem non prodeſt ad præmium ad gloriam illam qua in cœlo fruuntur beati, remota ſolum æternitate, ergo neque impietas impio poſt converſionem nocet ad pænam ſenſus, quam in Gehenna patiuntur damnati, remota ſolum æternitate. II. Iuſtitia juſto poſt averſionem nullo modo prodeſt ad ullum præmium, ex merito aut dignitate ſua.

33. *Proteſt.* Scripturæ omnes quæ à Pontificiis pro ſatisfactione adducuntur, præceptum divinum ſonant: At ſatisfactio quam Scholaſtici docent, ipſorum opinione conſtat ex operibus indebitis, non præceptis: ergo hæc ſatisfactio ex Scripturis non probatur.

Bellarm. 1. *Opera ſatisfactoria ſunt indebita in innocentia tantum.*

Proteſt. I. Oratio fuiſſet debita, ſi omnes in innocentia permanſiſſent. II. Eleemoſyna eſſet debita, quamvis innocentiſſimus eſſet ille qui miſero ſuccurrere facultatem & occaſionem juſtam habet III. Nullum eſt opus bonum quod non debetur à Deo, ab illo cui omnia peccata ſunt plene remiſſa. IV. Si opera iſta debentur à peccatore, extra ſatisfactionem, tum non poſſunt valere etiam ad ſatisfaciendum.

Bellarm. 2. *Licet ſententia ſit valde probabilis, Thomæ, Durandi, Paludani & aliorum in* 4. *diſt.* 15. *non recte ſatisfieri per opera alias debita, tamen non eſt improbabilis ſententia aliorum de ſatisfactione per opera alias debita.*

Proteſt. I.

Proteſt. I. Doctrina igitur Pontificiorum de ſatisfa-ctione, nititur tantum ſententia non improbabili, adver-ſum aliam ſententiam valde probabilem. Secundo; ſen-tentia illa non improbabilis, eſt debitum unum longe maximum, debito altero vulgari poſſe facile expungi.

34. *Proteſt.* Qui recuſat ſasisfacere, ex ſententia Scho-laſticorum, non peccat: ſed qui non agit pœnitentiam, aut non facit fructus dignos pœnitentia, &c. peccat: ergo agere pœnitentiam, & facere fructus dignos pœnitentia, &c. non ſunt ſatisfacere.

Bellarm. 1. *Si intelligatur ſatisfactio à ſacerdote injuncta, non concedit melior pars Theologorum, poſſe confitentem ſine peccato recuſare ſatisfactionem. Sacerdos enim ut Judex ligat ad pœnam quam pœnitens recuſare non poteſt, niſi judici divinitus conſtituto, ac proinde ipſi Deo reſiſtat.*

Proteſt. I. De ſatisfactione non injuncta, concedit Bell. totum argumentum. II. Pœnitentem non teneri ad ac-ceptandam pœnitentiam, docent Scotus, Gabriel, Medi-na, Sylveſter, Armilla, Navarrus, Hoſtienſis, Panormi-tanus. Non eſt igitur certum inter Pontificios, quid hac de re ſit credendum. III. Eodem redit, quoad noſtrum argumentum, quod à cæteris docetur, & ab ipſis Ieſui-tis: *non teneri ſemper confeſſorem ad imponendam pœnitentiam, per modum præcepti. Suarez. Diſp.* 38. *ſect.* 3. IV. Nullus con-feſſor negat abſolutionem pœnitenti, eo ſolum, quod no-lit pœnitentiam, vel ſatisfactionem injunctam acceptare, teſte Suazerio, *ibidem ſect.* 7. Pontificii igitur abſolvunt illos qui Deo reſiſtunt: & contriti ac confeſſi, qui à Pon-tificiis ſacrificulis abſolvuntur, poſſunt in æternum dam-nari, propter illud peccatum quod in abſolventem admit-tunt, ſi vere judicet Bellarm. de hoc judicio ſacramenta-li, qui ſi talem ſacrificulum non habuiſſent judicem, ſal-vi fuiſſent.

Bellarm. 2. *Præceptum illud: facite fructus dignos pœnitentiæ, datur quidem hominibus in hac vita, ſed intelligitur cum conditione, ſi videlicet, quis velit perfectam remiſſionē peccati, non ſolum quoad cul-pam, ſed etiam quoad omnem pœnam. Omnino enim probabile eſt, non obſtringi eos novo peccato, qui non plene ſatisfaciunt in terris pro pœna temporali alterius ſeculi.*

Proteſt I. Fructus digni pœnitentia ſunt tam abſolute neceſſarii, ut qui illos negligit, non poſſit effugere iram futuram. *Mat.* 3. 7. 8. 10. *Ioh.* 15. 2. II. Si plena ſatis-factio poſſit præſtari Deo à nobis, non eſt certe probabile poſſe eam vel in horam unam differri abſq; peccato. III. Debitum ſi non quam primum ſolvat Deo, qui eſt ſol-vendo, neceſſario incurrit in debitum novum, ratione illius tam impiæ omiſſionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

35. *Proteſt.* Indulgentiæ Pontificiorum opinione remittunt ſatisfactiones : ſed non ſolvunt nos illis præceptis : facite fructus dignos pœnitentia : agite pœnitentiã, &c. hæc igitur non ſunt ſatisfactionum præcepta.

Bellarm. *Indulgentiæ non ſolvunt nos divinis præceptis, ſed faciunt tamen, ut pro iis pœnis quæ nobis per Indulgentiam condonantur, non teneamur præcepto illo de faciendis dignis pœnitentiæ fructibus. Imperat Apoſtolus Rom. 13. ut reddamus omnibus debita : ſi cui tamen creditor debitum donaverit, non ſolvetur ille quidem Apoſtolico præcepto, ſed non habebit debita quæ reddat.*

Proteſt. I. Si indulgentiæ non ſolvunt nos divinis præceptis, & ſatisfactionibus tamen ſolvunt, tum ſatisfactiones non ſunt præcepta divina, neque illis verbis imperantur : *facite fructus dignos pœnitentiæ.* II. Si indulgentiæ faciant ut non teneamur præcepto illo de faciendis dignis pœnitentia fructibus, tum nihil ſpectans ad indulgentias, aut pendens ex iis, decet hominem qui pœnitentiam profitetur : hæc enim eſt explicatio, quam ipſe Bellarm. dedit fructuum pœnitentia dignorum. III. Simile Bell. eſt plane diſſimile. Apoſtoli enim præceptum de debito reddendo, non facit debitum : creditor etiam habet propriam poteſtatem debiti donandi, & Princeps tributi remittendi : ſed Dei præceptum de fructibus pœnitentiæ, facit illos deberi : & Papæ non debentur, ſed Deo : Papa igitur non habet illam poteſtatem remittendi iſtos fructus, quam creditor habet debiti, & Princeps tributi remittendi.

In cæteris Bellarm. ad argumenta noſtra reſponſis, quia eadem ſæpius regeruntur, quæ ſatis antea refutata fuerunt; in ſingulis igitur tractandis non immorabimur, ſed in illa quæ novam diſputandi materiam præbent, nonnihil breviter animadvertemus.

36. *Proteſt.* Gratuita eſt peccatorum remiſſio : ergo non requirit a nobis ſatisfactionem.

Bellarm. *Gratia quæ in ſacris literis prædicatur, opponitur proprie illis tantum operibus, quæ ex propriis viribus liberi noſtri arbitrii fiunt : opera enim quæ ex gratia ipſa procedunt, non opponuntur gratiæ.*

Proteſt. I. Quæritur de gratia remiſsionis : Bellarm. reſpondet de gratia ſanctificationis. II. Quæritur de oppoſione inter gratuitam remiſsionem, & ſatisfactionẽ. Bellarm. de oppoſitione reſpondet inter gratiam & opera bona, qua ſunt bona. III. Toleratio pœnæ ſenſus in Gehenna per aliquot annorum millia, ſi non repugnet gratuitæ peccatorum remiſsioni, tum nihil repugnat, illã tamen pœnam ad ſatisfactionem proprie pertinere Bell.

antea docebat. IV. Solutio peccatorum diſertis verbis opponitur eorum ligationi: ſed gratuita remiſsio eſt ſolutio, & ſatisfactionis impoſitio (ſecundum Bellarm.) eſt ligatio: ergo gratuita remiſsio opponitur ſatisfactioni.

37. *Proteſt.* Integer & illibatus non ſervatur Chriſti honor, ſi homines ſatisfacere debent pro ſuis peccatis.

Bellarm. 1. *Satisfactio noſtra eſt unum ex inſtrumentis divinitus inſtitutis ad Chriſti ſatisfactionem nobis applicandam, & ſic pœnam temporalem peccatorum expiandam.*

Proteſt. I. Si ſatisfactio ſit ex inſtitutione, tum ex reatu non debetur: Noſtra enim debita non ſunt Dei inſtituta. II. Inſtrumenta Dei qua talia non ſatisfaciunt Deo: quia nihil ex condigno poſſunt ex Deo mereri. III. Satisfactio nova non magis requiritur ad ſatisfactionem Chriſti applicandam, quam nova mors, redemptio, reſurrectio, ad mortem, redemptionem & reſurrectionem Chriſti applicandam. IV. Purgatorii pœnæ, & mala ſimilia, nullam vim habent mortem Chriſti applicandi: quia nec mortem Chriſti habent ulla ratione pro objecto applicando, nec ullam aptitudinem habent ad illam mortem velapprehendendam, vel ſignificandam, & exhibendam, nec denique (vel ex Pontificiorum ipſorū ſententia) quidquam Chriſti vel noſtrum faciunt, vel magis noſtrum. V. Mors Chriſti ſupponitur ſemper applicata, antequam Sacramentalis ſatisfactio poſſit injungi: per illam enim & culpa, & pœna æterna dicitur eſſe remota: & illa applicatio dicitur etiam Sacramento pœnitentiæ fieri, idque pro iiſdem ipſis peccatis quæ ſatisfactione dicuntur expianda: an una eſt applicatio pro culpa, & æternitate pœnæ, ſine culpa aut pœna, & alia pro pœna temporali, quæ in illa ipſa pœna conſiſtit? VI. Totum hoc, quod Bellarm. hic præ ſe fert, de applicatione ſatisfactionis Chriſti per ſatisfactiones noſtras, merum eſſe ſubterfugium, apparet ex eo quod Bellarm. ipſe narrat, de *Indulg. lib.* 1. *cap* 4. *Pontifices Romanos damnaſſe hunc articulum quorundam Lovanienſium: Solius Chriſti ſatisfactionibus remitti pœnam temporalē, Sanctorum autem paſsionibus offerri Deo, ut Deus illarum intuitu applicet nobis merita Chriſti.*

Bellarm. 2. *Major eſt Chriſti gloria, ſi dicatur, non ſolum pro peccatis noſtris ſatisfeciſſe, ſed etiam id membris ſuis donaſſe, ut per ejus gratiam & virtutem, aliqua ex parte etiam ipſa ſatisfacerent: quemadmodum potentiam Dei commendat, & celebrat, qui dicit, Deum non ſolum per ſe, ſed etiam per ſervos ſuos miracula facere.*

Proteſt. I. Non poteſt eſſe major gloria Dei virtutem divinam creaturis tribuere, quam propriam facere Dei.

Non eſt major gloria Dei, ſi dicatur multos ab ipſo factos eſſe creatores, quam dicere illum ſolum eſſe omnium ceatorem. II. Cauſæ ſolitariæ major eſt dignitas, quam cauſæ cum aliis. Non poteſt facere ad Chriſti gloriam, ſi ille dicatur non unicus eſſe Eccleſiæ redemtor, non unicus & perfectus peccatorum expiator, &c. III. Quando Deus dicitur facere miracula per homines, Deus ſolus proprie & realiter miracula facit, hominibus ut moralibus cauſis eorum conſtitutis: Neque miraculum novum ab homine fieri ſolet, ad miraculum Dei alicui applicandum. hæc igitur ſimilitudo nullam habet proportionem.

38. *Proteſt.* Pacem conſcientiæ non poſſunt illi habere, qui in ſatisfactionibus ſuis quærunt abolitionem reatus pœnæ.

Bellarm. I. *Conſcientiæ pax non pendet ex reatu pœnæ temporalis.*

Proteſt. Si reatus pœnæ ſenſus, à pœna Gehennæ, non gravitate, ſed æternitate ſola differentis, conſcientiæ cujuſpiam non turbat pacem, illi certe conſcientiæ ſenſum omnem terroris (quaſi duro callo obducto) ablatum eſſe oportet.

39. *Proteſt.* Peccata quæ Deus dicitur *projicere poſt tergum, delere, demergere in profundum maris, non imputare, tectum habere, tam longe à nobis removere quam oriens eſt ab occidente*, illa non ad judicium vocat & punit: ſed reſipiſcentium & credentium peccata projicit in tergum, &c. ergo.

Bellarm. *Iſta formulæ loquendi hoc tantum ſignificant, Deum ita illos reſpicere, quod attinet ad reatum culpæ & pœnæ æternæ, ac ſi nunquam peccaſſent.*

Proteſt. Hoc eſt, ſignificant tantum partialem, non totalem remiſſionem; quod nemo ex phraſibus illis colliget, niſi qui præjudicio faſcinatus, animum ſuum adverſus veritatis lucem plane obſtinavit.

40. *Proteſt. Iſa.* I. *Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix albeſcent, &c.*

Bellarm. *Dominus ibi promittit quidem perfectam peccati purgationem, ut nulla reſtet luenda pœna. non vero credentibus ſolum & reſipiſcentibus, ſed iis qui prius lavantur & mundantur, & in bonis operibus exercentur.*

Proteſt. I. Mirum eſt Bellarm. potuiſſe in hac una phraſi invenire perfectam peccatorum purgationem, quã modo negavit in multis phraſibus ejuſdem valoris contineri. II. Dum iſtam purgationem, eo titulo diſtinguit ab altera, quod ſit perfecta, remiſſionem illam quæ Chriſti ſatisfactione ſola nititur directe accuſat imperfectionis. III. Palam eſt ex contextu Iſaiæ, non ſatisfa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ctionem ullam peccatorum ad iſtam remiſſionem requiri, ſed veram converſionem, quæ vanorum & ſolidorum fructuum oppoſitione illuſtratur.

41. *Proteſt.* Chriſtus pœnas peccatis noſtris debitas tulit: caſtigatio pacis noſtræ fuit ſuper eum.

Bellarm. *Chriſti mors fuit pretium & ſatisfactio pro peccatis noſtris: immediate pro culpa & reatu mortis æternæ; mediate autem pro pœna etiam temporali, quatenus gratiam præbet, per quam ipſi nos Domino ſatisfaciamus.*

Proteſt. I. Si Chriſti ſatisfactio ſit immediata, & mediata, tum multiplex eſt, non una. II. Si Chriſtus ſatisfacit mediante noſtra ſatisfactione, tum non ſemel ſatisfecit, ſed ſemper ſatisfacit: tum non per ſemetipſum, ſed per nos ſatisfacit, tum denique non tam ſatisfacit pro nobis, quam in nobis. III. Chriſtus non magis ſatisfacit quatenus gratiam hominibus præbet ſatisfaciendi, quam reſipiſcit, & confitetur peccata, quatenus gratiam præbet reſipiſcendi, & confitendi.

42. *Proteſt.* Si à reatu liberamur per Chriſtum, tum ſimul etiam liberamur à pœna: ſed verum prius: ergo.

Bellarm. *Si per reatum intelligamus obligationem ad pœnam, veriſſima eſt propoſitio, ſed aſſumtio eſt falſa, Si vero per reatum ſignificetur culpa, ſive offenſio, ob quam debitum pœnæ luendæ contrahimus, falſa eſt propoſitio.*

Proteſt. I. Diſtinctio illa Pontificiorum, inter reatum culpæ, & reatum pœnæ, eſt nimis abſurda: perinde eſt enim ac ſi quis diſtingueret, inter meritum operis, & mercedis: inter paternitatem patris, & filii, vel inter ſubjectionem ſervi, & domini ejus. II. Altera diſtinctio inter reatum pœnæ æternæ, & temporalis, non magis eſt ſana; reatus enim peccati reſpicit mortem, non particulam aliquam mortis. III. Culpa remota, neceſſario tollitur reatus pœnæ: quia fundamento relationis ablato, relatio neceſſario ceſſat: reatus autem eſt relatio ad pœnam, & culpa eſt ejus fundamentum, ſicut intelligentes omnes facile concedent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

LIBER SEXTVS.

DE INDVLGENTIIS.

CAPVT I.

THESIS I.

BEllarm. *Indulgentias vocamus remiſsiones pœnarum, quæ ſæpe remanent luendæ, poſt remiſsionem culparum, & reconciliationem in Sacramento pœnitentiæ adeptam: quas remiſsiones Summi Pontificis, ex paterna lenitate, & condeſcenſione in filios ſuos, compatientes eorum infirmitati, certis temporibus, & non ſine juſta aliqua & rationabili cauſa concedere ſolent.*

Proteſt. Ex iſta deſcriptione Indulgentiarum manifeſte apparet, hanc eſſe compendiariam ſummam, vel ſentinam totius fere myſterii iniquitatis, & proinde memorandam fuiſſe divinam illã providentiam, qua factum eſt ut purgatio ſtabuli Papæ inceperit ab iſtarum indulgentiarum impugnatione. Nam ſupponit. I. Remiſſionem culpæ, pœna remanente. II. Remiſſionem, & culpæ, & pœnæ, ab homine pro arbitrio ſuo factam. III. Sacramentum novum ab homine introductum. IV. Summos Pontifices, cum auctoritate monarchica, etiam in ſpiritualium rerum diſpenſatione V. Poſſe Pontifices iſtos de jure Dei remittere, ac diſpenſare. VI. Lenitatẽ & compaſſionem horum Pontificum majorem eſſe quam quæ in Sacramentis exhibetur. VII. Hæc omnia pendere ex rationalibi cauſa, id eſt eatenus fieri, quatenus Papæ & aſſeclis ejus proſunt. Certe ſi omnia accurate expendantur, nullum caput eſt in tota Theologia quod non læditur per doctrinam Indulgentiarum.

2. Bellarm. *De iſtis indulgentiis, Quæſtio prima eſt, exſtet in Eccleſia theſaurus aliquis ſatisfactionem Chriſti, & Sanctorum, qui applicari poſsit iis, qui rei ſunt pœnæ luendæ, poſt culpam in Sacramento pœnitentiæ remiſſam, nos affirmamus.*

Proteſt. Nos non negamus quin Chriſti ſatisfactio ſit Eccleſiæ theſaurus, qui applicari poteſt ac debet fidelibus & reſipiſcentibus, adverſus omnem culpam ac pœnam. Sed I. Theſaurum ſatisfactionis Chriſti *exceſsivæ*, quam gloſſa in Bonifacii Iubilæum, & alii Papiſtæ colligunt ex illis verbis, in verſione vulgari, *Luc.* 9. 31. *dicebant exceſſum* ἔξοδον *quem completurus erat*; hunc theſaurum Eccleſiæ eſſe negamus. II. Sanctorum ſatisfactiones, nec in theſauro, nec extra credimus exſtare. III. Applicationem ſatisfa-

tisfa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

iſfactionis Chriſti ſimul valere dicimus adverſus culpã
& pœnam.

3. Bellarm. *In bonis actionibus hominum juſtorum, duplex valor, ſive precium aßignari poteſt, meriti vid. & ſatisfactionis.*

Proteſt. Neutrum horum valorum aſſignavit uſquam
Scriptura ſacra.

4. Bellarm. *Opus bonum qua parte meritorium eſt, non poteſt alii applicari, poteſt tamen qua ſatisfactorium eſt.*

Proteſt. Si intelligitur iſta ſententia de obedientia Chriſti, tum blaſphemiam habet in parte antecedente, ſi de obedientia hominum in conſequente.

5. Bellarm. *Extat in Eccleſia theſaurus ſatisfactionum ex Chriſti paßionibus infinitus qui nunquam exhauriri poßit.*

Proteſt. Non male hoc dicitur, ſi bene accipiatur.

6. Bellarm. *Chriſtus pro omnibus hominibus mortuus eſt: certum eſt autem, non omnibus hominibus qui hactenus vixerunt, pretium mortis Chriſti reipſa applicatum fuiſſe ad eorum expianda peccata. Super eſt igitur multum illius pretii, quod ſemper applicari poßit, etiamſi infinitum non eſſet ſicut revera eſt, & ſemper redundabit.*

Proteſt. I. Sufficientem eſſe Chriſti mortem ad omnes ſervandos, ſi omnibus applicaretur, in dubium à nobis non vocatur. Sed ſuperfluum inde pretium fuiſſe ſolutum, quod non eſt applicatum iis quibus à Deo & Chriſto intendebatur, hoc rejicimus ut otioſum commentum. Pretium enim ſatisfactionis Chriſti non applicatur per partes, ſed ſingulis & omnibus fidelibus tota. Satisfactio Chriſti non magis dicenda eſt ſuperflua, aut theſaurus ab Eccleſia diſpenſandus, quia ſua natura poteſt ad illos extendi ad quos non extenditur actu, quam miſericordia aut potentia Dei.

7. Bellarm. *Ad hunc theſaurum ſuperfluentium ſatisfactionum, pertinent etiam paßiones B. Virginis, & omnium aliorum ſanctorum qui plus paßi ſunt quam eorum peccata requirerent.*

Proteſt. I. Infinitæ ſatisfactioni Chriſti, nec poteſt quidquam addi, quia infinitum non auguetur, neque opus eſt ut aliquid addatur, quia ex ſe, & per ſe habet infinitum valorem. II. Nemo præter Chriſtum plus paſſus eſt quam peccata ejus merebantur. III. Aliæ ſunt rationes patiendi, præter ſatisfactionem pro peccatis, vel propriis, vel alienis. IV. Quicquid vel fecerunt vel ſuſtinuerunt ſancti, id ipſis abunde remuneratur, & proinde non poteſt pro aliis eſſe ſatisfactorium, ſicut vere diſſerit Durandus in 4. *diſt.* 20. *quæſt.* 3, & Apoſtolus confirmat, *Rom.* 8. 18.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Cap. II. *Quæſtio ſecunda eſt de applicatione hujus theſauri.*

Bellarm. 1. *Satisfactiones Chriſto, & Sanctis ſupervacaneæ applicari poſſunt, aliis qui rei ſunt luendæ pœnæ temporalis.*

Proteſt. I. Chriſto, reſpectu officii redemptoris, & Eccleſiæ redimendæ, nullæ fuerunt ſupervacaneæ ſatisfactiones: aliis nullæ ſatisfactiones. II. Satisfactiones quædam Chriſti non poſſunt applicari cuiquam aliis non applicatis: neque poſt quaſdam applicatas, reſtant aliæ ſeorſim applicandæ: ſic enim Chriſtus divideretur, & alii dimidiatam tantum, alii vero plenam redemptionem haberent ſibi applicatam.

2. Bellarm. *Eccleſiæ Paſtoribus auctoritas divinitus conceſſa eſt, theſaurum ſatisfactionum diſpenſandi, ac per hoc Indulgentias concedendi.*

Proteſt. I. Auctoritas quidquam pro ſuo arbitrio diſpenſandi, non eſt paſtoribus conceſſa, ſed miniſterium tantum voluntatem & inſtituta Dei diſpenſandi. II. Si miniſterialis diſpenſatio ſatisfactionum Chriſti ſit indulgentiæ conceſſio, tum Euangelii prædicatio, & Sacramentorum adminiſtratio eſt indulgentia primaria: hæc enim eſt præcipua diſpenſatio paſtoribus conceſſa.

3. Bellarm. *Prælati Eccleſiæ diſpenſare poſſunt Chriſti paſſionem, tum per Sacramenta, tum per indulgentias, paſſiones vero Sanctorum per indulgentias tantum.*

Proteſt. Prælati iſti præſumptioni & cupiditatibus pravis indulgent, qui media diſpenſandæ paſſionis Chriſti ipſi Chriſto præſcribunt, & arrogant ſibi quod non eſt humanum.

Cap. III. *Quæſtio 3. eſt, qua in re Indulgentiæ, ratio, & natura poſita ſit.*

THESIS I.

Bellarm. *Indulgentia proprie eſt abſolutio judiciaria, annexam habens ſolutionem ex theſauro.*

Proteſt. I. Pontifices igitur indulgentias concedendo, judicium exercent in foro alieno, & ſolvunt ex theſauro non ſuo; abſolvunt etiam à peccatis quæ non cognoſcunt, & ſolvunt pro debitis ignotis; cum tamen Bell. contenderit antea, de *Pœnit. l.* 3. *c.* 2. *non poſſe Sacerdotes recte judicare, niſi peccata cognoſcant.* II. In illis indulgentiis quæ pro defunctis conceduntur, abſolutionem judiciariam nullam

nullam reperiri Ieſuitæ jam omnes concedunt.

2. Bellarm. *Quamvis in Indulgentiis abſolutio cum ſolutione ordinarie conjungatur; poſſet tamen ſummus Pontifex Indulgentiam concedere per ſolam ſolutionem, non tamen per ſolam abſolutionem.*

Proteſt. I. De ſummo Pontifice jam primum audimus: antea Indulgentiæ promiſcue tribuebatur Paſtoribus, Prælatis, & Pontificibus. II. Indulgentiæ ratio & natura, quæ in præcedenti propoſitione fuit deſcripta, abſolutionem & ſolutionem conjungi requirit, ſed ratio & natura *bullæ* variatur cum vento: alia eſt ordinaria: alia extraordinaria. III. Pontifex ut videtur, majorem habet ex theſauro ſolvendi facultatem, quam ex judiciaria ſua poteſtate abſolvendi. Si tamen non eſſent qui ſolverent ipſi, tam ſolutio quam abſolutio ipſius ſtatim ceſſaret.

CAP. IV. *Quæſtio quarta eſt, à quo vinculo homines per Indulgentias Papales ſolvantur, vel abſolvantur.*

BEllarm. I. *Per indulgentias non abſolvimur à reatu culpæ ullius, nec lethalis, nec venialis.*

Proteſt. I. Indulgentiarum igitur ſolutio, & abſolutio nominalis tantum eſt & vana. II. Sed quid ſibi volunt Bullæ illæ, quibus abſolvuntur homines *à culpa & pœna?*

Bellarm. *Intelligendum eſt, id propterea dici, quia ſcil. Indulgentia conjungitur ordinarie cum confeſſione ſacramentali, qua pœnitens abſolvitur à culpa.*

Proteſt. I. Bullæ igitur Papales ſunt meræ impoſturæ, quia illud promittunt, quod non præſtant. II. Si ordinarius concurſus confeſſionis eſſet cauſa, tum hæc eſſet abſolutio ordinariarum tantum bullarum; ſed non ſolet poni niſi in extraordinariis quæ magno pretio venduntur.

2. Bellarm. *Per indulgentias non liberamur à pœnis naturalibus.*

Proteſt. I. Quid Bellarm. intelligat per pœnas naturales, debuit explicare: relinquit enim incertum. an podagra poſſit Indulgentia Papali curari: quod unum ſi poſſet Papa præſtare, multum ſane accederet inde ad ejus theſaurum. II. Mera eſt impoſtura, fingere Indulgentias omnia poſſe in pœnis tollendis, & tum excipere omnes illas pœnas, de quibus habetur aliqua evidentia utrũ tollantur necne. III. Lelius Zecchius. de *Indulg. cap.* I. *ſect.* 7. affirmat, *Papam hanc poteſtatem ad flagella amovenda concedere*

cedere agno cereo ab eo benedicto, & poſſe Papam dare ei hanc vim, ut per illam tempeſtates ſedentur, ægritudines auferantur, &c quia poteſtas Papæ extenditur, quantum Eccleſiæ utilitas requirit; ſed Eccleſiæ utilitas quandoque id requirere poteſt: ergo. An non tantum valent Indulgentiæ, quantum cereus agnus? vel requirit utilitas Eccleſiæ ut hæc poteſtas communicaretur potius agno cereo, quam Bullæ Papali?

3. Bellarm. *Nec pœnas quæ in foro externo & contentioſo, ſive Eccleſiaſtico, ſive ſeculari infliguntur, Indulgentiæ tollere poſſunt.*

Proteſt. Pœnæ in foro Eccleſiaſtico inflictæ, ab ipſo Papa (ſecundum Pontificios) infliguntur, ſi vero Papa per ſuas indulgentias non poteſt tollere pœnas quas ipſemet infligit, quis tam excors eſt, ut credat talem homuncionem poſſe tollere pœnas quæ à Deo infliguntur, etiam in vita futura?

4. Bellarm. *Indulgentiæ liberant homines à reatu pœnæ, non ſolum coram Eccleſia, ſed etiam coram Deo,*

Proteſt. I. In præcedenti aſſertione negavit Bellarm. Indulgentias tollere pœnas in foro Eccleſiaſtico inflictas: hic tamen affirmat eas tollere pœnas *non ſolum coram Eccleſia*, id eſt, non ſolum pœnas quæ à foro Eccleſiaſtico infliguntur, ſed etiam alias. II. Necdum tamen explicavit Bellarm. quas pœnas tollant, ſed tantum quas tollere non poſſint.

5. Bellarm. *Cum in forma indulgentiarum palam exprimitur, concedi remiſſionem pœnitentiæ injunctæ, intelligitur pœnitentia injuncta in Sacramento confeſſionis: cum non ſit mentio injunctarum, intelliguntur omnes pœnitentiæ ſive injunctæ ſint, ſive injungi potuerint.*

Proteſt. I. Indulgentiæ igitur Papales tollunt partem Sacramenti, fructus dignos pœnitentia, compenſationē injuriarum Deo illatarum, & medicinam animæ peccatrici neceſſariam: hæc enim omnia tribui ſolent & à Bellarm. tribuuntur ſatisfactioni Sacramentali. II. Si indulgentiæ tollunt pœnas injunctas, & quæ potuerint injungi, licentiam concedunt indulgendi peccatis, ex ſententia Bellarm. qui de *Pœnit. l.* 4. *c.* 5. Vtilitatem vel uſum ſatisfactionis eſſe docet, *ne ex venia facilitate homines ad peccandum iterum incitentur.*

CAP. V. *Quæſtio quinta eſt de varietate Indulgentiarum.*

BEllarm. I. *Indulgentiæ quinque modis ſolent concedi. Interdum conceduntur aliquot dies, vel anni Indulgentiarum. Interdum quadragenæ dierum. Interdum tertia, vel quarta, & alia peccatorum*

atorum pars. Interdum Indulgentia plenaria. Interdum plena plenior & pleniſſima, in forma Iubilæi, & rurſus hæc omnia vel conceduntur in vita, vel articulo mortis & denique vel ſunt indulgentiæ temporariæ, vel perpetuæ.

Proteſt. I. Hæc tanta varietas remiſſionum peccatorum, non magis unitati, quam veritati remiſſionis novi Teſtamenti repugnat. Secundo. Tota iſta varietas introducta fuit ad lucri turpiſſimi impoſturam; neque poteſt cum ulla ratione defendi.

2. Bellarm. *Indulgentia tot dierum vel annorum, ſecundum veriorem ſententiam, ſignificat remiſſionem pœnitentiæ, quæ peragenda fuiſſet tot diebus, vel annis, ſecundum Eccleſiæ ritum.*

Proteſt. I. Sed indulgentiæ ſunt quæ continent condonationem pænitentiæ multorum millium annorum: cujuſmodi etiam pœnitentiæ aliquos reos fieri ſecundũ canones Bellarm. hoc ipſo *c.* 9. fatetur, an hic ritus eſt Eccleſiæ, ſatisfactionem alicui pœnitenti imponere multis millibus annorum peragendam?

Bellarm. *Extenſio pœnitentiæ intenſione compenſatur.*

Proteſt. I. Sacrificulus igitur in ſatisfactione injungenda nullam rationem habet intenſionis, ſed tantum extenſionis. II. Extenſionem talis pœnitentiæ, decem aut viginti millium annorum, nunquam cuiquam venit in mentem, vel injungere, vel ſuſcipere, niſi inſano.

3. Bellarm. *Indulgentia quadragena ſignificat remiſſionem pœnitentiæ, quæ quadraginta continuatis in jejuniis aliisque laborioſis agenda fuiſſet: quæ cum acrior fuit carena dici ſolebat, quod videlicet carentiam omnium fere ciborum contineret.*

Proteſt. I. Quare quadragenæ magis quam vigenæ, trigenæ, vel quinquagenæ datur Indulgentia, nulla dicitur cauſa. II. Carena iſta magis caret Scripturæ fundamento, quam ullo genere cibi.

4. Bellarm. *Cum Indulgentia condonat aliquam partem, ut tertiam vel quartam peccatorum, nihil aliud ſignificat, niſi remitti pœnitentiam, quæ pro tanta parte pœnæ peccatis debitæ expianda neceſſaria fuiſſet. Indulgentia vero plenaria totum pœnæ reatum tollit.*

Proteſt. I. Diſtinctiones iſtæ, ex aſſe, ſemiſſe, triente, &c. nihil aliud olent, quam nummulariorum menſas.

5. Bellarm. *Indulgentia plenior, pleniſſima, revera non differt à plenaria ſimpliciter & abſolute conceſſa.*

Proteſt. Hoc igitur eſt ſchema Romanum, merces ſuas magnificis verbis offerre, cum nihil omnino revera ſubeſt.

6. Bellarm. *Indulgentiæ temporariæ ſunt, quæ conceduntur definito ſpacio temporum, quo Indulgentia percipi poteſt. Perpetuæ vero dicuntur, quæ ſunt alligatæ certis locis, ut Eccleſiis, vel altaribus, vel*

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

etiam rebus mobilibus, ut Roſariis, vel Granis benedictis, ſine ulla temporis determinatione.

Proteſt. I. Temporariæ remiſſiones, quæ percipi non poſſunt, niſi certis horis diebus, hebdomadis, annis non ſunt novi Teſtamenti, in quo omne tempus reſipiſcentiæ eſt tempus ex æquo acceptum. *1. ad Corinthios c.6 v.2.* II. Remiſſiones alligatæ certis locis, & rebus mobilibus, directe pugnant cum gratia novi Teſtamenti, quæ nulli loco aut rei externæ alligatur.

CAP. VI. *Quæſtio ſexta de utilitate Indulgentiarum.*

Bellarm. *Indulgentiæ ſunt omnibus utiles, & ab iis etiam qui perfectioni dant operam recte quari & ſuſcipi poſſunt.*

Proteſt. I. Prudentiores inter Pontificios, de utilitate Indulgentiarum non admodum præclare ſentiunt. *Aliqui (ait Bonavent. in 4. diſt. 21.) dixerunt hujuſmodi indulgentias aliquid valere; ſed nunquam tantum, quantum promittitur: ſed aliquid valent modicum, ſecundum quod meretur fides & devotio. Prædicat tamen hoc Eccleſia, ut filios ſuos bona quadam deceptione ad bonum alliciat: ſicut mulier filio pomum promittit, quod poſtea non donat.* Horum judicio non alia eſt utilitas indulgentiæ Papalis, quam piæ cujuſdam fraudis, aut mendacii officioſi. II. Qualis ſit utilitas Indulgentiarum, ex eo colligi poteſt, quod Bellarm. paulo poſt habet: *ſi quis ſpe futuri jubilæi in peccatum reſervatum ſponte incidat, an ab eo peccato poſſit abſolvi? Navarrus, Cordubenſis, & alii affirmant poſſe.* Hic eſt fructus: homines ſua ſponte irruunt in peccata, ſpe Indulgentiæ obtinendæ.

CAP. VII. *Quæſtio ſeptima eſt, quis poſſit Indulgentias concedere.*

Bellarm. *Summus Pontifex poteſt Indulgentias etiam plenarias omnibus fidelibus elargiri: Epiſcopi ac Matropolitani quales in ſua quiſque diœceſi: legati Apoſtolici, ex commiſſione vel generali, vel ſpeciali, ſed Concilium generale non poteſt plenarias Indulgentias dare: neque Parochi vel Abbates, vel alii ſacerdotes Epiſcopis inferiores poſſunt ullas dare.*

Proteſt. I. Mirum eſt, ſacerdotes illos qui in reatum culpæ tantum poſſunt quantum ipſe Papa, nihil omnino poſſe ad ſatisfactiones pœnales tollendas à ſemetipſis injunctas. II. Mirum etiam eſt unum Epiſcopum Romanum, plus poſſe in remiſſione peccatorum, quam cæteros omnes Epiſcopos totius orbis in unum locum congregatos, & inter ſeſe conſentientes.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP. VIII. *Quæſtio octava eſt de cauſa movente Pontificem ad indulgentias dandas.*

BEllarm. I. *Requiritur ad Indulgentiam validam, cauſa juſta, cum aliqua proportione ita ut pro minore Indulgentia minor cauſa requiratur, & major pro majore: ſed tamen non eſt ſubditorum judicare utrum cauſa ſit juſta, vel injuſta.*

Proteſt. Si Indulgentiæ ſine juſta cauſa datæ non ſunt ratæ, neque licet iis à quibus emuntur Indulgentiæ, de juſtitia cauſæ earum judicare, profecto gravius decipi poſſunt à Papa omnes illi qui Indulgentias mercantur.

Bellarm. *Ideo ſic accipiunt prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant pro ſuis peccatis Domino ſatisfacere.*

Proteſt. Hoc illud eſt quod nuper dicebatur, prudentiores pontificios Indulgentias numerare inter pias fraudes Papæ Romani.

Quæſtio nona eſt de diſpoſitione quæ requiritur in ſuſcipiente Indulgentias.

2, Bellarm. *Requiritur ſtatus gratiæ, & ut opus ejus injunctum in ſtatu gratiæ perficiatur.*

Proteſt. I. Hac etiam ratione, fructus Indulgentiarum redditur plane incertus: quia Pontificii negant quenquã ordinarie certum eſſe poſſe quod ſit in ſtatu gratiæ.

Quæſtio decima eſt de Indulgentiis quæ accipiuntur pro defunctis.

3. Bellarm. Indulgentiis juvantur animæ quæ in Purgatorio pœnas luunt: non per judicialem abſolutionem: ſed per modum ſuffragii ſatisfactorii, vel ſolutionis. An vero *ex juſtitia, ſive certa lege, & ex condigno proſint Indulgentiæ defunctis, an ſolum ex benignitate Dei, & ex congruo, duæ ſunt ſententiæ, quarum prior priorem partem affirmans, eſt admodum pia, poſterior vero contra dicens, eſt valde rationabilis. Iuvant autem Indulgentiæ defunctos, ſi cauſa ſit juſta, ſi viventes qui pro defunctis ſuſcipiunt, adimpleant opus injunctum. Particulares etiam Indulgentiæ proſunt iis tantum, pro quibus ex intentione viventium applicantur.*

Proteſt. I. Solent Pontificii pro abſolutione ſua voces quaſdam ex ſacris literis allegare; ſed pro ſolutiōne ab abſolutione ſeparata, nullam ſyllabam cum ullo colore poſſunt proferre. II. Sententiarum contradicentium unam eſſe admodum piam, & alteram valde rationabi-

ſem, tam pietati quam rationi repugnat. III. Miſerorum defunctorum conſolatio ſuſpenditur ex viventium intentione. IV. Tam defunctis quam vivis Indulgentiæ fiunt incerti & fallacis levaminis nomen.

4. Decem iſtis partibus conſtat doctrina Pontificiorum de Indulgentiis, quam quoniam Bellarm. non potuit abſolute quoad poſſeſſionem, cum ulla ſpecie confirmare adverſus nos, de limitibus ejus magno conatu diſputat. *lib.* I. adverſus alios Pontificios, ut nonnihil κατασκευαστικῶς videatur dixiſſe. Nobis igitur Bellarm. ipſum teſtem proferre licet veritatis illius confeſſionis, Durandi in 4. *diſt.* 20. *q.* 3. *De Indulgentiis pauca dici poſſunt per certitudinem: quia nec Scriptura expreſſe de iis loquitur, & Ambroſius, Hylarius, Auguſtinus, Hieronymus minime loquuntur de Indulgentiis.* Quæ autem reſpondet Bellarm. ad argumenta noſtrorum *lib.* 2. quia ſunt fere omnia repetitiones principiorū antea ſubverſorum, & cauſa ipſa talis eſt, ut operoſam refutationem ſeorſim non requirat, non poſſumus ſine magno tædio, eoque non minus inutili, quam ingrato pertractare.

LIBER SEPTIMVS.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS.

CAPVT I.

Quæſtio prima eſt, an Vnctio extrema ſit, Sacramentum vere ac proprie dictum. Pontificii affirmant, nos negamus.

Argumenta Bellarmini

THESIS I.

Bellarm. *Duæ Scripturæ proferuntur ab omnibus, una ex Mar.* 6. 13. *altera ex Iac.* 5. 14. *Sed unctio qua utebantur Apoſtoli, Mar,*6. *non fuit Sacramentalis, quamvis fuit figura quædam & adumbratio hujus Sacramenti.*

Proteſt. Obſervandum hoc imprimis, duo tantum teſtimonia Scripturæ pro Sacramento hoc à Pontificiis adferri & primum eorum à Cardinali Bellarm. rejici tanquam alienum, alterum vero à Cajetano alio Cardinali in *Iac.*5. *Nec ex verbis, nec ex effectu, verba hæc loquuntur de ſacramentali unctione extremæ unctionis, ſed magis de unctione quam in-*

ſtituit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſtituit Dominus Ieſus in Euangelio, à diſcipulis exercendam in ægrotis. Textus enim non dicit, infirmatur quis ad mortem, ſed abſolute infirmatur quis, & effectum dicit infirmi alleviationem: & de remiſſione peccatorum non niſi conditionaliter loquitur: quum extrema unctio non niſi prope articulum mortis detur, & directe (ut ejus forma ſonat) tendit ad remiſſionem peccatorum. Præter hoc quod Iacobus ad unum ægrum multos presbyteros tum orantes, tum ungentes mandat vocari: quod ab extremæ unctionis ritu alienum eſt.

2. Bellarm. *In illis verbis Iacobi habemus omnia quæ ad Sacramenti eſſentiam requiruntur, ſymbolum externum, in unctione olei, cum oratione fidei, promiſſionem gratiæ, in allevatione infirmi, & peccatorum remiſſione, & inſtitutionem divinam, quæ colligitur ex conſtanti Apoſtoli promiſſione.*

Proteſt. I. Orationem fidei non eſſe ſymbolum ſacramentale antea fuit aliquoties demonſtratum. II. Vnctio olei *Iac.* 5. eadem eſt cum illa *Mar.*6. in qua Bellarm. negat eſſe ſymbolum ſacramentale. III. Allevatio corporalis fuit, quæ non eſt interna gratia Sacramenti, ſed effectum olei ordinarium vel extraordinarium. IV. Remiſſio peccatorum promittitur orationi fidelium, non unctioni: promittitur etiam in ordine ad ſanitatem recuperandam, V. Inſtitutio Sacramentalis non poteſt concludi ex qualibet conſtanti promiſſione: tum enim tot eſſent Sacramenta orationis, quot oratio habet promiſſa.

3. Bellarm. *Non loquitur Iacobus de naturali curatione. Primo Quia oleum non eſt medicinale ad curandos quoſvis morbos. Secundo. Quia Prophetæ & Apoſtoli, ut plurimum rebus noxiis natura ſua, aut certe non ſalutaribus utebantur ut curarent.*

Proteſt. I. Oleum poteſt Synecdochice poni pro medicamento ſalutari. II. Nuſquam legitur Prophetas vel Apoſtolos uſos fuiſſe noxiis in curatione naturali vel ordinaria. Iſtæ rationes igitur nihil prohibent, quin verba Iacobi ex parte intelligi poſſint de naturali curatione.

4. Bellarm. *Non loquitur de unctione quæ ſanaret corpus ex dono miraculorum* 1. *Quia conſilium datur tantum de ægrotis, non de cœcis, ſurdis, claudis, &c.* 2. *Quia Presbyteri debent vocari, non illi qui donum habent curationum.* 3. *Quia præſcribitur certa materia, oleum.* 4. *Quia promiſſio alleviationis eſt abſoluta, qualis non habetur de corporali ſanitate.* 5. *Quia remiſſio peccatorum promittitur.* 6. *Quia Iacobus agit de iis quæ pertinent ad nos omnes.*

Proteſt. I. Conſilium datur tantum de ægrotis, quia non de miraculoſo uſu olei in genere, ſed de ægrotorum directione tractatur. II. Presbyteri vocandi fuerunt præcipue ad orationem & conſolationem, ita tamen ut uſus mediorum ad ſanitatem facientium, ſive ordinario-

rum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

rum, ſive extraordinariorum, non negligeretur. III. Præſcriptio certæ materiæ nulla eſt, ſed deſignatio cujuſlibet medii apti, per ſingulare illud quod fuit ex miraculoſa curatione celeberrimum. IV. Promiſſio de alleviatione ſanitatis non eſt tam abſoluta, quin ſuas admittat exceptiones. V. Remiſſio peccatorum non promittitur unctioni ut medio per quod obtinetur. VI. Hoc etiam pertinet ad nos omnes, ut ſancte utamur illis mediis ad ſanitatem recuperandam, quorum Deus nobis poteſtatem facit.

5. Bellarm. *Cum Dominus Sacramenta inſtituerit, quibus veluti divinis ſubſidiis juvaremur in ingreſſu Eccleſiæ, & in progreſſu, certe nullo modo credendum eſt defuiſſe ejus providentiam in egreſſu.*

Proteſt. Conceditur totum argumentum: ſed tamen non inde ſequitur, ſpeciale ſacramentum inſtitutum eſſe pro morientibus. In veteri Teſtamento nihil tale fuit: & tamen non defuit tum temporis providentia Domini Eccleſiæ ſuæ.

Argumenta noſtra.

6. *Proteſt.* Ritus extremæ unctionis non explicatur *Iac.* 5. quia non reſpicit proprie morituros, ſed ſanandos ægrotos; oleum benedictum non præſcribitur; membra ungenda non deſignantur; effectum etiam tribuitur orationi fidei, non Sacramento efficaci ex opere (ut Pontificii loquuntur) operato.

Bellarm. 1. *Inungit Eccleſia eos qui de vita periclitantur: & hoc voluit Iacobus.*

Proteſt. Inungitur à Pontificiis in ordine ad egreſſum ex hac vita, ſed à Iacobo in ordine ad ſanitatem reſtituendam.

Bellarm. *Iacobus non negat oleum eſſe prius benedicendum.*

Proteſt. Subſtantia Sacramenti non debet non negari tantum in Scriptura, ſed etiam affirmari & imperari: Bellarm. autem *cap.* 7. expreſſe teſtatur, conſecrationem & benedictionem Epiſcopalem eſſe de eſſentia materiæ hujus Sacramenti.

Bellarm. 3. *Iacobus alloquitur infirmos, non ſacerdotes, & ideo non deſignat partes ungendas, quia hoc ſcire non pertinet ad infirmum, ſed ad ſacerdotem.*

Proteſt. Subterfugium hoc eſt mere ſophiſticum. Iacobus enim Eccleſiam totam alloquitur: & ſi Iacobus non docuit quæ partes ungendæ ſunt, nuſquam in Scriptura tota docetur, quia ſolus Iacobus loqui dicitur de hoc Sacramento. Ad infirmos etiam pertinet ſcire an rite ungantur ex voluntate Dei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 4. *Oratio fidei non dicitur hoc loco quæ requirat neceſſario fidem miniſtri, ſed quæ dictatur à fide, & ſola fide intelligitur.*

Proteſt. Oratio igitur fidei non includit fidem orantis. Sophiſticæ hujuſmodi evaſiones majorem deteſtationẽ quam refutationem requirunt.

Bellarm. 5. *Oratio fidei non excludit operationem unctionis,*

Proteſt. I. Satis eſt, ſi effectum non tribuatur unctioni. II. Si oratio fidei impetrando conſequatur peccatorum remiſſionem, ex opere operantis; tum certe ab unctione non provenit ex opere operato.

7. *Proteſt.* Si unctio infirmorum Sacramentum eſſet, tum (ex Pontificiorum ſententia) effectum haberet infallibilem, & omnes uncti ſanarentur: ſed poſterius falſum eſſe conſtat, ergo & prius.

Bellarm. *Promiſſio abſoluta non eſt ſanitas corporalis, ſed remiſſio peccatorum.*

Proteſt. Promiſſio ſanitatis quæ à Iacobo memoratur, opponitur infirmitati ſanandorum: ſed infirmitas illa de qua agitur eſt corporalis: ergo & ſanitas. Remiſſio peccatorum promittitur in ordine ad illam ſanitatem.

8. *Proteſt.* Nullum exſtat exemplum antiquum, quod ſancti viri in extremis agentes oleo inungi voluerunt.

Bellarm. *Non exſtant hujuſmodi exempla quia non ſcribuntur res noviſſimæ & quotidianæ.*

Proteſt. An igitur unctio extrema, quæ non ſolet iterari, magis in frequenti & quotidiano uſu fuit quam cæna Dominica, quæ ſingulis diebus Dominicis ſolebat olim celebrari?

CAP. II. *Quæſtio ſecunda eſt de materia & forma hujus Sacramenti*

BEllarm. 1. *Materia hujus Sacramenti eſt oleum olivæ ab Epiſcopo benedictum.*

Proteſt. Cum igitur nulla in Scripturis fiat mentio vel olei olivarum benedicendi, vel Epiſcoporum Papalium, (quos Bellarm. intelligit) bene vel male quidquam dicendum, clare patet materiam hujus Sacramenti eſſe creaturam humanam.

2. Bellarm. *Forma ſunt illa verba: Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per viſum, &c.*

Proteſt. Iſta forma neque in Scripturis habetur, neque omnibus ungentibus adhiberi ſolebat. *In Eccleſia Ambroſiana (ait Bonaventura in 4. diſtinctione 23.) hæc eſt forma: ungite oleo ſanctificato, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ut more militis uncti præparatus, &c.*

Quæſtio tertia de effectu hujus Sacramenti.

3. Bellarm. *Duo ſunt effectus hujus Sacramenti.* 1. *Sana corpus, ſi ita expedit animæ ſaluti.* 2. *Abſtergit reliquias peccatorum per has reliquias vero non intelliguntur peccata venialia, ut quidam volunt; neque pronitas vel habitus ex peccato relictus; ſed primo; Peccata relicta poſt alia Sacramenta, ſive mortalia, ſive venialia ſint.* 2. *Quidam torpor, & mœror, & anxietas, quæ ex peccato relinqui ſolet, & quæ maxime hominem morti vicinum vexare poteſt.*

Proteſt. I. Sacramentum eſt ſignum & medium externum gratiæ internæ, non ſanitatis externæ. II. Abſterſio peccati quoad culpam, in pœnitentia unctionem antecedente habetur. Abſterſio quoad pœnam (Bellarm Iudice) vel ſatisfactionem, vel Indulgentiam requirit III. *Communis opinio tenet* (ait Bonaventura in 4. *diſt.* 23. *Sacramentum iſtud eſſe contra peccatum veniale, non mortale.* IV Mortalia poſt pœnitentiam non relinquuntur, per unctionem abſtergenda. *Impium eſt* (Cajet. judice, in *Ioh.* 20. *à Deo ſperare dimidiam veniam, & ſimiliter impium eſt, miniſtr ejus dimidiam dare veniam; aut enim omnia peccata dimittuntur, au nullum.* V. Sicut Bellarm. probat, habitum peccati no tolli, *quia ſæpe accidit, ut qui convaleſcunt, eandem pronitatem ſen tiant ad peccandum, quam antea ſentiebant*; ſic etiam ejuſder experientiæ teſtimonio probatur non tolli *torporem*.

LIBER SEPTIMVS.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

CAPVT I.

Quæſtio prima eſt, an Ordinatio miniſtrorum, ſit Sacramentum v re, ac proprie dictum. Pontificii affirmant. Nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

BEllarm. 1. *In ordinatione reperitur ſymbolum externum, pr miſſio gratiæ & mandatum ſeu inſtitutio divina.*

Proteſt. Nihil horum ita reperitur in ordinatione ſic requiritur ad Sacramentum. Nam 1. Nullum eſt ſyr bolum externum quod repræſentat & obſignat unione & communionem noſtram cum Deo per Chriſtum. I Nullum omnino eſt ſymbolum certum & diſtinctum inſtitutione Dei. Impoſitio enim manuum eſt geſtus rationis benedicentis alicui præſenti ex qualibet occaſi ne;

ne; & in Confirmatione eadem ratione adhiberi ſolent. III. Nulla eſt promiſſio gratiæ juſtificantis alicui ſymbolo annexa. IV. Nullum habetur mandatum certi alicujus ritus in ordinatione obſervandi.

Bellarm, I. *Manus impoſitio adhibita fuit non ſolum ad orandum, ſed etiam ad ordinandum.*

Proteſt. Hoc eſt, non ſolum ad orationem, ſed etiam ad publicam orationem qua miniſtro electo in nomine Domini benedicebatur.

Bellarm. 2. *Gratia quæ promittitur ordinationi 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. non eſt donum aliquod gratis datum, ſed gratia juſtificans. Ioh. 20. accipite Spiritum ſanctum. 1, 7, ſpiritus virtutis, dilectionis, & ſobrietatis.*

Proteſt. Finis ad quem Ordinatio ordinatur, eſt aliorũ ædificatio *Eph.* 4. non propria juſtificatio; unde etiam eſt quod Scholaſtici nonnulli velint, *ordinem ex eo maxime tenere nomen Sacramenti, quod ſit medicamentum, non tantum reſpectu ſuſcipientis, ſed etiam reſpectu aliorum. Bonav. in* 4. *d.* 24. vel ut planius loquitur Durand. *Ordinem non eſſe medicamentum ſuſcipientis, ſed communitatis.* 2. Gratiam aliquando dedit Deus in vocationibus extraordinariis, quam ordinariæ vocationi non promiſit: extra ordinem aptos facit vocando, ſed ex ordine qui apti ſunt debent vocari.

Bellarm. 3. *Secundum Scripturas, gratia alligata eſt manus impoſitioni in ordinatione.*

Proteſt. I. Aliqua gratia orationi ordinantium promittitur, ſed non alligatur huic ſingulari geſtui orationis. II. Si alligaretur gratia prophetiæ huic ſigno, non eſſet tamen hoc ſignum Sacramentum proprie dictum.

2. Bellarm. *Deus cum dat poteſtatem, dat etiam ea quæ requiruntur ad ejus legitimum & congruentem uſum, ſed in ordinatione datur poteſtas, quæ à peccatore recte exerceri non poteſt, ergo datur ſimul cum poteſtate gratia juſtificans & perficiens animam ut rite fungatur tanto miniſterio.*

Proteſt· Hac ratione non magis probatur Ordinatio eſſe Sacramentum in novo Teſtamento, quam in vetere olim fuiſſe. II. Non tam probat, gratiam juſtificantem in Ordinatione vulgari dari, quam intelligentiam Scripturæ, & donum docendi, quod experientia communis refutat. III. Quum Deus vocat ineptos, tum extraordinem reddit eos aptos: ſed in ordinaria vocatione non Deus, ſed homines vocant ineptos.

3. Bellarm. *In Baptiſmo, in quo datur poteſtas ſuſcipiendi Euchariſtiam, & alia Sacramenta, datur ſimul gratia gratum faciens; ergo etiam in Ordinatione, qua datur etiam poteſtas conferendi Sacramenta.*

Proteſt. I. Fundamentum hujus argumenti eſt commentum inſulſiſſimum : Baptiſmi ſcilicet finem poſitum eſſe in relatione ad Euchariſtiam, & alia Sacramenta. II. Conſequentia nulla eſt : quia ordinandus non Baptizandus, præſumitur habere gratiam juſtificantem.

Quæſtio ſecunda eſt, quinam ordines ſint Sacramenta.

4. Bellarm. *Epiſcopatus, Presbyteratus, Diaconatus, ſubdiaconatus, & minores omnes ordines ſunt Sacramenta.*

Proteſt. I. De Epiſcopatu, Scholaſtici omnes antiquiores qui ſcripſerunt in Magiſtrum, una cum ſuo magiſtro negant, in 4. *d.* 24. II. Probatum fuit antea in diſputatione de Clericis, pleroſque horum ordinum nunquam à Deo fuiſſe inſtitutos & Inferiores ordines Pontificii ipſi appellare ſolent *non ſacros.* III. Si omnes iſti ordines ſunt Sacramenta, tum Sacramenta non ſunt ſeptem tantum, ſed quatuordecim, immo quindecim, Epiſcopatu annumerato.

5. Bellarm. *Omnes ordines unum ſacramentum cenſentur, quia unum ſunt, vel genere, vel quia ad unum finem omnes referuntur.*

Proteſt. I. Omnes homines ſunt unum genere, non tamen cenſentur unus homo, aut etiam animal unum. II. Incertus eſt ipſe Bellarm. qua ratione poſſint tot ordines unum dici Sacramentum, *quia unum, vel quia ad unum.* III. Ad unum finem generalem omnia Sacramenta referuntur : non ſunt tamen unum. VI. Mira perverſitas eſt iſtorum hominum, qui Baptiſmum Iohannis, & Chriſti, unum negant eſſe Sacramentum, & tamen Ordinationes iſtas, in quibus neque unum eſt ſymbolum, neque unum verbum, neque unus auctor, neque unum officium, in unum compingunt Sacramentum.

Quæſtio tertia eſt de materia & forma hujus Sacramenti.

6. Bellarm. *Convenit inter omnes, materiam eſſe aliquod ſigni ſenſibile, formam autem eſſe verba, quæ dicuntur dum illud ſignum exhibetur.*

Proteſt. Hoc nimis dilute & confuſe proponitur. Docuit antea Bellarm. de Sacram. *lib.* 1. *cap.* 21. *materiam atq formam, res & verba, ita eſſe in Sacramentis à Deo determinata, u nihil addere, minuere, aut mutare liceat.* An ſatis eſt ad Sacramentum Ordinis eſſe, aliquod ſignum ſenſibile, & verb qualiacunque eidem immurmurata ? Symbolum illu impoſitionis manuum, quod ſolum Bellarminum potui proferre, tanquam ſignum ordinationis à Deo inſtitutu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

in minoribus ordinibus non adhibetur. III. Nullam materiam ſigni, neque ullam formam verborum eſſe in omnibus ordinationum formulis, quæ vel inſtitutionē habet divinam, vel Scripturæ ſacræ approbationem, earum nuda recitatio ſatis demonſtrabit. 1. *Oſtiario traduntur claves ab Epiſcopo, dicente: ſic agite quaſi reddituri Deo rationem pro iis rebus quæ his clavibus recluduntur.* 2. *Lectori datur codex, dicente Epiſcopo: accipite & eſtote Dei relatores.* 3. *Exorciſta liber exorciſmorum, cum iis verbis: accipite & commendate memoriæ; & habete poteſtatem imponendi manus ſuper energumenos.* 4. *Acolytho urceolus vacuus, dicente Epiſcopo: accipite urceolum ad ſuggerendum vinum & aquam in Euchariſtiam.* 5. *Subdiacono liber epiſtolarum, cum forma, accipite librum epiſtolarum, & habete poteſtatem legendi eas in Eccleſia ſancta Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis.* 6. *Diacono primo imponitur manus, dicendo: accipe Spiritum ſanctum ad robur, & ad reſiſtendum diabolo, & tentationibus ejus: ſecundo traditur liber Euangeliorum, iis verbis: accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei.* 7. *Presbytero primo datur calix cum vino & patina cum hoſtia, & dicitur: accipite poteſtatem offerre ſacrificium Deo, miſſaſque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis. ſecundo imponuntur manus ſuper capita ſingulorum, & dicitur: accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur eis, &c.* 8. *Epiſcopo primo tres alii Epiſcopi manus imponunt, dicentes: accipe Spiritum ſanctum, ſecundo ungunt caput, & manus oleo benedicto & chryſmate. tertio traditur baculus: accipe baculum paſtoralis officii. quarto immittitur annulus, fidei ſcilicet ſignaculum. quinto liber Euangeliorum, accipe Euangelium, & vade, prædica populo tibi commiſſo.* Filincius tract. 9. *cap.* 2. ex pontificali Romano.

CAP. II. *De Matrimonio.*

Quæſtio prima eſt, an Matrimonium ſit Sacramentum, novi Teſtamenti proprie dictum. Pontificii affirmant, nos negamus.

BEllarm. 1. *Ex Catholicis unus eſt Durandus, qui in 4. d. 26. q. 3. matrimonium Sacramentum non niſi æquivoce dici poſſe diſputat.*

Proteſt. Ex ipſis Scholaſticis non unus Durandus hoc ſenſit, Scotus in eandem diſt. ſolide diſputat, matrimonium non eſſe Sacramentum proprie dictum, neque ab altera parte quidquam profert præter auctoritatem Eccleſiæ Romanæ. *Quia communiter tamen Eccleſia tenet, Sacramentum matrimonii eſſe ſeptimum inter Eccleſiaſtica Sacramenta, & de Sacramentis Eccleſiæ non eſt aliter ſentiendum, quam ſentit Eccleſia Romana, ideo dici poteſt, quod contractui matrimoniali annexit Deus Sacramentum proprie dictum.* Negari hoc debere indicat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ob varias rationes: poſſe tamen hoc dici concedit propter auctoritatem Eccleſiæ Romanæ. Bonaventura etiam ibidem dicit *Ordinem & conjugium, inter cætera minus habere de proprietate Sacramentorum novæ legis, & minus de perfectione.* Voluit dicere, non habere matrimonium proprietates & perfectionem Sacramenti novi Teſtamenti: ſed propter Eccleſiam Romanam verba ſua temperavit.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Matrimonium eſſe ſignum rei ſacræ: probatur ex Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.*

Proteſt. Si intelligerentur illa priora verba de conjugio, non ſequeretur inde conjugium eſſe proprie dictum Sacramentum, judice Cajetano. *Non habes* (ait ille) *ex hoc loco, prudens lector, à Paulo, conjugium eſſe Sacramentum. Non enim dicit, Sacramentum, ſed myſterium hoc magnum eſt, & vere myſterium verborum horum magnum eſt. Continent enim indiviſibilitatem conjugii, jus naturæ, officium debitum, &c.* 2. Intelligenda ſunt verba illa de arcana conjunctione Chriſti cum Eccleſia, ſicut Paulus ipſe interpretatur: *ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia.* Hujus autem conjunctionis conjugium eſt ſignū ſimilitudine quadam repræſentans, ſed non in illum finē ſanctificatū, ac inſtitutum, nec efficax ejuſdem ſigillum.

Bellarm. 1. *Pronomen Hoc, referri debet neceſſario ad id, quod proxime præceſſit, At proxime præceſſit illud: adhærebit uxori ſuæ, &c.*

Proteſt. Levior eſt hæc objectio quam ut ſerio debeat refutari. Prope ſatis præceſſit ſermo de Chriſti cum Eccleſia conjunctione, ut hoc pronomine demonſtraretur, ſimilis demonſtratio habetur in eodem capite *v.*6.

Bellarm. 2. *Apoſtolus hortatur conjuges ad mutuam benevolentiam; & inter alia argumenta, hoc ut potiſſimum adducit, quod ipſorum conjugium non ſit res levis, ſed myſterium magnum includat.*

Proteſt. Hæc ipſa eſt quæſtio, an Apoſtoli argumentum ſit tale. Nos dicimus Apoſtolum unionem & officia conjugum inter ſe, ad majorem eorum ædificationem, per unionem & actus congruentes, qui inter Chriſtum & Eccleſiam intercedunt, & ut animos eorum in Chriſti & Eccleſiæ meditatione defixos teneret, in illa re magnum arcanum latere, monere.

Bellarm. 3. *Paulus Græce non dixit, in Chriſto, & Eccleſia, ſed in Chriſtum & Eccleſiam: quibus verbis indicat Chriſtum & Eccleſiam eſſe terminum illius myſterii, ſeu myſtici ſigni, quod eſt in conjugio.*

Proteſt. Præterquam quod flagitium admittat Bellarm. in verſione vulgari deſerenda, Græca iſta phraſis nihil

tale

tile indicat, particula enim *in*, quocunque ſenſu accipiatur, non conjungitur cum nomine *myſterium*, ſed cum verbo *dico*. de vario autem uſu hujuſmodi particularum & phraſeωn Grammatici paſſim docent.

3. Bellarm. *Matrimonium habet promiſſionem gratiæ juſtificantis.*

Proteſt. Non magis quam virginitas caſta.

Bellarm. 1. *Eph.* 5. *Matrimonium eſt ſignum conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſpiritualis: non poteſt autem ſpiritualem conjunctionem ſignificare, niſi inter virum & uxorem ſit unio ſpiritualis animorum: & ſine gratiâ ſpiritualem unionem non poſſunt habere: ergo ſine dubio Deus gratiam illis largitur.*

Proteſt. Quam pulchre Sophiſtam agit Bellarm. 1. Supponit (quod eſt in quæſtione) matrimonium eſſe ſignum ſacrum à Deo inſtitutum. 2. Pro conceſſo quaſi ſuo jure accipit, nihil poſſe ſpirituale quidquam ſignificare, niſi idipſum ſit ſpirituale & in animo ſitum, quod quilibet idiota poteſt refutare. 3. Vnionem omnem animorum vult eſſe ex gratia ſpiritualem. 4. Concludit illud, quod quæſtionem non attingit. Deus enim largitur gratiam ſuis ad virginitatis, ſervitutis, & ſimiles conditiones ornandas, quæ non ſunt tamen Sacramenta.

Bellarm. 2. 1. *Tim.* 2. *Salvabitur per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate, tanquam videlicet in ipſo matrimonio acceptis.*

Proteſt. Tollatur cauda illa quam Bellarm. gratis vult conſutam textui, tanquam panniculum novum ad illum findendum, & hæc objectio nihil nocebit. Servantur homines per afflictiones, quæ tamen pro Sacramentis non habentur.

Bellarm. 3. 1. *Cor.* 7. *vocat donum Dei matrimonium Apoſtolus, ut ipſam virginitatem.*

Proteſt. Benefecit Bellarm. quod refutationem hujus objectionis addiderit, illa clauſula. *ut ipſam virginitatem:* virginitas enim ipſa non eſt Sacramentum. Falſum tamen eſt, vel matrimonium, vel virginitatem donum ibi vocari.

Bellarm. 4. *Idem Paulus* 1. *Theſſalonicenſ.* 4. *hortatur conjuges ut vas ſuum poſſideant in ſanctificatione: quam nimirum per matrimonium ante acceperunt.*

Proteſt. Totum etiam hujus objectionis robur eſt in cauda illa gratis aſſuta: *quam nimirum per Matrimonium ante acceperunt*, id eſt, in quæſtionis mendicatione.

4. Bellarm. *Ex eo quod matrimonium eſt unum & inſolubile, colliguntur duo.* 1. *Eſſe ſignum ſacrum.* 2. *Conferre gratiam.*

Proteſt. Eo modo, quo quidlibet ex quolibet colligi ſolet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. 1. *Cur matrimonium ſit omnino indiſſolubile, primaria certiſsima, & potiſsima cauſa eſt, quia ſignificat divina inſtitutione inſolubilem conjunctionem Chriſti & Eccleſiæ.*

Proteſt. 1. Alias cauſas reddunt omnes, qui de matrimonio ſcribunt: ſed omnium cauſarum loco debet eſſe nobis voluntas Dei revelata. Recte Cajetanus in *Mat.* 19. *Adverte quod Dominus Ieſus inſeparabilitatem conjugii probat ex inſtitutione Dei ab initio mundi, ſecluſa ratione Sacramenti Eccleſiaſtici.* 2. Significatio non eſt proprie loquendo cauſa (nedum primaria) proprietatis alicujus in re ſignificante.

Bellarm. 2. *Eadem eſt cauſa cur Matrimonium ante Baptiſmum contractum poſsit diſſolvi. non autem ſi poſt Babtiſmum contrahatur.* 1. *Cor.* 7.

Proteſt. Quale effectum, talis cauſa, id eſt, ficta.

Bellarm. 3. *Ad inſolubile vinculum tolerandum, cum una gratia Dei neceſſaria eſt.*

Proteſt. Gratia Dei eſt etiam neceſſaria ad virginitatem recte conſervandam, ad ſervitutem duram tolerandam, ad afflictiones ferendas; ſuntne igitur Sacramenta?

Bellarm. 4. *Lex nova eſſet durior veteri, niſi gratiam conjunctam matrimonium haberet. Hebrais enim licebat multas uxores habere, & conjuges dimittere impune.*

Proteſt. I. Licuiſſe hæc hebræis ex lege negamus. II. Gratia non abſuit à matrimonio legitimo ſanctorum in veteri Teſtamento. Gratia etiam (& forſan ex ordine amplior) adeſt nunc fidelibus in ſuis legitimis conjugiis. Bellarminus igitur nihil dicit.

Bellarm. 5. *Ad Conjugii fines, educationem, & piam inſtitutionem liberorum, & ſcortationis vitationem, neceſſaria eſt gratia Dei.*

Proteſt. Sic etiam ad afflictiones tolerandas, &c.

Bellarm. 6. *Matrimonium inter res ſacras ſemper habitum eſt, & inter ſacrorum ſolemnia, per ſacerdotum miniſterium celebrari ſolitum.*

Proteſt. Quia matrimonium ſingularem curam, inſtructionem, & benedictionem requirit, idcirco in ſacro cœtu à miniſtris ſolet celebrari; ſi tamen abſint hæc ſolemnia, matrimonii natura non mutatur, neque eſt intrinſece res ſacra, ſed per extrinſecam Dei ordinationem tantum. Neque denique eſt omnis res ſacra Sacramentum proprie dictum.

Argumenta noſtra.

7. *Proteſt.* Nuſquam legitur, aliquid gratiæ Dei accepturum, quiſquis uxorem duxerit, quin nec ſignum divinitus inſtitutum eſt in Matrimonio.

Bellarm. *Non eſt argumentum ſolidum ab auctoritate negativa ſacra Scriptura.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. De Sacramentis & gratiæ promiſſionibus, omni generi hominum neceſſariis, vel utilibus, hujuſmodi argumentum ſolidum eſſe fatetur Bellarm. de verbo Dei, lib. 4 cap. 1. Rem ipſam etiam concedunt Pontificii nonnulli. Bonav. in 4. 26. quæſt. 1. & 2. *Matrimonium non fit in elemento extra ſenſibile, non habet elementum, ſicut alia Sacramenta, Voluerunt aliqui dicere, quod illud Sacramentum dat gratiam. Alii dicunt, quod digne & devote ſuſcipientibus datur gratia ratione benedictionis ſuperadditæ, &c.*

8. *Proteſt.* Matrimonium fuit ab initio mundi, & adhuc eſt apud infideles: non eſt igitur Sacramentum novæ legis proprium.

Bellarm. 1. *Non deſunt Catholici, qui admittant. Matrimonium non eſſe Sacramentum novæ legis: ſed hoc tuto defendi non poteſt.*

Proteſt. Iſti homines aliquid veritatis viderunt, & tutum vero in illa parte poſtpoſuerunt: Bellarm. autem tutum anteponit vero.

Bellarm. 2. *Matrimonium fuit ab initio mundi, & nunc etiam eſt apud infideles, ut contractus civilis, & in officium naturæ; ſed non fuit nec eſt verum Sacramentum. niſi apud Chriſtianos.*

Proteſt. I. Hoc uno reſponſo labefactat Bellarm. omnia fere argumenta illa, quibus antea probare voluit, matrimonium eſſe Sacramentum. Concludunt enim non de Matrimonio Chriſtianorum tantum, ſed & de fidelium omnium legitimo conjugio, ante Chriſti adventũ. II. Nullum ſignum Sacramentale inſtitutum eſt à Chriſto de novo in novo Teſtamento neque ulla gratia matrimonium contrahentibus promiſſa qua Zacharias cum Eliſabeth, & ſimiles alii fideles conjuges antea non receperanr. Cum igitur antea non fuerit Sacramentum; & ſcripturam ſuam novæ alicujus inſtitutionis teſtem oſtendere non poſſit, inter Sacramenta proprie dicta non debet numerari.

9. *Proteſt.* Matrimonium non eſt cæremonia exterior à Deo poſita, ad confirmandam promiſſionem.

Bellarm. 1. *Sacramentum non eſt inſtitutum ad confirmandam promiſſionem.*

Proteſt. Quomodo igitur poteſt eſſe fœdus, aut ſanctio fœderis?

Bellarm. 2. *Ipſa extrema & viſibilis conjunctio viri, & fœminæ quæ per ſolemnia verba coram Eccleſia fieri ſolet, cæremonia externa eſt, atque à Deo inſtituta, & ea confirmari poteſt promiſſio divina Chriſti, de Eccleſia non deſerenda.*

Proteſt. I. *Ceremonia* (definiente Bellarm. de effectu Sacram. lib. 2. cap. 29.) *eſt actus externus religionis, qui non aliunde*

aliunde habet laudem, niſi quia fit ad Dei honorem. Hoc autem affirmare de externa conjunctione viri & fœminæ, eſſet nimis abſurdum. Additamentum illud, de ſolemnibus verbis coram Eccleſia factis, eſt mere otioſum. Bellarm. enim cap. 7. & 8. acriter contendit, legitimum Chriſtianorum matrimonium quamvis in Eccleſia non celebretur, eſſe Sacramentum. III. Quamvis conjunctio illa ſit à Deo inſtituta. non tamen in cæremoniam. IV. Sophiſtice admodum dicitur *ex hac conjunctione confirmari poſſe promiſſionem de Eccleſia non deſerenda.* Confirmatur enim omni genere argumentorum, & proinde (per argumentum à ſimili, & à minore) firmitate & conſtantia promiſſionum humanarum, præſertim illarum quas Deus ſingulariter firmas eſſe voluit: ſed quid hoc ad ſigillum promiſſionis à Deo inſtitutum?

10. *Proteſt.* Pontificii turpiter ſecum pugnant, dum Matrimonium immunditiem, pollutionem & carnales ſordes appellant, & tamen idem Sacramentum eſſe volunt.

Bellarm. 1. *Dicuntur hac de Sacerdotum tantum conjugiis, & aliis illicitis.*

Proteſt. I. Inauditum tamen eſt, ut Sacramentum ſit alicui generi hominum pollutio immunda. II. Quæritur etiam an conjugia Sacerdotum ſint illicita, quia immunda; vel immunda, quia illicita; ſi prius affirmetur, tum habemus quod volumus: ſi poſterius tum lex illa eſt illegitima, quia legitima ratione caret.

Bellarm. 2. *Dicere poſſumus cum Scripturis, in actu Matrimonii turpitudinem & immunditiem aliquam eſſe ratione concupiſcentia & rebellionis membrorum.*

Proteſt. I. Eſt etiam aliqua concupiſcentia, & rebellio membrorum in omni actu hominis peccato infecti, quare igitur convitia hæc fiunt matrimonio ſoli? II. Matrimonii conjunctio externa tendit ad matrimonii actum. Sacramentum autem nunquam tendit ad aliquam turpitudinem, & immunditiem vitioſam.

11. *Proteſt.* Si Matrimonium eſt Sacramentum, tum non debet Sacerdotibus interdici.

Bellarm. *Non arcentur Sacerdotes à Matrimonio propter Sacramentum, ſed propter impedimenta & ſeculares curas, quæ neceſſario Matrimonium conſequuntur.*

Proteſt. I. Non quæritur an propter Sacramentum ſint arcendi ſacerdotes à Matrimonio, ſed an propter ullam cauſam ſacrati homines à Sacramento debeant arceri. II. Quod tanta impedimenta, & ſeculares curas ſecum trahit, ut cum ſacro miniſterio non poſſit conſiſtere, non poteſt eſſe Sacramentum ſacrum. 12. *Proteſt.*

13. *Proteſt.* Quod exterius agitur in Matrimonio naturalem cauſam habet: ſed in Sacramentis, id quod exterius agitur, naturalem cauſam non habet. Hoc eſt primum argumentum Durandi.

Bellarm. 1. *Inſolubilem unionem non ſignificant naturaliter conjugum verba quæ dicuntur in celebratione matrimonii.*

Proteſt. Verba quæ naturaliter ſignificant unionem legitimam inſolubilis Matrimonii, ſignificant etiam naturaliter inſolubilem unionem. An deeſt verbum quo inſolubilitas ſignificetur? vel tam profanum eſt ut in celebratione Sacramenti non debeat proferri?

Bellarm. 2. *Unio quam ſignificat & efficit Sacramentum Matrimonii eſt non ſolum corporum, ſed etiam animorum per veram & divinam charitatem.*

Proteſt. Veræ & divinæ charitatis unio debet eſſe inter omnes Chriſtianos: quamvis igitur ſingulariter exerceri debeat in conjuges, per conjugium ipſum tamen non magis vel ſignificatur vel efficitur, quam per illam relationem quæ inter patrem & filium, aut Regem & ſubditos intercedit.

13. *Proteſt.* Sacramenta cetera conſiſtunt in aliqua re ſacra, quæ applicatur extrinſecus ſuſcipienti à Miniſtro: ſed in Matrimonio nihil tale eſt. Præterea Sacramentum non poteſt conferri in abſentes: ſed Matrimonium inter abſentes per procuratorem celebrari poteſt. Hoc eſt ſecundum Duran. argum.

Bellarm. 1. *Non eſt de ratione Sacramenti in genere, ut conſiſtat in aliqua re quæ extrinſecus applicetur.*

Proteſt. Verba ſunt ipſius Bellarm. de Miſſa lib. 1. c. 22. *Commune eſt omnibus Sacramentis, ut ab alio dentur, ab alio accipiantur.*

Bellarm. 3. *Solum Matrimonium non conſiſtet in applicatione rei alicujus extrinſecæ, quia conſtituitur in quodam contractu: quæ eadem eſt cauſa, cur non egeat alio Miniſtro præter ipſos contrahentes, & cur inter abſentes, & per procuratorem celebrari poſſit matrimonium; quæ in aliis Sacramentis locum non habent.*

Proteſt. Hoc perinde eſt, ac ſi Bellarm. dixiſſet: quia Matrimonium conſiſtit in eo quod nec eſt ſignum ſacrum gratiæ, nec aptum natum eſt ut talem naturam induat, idcirco multa ipſi deſunt, quæ in Sacramentis veris inveniuntur. Sed 1. Melchior Canus loc. com. lib. 8. cap. 5. late diſputat. Matrimonium ſine Eccleſiæ miniſtro contractum, non eſſe Sacramentum. *Nec audiendi* (ait) *ſunt illi qui putabunt virum ac fœminam eſſe ſibi viciſſim ſacramenti miniſtros.* 2. Matrimonium inter abſentes contractum, Cajet. negat eſſe ſacramentum; eumque acriter defendit, Canus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

loco citato : quia ſic unus pro altero ſacramentum ſumeret, cum pro altero contrahit : & ſacramentum abſentibus gratiam conferret. 3. Si nullius rei extrinſecæ applicatio fiat in matrimonio, tum nullius gratiæ collatio ibi repræſentatur, & conſequenter non eſt ſacramentum.

14. *Proteſt.* Si Matrimonium Sacramentum eſt,& gratiam confert, tum majoris eſt gratiæ, quam continentia. Hæc eſt tertia ratio Durandi.

Bellarm. *Status continentiæ altior eſt ſtatu Matrimonii, & majoris gratiæ, & meriti : Sacramentum tamen ſemper auget gratiam in quocunque ſtatu ſuſcipiatur.*

Proteſt. Vt argumentum recte capiatur. ita debet formari : Quod gratiam confert ut Sacramentum ex opere operato, illud præſtantius eſt voto continentiæ,quod nihil tale præſtat : ſed Matrimonium non eſt præſtantius continentiæ voto, ex ſententia Pontificiorum, ergo non eſt Sacramentum conferens gratiam ex opere operato. Ad hoc argumentum in verbis Bellarm. nihil reſpondetur, niſi forſan concluſio negetur.

15. *Proteſt.* Non baptizatus non eſt capax aliorum Sacramentorum : ſed non baptizatus eſt capax Matrimonii : ergo Matrimonium non eſt Sacramentum eſt 5. Durandi.

Bellarm. *Matrimonium infidelium non eſt ratum, nec omnino inſolubile, nec ſacramentum.*

Proteſt. I. Diſtributio legitimi matrimonii in ratum & non ratum, ſolubile & inſolubile, eſt merum commentum. Cum Chriſtus dixit *quicunque dimiſerit uxorem, &c. Mat.* 19. non ſolos fideles intellexit. Lex naturæ non reſpicit ſolos fideles. II. Pontificii concedunt, Matrimonium infidelium *habere ratitudinem, ut illo ſtatu in utroque manente non poſſit ſolvi. Bonav. in* 4. *diſt.* 39. *quæſt.* 2. Fidem autem Chriſtianam tollere ratitudinem legitimi alicujus contractus antecedentis, ſi quis diceret, habendus eſſet ſaltem pro religionis Chriſti prævaricatore.

De materia, forma & Miniſtro Sacramenti Matrimonii.

16. Bellarm. *Si conſideretur Matrimonium dum fit, verba conſenſum exprimentia ſunt materia & forma hujus Sacramenti: quatenus determinant, forma, & quatenus determinantur, materia : verba enim unius conjugis determinant verba alterius, & ab illis pariter determinantur. Si vero conſideretur Matrimonium jam factum, corpora ſeu perſonæ conjugum ſunt materia, & verba conſenſum exprimentia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mentia, forma. Conjuges autem ipſi ſunt proprii hujus ſacramenti miniſtri.

Proteſt. I. Vt una ſit materia ex qua res fit, & alia ex qua res facta conſtat, nulla logica feret. II. Neque dividi poteſt unum & idem Sacramentum in tranſiens & permanens. III. Verba determinata non magis tranſeuntis naturæ ſunt, quam verba determinantia. inepte igitur permanens materia fingitur, ſine forma permanente. IV. Corpora conjugum neque ſunt ſigna, neque cauſæ gratiæ, V. Si conjuges ipſi ſint miniſtri proprii hujus Sacramenti, tum Miniſtri proprii Sacramenti dantur ſine ulla vocatione, ordinatione, vel inſtitutione; & Sacramenta multa celebrantur, Miniſtris eorum nihil tale vel intendentibus, vel cogitantibus. VI. Eadem materia, eadem forma, iidemque Miniſtri locum habent inter infideles, quorum matrimonium Bellarm. negat eſſe Sacramentum. Ex iſtis vero implicatis Bellarmini Meandris veriſſimum apparet, quod Canus obſervat: *In materia ac forma hujus Sacramenti, theologi ſunt adeo inconſtantes & varii, adeo incerti & ambigui, ut ineptus futurus ſit, qui in tanta illorum varietate & diſcrepantia, rem aliquam certam, conſtantem, exploratam conetur efficere. Concilium Florentinum de materia, forma, miniſtro ſacramenti matrimonii præſtitit nihil. Iam illa falſa eſſe & commentitia quis non videt, quæ juniores Theologi confinxere, ut civilem humanumque contractum Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum eſſe tuerentur? quæ quidem pleraque infidelibus valde nugatoria ſunt. fidelibus parum ſolida.* loc.lib.8. cap.5.

De Matrimonii firmitate.

17. Bellarm. *Paulus 1. Cor. 7. non tantum permittit conjugi deſerto ab infideli, aliud Matrimonium inire, ſed etiam permittit ſimpliciter, dimittere infidelem etiamſi cohabitare velit.*

Proteſt. Contra ſimpliciter monet Apoſtolus verſ. 12. 13. de conjuge volente cohabitare: *ne eum demittito. Bell. ſolum conſulit, non præcipit.*

Proteſt. I. Reſpondet Apoſtolus ipſe verſ, 17. *ita in Eccleſiis omnibus conſtituo* διατάσσομαι. Chriſtus Matt. 5. & 19. non conſulit tantum, ſed præcipit: *homo non ſeparet: qui dimiſerit uxorem, &c.*

Bellarm. *Chriſtus loquitur de Matrimonio inter fideles: Paulus autem de Matrimonio contracto inter infideles.*

Proteſt. I. Chriſtus Matth. 5. interpretatur legem moralem, qua omnes homines tam infideles quam fideles tenentur, cap. etiam. 19. loquitur de eo quod fuit *à principio*, legem igitur naturæ explicat, quæ ad omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mortales ſpectat, non ſolos fideles. 2. Eadem ratione ſolvi poſſet vinculum Matrimonii propter hæreſin, quæ ipſa eſt ſpecies infidelitatis.

Bellarm. *Alia eſt ratio: quia Matrimonium poſt baptiſmum contractum eſt Sacramentum.*

Proteſt. Si in hoc ſit totum diſcrimen, tum certe non fundatur niſi in fictione mendicata.

18. Bellarm. *Matrimonium fidelium ratum, non autem conſummatum ſolvi poteſt quoad vinculum, per ingreſſum in religionem.*

Proteſt. Bellarm. hoc affirmat: ſed neque hic, neque de Monachis lib. 2. cap. 38. ubi iſtam quæſtionem tractat, vel unum Scripturæ teſtimonium obtendit ad hoc tam peregrinum dogma confirmandum.

19. Bellarm. *Matrimonium fidelium conſummatum ſolvi poteſt quoad thorum, & cohabitationem, multas ob cauſas.*

Proteſt. 1. Hæc ſententia male colligitur ex 1. Cor. 7. 11. ubi agit Apoſtolus de injuſta diſceſſione.

Bellarm. *Si Apoſtolus ibi ageret de ſeparatione illicita ob leves cauſas, non daret conjugibus optionem, ut poſt ſeparationem aut innuptæ manerent, aut viris ſuis reconciliarentur. ſed ſimpliciter præciperet, ut viris reconciliarentur.*

Proteſt. Neque dat ſeparatæ conjugi optionem inter iſta duo, ſed ſimpliciter præcipit, ut maneat innupta donec reconciliaretur: illa enim disjunctio *maneat innupta, aut viro reconciliator*, non indifferentem relinquit electionē, ſed excitat ad reconciliationem quærendam per illud incommodum quod ex ejus neglectu ſequeretur.

Proteſt. 2. Chriſtus Matth. 5. & 19. nullam cauſam dimiſſionis præter fornicationem admittit.

Bellarm. 1. *Sententia Domini limitanda eſt ad matrimonia contracta inter Fideles.*

Proteſt. Limitatio iſta fuit antea ſatis exploſa.

Bellarm. 2. *Intelligenda eſt ſententia Domini de dimiſſione ratione criminis, non ratione majoris perfectionis adipiſcendæ.*

Proteſt. Senſus igitur erit, quod propter alia crimina præter fornicationem, uxor non ſit dimittenda, ſed tamē abſque ullius criminis vel reatu vel ſuſpicione poſſit dimitti.

Bellarm. 3. *Dominus excepit ſolam fornicationem. 1. Quia ſola fornicatio eſt propria ratio ſolutionis Matrimonii. 2. Quia loquebatur de dimiſſione perpetua. cujus nulla eſt cauſa niſi fornicatio.*

Proteſt. Cauſa propria non debet excipi ſola, ſi aliæ eſſent cauſæ communes ejuſdem effecti. Diſtributio autem illa divortii legitimi, in perpetuum, & temporarium, eſt ad placitum ficta, non in Scripturis fundata.

Proteſt. 3. Dimiſſio abſque fornicationis cauſa, objicit pe-

cit periculis fornicationis ſine juſta cauſa.

Bellarm. *Quando juſta eſt dimiſsio, periculum fornicationis cui objicitur dimiſſus, dimittenti non imputatur.*

Proteſt. Non dimiſſus tantum, ſed & dimittens objicitur huic periculo. Neque tamen juſta poteſt eſſe cauſa quenquam hoc modo exponendi periculo fornicationis, præter fornicationem, quia alia pericula poſſunt aliis rationibus caveri.

Proteſt. 4. Divortium quoad thorum & cohabitationem non permittit, ut vinculum Matrimonii maneat ſalvum, quo obligantur conjuges ad officia mutua.

Bellarm. *Vinculum conjugale eſt obligatio quadam, qua vir ita efficitur maritus unius fœminæ, ut non poſsit eſſe alterius illa vivente; & viciſsim fœmina ita ſit uxor unius.*

Proteſt. Quæſtio adhuc manet, quale ſit vinculum affirmativum mariti erga uxorem, & uxoris erga maritum. Vinculum conjugale non eſt mere negativum. Qui igitur tollunt officia omnia matrimonii propria, tollunt etiam (quantum in ipſis eſt) vinculum obligans ad illa officia præſtanda.

Quæſtio præcipua ad firmitatem Matrimonii ſpectans eſt, an Matrimonium fidelium conſummatum, ſolubile ſit quoad vinculum, propter fornicationem? Pontificii negant, nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

20. Bellarm. *Mat.* 5. *Verba illa: qui dimiſſam duxerit, adulterat, vel univerſe accipienda ſunt, vel cum exceptione, niſi ob fornicationem. ſi univerſe, tum quæ dimiſſa eſt propter fornicationem, non eſt dimiſſa quoad vinculum: ſi cum exceptione fornicationis, tum melior eſt conditio fornicariæ, quam innocentis & caſtæ mulieris dimiſſæ.*

Proteſt. I. Propoſitio illa cornuta, tertii cornu defectu laborat: neque intelliguntur illa verba univerſe de omni demiſſa, neque cum exceptione fornicationis, ſed de temere dimiſſa abſque cauſa fornicationis, neque excepta, neque incluſa fornicaria dimiſſa. *In hoc textu* (ait Cajetanus) *nihil diſponitur de dimiſſa ob fornicationis cauſam, neque de ducente ipſam.* II. Si exceptio illa admitteretur, non ſequeretur inde tamen, conditionem fornicariæ, meliorem eſſe quam caſtæ, niſi prius concedatur, laicos omnes apud Pontificios in meliore loco eſſe quam clericos, & proſtibula publica, quam innocentes matronas à maritis ſuis dimiſſas, quia illis, non his matrimonium inire licet

21. Bellarm. *Marc.* 10. & *Luc.* 16. *Qui dimittit uxorem.*

aut ducit

aut ducit dimiſſam, ſine ulla exceptione dicitur mœchari.

Proteſt. Loca iſta debent exponi ex *Matt.* 19. ubi habetur exceptio fornicationis.

Bellarm. 1. *Euangeliſtæ nunquam ita quidquam omittunt, ut ſententia reddatur falſa.*

Proteſt. I. Sententia illa non redditur falſa, quæ intelligi debet cum exceptione alibi expreſſa, tunc omnes comminationes, quæ ſine exceptione, reſipiſcentiæ diſertis verbis expreſſæ in aliqua parte Scripturæ proponuntur, eſſent ſententiæ falſæ. II. Reſponſio quæ illis verbis quibus proponitur, vera eſt, quamvis non in maxime generali ſenſu quo per ſe poſſint capi, in illo tamen ſenſu, qui quæſtione propoſita limitatur, non eſt ſententia falſa. ſed talis fuit iſta reſponſio apud Marcum, ubi quæſtio proponitur de repudiis permiſſis leves ob cauſas. Eodem etiam modo intelligenda ſunt verba Lucæ: quia nulla fuit controverſia mota, an liceret dimittere fornicariam uxorem.

22. Bellarm. *Rom.* 7. *Mulier quæ vivente viro fuerit cum alio viro, vocabitur adultera.*

Proteſt. Recte reſpondet Cajetanus: *Adverte caute lector. quod hæc Pauli verba intelliguntur regulariter: ſecus vero in caſu. Paulus enim legis regula utitur, tacens ejus exceptiones caſuales.*

Bellarm. 1. *Verba ſunt plana: & Apoſtolus nunquam addidit aliquam exceptionem.*

Proteſt. I. Verba ſunt alia in Scriptura, quæ ſunt æque plana, quibus Apoſtolus non addidit exceptiones quas admittunt. hujus generis ſunt illa: 1. *Cor.* 9. 7. *Quis militat propriis ſtipendiis unquam? quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit? &* 2. *Tim.* 2. 4. *Nemo qui militat implicatur hujus vitæ negotiis, ut ei placeat, à quo delectus eſt miles.* 2. Bis tantum uſurpat iſta verba Paulus. Rom. 7. & 1. Cor. 7. 39. in quo utroque loco non docetur proprie qualis ſit firmitas Matrimonii, ſed illa quam regulariter habet, diſcretive, & in priore etiam loco comparative introducitur ad alius rei illuſtrationem. Nullam igitur juſtam occaſionem habuit illam regulam accurate limitandi. Neque fuit Apoſtoli, anſam quamlibet arripere limites bene notos, de quibus nulla controverſia movebatur, ſollicite deſcribendi.

Bellarm. 2. *Paulus Rom.* 7. *probat veterem legem obligaſſe uſq; ad abrogationem aut mortem legis, quia uxor obligatur viro uſque ad mortem ejus.*

Proteſt. Scopus Apoſtoli, non fuit probare obligationẽ legis, ſed illuſtrare exemtionem Chriſtianorum à lege, quæ jam quoad ipſos fuit quaſi mortua non obſtante obliga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

obligatione præcedente, ſimilis matrimonii, cujus ordinarium terminum oſtendit fuiſſe mortem.

23. Bellarm. I. *Cor.* 6. II. *Argumentum habemus plane inſolubile, Agitur enim ibi de muliere, non quæ diſceſſerit ſine juſta aliqua cauſa, quia Paulus permittit ejus ſeparationem, ſed quæ ex juſta divortii cauſa diſceßit illa tamen non poteſt alteri nubere ergo.*

Proteſt. Inſolubile hoc argumentum & *invicta demonſtratio,* ſicut *cap* 14. vocatur, ejuſdem apparebit eſſe cum cæteris, levitatis, ſi bene expendatur. Nam I. Apoſtolus loquitur de muliere quæ diſceſſerit contra præceptum Domini verſ. 10. & proinde de illa quæ diſceſſerit ſine juſta cauſa. II. Apoſtolus non permittit mulieri de qua agit, manere ſeparatam. Disjunctio illa: *maneat innupta, aut viro ſuo reconciliator,* non magis probat permiſſionem indifferentem, quam illa Apoc. 3. 15. *utinam frigidus eſſes aut fervidus.* Apoſtolus certe non ſolebat diſpenſare contra præceptum Domini, hoc proprium eſt Antichriſti. hoc autem verſ. 10. affirmat Paulus eſſe mandatum Domini: *Vxor à viro ne ſe ipſa ſeparato.* Reſpondet Bellarm. *cap.* 14. *Apoſtolum* verſ. 10. *agere de injuſta diſceßione, &* verſ. 11. *de juſta.* Sed iſta tortura textus non eſt ferenda. *Ne ſe ſeparato: ſi ſe ſepararit* oppoſitionem inter ſeſe habent manifeſtam: & proinde eadem ſeparatio neceſſario debet intelligi utrinque: eadem autem non eſt ſeparatio juſta & injuſta. Conjunctivas etiam illas particulas ἐὰν δὲ *quod ſi,* alteram partem contradictionis eandem rem affirmantis & negantis notare apparet ex earum & ſimilium uſu in eodem capite occurrente. verſ. 9. 15. 28. 36. & 39.

24. Bellarm. *Matrimonium fidelium. ſignum eſt conjunctionis Chriſti cum Eccleſia. At illa unio indiſſolubilis eſt: igitur & vinculum conjugale indiſſolubile eſt.*

Proteſt. I. Non tantum fidelium ſed & infidelium matrimonium legitimum eſt ſignum vel ſimile analogiā aliquam habens Chriſti & Eccleſiæ conjunctionis. Hæc igitur objectio non minus impugnat ſolubilitatem Matrimonii infidelium, quam Bellarm. defendit, quam fideliū. II. Vnio etiam capitis cum corpore, vitis cum palmitibus, &c. ſimili modo adhibentur ad unionem illam Chriſti cum Eccleſia ſignificandam: an igitur homicida cauſam capitis agens, audiendus eſſet, ſi diceret: capitis conjunctio cum corpore, ſimilis eſt conjunctioni Chriſti cum Eccleſia, Epheſ. 4. ſed Chriſtus ab Eccleſia non debet ſeparari: ergo nec meum caput à corpore meo ſecuri juſtitiæ debet ſeparari? An ferendus eſſet hortulanus, qui palmites vitis non auderet amputare, quia conjunctionem Chriſti cum Eccleſia declarant? III. Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ab illa Eccleſia cui vere conjungitur ut ſponſus, nunqu[...] ſeparatur quoad thorum & cohabitationem: hactenu[...] tamen Pontificii ſeparant conjuges ob varias cauſas. IV. Pontificii dum negant perſeverantiam ſanctorum eſſ[...] certam, docent conjunctionem inter Chriſtum & Eccle[...]ſiam eſſe ſolubilem. V. Eccleſiam externam (quam Bellarm. intelligit) cum adultera evadit, Chriſtus ſæp[...] deſerit, & ſemper ex juſtitia deſerere poteſt.

Bellarm. 1. *Fidelibus ſpiritualiter fornicantibus non propterea licet mutare Deum.*

Proteſt. Sophiſma magis inſanum Bellarm. nunquam deliravit. Nam I. Deus unus eſt, cui fas eſt hominibus ullo tempore ſpiritualiter conjungi. II. Deus nulla injuria fornicantes homines affecit, ut propterea ab illis licite deſereretur.

3. Bellarm. 2. *Deus non ita abjicit fornicantes fideles, ut nolit reconciliari.*

Proteſt. Imo vero aliquando ita eos abjicit ut nolit reconciliari: & ex juſtitia ſemper poſſit reconciliationem ipſis negare.

25. Bellarm. *Si licitum eſſet aliud Matrimonium, injuria afficeretur proles, per vitricum, & novercam.*

Proteſt. I. Hac ratione injuſta eſſet lex Dei, quæ adulteros, & adulteras morte plectit Lev. 20. Secundæ nuptiæ eſſent plane damnandæ. Separatio à thoro, & menſa, fieret etiam cum injuria prolis. II. Incommodum vitrici, aut novercæ honeſtæ, non eſt comparandum cum illa calamitate quæ à patre aut matre in fornicatione vivente ſolet proli creari.

26. Bellarm. *Si eſſet licitum ejuſmodi conjugium vivente altero conjuge, aperiretur aditus infinitis repudiis, etiam injuſtis.*

Proteſt. Nihilo magis quam aperitur aditus homicidiis, quia poſt mortem alterius conjugis, conjugium novum ab ipſis Pontificiis licitum habetur.

27. Bellarm. *Si liceret innocenti parti aliud Matrimonium contrahere, liceret etiam nocenti: & ſic commodum ex peccato reportaret, imo ſæpe viri dedita opera adulterium committerent, ut poſſint ab uxoribus ſuis liberari.*

Proteſt. I. Alia eſt ratio partis nocentis, quam eſt innocentis. Deus illud ſtatuit in adulteros, Levitic. 20. 10. quod ſi executioni mandaretur, ſolveret ſtatim iſtum nodum, & compeſceret impetum ruentium in adulteria, ex ſpe novarum nuptiarum. II. Si quod commodum ex peccatis incuria Magiſtratuum videantur homines aliquando reportare, totum illud eſt maledictum & exitiale fruenti.

28. Bellarm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

28. Bellarm. *Apud Ethnicos, ubi morum diſciplina vigebat, ılla fiebant repudia.*

Proteſt. Quia ſcilicet vel nulla ibi committebantur adul- :ria, vel commiſſa morte plectebantur.

Argumenta noſtra.

29. *Proteſt.* Vnum illud eſt inſtar omnium : Chriſtus lat. 5. & 14. dimiſſionem conjugis quoad vinculum ias ob cauſas vetans, diſertis verbis excipit cauſam for- cationis, ergo voluit poſſe dimitti uxorem quoad vin- ılum, in cauſa fornicationis.

Bellarm.. 1. *Chriſtus non loquitur de dimiſſione quoad vincu- m, ſed ſolum quoad thorum, quando concedit demiſſionem in cauſa rnicationis.*

Proteſt. Reſpondet Cajetanus in Mat. 19. *De totali dimiſ- ne erat ſermo. Vxorem dimittere, abſque additione aliqua, ſignifi- t non dimittere ſecundum quid (puta quoad thorum) ſed ſimpliciter abſolute, quod eſt dimittere totaliter: conſtat etiam de dimiſſione ſoluta motam eſſe quæſtionem à Phariſæis, & loqui Moyſen.*

Bellarm. I. *Concedo Phariſæos de dimiſſione quoad vinculum terrogaſſe: ſed nego Dominum de eadem reſpondiſſe.*

Proteſt. Ergo non ſatisfecit Dominus propoſitæ quæ- ioni.

Bellarm. 3. *Neganda eſt conſequentia. Nam cum in dimiſſio- perfecta, quæ eſt quoad vinculum, duo contineantur, dimiſſio unius, poteſtas ducendi aliam, Dominus hæc duo ſeparavit, ac unum qui- m conceſſit, dimiſsionem videlicet cum reſtrictione ad cauſam forni- tionis, alterum vero omnino ſuſtulit.*

Proteſt. I. Dominus aperte copulavit illa quæ Bellarm. cit eum ſeparaſſe: *qui dimiſerit, & aliam duxerit.* II. Ex ıc etiam copulatione apparet, Dominum de illa dimiſ- one loqui, quæ poteſtatem facit aliam ducendi; & di- iſſionem concedendo, conceſſiſſe ſimul eam poteſtatem. II. Copulantur ab altera parte, (dimittere & ducere) eo qui dicitur Mœchari: ergo etiam copulantur in illa rte quæ per exceptionem fornicationis removet crimē œchationis.

Bellarm. 4. *Si ſic exponamus verba: qui dimiſerit uxorem ım, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, ille bis mœchatur, dimittendo, & ducendo; tum à contrario ſenſu inferendum eſt: er- qui propter fornicationem dimittit uxorem, & aliam ducit, non echatur bis, dimittendo & ducendo, ſed tantum ſemel, ducendo: & eſt veriſsimum.*

Proteſt. Quomodocunque exponantur verba, modo œchationis affirmatio ab uno parte relinquatur, neceſ- eſt ut mœchationis etiam negatio, in exceptione con- tradicente

tradicente contineatur. Quum autem conſtet, vim & emphaſim aſſertionis affirmatæ non eſſe in multiplicitat peccati dimittentis, & ducentis, ſed in ipſo peccato; ſe quitur etiam exceptionis negatæ vim, & emphaſim no eſſe in multiplicitate peccati, ſed in peccati negation

Bellarm. 5. *Illa verba: niſi ob fornicationem, non exceptiv ſed negative ſunt accipienda. Negat Dominus licitam eſſe talem di miſsionem, ſine cauſa fornicationis, ſed non dicit eſſe licitam, ſi adſ cauſa fornicationis. affirmatur adulterium ejus qui uxore dimiſſa extr cauſam fornicationis aliam duxerit: ſed nihil dicitur de eo, qui duxe rit aliam, priore dimiſſa ob fornicationem.*

Proteſt. I. Verſio vulgata (quæ Pontificiis eſt authen tica) affirmat his verbis exceptionem contineri Mat 5 dum eundem ſenſum ſic reddit: *excepta cauſa fornicationi* particula etiam qua utitur Mat. 19. (*niſi*) eſt conjunctio exceptiva. II. Eadem conjunctio eſt connexiva: par tem igitur conſequentem propoſitionis connectit ex an tecedentis conditione: & proinde non poteſt explicar per *ſine cauſa* adverbialiter, & negative, reſpectu parti antecedentis tantum. III. Hæc negatio ex ſententi Pontificiorum eſt ſuperflua. Non enim eum ſolum mœ chari docent, qui ſine cauſa fornicationis, ſed etiam eun qui ex hac cauſa dimittit unam, & aliam ducit.

Bellarm. 5. *Quamvis illa particula* παρεκτὸς *&* εἰ μὴ *ſæpe ac cipiantur exceptive, poſſunt tamen aliter accipi: ſic* εἰ μὴ *Apoc. capit nono, verſu quarto, & 21. 27. accipitur adverſative.*

Proteſt. I. Nunquam aliter accipiuntur iſtæ particulæ, quam exceptive, quando generali regulæ interſeruntur II. Minus proprius, & minus frequens eſt uſus huju particulæ, *niſi*, in ſenſu adverſativo. III. In uſu illo adverſativo, contraria ſemper aſſeruntur de oppoſitis: ut Apoc. 9. 4. *Arbores non lædentur, ſed homines lædentur.* & Apoc 21. 27. *Impuri non intrabunt in novam Ieruſalem, ſed qui ſcript ſunt in libro vitæ intrabunt in novam Ieruſalem.* Eodem igitu modo, Matth. 19. ſi adverſative accipiatur, *niſi*, hæc debet eſſe oppoſitio: *qui dimiſerit uxorem & aliam duxerit, ſine cauſa fornicationis mœchatur, ſed qui dimiſerit propter fornicationem, & aliam duxerit non mœchatur.* Hæc autem oppoſitio non minus confirmat ſententiam noſtram, & contrariam re fellit, quam exceptio maxime plena.

Bellarm. 7. *Etiamſi in teſtimonio* Matt. 19. *vox*, niſi, *acci piatur exceptive, tamen poterit eſſe exceptio negativa, quia ſcilicet de cauſa fornicationis nihil in præſentia determinatur, an ſufficiat excu ſare adulterium in alia ducenda necne?*

Proteſt. Extremus iſte ſophiſticæ hujus litigationis halitus cæteros videtur fœtore ſuperare: Nam I. ex-

ceptio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ceptio ſemper generali regulæ, vel propoſitioni ſpecialiter contradicit: debet igitur neceſſario determinare aliquid contrarium illi quod in generali regula vel propoſitione determinatur. II. Præteritio determinationis hujus aut illius rei, non facit exceptionem niſi ab illa determinatione: ſed *niſi* Matth. 19. 9. exceptionem facit non ab illis verbis: *dico autem vobis*, quæ determinationem notant, ſed à dimiſſione illicita, ſicut lectori cuilibet verbis ipſis aperte demonſtratur. Candidam (hoc in loco) confeſſionem habemus Cajetani: *Si urgens objeceris verba Ieſu non eſſe ſuperflua, & propter exceptionem fornicationis aliquid ſignificare diverſum ab aliis cauſis; fateor ſic eſſe. Et ſi inſtes, illud diverſum nihil aliud eſſe, niſi quod propter fornicationem dimittens uxorem, & aliam ducens, non mœchatur, reſpondeo ſic ſonare textum ſecundum planum literæ ſenſum. Intelligo igitur ex hac lege, licitum eſſe Chriſtiano, dimittere uxorem ob ipſius fornicationem, & poſſe ducere aliam: ſalva ſemper Eccleſiæ definitione.*

CAP. III. *De Impedimentis Matrimonii.*

Quæſtio prima eſt, an ad eſſentiam Matrimonii requiratur ex ordine conſenſus parentum, qui poteſtatem habent in contrahentes. Pontificii negant, nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Eſau duxit uxores in vitis parentibus*, Gen. 26. *nec tamen Iſaac ea conjugia irritavit.*

Proteſt. Conſequentia eſt ridicula: Iſaac iſta conjugia de facto non irritavit, ergo de jure non licuit ipſi eadem irritare.

2. Bellarm. *Iacob duxit duas aut tres uxores, parentibus omnino inſciis.*

Proteſt. Iacob acceperat poteſtatem ducendi quam vellet è filiabus Labanis Gen. 28. quoad nuptias igitur non manebat poſtea in patris poteſtate hoc ergo exemplum non eſt ad rem.

3. Bellarm. *Filius licet patri obedientiam, & reverentiam debeat, tamen quando uſum liberi arbitrii habet, liber eſt, & ſui juris, non minus quam pater, in his quæ ad ſtatum vitæ pertinent.*

Proteſt. Libertas quoad ſtatum vitæ non tollitur, ſed dirigitur auctoritate paterna.

4. Bellarm. *Conjugium ſervorum invitis dominis, firmum ac ratum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ratum eſſe, Theologi recte docent. Sed major ſervorum eſt ſubjectio ad dominum, quam filiorum ad parentes.

Proteſt. I. Scholaſtici hoc docent de ſervis, ſicut Bonaventura in 4. d. 26. diſertis verbis fatetur, *ſecundum jus novum*, id eſt, Pontificium: annon hæc eſt egregia probatio? II. Quamvis major ſit ſubjectio ſervorum, quã filiorum, quoad modum, non tamen quoad obligationem. III. Conſenſus parentum requiritur non tantum reſpectu ſubjectionis, ſed & ratione conjunctionis, vel unionis liberorum erga ſuos parentes, quæ major multo eſt, quam ſervorum erga ſuos dominos.

Argumenta noſtra.

5. *Proteſt.* Exod. 34. Deut. 7. Ier. 29. & 1. Cor. 7. præceptum de Matrimonio filiorum parentibus potius datur, quam filiis. *Filiam tuam non dabis, nec filiam accipies filio tuo, &c.*

Bellarm. *Ad hæc Teſtimonia nihil opus eſt reſpondere, cum non minime negemus, ad parentum curam & providentiam, filiorum conjugia maxime pertinere.*

Proteſt. Vel maxime tamen opus eſt ad hæc teſtimonia reſpondere. Si enim verum eſſet, quod Bellarm. docet *ſolo conſenſu parentum, matrimonium inter filios celebrari non poſſe ſed ſolum conſenſum filiorum ad matrimonium firmum ac ratum efficiendum ſufficere*, tum certe maxime conſentaneum fuiſſet ut præceptum de matrimonio filiorum, filiis potius quam parentibus daretur.

6. *Proteſt.* Exod. 22. & Deut. 22. permittitur arbitrio patris, an ſtuprator filiæ ſuæ accipiat eam in uxorem necne.

Bellarm. *Non agitur ibi de Matrimonio jam contracto, ſed de futuro, cauſa ſtupri præcedentis.*

Proteſt. I. Agitur in genere de omni ſeductione puellæ ad concubitum: *ſi quis pellexerit virginem & cubaverit cum ea:* non eſt autem credibile, nullam unquam puellam Iſraëliticam ita pellectam fuiſſe, ut contractus aliquis in futurũ verbis temporis præſentis interceſſerit. II. Puella ſtuprata non amittit jus ſuum de ſtatu vitæ libere eligendo, & tamen ſine conſenſu patris matrimonium ejus cum ſtupratore non eſſet ratum, idque ſolummodo propter defectum conſenſus patris. Defectus igitur conſenſus patris matrimonii contractũ irritum facit. III. Pater non minorem poteſtatem habet in filiam virginem quam in ſtupratam: virgo igitur non poteſt nubere ſine conſenſu patris.

7. *Proteſt.* Promiſſionem filiæ Deo factam poteſt pa-
terit

er irritare, Num. 30. ergo multo magis promiſſionem homini factam de conjugio.

Bellarm. *Lex illa de filiabus determinat, quæ adhuc non pervenerunt ad pubertatem, ſed ſunt in domo parentum, & in ætate puellari.*

Proteſt. I. Recte reſpondet Cajetanus, in illum locum: *Non dicitur hoc ad ſignificandum ætatem inhabilem nuptiis, ante annum duodecimum, ſed ad differentiam viduæ ad domum patris ſui reverſæ, ſi enim dixiſſet, mulier in domo patris ſui, & non addidiſſet ætatem puellarem, fuiſſet comprehenſa etiam mulier vidua, reverſa ad domum patris, vel etiam mulier conjugata, manens in domo patris: ſed copulando utrumque (videl. in domo patris, & in ætate nubili) excluſit hujuſmodi ambiguitates.* II. Subjectionem, non ætatem reſpici, in illa lege apparet manifeſte ex eo, quod ſimilis ratio ſtatuatur mulieris conjugatæ, vota ſcilicet ejus poſſe a marito irritari, verſ. 8.

De impedimento cognationis, quæſtio una eſt; an præcepta illa omnia quæ de gradibus prohibitis habentur Lev. 18. jure divino obligent Chriſtianos? Pontificii negant, nos affirm.

Argumenta Bellarmini.

8. Bellarm. Lev. 20. *Conjugia in quibuſdam horum graduum morte puniuntur, & in quibuſdam pœna leviore. Conjugia igitur in quibuſdam gradibus prohibentur jure naturæ, & in aliis jure poſitivo proprio Iudæorum.*

Proteſt. I. Diverſitas iſta pœnarum non poteſt ex textu demonſtrari. II. Si concedatur diverſitas pœnarum, non inde ſequetur diverſitas juris quod conjugiis illis violatur, ſed graduum tantum violationis. Non enim omnia peccata in legem moralem, vel naturalem admiſſa iiſdem pœnis coercebantur.

9. Bellarm. *Habemus exempla non pauca Sanctorum, qui antequam lex iſta daretur, in gradibus* Levit. 18. *prohibitis, connubia junxerant: hoc autem nunquam feciſſent, ſi illa præcepta ſemper obligaſſent.*

Proteſt. Eodem plane modo ſequitur polygamiam plurimum uxorum ſimul, non repugnare juri naturæ; quod tamen Bellarm. cap. 10. fuſe probat.

10. Bellarm. *Si omnia illa præcepta Levitici de gradibus, jure naturæ conſtituta eſſent, tum intra eundem gradum omnia matrimonia eſſent illicita.* Sed *Moſes quædam conjugia prohibuit, & quædam permiſit in eodem gradu.*

Proteſt. Aſſumptio non poteſt ulla ratione probari.

11. Bellarm. *Si illud quod Lev.* 18. *habetur, de fratris uxore non ducenda, ſit juris naturalis, tum lex altera Deut.* 25. *de vidua fratris*

fratris primogeniti ſine liberis defuncti, à proximo fratre ducenda, eſſet contra jus naturæ. Sed hoc non eſt admittendum: ergo nec illud.

Proteſt. Lex illa Deut. 25. fuit contra jus naturæ ſecundarium, a quo exceptionem illam fieri a juris auctore nihil eſt quod vetat.

Bellarm. I. *Exceptio illa eſt judicialis, ergo & lex, à qua fit exceptio, eſt judicialis.*

Proteſt. Lex judicialis a Deo poſita, exceptionem facere poteſt a lege Dei morali, eſt enim determinatio quædã legis moralis ab auctoritate ſumma profecta.

Bellarm. 2. *Quod eſt intrinſece malum, non poteſt per ullam circumſtantiam fieri bonum.*

Proteſt. Auctoritas Dei, non eſt circumſtantia, ſed anima legis.

12. *Proteſt.* Deus Levit. 18. & 23. pronunciat ſe Gentes puniturum propter omnia illa conjugia quæ ibi prohibentur, quales etiam conjunctiones in ipſis Gentibus vocat abominationes. Ergo præcepta illa de gradibus cognationis, non ſunt judicialia (quibus Gentes non tenebantur, præſertim antequam lata fuerunt) ſed moralia & naturalia,

Bellarm. *Omnia illa præcepta fuerunt naturalia aliquo modo, nimirum ſi ſine circumſtantiis honeſtantibus accipiantur. Gentes igitur quæ ſine ullo delectu miſcebantur conſanguineis, peccabant in ſingulis contra jus naturæ.*

Proteſt. I. Circumſtantiæ illæ, quæ hujuſmodi matrimonia ex ordine cohoneſtant, nuſquam in lege explicantur. II. Apud Pontificios unica circumſtantia ſufficiens ad iſta matrimonia honeſtanda, eſt commodum Pontificis Romani, diſpenſationem eliciens ab ipſo qui ut Bonaventura in 4. diſtinct. 42. non erubeſcit affirmare, *ampliorem habet poteſtatem ſuper ſpiritualia, quam Reges terræ, & Imperator habet ſuper temporalia.* Huic autem circumſtantiæ ut latiſſimus pateat campus, contraria plane ratione fines ejus extendere viſum eſt Papæ: nam pleroſque gradus a Deo prohibitos ille diſpenſabiles eſſe pronunciavit; & tamen plures multo gradus prohibuit ipſe, ut diſpenſandi materia & rem faciendi occaſio nunquam deeſſe poſſit.

Tomi tertii Finis.

BELLARMINVS ENERVATVS,

SIVE

Diſputationes Anti-Bellarminianæ,

In Illuſtri Friſiorum Academia, quæ eſt Franekeræ, publice habitæ

A

GVILIELMO AMESIO,

Theologiæ Doctore.

TOMVS QVARTVS.

Ab Auctore recognitus & auctus.

LONDINI,

Apud HVMPFRIDVM ROBINSON.

CIↃ IↃC XXXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Nobiliſſimis & Ampliſſimis viris,

D. IOHANNI SAEKMA,
SENATORI.

D. HOBBIO AB AYLVA,
PRÆTORI.

D. SVFFRIDO HANIA,
SENATORI.

D. IOHANNI NYS.
SENATORI.

Academiæ Friſiorum, quæ eſt Franekeræ, non nomine tenus, ſed reipſa, Curatoribus, Dominis & Patronis ſuis obſervandis.

Vobis curæ, & cordi eſt Academia noſtra, non eo uſque tantum, ne quid detrimenti capiat; *ſed ut augeatur indies Profeſſoribus idoneis, quos non aliena fiducia, ſed veſtro præcipuo judicio cenſetis; ut in diſciplina reſtituta, & confirmata; Academiis vicinis exemplo ſit non contemnendo; ut in ſtudiorum ratione, Eccleſia habeat, de quo plurimum poſſit ſibimet ſperare, ut denique omni ex parte ſit ornata, florens felix.*

In nobis igitur flagitium eſſet, non omnibus modis adniti, ut intelligatis, curam & vigilantiam iſtam veſtram condigne à nobis æſtimari, & ut ad finem optatum pertingat, cum omni religione obſervari, & promoveri.

Ab hoc animo provenit, quod diſputationes iſtas, alias forſan haud magnifaciendas, ſedulitatis tamen illius, quæ vobis eſt in pretio, teſtes quos in promtu habuit optimos, coram vobis volui comparere.

Agitur in ipſis, de intima parte Theologiæ (de natura, peccato, gratia *quam Eccleſiæ perturbatores ab ortu Pelagii, maxima vi, cum maxima animarum hominum ſeductione vexarunt, & corruperunt. Voluiſſem igitur, ſi fieri potuiſſet, accuratius & prolixius controverſias iſtas tractare, præſertim propter conſanguinitatem illam quam habent cum Belgicis turbis.*

Sed Bellarminus hic (ſicut callidum & veteranum Sophiſtam decuit) tanquam canis ad Nilum bibit & fugit: *& mihi legem impoſueram, ipſius veſtigia tantum premendi, idque breviter, in gratiam & uſum eorum, qui prolixioribus ejus impugnatoribus non ſunt legendis. Vereor igitur, ne quarundam rerum explicatio nimis videatur curta. Sed cauſam jam dixi, quam & aliis & vobis (Ampliſſimi Domini) imprimis probatum iri cupio & ſpero.*

Deus vos magis magisque Spiritu ſuo auctos, & benedictione cumulatos tum univerſæ Reipublicæ, & unitis regionibus, tum huic Academiæ noſtr. quam diutiſſime conſervet oro, & voveo. Franekeræ 3. *Calend. Octobris anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo, ſexcenteſimo, Vigeſimo ſexto.*

Amplitudinum veſtrarum cum omni obſervanti[a]
addictiſſimus

GVILIELMVS AMESIVS.

TOM. 4

TOMVS IV. LIBER PRIMVS.

DE GRATIA PRIMI HOMINIS.

CAP. I, *De ſtatu quæſtionis.*

THESIS I.

CVrioſa Pontificiorum quorundam ingenia, varias quæſtiones excogitarunt, de ſtatu & conditione hominis primi ante lapſum. Magiſter Alexander lenſis, & Bonaventura, cum multis aliis, contendunt, dam creatum fuiſſe in puris naturalibus, abſque gratia. lii volunt eum creatum fuiſſe cum dono gratuito juſti-iæ orginalis, ſed abſque gratia gratum faciente, quam ta-nen accepit ante lapſum. Thomas vero cum ſuis diſci-ulis, defendere videtur, creatum fuiſſe hominem in ratia gratum faciente. Diſputant etiam acerrime, de dif-erentia inter juſtitiam originalem, & gratiam gratum icientem, utrum ſit realis, vel rationis tantum. Bannes 1 1. 2. q. 95. Non deſunt denique inter eos, qui diſtin-tionem omnem tollunt, inter naturam puram, & natu-am juſtitia originali ornatam. *Intelligunt*, (*inquit Medina* 1. 2. *q.* .8. *a.* 2.) *Doctores quidam per hominem conſtitutum in* *ris naturalibus, hominem conſtitutum in natura integra, cum dono* *vigore ſanante naturam, adeo, ut in bono, & officio virtutum poſset* *rmanere, & perſeverare ſi vellet: quæ ſententia ſine dubio videtur* *e Auguſtini.* Bellarm. cæteras omnes quæſtiones præ-rmittens, ultimam iſtam ſententiam ſuſcipit exagitan-im, revera contra alios Pontificios, ſicut *cap.* ; oſtendit: *eque enim, quod nos docemus, ex unico Dominico à Soto accepimus,* *que contrarium ſcripſit S. Thomas, cum cæteris probatioribus aucto-* *us, ut quidam viri alioqui inſigniter eruditi cenſent*, ſed aucupio erborum tribuit eam noſtris, qui intera Scripturæ, & odeſtiæ limites manentes, ab iſtiuſmodi quæſtionibus antum fieri potuit, religioſe ſemper abſtinuerunt. auſam ipſemet declarat *cap.* 1. *quia noſtri luctam carnis ad-* *rſus ſpiritum, vere ac proprie peccatum eſſe definiunt, & proinde ju-* *iam, quæ iſtam rebellionem tollit, ad naturalem hominis integri* *ſtitutionem pertinere.* Hic igitur eſt genuinus controver-æ ſtatus, qua ſpectat ad nos, an illa rectitudo, quæ lu-am carnis adverſus ſpiritum excludit, ſit homini inte-o naturalis necne. Nos affirmamus, Bellarm. negat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Attendere tamen operæ pretium erit ad explicationem illam quam adhibet Bellarminus.

2. Bellarm. *Homo naturaliter conſtat ex carne & ſpiritu, ex quorum diverſis, vel contrariis propenſionibus, ad bonum ſcilicet corporale & ſpirituale, in uno & eodem homine pugna quadam exiſtit, & ingens bene agendi difficultas.*

Proteſt. I. Homo integer, conſtat naturaliter, non ex illa carne quæ ſpiritui adverſatur; ſed ex illa quæ ſpiritui ſubjicitur, & ſubordinatur, ſancta quadam harmonia. II. Propenſio ſpiritus corpori conjuncti, ex ordine naturæ, non tantum eſt ad bonum ſpirituale, ſed etiam ad corporale naturæ conſentaneum: & corporis propenſio eſt ad ſpiritus miniſterium, etiam in ſpirituali bono quærendo: propenſiones igitur ſpiritus & corporis, in homine integro non ſunt contrariæ. III. Pugna carnis adverſus ſpiritum, nullum locum habet in homine experti inimicitiæ omnis adverſus legem Dei. IV. Non eſt difficile naturæ integræ, agere congruenter naturæ ſuæ, id eſt, bene agere.

3. Bellarm. *Deus ut remedium adhiberet huic morbo, ſeu languori naturæ, addidit homini juſtitiam originalem, qua veluti aureo fræno pars inferior, parti ſuperiori, & pars ſuperior, Deo facile ſubjecta contineretur.*

Proteſt. I. Iuſtitia addita eſt homini, ut perfectio naturæ perficiendæ. II. Morbus, & languor non poſſunt naturæ integræ attribui, ſine contradictione. III. Homo integer non magis fræno, quam calcaribus indigebat.

4. Bellarm. *Naturalis dici poteſt juſtitia originalis.* 1. *Quatenus habebatur à nativitate.* 2. *Quatenus naturam perficiebat & ornabat.* 3. *Quatenus naturam juvabat in operibus naturalibus: ſed non tanquam pars naturæ, aut fluens à principiis naturæ.*

Proteſt. Neque dicimus nos juſtitiam fuiſſe vel eſſentialem partem naturæ phyſicæ, aut phyſico modo ex ejus principiis fluere, ſed conditionem eſſe moralem, naturæ illi debitam, quæ ad juſte operandum fuit creata.

5. Bellarm. *Rectitudo illa fuit donum ita ſupernaturale, ut non magis differat ſtatus hominis poſt lapſum Adæ, à ſtatu ejuſdem in puris naturalibus, quam differt ſpoliatus à nudo.*

Proteſt. Homo igitur per peccatum (ſecundum Bella.) ſpoliatus eſt externis veſtibus tantum, non interna vita & virtute.

CAPVT

CAPVT II.

Argumenta Bellarmini.

1. Bellarm. Gen. 3. *Pulvis es: id eſt, ex natura tua pulvis eras, mortalis, fragilis, doloribus, laboribus obnoxius.*

Proteſt. Agitur ibi de natura tantum corporea, quoad materiale ejus principium, non de tota natura, cum morali ejuſdem perfectione. Hæc igitur ne tantum quidem habent momenti, in quæſtione noſtra, quantum habet pulviſculus tenuis, in magna bilance.

2. Bellarm. Pſal. 8. *Miratur Phropheta hominem fere Angelis æquatum.*

Proteſt. Et jure quidem: nam obſervavit *v.* 4. cælos, lunam, ſtellas, &c. oſtendere gloriam & majeſtatem Dei tantam eſſe, ut nulla cauſa appareat, cur ille rationem aliquam haberet hominis, vel in ejus natura conſtituenda, & conſervanda, vel in eadem evehenda.

3. Bellarm. *Dona alia primo homini initio collata, vocat honorem & gloriam: honor autem & gloria ſine dubio aliquid extrinſecum, & ſuperadditum diſignant.*

Proteſt. I. Ambigue & ſophiſtice dicitur, *dona alia vocat honorem & gloriam*, ſi enim *alia* a naturalibus intelligantur, tum nihil concluditur, ſin *alia* ab eſſentia animæ & corporis, tum probationem deſideramus. II. Temere admodum & periculoſe ludit Bellarm. cum iis verbis, quæ Hebr. 2. 9. de Chriſto Domino explicantur. videtur enim negare Chriſtum ipſum juſtitiam habuiſſe, vel naturalem, vel etiam ante exaltationem ſibi communicatam. III. Honor & gloria ſi pro fama externa accipiantur, tum juſtitiam inhærentem non poſſunt deſignare; ſi vero pro ratione, fundamento, vel cauſa talis famæ, tum juſtitiam naturalem poſſunt complecti.

4. Bellarm. Eccleſ. 17, *Homo dicitur virtute veſtitus, veſtimentum autem eſt quid extrinſecum & ſuperadditum.*

Proteſt. Vna pars naturæ (aptiſſima metaphora) vocari poteſt alterius veſtis: ſic oſſa dicuntur carne veſtiri, & corpus vocatur domus & tabernaculum hominis 2. Cor. 5. tabernaculum autem eſt magis extrinſecum, quam veſtis.

5. Bellarm. *Naturale eſt corpori animali ſenſu & appetitu prædito, concupiſcere bonum ſenſibile: naturale eſt ſpiritui rationali, concupiſcere bonum ſpirituale: quare ſi fiat una natura ex ſpiritu rationali, & corpore naturali conflata, naturale erit illi, habere diverſas & inter ſe pugnantes propenſiones.*

Proteſt. Diverſas propenſiones habere, eſt homini naturale,

turale, ſed non repugnans. Cum enim unio naturæ, ex ſpiritu rationali, & corpore naturali, facta ſit modo perfecto, ſubordinationem infert unius propenſionis ad alteram, quæ pugnam omnem excludit.

6. Bellarm. *Si corruptio quæ nunc eſt in natura humana, non eſt conſecuta ex ſola remotione doni ſupernaturalis, neque fuiſſet in homine in puris naturalibus condito, quæro cauſam ejus aliquam.*

Proteſt. Cauſa corruptionis maxime propria eſt homo naturam ſuam corrumpens, tam deficiendo a Deo, quam deſertionem Dei promerendo. Concupiſcentia naturalis eſt a natura; ordinata eſt a natura ſuum ordinem obſervante; inordinata vero concupiſcentia (id eſt, corruptio humanæ naturæ) eſt a natura ab ordine ſuo deficiente.

7. Bellarm. *Ex peccatis quæ ab hominibus poſt lapſum primi hominis committuntur, quamvis plurimis, & graviſſimis, non corrumpitur principium aut donum aliquod naturale; neque acquiritur, aut augetur propenſio ad omnia vitia, neque minuitur inclinatio ad omnes virtutes, ſed peccatum Adæ fuit ejuſdem generis, cujus ſunt cætera quæ ab hominibus committuntur.*

Proteſt. I. Falſa ſunt antecedentia omnia. per peccata enim conſcientia ſæpe quaſi *cauterio reſecatur*, quod eſt donum naturale. 1. Tim. 4. 2. Homines autem *poſtquam deduluerunt dedunt ſemetipſos ad certatim patrandam impuritatem omnem.* Eph. 4. 19. 2. Peccatum primi hominis fuit peccatū non tantum perſonæ, ſed & naturæ: naturam igitur multo magis & aliter lædebat, quam perſonalia peccata, qualiacunque eſſe poſſint. Neque revera poteſt ultra quidquam humanæ naturæ tolli, ita ut ſocietates ipſæ civiles conſiſtant.

8. Bellarm. *Si natura humana, qualis nunc eſt, remota culpa, mala eſt, & neceſſario labitur in peccata, & ideo non potuit à Deo creari, ſine juſtitia originali, certe ſequitur, non poſſe hominem mortuum, à Deo revocari ad vitam, niſi præditum originali juſtitia. At multos novimus ex ſacris literis à mortuis excitatos divina virtute, & ex iis nonnullos, quos omnino credibile eſt à peccato originis fuiſſe purgatos, qualis fuit Lazarus, & infantes, quos Helias & Helizæus à mortuis revocarunt: qui tamen ſine dubitatione ulla, etiam in nova illa vita juſtitia originali carebant.*

Proteſt. I. Hæc objectio non concludit quæſtionem. neque enim probat juſtitiam originalem fuiſſe ſupernaturalem, neque potuiſſe naturam humanam creari ſine illa juſtitia: ſed tantum illam non eſſe cauſam cur non potuerit ſic creari, quia tum eſſet mala, &c. At vero ex iſto conceſſo non ſequitur, nullam aliam fuiſſe cauſam, cur ſic creari non debuerit. II. Non eſt eadem plane ratio creationis hominis nunquam peccatum experti, & reſtitu-

reſtitutionis hominis per peccatum morte oppreſſi, necdum ab illa plane liberati. III. Non conſtat quenquam à peccato originali purgatum, à morte ad vitam fuiſſe unquam revocatum, ut vitam hic ageret juſtitia originali carens. Bellarm. contra docet, de Purgatorio *lib.* 2. *cap.* 18. & illos ipſos, quos hoc in loco *credibile* eſſe dicit a peccato originis fuiſſe purgatos, *credi* dicit fuiſſe non purgatos. *Mortui quos excitarunt Helias, Helizæus, Dominus, & Petrus, & Paulus, creduntur fuiſſe in purgatorio, aut in limbo, & mutaſſe tantum exilium vel carcerem. carcer autem* (ut idem Bellarm. *cap.* 7. habet) *etiam ſenatorius & honoratus eſt pœna: & pœna non convenit niſi animæ, quæ nondum plene purgata eſt. Confirmati etiam fuerunt in gratia, quia alioqui injuria illis facta fuiſſet. Si ſancti aliqui viri redierunt ad corpus, non fuerunt beati, ſed Deus prævidens eorum excitationem, diſtulit eorum beatificationem, & interim detinuit eos in optimo aliquo loco.*

9. Bellarm. *Quinta ratio proprie pugnat adverſus illos, qui omnia dona primis parentibus in creatione conceſſa, naturalia fuiſſe contendunt.*

Proteſt. Non igitur pugnat adverſus nos, qui de rebus non revelatis nihil temere affirmamus: audiamus tamen qualis ſit.

Bellarm. *Primi parentes evecti fuere ad eam dignitatem, ut eſſent filii Dei, & Dii quidam, id eſt, divinæ conſortes naturæ: ſed abſurdiſſimum eſt, rem creatam, Deum, vel Dei filium naturaliter facere.*

Proteſt. I. Primi parentes ante lapſum, non fuerunt evecti ad juſtificationis & adoptionis gratiam, quæ pendebat ex conditione non præſtita, *Fac hoc.* II. Non eſt abſurdum tamen, ſi filii Dei vocentur naturaliter, non ex Dei ſubſtantia nati, ſed ex Dei voluntate creati ad imaginem ejus in naturali ſua conſtitutione. *Dii* vero abſurdiſſime vocantur a Bellarmino.

CAPVT. III.

Argumenta noſtra.

1. *Proteſt.* Si juſtitia originalis ſupernaturalis fuiſſet; ſequeretur concupiſcentiam carnis futuram fuiſſe naturalem, ac per hoc bonam, & a Deo, ſed hoc Scriptura negat. 1. Iohan. 2. Rom. 7. &c.

Bellarm. *Concupiſcentia carnis, homini condito in puris naturalibus fuiſſet ſine dubio naturalis, non quidem ut bonum aliquod naturæ, ſed ut defectus, & quaſi morbus quidam naturæ, ex conditione materiæ conſequens. Quare rectiſſime dicitur. non eſſe ex Deo, odio eſſe non amore dignam, malam, naturæque contrariam.* 1, *Quia præter inten-*

tionem ductoris naturæ in homine extitiſſet, ſi in puris naturalibus homo creatus fuiſſet. 2. Quia Deus illam ſuſtulerat, & ex ipſius hominis culpa locum in nobis habet.

Proteſt. I. Concupiſcentia vocatur a Bellarm. *cap 5. propenſio carnis ad bonum corporale & ſenſibile, in quod fertur per ſenſum & appetitum*, propenſio autem rei ad ſuum objectum naturale, eſt bonum naturæ, non defectus, non morbus, nec ex materia pendens: ſed ex illa cauſa quæ ſingulis facultatibus, ſuas indidit propenſiones. II. Præter intentionem Dei, non factus eſt homo animal vivens, cum omnibus illis propenſionibus quæ animalis naturæ conveniunt. III. Vltimum illud, quod Deus eam ſuſtulerat, non facit ad rem: quia illa etiam quæ Dominus abſtulit, poſſunt ex Deo fuiſſe, ſecundum illud Iobi: *Dominus dedit, & Dominus recepit.*

2. *Proteſt.* In parvulis jam quamprimum adoleſcunt, maxima vanæ cupiditatis abundantia apparet, ſuaque ſponte, immani impetu, in vitia præcipites feruntur. Non ſic homo in puris naturalibus natus fuiſſet.

Bellarm. *Probanda erat aſſumptio, apertiſſima enim ratio docet, talem omnino fuiſſe futurum hominem in puris naturalibus, ut in eo eſſet præceps illa in vitia inclinatio.*

Proteſt. I. Quod ad inclinationem igitur in vitia impura; nullam differentiam ſtatuit Bellarm. inter hominis naturalia pura & impura. II. Cum Magiſter Scholaſticorum, in 2. *d* 42. *Alex. Al. p.* 2. *q.* 96. *m.* 1. *Bonav. in* 2. *d.* 21. cum aliis Pontificiis Doctoribus multis, doceant, hominem fuiſſe creatum in puris naturalibus, ſine gratia; ſequitur eoſdem docere, Naturam jam non magis ab ortu corruptam eſſe, quam fuit in creatione. Bellarm. etiam concedit potuiſſe talem creari hominem quoad inclinationem in vitia, qualis jam naſcitur.

3. *Proteſt.* Si Deus impetum rebellem, & iniquum, malum ipſi naturæ, ante ullum hominis demeritum, indidit, vix poteſt aliter fieri, quin Deus ſit auctor peccati.

Bellarm. 1. *Non recte confunditur ſtatus in quo Adam reipſa conditus fuit, cum eo in quo condi potuiſſet.*

Proteſt. Non confunduntur a nobis, ſed cunjunguntur. I. Quia Scholaſtici quos modo citavimus ita Adam reipſa conditum fuiſſe affirmant. Bonaventura etiam addit, hanc ſententiam eſſe communiorem. II. Quia ſecundum alteram ſententiam, ſequitur Deum potuiſſe eſſe auctorem peccati, quod in quæſtione de jure, idem plane ſonat eum fuiſſe.

Bellarm. 1. *Rebellionem illam Deus non feciſſet, ſed ex conditione materiæ conſequuta fuiſſet.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Poſitivæ propenſiones naturæ ad objecta naturalia, fiunt ab auctore naturæ, non ſunt conditiones materiæ. II. Si eſſent conditiones materiæ, fierent tamen ab eo qui materiam ipſam fecit.

Bellarm. 3. *Rebellio illa non eſt peccatum, neque neceſſario ad peccatum inducit.*

Proteſt. I. Rebellio obedientiæ debitæ adverſa, non poteſt non eſſe peccatum.

4. *Proteſt.* Æterna beatitudo finis eſt hominis naturalis, debuit igitur homo media naturalia habere ad finem illum conſequendum. Iuſtitia igitur quæ fuit neceſſaria ad beatitudinem conſequendam, fuit homini naturalis.

Bellarm. *Beatitudo finis hominis naturalis eſt, quoad appetitum, non quoad conſecutionem.*

Proteſt. Novum hoc eſt, ut homo ſolus naturaliter appetat aliquid ad finem ſuum, quod nullis naturalibus mediis conſequi poſſit.

Bellarm. *Animæ hominum ſolutæ corporibus naturalem habent ordinem, & propenſionem ad corpora ſua, nec tamen iterum conjungi corporibus ſine ſupernaturali auxilio poterunt.*

Proteſt. Propenſio hæc animæ ſeparatæ ad conjunctionem cum corpore, eſt ex eo, quod ipſa conjunctio ſit naturalis, & ſeparatio contra naturam. nullam igitur proportionem habet ad propenſionem naturæ, ita ſe habentis, quemadmodum fuit creata, & ad finem ſuum ordinata. Natura in ſuo ordinario curſu non deficit in neceſſariis.

LIBER SECVNDVS.

DE PECCATO.

CAP. I. *De Veniali peccato.*

THESIS I.

Bellarm. *Tota quæſtio eſt, an dentur peccata venialia ex natura & ratione peccati, id eſt, quæ non ſunt repugnantia charitati Dei, & proximi. Nos docemus communi conſenſu, peccata quædam ex natura ſua, non indignum reddere hominem amicitiæ Dei, & mortis æternæ reum, ſed temporalis tantum ſupplicii, paternæque caſtigationis conſtituere hominem reum.*

Proteſt. Conſenſum iſtum Pontificiorum in doctrina venialis peccati, optime declarat Medina in 1.2.q.88.a.1. *Qua ratione diſtinguatur peccatum veniale à mortali. non una eſt ſententia Doctorum, ſed variant in infinitum opiniones.* Nos tamen ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

mittimus iſtum controverſiæ ſtatum, & unanimi conſenſu negamus illud quod Bellarm. affirmat communi conſenſu doceri.

Argumenta Bellarmini

2. Bellarm. Matt. 5. 22. *Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; qui dixerit raca, reus erit concilio; qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.*

Proteſt. Quibus machinis extorqueri poteſt peccatum veniale ex iſtis verbis, quibus minima peccata gravibus pœnis digna pronunciantur?

Bellarm. 1. *Reus judicii dicitur, qui aliquid fecit unde in judicium vocari poſſit, ſed non conſtat an mereatur pœnam aliquam aut nullam.*

Proteſt. Primum hoc poſtulatum eſt nimis impudens & inſanum. Nam I. In ſententia præcedente: *quisquis occiderit reus erit judicii*, nemo dicet nudam vocationem in judicium notari, cum incertitudine ſententiæ ferendæ, ac pœnæ infligendæ. II. Reum aliquem peccati nomine à Chriſto pronunciari, de quo non conſtat an mereatur pœnam necne, contradictio eſt manifeſta. III. In ipſo judicio Dei, non conſtare an quis mereatur pœnam necne, non poteſt abſque blaſphemia dici.

Bellarm. 2. *Reus concilii dicitur, cujus culpa certa eſt, ſed ambiguum quanta ſit, & quam pœnam mereatur, & ideo judices inter ſe conveniunt in Concilium, ut definiant pœnæ menſuram.*

Proteſt. Somnium iſtud eſt ſimile plane prioris. Nam I. Si non conſtaret utrum ille, qui temere iraſcitur mereretur pœnam necne, non minus ibi opus eſſet Concilio definiente, quam de eo qui dixit raca. II. In illo etiam judicio cujus reus eſt qui iraſcitur, definiri etiam neceſſario debet menſura pœnæ, ſi ſit aliqua infligenda. III. Deus menſuras pœnarum ab æterno definivit, nec apud illum ulla poteſt eſſe hæſitatio. quouſque peccatum aliquod ſit plectendum.

Bellarm. 3. *Reus gehennæ ignis vel mortis æternæ dicitur, cujus culpa, & menſura culpæ, ac per hoc etiam pœnæ gravitas certa eſt.*

Proteſt. I. Hac ratione omnia & ſingula peccata debent eſſe ſua natura mortalia: quia omnium culpa, menſura culpæ, & pœnæ debitæ gravitas eſt coram Deo certa. II. Bellarm. alibi docet, peccata venialia, ſua natura mereri Purgatorium, cujus etiam pœnas nihil differre dicit à gehenna ignis, niſi duratione. III. Pontificii inſuper docent, *peccatum veniale, niſi Dei beneficio condonetur, duraturum perpetuo, & pœna ob id perpetuo puniendum, ex eo, quod*

quamdiu non remittit Deus, tamdiu homo in culpa eſt, quæ culpa dum permanet, debita pœna punitur. *Azorius lib.* 4. *cap.* 10. vel igitur peccatum hoc quod dicitur veniale, in ſeſe meretur ſupplicium æternum, vel Deus ex juſtitia punire poteſt ultra condignum.

Bellarm. Matt. 23. & Luc. 6. *Peccata quædam comparantur rebus natura ſua leviſſimis, alia vero graviſſimis: excolantes culicem, camelum autem deglutientes: vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt, non vides.*

Proteſt. Elephantus non capit muſcas; non decuit igitur tantum camelum quantus Bellarminus fuit, culices & feſtucas iſtas captare. I. Proverbiales dictiones non ſunt dentibus extendendæ ultra ſuum ſcopum. II. Quod culex aut feſtuca eſt in comparatione, poteſt abſolute mons eſſe: ſicut terra ipſa tota, reſpectu totius cœli ambitus, à quibuſdã dicitur habere ſe inſtar puncti. III. In operibus bonis talis eſt differentia graduum, inter maxima & minima, qualis eſt in peccatis, & tamen a Pontificiis minima dicuntur mereri vitam æternam: quæ trabs eſt in eorum oculis, ut iidem non videant peccata minima valere ad pœnam æternam?

4. Bellarm. Luc. 12. 59. *non exibis inde, donec etiam noviſſimum minutum reddas. Per noviſſimum minutum, id eſt, peccata minuta & leviſſima.*

Proteſt. I. Si ſic eſſet, conſequentia tamen nihilo validior eſſet præcedente. Deo enim non debemus peccata ſolvenda, ſed pœnas pro peccatis luendas: per minutum igitur intelligitur pœnæ extremum. II. Minutum iſtud pœnæ invenitur in pœna æterna: non eſt igitur aliena minuti ratio ab illo peccato quod meretur pœnam æternam.

5. Bellarm. Cor. 3. *Peccata venialia comparantur rebus leviſſimis, ligno, fœno, ſtipulis.*

Proteſt. I. Impii & flagitioſi homines comparantur etiam paſſim in ſcripturis *ligno* comburendo, *fœno* excidendo, & *ſtipulis* vento pellendis, & flamma conſumendis: an igitur omnes impii leves erunt & veniales peccatores? II. Lignum non eſt res leviſſima. III. Non agitur in hoc loco de peccatis, ſed de doctrinis, teſte ipſo Bell. de Purg. lib. 1. cap 5.

6. Bellarm. Iacob. 1. 14. *Motus quidam concupiſcentiæ nominatur peccatum, & tamen diſtinguitur à peccato conſummato, & mortem generante.*

Proteſt. I. Fuit etiam in primo Adami peccato, motus quidam internus (quod Bellarm. lib 2. cap. 4. ſuperbiam fuiſſe docet) ante comeſtionem vetiti fructus quæ con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſummatio fuit peccati, & mortem generabat : ſuperbiam tamen illam veniale fuiſſe peccatum negat idem Bellarm. ibid. cap. 8. II. Concupiſcentiæ peccatum non diſtinguit Iacobus a peccato conſummato & mortem generante, tanquam ſpeciem a ſpecie, ſed tanquam partem a toto, cum igitur toti peccato mortem deberi docet, ſingulas ejus partes mortales eſſe oſtendit.

7. Bellarm. *De peccatis quibuſdam longe mitius Scriptura loquuntur, quam de iis loqui ſoleant, quæ ſunt omnium conſenſu peccata mortalia.* Matt. 12. *de omni verbo ocioſo reddent rationem in die judicii.* Eph. 5. *cum Apoſtolus ſex peccatorum genera propoſuerat. fornicationem, immunditiem, avaritiam, turpitudinem, ſtultiloquium, & ſcurilitatem, de tribus tantum prioribus (non de reliquis) affirmat, qui talia agunt, non habere hæreditatem in regno Chriſti & Dei.*

Proteſt. I. Mitia verba non arguunt veniale peccatum, ſicut apparet Matt. 22. 13. *amice, quomodo huc introiſti, non habens indumentum nuptiale?* II. Verba illa mitia quæ Matt. 12. uſurpantur, adhibentur alibi, 1. Petr. 4. 5, de blaſphemiis : an igitur blaſphemiæ etiam ſunt venialia peccata inter Papiſtas? III. Silentium Apoſtoli Eph. 5. cujus alias fuiſſe cauſas conſtat, nihil teſtatur pro peccato veniali.

8. Bellarm. *Si peccata venialia ex natura ſua eſſent mortalia, & ſolum fidelibus ob fidem quam habent non imputarentur; certe infidelibus omnino imputarentur; & mortalia eſſent : id vero manifeſte falſum, atque abſurdum. ergo.*

Proteſt. Negatur aſſumptio ab ipſis Pontificiis. Sic enim Azorius. lib. 4. cap. 10. *Communi Theologorum ſententia dicendum arbitror, venialis remiſſionem peccati, gratuitum & ſupernaturale eſſe beneficium Dei. nemini extra gratiam Dei conſtituto peccatum veniale dimittitur.*

Bellarm. *Aſſumptio probatur. In eodem genere gravius Deum fidelis, quam infidelis offendit.*

Proteſt. Conſequens debet eſſe : ergo manifeſte falſum & abſurdum eſt, infidelibus imputari peccata illa quæ venialia vocantur: Qualis eſt connexio hujus conſequentiæ? Non eſt levitas offenſæ, quod facit ut non imputentur fidelibus, aut gravitas offenſæ quod infidelibus imputentur, ſed gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum fidelibus, quæ eorum non horum peccata venialia reddit, non ex natura ſua, ſed ex miſericordia Dei condonantis, & non imputantis ad mortem quam merentur.

9. Bellarm. *Veniale dicitur quod venia dignum eſt, ſive in quo aliquid eſt, cur mitius puniri debeat. Quæro igitur quid ſit illud, quod facit ut peccatum aliquod ſit venia dignum, & ad reatum mortis à Deo non imputetur?*

Proteſt. I. Eſt aliud in peccatis quibuſdam mortalibus, cur mitius puniantur quam alia mortalia quæ ſunt atrociora. II. Nihil eſt in nobis quod per ſe facit ut peccatum aliquod ad reatum mortis non imputetur, ſed miſericordia Dei hoc facit. In hoc igitur quæſito nec fundamentum, nec concluſio eſt alicujus argumenti.

10. Bellarm. *Peccatum veniale ex natura ſua non ponit in homine averſionem à Deo, cum non repugnet caritati, ut perſpicuum eſt. At pœna æterna non debetur peccato, niſi ratione averſionis à bono aterno, quod eſt Deus.*

Proteſt. In iſta petitione principii, vix ulla eſt particula veri vel Pontificiorum ipſorum judicio. Nam I. *Averſio & deviatio à regula eſt de ratione peccati, & ex eo quod actus humanus ſit contra legem, ſubſequitur averſio à Deo.* ſunt verba Medinæ in 1.2.*q*.72.*a*.1. II. Omnis deviatio à regula caritatis aliquo modo repugnat caritati. III. Pœna æterna debetur peccato ſecundum omnem rationem culpæ quæ manet in æternum.

11. Bellarm. *Quavis offenſio ex natura ſua non diſſolvit amicitiam inter homines: ergo nec inter Deum & hominem.*

Proteſt. I. Negatur conſequentia: quia homo homini non ita ſubjicitur, neque tantum debet homini, quantum Deo. II. Eadem ratione concludere poſſit Bellarminus, Deum teneri peccata hominibus remittere, quia homines inimicos ſuos diligere debent, & injurias ipſis quoad vindictam condonare.

Bellarm. *Quod ex natura rei convenit, ſemper & ubique convenit.*

Proteſt. Manente ſcilicet eadem natura: ſed alia eſt natura tam amicitiæ, quam offenſionis Dei, & alia hominum.

12. Bellarm. *Peccatum non dicitur univoce de mortali & veniali, ſed per analogiam quandam, & proinde peccatum veniale non eſt perfecte peccatum, ſicut mortale, ſed imperfecte, igitur non debetur ei pœna mortis æterna.*

Proteſt. I. Reſpondet Medina in 1. 2. *quaſt*.88. *a*.1. *certum eſt & exploratum, quod in ſacra pagina peccatum veniale ſimpliciter & ſine addito appellatur peccatum, peccatum veniale ſimpliciter eſſe peccatum, nos libere concedimus.* II. Reſpondet inſuper Azorius Ieſuita, *libr*.4. *cap*. 8. *Profecto negari non poteſt, quin ſcriptura veniale dicant abſolute & ſimpliciter abſque ulla adjectione peccatum: vere igitur & proprie peccata ſunt veniales culpa: ratio tamen peccati major eſt in lethali culpa: & aliquando analoga eſſe dicuntur ea, qua licet ſimpliciter in una aliqua ratione conveniant, inaqualiter tamen ſibi communem ejusmodi rationem participant.* Eadem eſt ſententia Durandi, in 2. 42. *q*. 6. III. Imperfectio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

gradus in peccato, non tollit rationem peccati, aut meritum pœnæ æternæ.

Bellarm. 1. *Peccatum veniale omne aut non eſt perfecte voluntarium, aut non eſt perfecte contra legem, ergo non eſt perfecte & ſimpliciter peccatum.*

Proteſt. Quod ad primum attinet, Azorius reſpondet *lib.* 1. *cap.* 14. *ſufficit ad peccatum, ſi voluntarium id ſit, ſive indirecto, ſive per ſe, ſive per aliud:* de ſecundo autem plenius teſtatur idem libr. 4. cap. 8. *Dicendum eſt, ut docuerunt Durandus, Cajetanus, Vega, & Major: veniale peccatum eſt quidem contra legem Dei, quia revera lex Dei, cum ſit juſta & recta ratio, prohibet & gravia, & levia peccata.* Cum igitur Bellarm. neget perfecta, id eſt, ut ipſemet interpretatur, ſimpliciter voluntaria & contra legem eſſe hujuſmodi peccata, à ſuis propriis gregalibus deſeritur, & refutatur.

Bellarm. 2. *Peccatum ex ſubreptione non eſt perfecte voluntarium.*

Proteſt. Non quidem in ſummo gradu, ſed vero & proprio conſenſu.

Bellarm. 3. *Peccatum veniale ex parvitate materiæ, eſt quidem perfecte voluntarium, ſed non perfecte contra legem. Lex enim non prohibet furtum unius oboli in ſpecie, ſed prohibet furtum in genere.*

Proteſt. Quod prohibetur in genere, prohibetur etiam in ſpecie, vel ſecundum omnes ſpecies. alioqui talenti furtum non eſſet prohibitum, quia in Decalogo nulla fit mentio talenti in ſpecie.

Bellarm. 4. *Peccatum veniale ex genere ſuo, eſſe poteſt perfecte voluntarium, & perfecte contra legem, ſi lex aliqua ſpecialis de eo ſit, ſed ea lex non erit perfecte & in rigore lex.*

Proteſt. Omnis lex Dei, eſt perfecte, & in rigore, voluntas Dei nobis revelata, ut ſit regula noſtrarum actionum, & obligans ad ſui obſervationem. Mutilatis iſtiuſmodi ſegmentis diſtinctionum omnes veritates poſſint eludi.

Bellarm. 5. *Si peccatum veniale perfecte & proprie eſſet contra legem, tum juſtus ſtatim atque unum aliquod peccatum veniale commiſit, eſſet vere ac perfecte legis prævaricator, & reus omnium cœleſtium præceptorum. Hoc autem abſurdum.*

Proteſt. Non eſt abſurdum, ut juſtus quando injuſte agit, ex rigore legis, incipiat eſſe vere ac ſimpliciter legis prævaricator, & totius auctoritatis ejus violator.

Bellarm. *Scriptura vocat homines ſimpliciter ſanctos, & juſtos, cum peccatis venialibus non carent.*

Proteſt. Non fuerunt juſti ex lege, ſed ex gratia & miſericordia Dei.

Bellarm, 6. *Peccata venalia non excludunt caritatem,*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Excludunt caritatem perfectam quæ eſt juſtitia legalis.

Argumenta noſtra.

Proteſt. Generatim de omni peccato pronunciatur. *Maledictus omnis qui non permanſerit in om~~bus, quæ ſcripta ſunt in* libro *legis*, Deut. 27. *Stipendium peccati mors.* Rom. 6. &c.

Bellarm. 1. *In iſtis, & ſimilibus locis, non de peccatis in univerſum, ſed de ſolis mortalibus agitur.*

Proteſt. Agitur de omnibus illis peccatis, quæ opponuntur juſtitiæ legali: *fac hoc, & vives:* talia autem ſunt omnia peccata in univerſum: inter benedictionem namque, & maledictionem legis, inter opera moralia vitæ, & mortis, non datur medium in lege Dei.

Bellarm. 2. *Si Scripturæ illa peccata venialia comprehenderent, ſequeretur homines juſtos ob ſola peccata venialia reipſa excidere à vita gratiæ.*

Proteſt. Sequitur hoc quidem de juſtitia legali, ſed non de juſtitia & gratia Euangelii, quæ in peccatorum remiſſione conſiſtit.

Bellarm. 3. *Maledictio illa* Deuteronomii 27. *refertur ad violatores mandatorum, quæ in eo ipſo loco tradita fuerant.*

Proteſt. Apoſtolus Paulus Gal. 3. 10. diſertis verbis interpretatur illa verba Moſis, *de omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis ut fiant:* & æque late extendit maledictionem illam, ac benedictionem legis *verſ.* 12. commemoratum, *quiſquis ea fecerit, vivet per ea:* quæ non poteſt reſtringi ad officia illa quæ adverſantur criminibus Deut. 17. proclamatis.

Bellarm. 4. *Paulus* Rom. 6. *de peccato illo diſſerit, quod pugnat cum gratia, & ſimul cum juſtitia conſiſtere non poteſt.*

Proteſt. I. Diſſerit de omni peccato à cujus reatu fideles per Chriſtum liberantur. II. Diſſerit de peccato non perfecte voluntario. *cap.* 7. 20. 24. III. Diſſerit denique de omnibus peccatis, de quibus erubeſcunt reſipiſcentes. *cap.* 6. 21.

14. *Proteſt.* Qui non diligit Deum ex toto corde, &c. ille violat legem & reus eſt mortis, Qui leviter peccat, non diligit Deum ex toto corde, &c. ergo.

Bellarm. 1. *Ita diligere Deum, ut nihil Dei amori anteponatur vel adæquetur, imperatur quidem nobis: ſed eum hac dilectione pugnare negamus peccata venialia.*

Proteſt. I. Quicunque peccat, dum inordinate convertit ſe ad aliud, ille ex parte ſaltem, & interpretative anteponit illud Deo, quatenus in illa parte avertit ſe à Dei lege & voluntate. II. Quod cum fervore charitatis pu-

gnat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

gnat, pugnat ex parte cum charitate, fervor enim eſt gradus in charitate: fervorem autem charitatis per venialia peccata minui, Pontificii ipſi concedunt. Filincius *tract.* 22. *n.* 378 Bonaventura in 2. d. 42. ubi docet etiam hujusmodi peccata *elongare & retardare à Deo.*

Bellarm 2. *Ita diligere Deum, ut ſemper actu Deus cogitetur, & diligatur, & ita ut nihil obrepere poßit, quod ſit præter Dei vel proximi charitatem, nobis in hac vita non proprie imperatur, ſed tantum indicatur.*

Proteſt. I. Quod Deus indicat faciendum, illud proprie imperat: ſecundum illud Mich. 6. 8. *indicavit tibi, o homo, quid ſit bonum: ecquid Iehova requiſivit abs te, niſi ut exerceas jus, &c?* Hæc perfectio dilectionis ſi uſquam in tota Scriptura, in iſto certe præcepto indicatur, *ex toto corde, &c.* quia efficacioribus verbis non poteſt explicari, ſed quicquid hoc præcepto indicatur faciendum, illud etiam proprie imperatur. III. Perplexe deſcribitur à Bellarm. perfectio iſta dilectionis, perfectionem enim habitus, vel diſpoſitionis internæ non attingit neque actuum intenſionem; neque mediatam eorum ad Deum relationem; quibus peccatum omne excluditur, quamvis aliud aliquid cogitetur præter Deum. Sed quam egregii interpretes primarii hujus charitatis præcepti ſint Pontificii, ex iſtis duobus liquere poſſit. Bannes in 2. 2. *q.* 44. *a.* 5. docet *quemlibet actum charitatis, quantumlibet remiſſum, ſufficere ad implendum omnia præcepta. neque ullam determinatam intenſionem requiri, ut aliquis in hac vita adimpleat præceptum dilectionis Dei.* Filincius *Ieſ. tract.* 22. *n.* 286. 287. 290. de tempore quo obligat præceptum charitatis erga Deum, ita tradit: *ſententia omnium probabiliſsima eſt, inter primum initium morale perfecti diſcurſus, & articulum mortis, quamvis intermedium tempus vitæ longum ſit, præceptum charitatis non obligare per ſe niſi ſaltem quinto quoque anno.* ratio ejus eſt *quia cum determinatum tempus non ſit, relinquitur arbitrio ſapientum: ſic autem ſapientes Theologi arbitrati ſunt, Soto, Ledeſma, Suarez.*

Bellarm. 3. *Scriptura teſtatur de variis, qui non fuerunt ab omni peccato immunes, quod toto corde Deum dilexerint.*

Proteſt. Quoad ſynceritatem qualitatis, non quoad perfectionem quantitatis.

15. *Proteſt.* Minima opera bona (ex Pontificiorum ſententia) merentur vitam æternam: igitur & minima peccata merentur mortem æternam.

Bellarm. *Non ſequitur: quia dare minimo operi maximum præmium, ingens liberalitas & miſericordia eſſet. dare autem minimo peccato maximam pœnam, injuſtitia & crudelitas eſſet.*

Proteſt. I. Bellarm. hic effugium quærit manifeſte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

quæſtio eſt de merito operis boni & mali, ille reſpondet tantum de præmio. II. Miſericordiæ ingenti hic tribuit præmium, quod merito dari omnes Pontificii docent ex juſtitia, & *ex condigno*. III. Injuſtitiam, & crudelitatem appellat, quod alii Ieſuitæ juſte fieri poſſe agnoſcunt. *Non eſſet contra juſtitiam* (ait Filincius *tr.* 22. *n.* 277.) *ſi Deus vellet totam charitatem per venialia peccata corrumpi.*

16. *Proteſt.* Quælibet culpa poteſt à Deo puniri pœna mortis æternæ; igitur quælibet culpa natura ſua mortalis, & ſola Dei miſericordia venialis.

Bellarm. *Non poteſt Deus juſte punire peccatum quodlibet etiam veniale, pœna omnium graviſſima, quæ eſt mors æterna.*

Proteſt. De gradu pœnæ in morte æterna non quæritur, ſed ſimpliciter de morte æterna. Hanc autem infligi poſſe juſte pro peccato quod dicitur veniale, oſtendimus modo ex Filincio Ieſuita, qui cum Deum juſte poſſe velle affirmat charitatis corruptionẽ ex peccato veniali ſequi, ſimul affirmat, juſte eum poſſe tale peccatum plectere morte æterna, quæ neceſſario ſequitur ex charitatis corruptione. Azorius Ieſuita. *lib.* 3. *cap.* 9. apertius & plenius, qui ſententiam Gerſonis, *p.* 3. *tr. de vita ſpirit. lect.* 1. Corol. 1. docentis *omne veniale peccatum dignum eſſe pœna æterna*, hoc ſenſu approbat: *quod nimirum veniale peccatum niſi quia eſt ab homine juſto. Dei gratia & charitate prædito commiſſum, perpetuo puniretur.* juſte igitur à Deo puniri poſſit pœna æterna. ratio eſt, quia niſi ex gratia condonaretur, peccatum ipſum in æternum permaneret.

17. *Proteſt.* Malum culpæ, etiam leviſſimæ, majus eſt quolibet malo pœnæ. potius enim ſubeunda eſt quævis pœna, quamvis graviſſima, quam peccatum aliquod etiam leviſſimum perpetrandum. igitur juſte poteſt quælibet culpa à Deo puniri quavis pœna: etiam mortis æternæ.

Bellarm. *Non debetur culpæ, ex ratione juſtitiæ, maximum aliquod malum ſimpliciter, ſed malum pœnæ, quod cum malo culpæ proportionem habet.*

Proteſt. Argumento adhuc manet ſuum robur. quæritur enim annon pœna æterna ſit ſupra proportionẽ culpæ, quæ majus eſt malum qualibet pœna: quæritur etiã, an injuſtum & crudele ſit, minus malum infligere pro majore admiſſo.

18. *Proteſt.* Peccatum quod dicitur veniale poteſt nunquam remitti: ergo ſemper puniri poteſt.

Bellarm. 1. *Per accidens fieri poteſt, ut in omnem æternitatem minime deleatur, & ſic per accidens ſemper puniri, ſed non per ſe.*

Proteſt. 1. Per accidens id fieri poſſe à Deo Bellarminus hic affirmat, quod paulo antea juſte fieri poſſe negavit. II.

vit. II. Per ſe nunquam deletur ullum peccatum, ſed per gratiam Dei. quod autem Deus facit ex gratia, illud poteſt non facere.

Bellarm. 2. *Cum Deus promiſerit remiſſionem, ſi nos remiſerimus,* Matt. 6. *profecto ſi non abſolute, certe ratione promiſſionis & pacti, non poterit non remittere, ſi & nos remiſerimus*

Proteſt. I. Quæritur abſolute de natura & merito peccati in ſeſe ſecundum juſtitiam, non de promiſſione ſecundum gratiam. II. Hoc ſophiſmate concludere poteſt Bellarminus peccata etiam mortalia eſſe ſua natura venialia, quia Deus etiam eorum remiſſionem promiſit reſipiſcentibus.

Bellarm. 3. *Si vellet Deus non condonare peccatum veniale, temporalem tantum, non autem ſempiternam ejus pœnam exigere poſſet.*

Proteſt. Pontificii igitur viam tandem invenerunt, qua peccati reatus tolli poſſit, ſine ulla Dei gratia condonante: qua inſania an alia aliqua majore fruantur, merito poteſt dubitari.

CAP. II.

DE CAVSA PECCATI.

Status quæſtionis.

THESIS I.

BEllarm. *Si ſub his verbis controverſia proponatur: An Deus ſit auctor malorum, &c. nulla quæſtio erit Siquidem hoc adverſarii cum Catholicis negant. Fruſtra igitur laboraremus, niſi antea doceremus, eos reipſa ſentire, quod verbo profiteri non audent.*

Proteſt. I. Calumniandi potius hic quam diſputandi artem profitetur Bellarm. dum controverſiam in illa ſententia ſtudet collocare, quam ab utraque parte negari fatetur: controverſia nulla eſt abſque contradictione, in qua idem affirmatur & negatur. II. Provenit etiam ab impotenti ſtudio calumniandi, quod controverſiam non ſtatuat in iis quæ à noſtris docentur, ſed in eorum conſectariis, ſive fictis, ſive veris. Eſt ac ſi nos quæſtionem conſtitueremus: *an Idololatria ſit licita & laudabilis*, & affirmationem Pontificiis tribueremus, quia hoc neceſſario ſequitur, ex eo quod illi docent, de religioſo cultu imaginibus & aliis creaturis licite ac laudabiliter deferendo. III. Si Bellarm. animus tanto impetu ferebatur in eos qui faciunt Deum authorem peccati, non opus fuit ut magno labore, & circuitu ſequelarum noſtros in tales trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

transformaret : habuit Dominicanos, quos Ieſuitæ hujus criminis accuſant : habuit nonnullos Scholaſticos, qui verbis diſertis hoc dicuntur profeſſi : ſic enim Medina in 1. 2. *q*. 79. *a*.2. *Ocham, & Gabariel affirmant, quod Deus in rigore, & in proprietate locutionis eſt cauſa peccati.* IV. Negamus hoc ſequi ex iis quæ a noſtris docentur.

2. Bellarm. *Sententia Zuinglii, Calvini, & Bezæ, de cauſa peccati ex parte Dei, quinque propoſitionibus comprehendi poteſt.*

Proteſt. I. Debuit igitur de iſtis propoſitionibus diſputari ab adverſario, non de conſectario, quod nullus eorum agnoſcit, II. Debuit etiam propoſitionibus, oppoſitis Pontificiorum ſententiam explicare, ut collatio fieret utriuſque ſententiæ, ad veritatem certam illuſtrandam. Sed hic aqua hærebat. *Circa iſtam quæſtionem, utrum omnis actio ſecundum quod actio ſit à Deo? (obſervat Bonav. in 2. d. 37.) Diverſæ fuerunt poſitiones adeo magnorum virorum, & adeo rationabiles, ut nec Magiſter auſus fuerit definire, quæ earum magis contineat veritatem.* Poſt illa vero tempora, præſertim ab ortu Ieſuitarum, tanta potentia fuit factionum contra de huiuſmodi quæſtionibus ſentientium, ut nec Magiſter ipſe fidei, Pontifex Romanus; ullis vel appellationibus, vel ſupplicationibus adduci potuerit, ut certi aliquid de iis definiret. Bellarm. igitur, ſicut callidum ſophiſtam decebat, de communi Pontificiorum ſententia nulla verba facit, ſed obiter ſuam innuit, a magis recepta plane diverſam, ſicut poſtea patebit. III. Iſtæ ipſæ propoſitiones, eo ſenſu, quo a noſtris aſſeruntur, a Pontificiis multis adverſus Ieſuitas defenduntur : ſicut in ſingulis fiet manifeſtum.

3. Bellarm. 1. *Docent Deum non ſolum permittere ſed etiam velle fieri quæcunque fiunt ab hominibus peccata.*

Proteſt. Hoc eſt, Deum non otioſa, aut mere negativa permiſſione circa peccati exiſtentiam verſari, ſed permiſſione voluntatis, eventum ipſum præfinientis. Hoc eſt quod Bradvvardinus, Doctor profundus, ante aliquot ſecula ſcripſit pro cauſa Dei, contra Pelag. *lib.* 1. *cap.* 33. *Reſpectu cujuſcunque eſt Dei permiſſio, eſt & ejus volitio actualis.*

4. Bellarm. 2. *Docent Deum non ſolum velle fieri, ſed etiam ab æterno decreviſſe ut fierent, quæcunque fiunt ab hominibus peccata; idque non præviſa determinatione voluntatis humanæ, Deum enim dicunt non diſcernere quidquam, quia præſcit futurum, ſed præſcire futura, quia ipſe decrevit ut fierent.*

Proteſt. Hoc eſt, Quicquid Deus in tempore vult, quatenus vult, ab æterno voluit & decrevit : & hujus decreti firmitas non pendet proprie ex hominis contingenti ac mutabili voluntate. Nunquam ne hoc legit Bellarm. niſi in

niſi in Zuinglio, & Calvino? Alvarez inter alios *diſp.* 22. 7. de hac ſententia: *Deus æterno ſuo decreto, atque abſoluta & efficaci voluntate prædeterminavit omnes actus noſtros in particulari, ante eorum prævisionem, & independenter ab omni ſcientia media liberæ cooperationis futuræ ex hypotheſi*, ita teſtatur: *Hæc eſt ſententia Thomæ, & omnium Thomiſtarum. Scoti, Vegæ, & ſanctorum Patrum.*

5. Bellarm. 3. *Docent etiam Deum imperare Satanæ, & improbis hominibus, ut concipiant maleficia, eosque ad hoc inclinare, impellere, & etiam cogere.*

Proteſt. Phraſes iſtæ imperandi, impellendi, & cogendi ad maleficia, à noſtris non frequentantur, neque ut propriæ approbantur. Neque tamen neſcius fuit Bellarminus iſtiuſmodi phraſes commode poſſe explicari ſic enim ipſemet, *cap.* 13. *Deus dicitur per quendam tropum, imperare, atque excitare ad malum. Præſidet ipſis voluntatibus malis, eaſque regit, gubernat, torquet, & flectit, &c.* Quod ad rem ipſam attinet, nihil aliud volunt noſtri, quam quod ſcholaſtici docent Thomiſtæ: *Deus motione prævia efficaciter applicat voluntatem creatam, ut libere & infallibiliter operetur, ſicut etiam applicat alias cauſas ſecundas, ut naturaliter operentur. Alvarez. diſp.* 23. 9.

6. Bellarm. 4. *Docent etiam Deum operari in mentibus hominum impiorum, & per eos, tanquam per ſua inſtrumenta facere omnia, quæ reſpectu hominum dicuntur & ſunt vere peccata.*

Proteſt. Quod ad phraſes iſtas attinet, ſunt ex Scriptura petitæ: & à Bellarmino *cap.* 13. approbatæ: *Deus dicitur uti malis impiorum voluntatibus, tanquam inſtrumentis, inviſibiliter in eis operatur.* Senſus noſtrorum non eſt alius quam qui à Thomiſtis approbatur. *Hominis voluntas eſt quodammodo Dei inſtrumentum, non purum & merum, ſed liberum. Alvarez. diſp.* 68. 5.

7. Bellarm. 5. *Docent ea quæ reſpectu hominum ſunt vere peccata; tametſi fiant Deo volente, definiente, imperante, operante, tamen reſpectu Dei, non eſſe peccata ſed opera bona, juſta, quia homines mala intentione, Deus autem bono conſilio illa omnia facit.*

Proteſt. I. Pars antecedens diſcretæ hujus propoſitionis, jam antea ſatis eſt explicata: & ex eadem conſequens eſt clara. Sed illa duo tamen non admittimus: Deum ſcilicet peccatum facere qua tale; & Dei & hominis circa actum peccati concurſum intentione tantum & conſilio differre. II. Bradvvardinus ante annos trecentos *lib.* 1. *cap.* 34. ita docebat: *Quilibet actus reſpectu Dei auctoris eſt juſtus: quare & omne neceſſario conſequens actum quemcunque: ſi enim antecedens eſt juſtum, & quodlibet ejus conſequens juſtum erit, ſicut & verum: & aliquis talis actus, & aliquod ipſum neceſſario conſequens eſt peccatum. Videtur ergo, quod non ſit aliqua inordinatio, deformitas aut peccatum ſimpliciter in toto univerſo, ſed ſecundum quid tantummodo, reſpectu videlicet inferiorum cauſarum, ordinationem ſuperioris cauſæ volentium licet non valentium perturbare.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Attendendum jam ad concluſiones quas Bellarminus ex propoſitionibus illis deducit.

8. Bellarm. *Qui impellit, & cogit alium ad opus quodcunque faciendum, ejuſdem operis auctor primarius eſt, ſed Deus ex adverſariorum ſententia hoc facit in peccatis, ergo Deus ſententia adverſariorum auctor primarius eſt eorum peccatorum quæ ab hominibus perpetrantur.*

Proteſt. I. Deus non cogit voluntatem, quæ ſi cogeretur, deſineret eſſe voluntas. II. Qui impellit aut movet alterum, non moraliter ſuadendo, ſed intime dirigendo, ad libere faciendum illud in quo peccat, & illud facit jure dominii ſupremi, in finem bonum, quem inde certo aſſequetur, ille non eſt auctor ſed ordinator peccati. Hoc autem totum eſt quod Deus facit. III. Vel Bellarm. confundit opus, aut actum qua talis eſt, cum peccato, vel quatuor terminorum ſophiſma proponit. At vero communis eſt ſententia Thomiſtarum & Scholaſticorũ etiam reliquorum, *actum peccati in quantum actus eſt, à Deo eſſe tanquam à cauſa, ſed deficientiam, & inordinationem actus eſſe à cauſa deficiente non à Deo. Alvarez. diſp.* 24.

9. Bellarm. *Opus quodcunque magis pertinet ad imperantem, quam ad exequentem. Sed ex adverſariorum ſententia Deus jubet Satanæ & impiis, ut maleficia concipiant, &c. ergo.*

Proteſt. I. Si Deus imperaret alicui actum, qui alias ex lege communi eſt peccatum, illi cui extra ordinem imperaretur, non eſſet peccatum, nedum Deo. contradictio eſt enim, ut idem actus eadem ratione eſſet & ſecundum, & contra voluntatem Dei revelatam. II. Reſponſum eſt ſupra, ex ipſo Bellarm. *cap.* 13. Deum in Scripturis, & ſic a noſtris imperare dici peccata per tropum, reſpectu efficacis providentiæ circa peccatum verſantis inſtar imperii.

10. Bellarm. *Qui utitur inſtrumento, auctor eſt primarius ejus operis, quod ipſe per inſtrumenta facit. Sed (ex ſententia adverſariorum) impii dum peccant, ſunt inſtrumenta Dei. ergo Deus eſt auctor peccatorum.*

Proteſt. I. Quatuor ſunt termini, opus enim quod Deus per impios facit, qua tale, non eſt peccatum, ſed judicium juſtum. II. Qui utitur quaſi inſtrumento homine libere deficiente, ad efficiendum quod bonum eſt, non eſt auctor defectionis. III. Impii dum peccant non ſunt proprie inſtrumenta Dei mota ſcilicet ſine interno principio motus, ſed metaphorice, ita ſcilicet mota ut libere moveant ſemetipſa.

11. Bellarm. *Qui procurat, & quidem efficaciter, ut aliquis peccet, is*

cet, is ejus peccati veriſſimus auctor dici debet. Sed (ex ſententia adverſariorum) Deus efficaciter procuravit primi hominis peccatum. ergo.

Proteſt. Efficax procuratio eſt vel ordinationis tantum & gubernationis exiſtentiam rei inferentis, vel etiam effectionis rem ſua vi producentis: priore ſenſu propoſitio eſt falſa, & aſſumptio poſteriore.

Prætermiſſis reliquis blaſphemiis quæ apud Bellarminũ profligata iſta calumnia nituntur, inquiremus breviter in reſponſiones Bellarm. quibus argumenta noſtrorum pro efficaci Dei providentia in ordinatione peccati ſolvi poſſe putat.

12. *Proteſt.* Varia ſunt teſtimonia Scripturæ, quibus ſignificatur, Deum velle & decreviſſe illa quæ ab hominibus cum peccato fiunt. Gen. 45. 1. Actor. 2. 23. & 4. 28.

Bellarm. 1. *In malis operibus ſæpe accidit, ut actio ſit mala, & paſſio bona. Deus igitur voluit ac prædefinivit opera iſta virtutum, ſummæ ſcilicet patientiæ, quæ in paſſione conſiſtunt, cum voluit, ac prædefinivit, ut Ioſeph venderetur, & Chriſtus occideretur: opera autem mala vendentium, & occidentium, non voluit, nec prædefinivit.*

Proteſt. I. Sophiſtice admodum & abſurde conſtituit Bell. opera virtutum aut patientiæ, in mera paſſione, opus vel actio virtutis non eſt proprie paſſio: ſed actio. II. Si tamen Deus prædefinivit ab æterno opera virtutum, tum inde ſequitur decretum Dei antecedens non tollere libertatem, & laudem, atque adeo nec vitium alicujus actionis. III. Actio & paſſio ſunt unus & idẽ motus. paſſio igitur non poteſt præfiniri ſine actione. IV. Paſſio ſine actione ne conſiderari quidem poteſt, niſi generaliter; confuſe, & indeterminate. Hujuſmodi autem præfinitiones a Dei perfecta providentia ſunt prorſus alienæ. *Abſit (ait Bradwardinus, lib. 1. cap. 34.) quod Deus quicquam velit in univerſale, & confuſe, & illud nolit in particulari & diſtincte. Paſſio Chriſti (addit Alvarez, diſp. 22. 19.) in individuo fuit à Deo prædefinita, pro definitione perfecta: ergo omnes circumſtantiæ, quæ concurrunt ad individuationem illius, prædeterminata ſunt æterno Dei decreto: ſed ad talem individuationem etiam concurrit intenſio actus, & extenſio ad tales perſonas.*

Bellarm. 2. *Ad hoc ut infallibiliter fieret, quod Deus voluerat, & prædefinierat, ut videlicet Ioſeph venderetur. & Chriſtus occideretur; ſatis erat Deum prævidiſſe malas voluntates fratrum Ioſeph, & Iudæorum, ac Pilati, & ſimul voluiſſe permittere, ut malæ illæ voluntates ſuo tempore patrarent quod ſcelerate conceperant.*

Proteſt. Hac ratione, I. Infallibilitas divini Decreti penderet ex fallibili voluntatis humanæ inclinatione, II. Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

II. Præſcientiæ Dei certitudo, extra Deum ſuam primã cauſam & rationem haberet. III. Chriſti mors diſtincte non fuiſſet prædefinita, niſi ex occaſione malitiæ eorum a quibus fuit crucifixus perſuadeat hæc Bell. ſuis Dominicanis. IV. Matthæus de Riſpolis, *lib.* 1. *quæſt.* 1. *concl.* 1. in fine, ſic argumentatur ex hoc reſponſo: *Deus videt Petrum peccaturum infallibiliter, ſi in talibus occaſionibus poneretur: & in talibus occaſionibus ponit eum Deus: ergo Deus eſt cauſa peccati Petri.* Neque facile ſolvetur hoc argumentum ſi concedatur Bellarm. principium: *qui aliquo modo procurat peccatum, ille eſt auctor peccati.* Deus enim dum ponit hominem in illis occaſionibus, ex quibus peccaturum eum novit, & non in illis ex quibus eum peccato reſiſtere voluiſſe videt, totum illud facit, quod (Bellarm. ſententia) facere poteſt ad peccatum illius hominis procurandum. V. Si Deus ab æterno malas hominum voluntates diſtincte & certo vidit. tum vidit eas prout aliquam entitatem habuerunt ab æterno, & proinde ut a voluntate ipſa Dei aliquo modo pendebant.

15. *Proteſt.* Deus dicitur creaſſe impium ad diem malum. *Prov.* 16. feciſſe vaſa in contumeliam. Rom. 9. & excitaſſe Pharaonem ut oſtenderet in ipſo virtutem ſuam. ibid.

Bellarm. *Deus creat impios materialiter, id eſt, eos creat quos videt futuros impios, ut eorum impietate utatur ad juſtitiam & potentiam ſuam manifeſtandam.*

Proteſt. Hoc totum eſt quod in hoc argumento, probatum imus, Deum creare illos quos videt ſua permiſſione impios futuros, ut eorum impietate ad ſuam gloriam utatur. creat cum voluntate permittendi, ad certum aliquem finem per peccata ſic permiſſa conſequendum. Diſſenſio eſt in ratione prævifionis tantum, de qua jam dictum eſt quantum iſte locus admittit.

14 *Proteſt.* Deus in Scripturis dicitur impellere homines ad ea quæ ipſis ſunt peccata; & iis quaſi inſtrumentis uti ad ea opera quæ ſine peccato perfici nequeant. 1. Sam. 24. 1. 2. Sam. 16. 10. 1. Reg. 11. 37. & 12. 15. 24. & 22. 20. 2. Reg. 10. 30. Iob. 1. 12. Ieſ. 10. 5. 15. & 13. 17. Ier. 51. 1. Ez. 12. 13. Pſ. 44. 19. & 105. 25. & 119. 36. & 141. 4. Matt. 6. 13.

Bellarm. 1. *Deus non ſolum permittit impios agere multa mala, nec ſolum deſerit pios, ut cogantur pati quæ ab impiis inferuntur; ſed etiam præſidet ipſis voluntatibus malis, eaſque regit, & gubernat, torquet & flectit, in iis inviſibiliter operando, ut licet vitio proprio malæ ſint, tamen à divina providentia ad unum potius malum quam ad aliud, non poſitive, ſed permiſſive ordinentur.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Vltima illa limitatio *permiſſive*, non poteſt ad totam *providentiam præſidendi, regendi, gubernandi, torquendi, flectendi* referri, ſine manifeſta contradictione. II. Iſta verba amplius aliquid ſonant, quam nos poſtulamus aut etiam probamus. III. Si Deus ordinat homines ad unū malum potius quam ad aliud patrandum, tum ordinat ad peccatum: eſt enim aliquid peccati in uno malo, (in inceſtu ſcilicet Abſalonis, & in odio & occiſione Chriſti) quod non eſt in alio.

Bellarm. 2. *Deus inclinat voluntates malas ad unum potius quam ad aliud, etiam poſitive, ſed occaſionaliter, & moraliter, immittendo cogitationem aliquam bonam, ex qua malus occaſionem ſumat judicandi, melius eſſe huic nocere, quam illi, ſive huic potius iniquitati ſervire quam illi.*

Proteſt. Qui occaſionem alicui præbet peccandi, in illum finem ut peccet, ſciens etiam eum ex illa occaſione, & non alias, eo modo peccaturum, ille certe recte & vere dicitur peccatum illud procurare.

15. *Proteſt.* Deus dicitur corda hominum excœcare, & indurare.

Bellarm. 1. *Deus non eſt cauſa excœcationis & indurationis poſitive, ſed negative, videlicet permittendo, deſerendo, non miſerendo.*

Proteſt. I. Non eſt cauſa poſitive, ſed negative, hoc nihil aliud eſt, quam non eſt cauſa, ſed eſt cauſa, ſine vi cauſandi, omnis enim vis cauſæ, eſt poſitiva, non negativa. II. Accuratius multo rem explicat *Bonav. in 1. diſt. 41, obduratio in quantum pœna eſt, dicit anima ineptitudinem, & ita dicit defectionem pœnalem & pœna omnis in quantum talis eſt, eſt juſta & ordinata: in quantum ergo ordinata eſt, habet cauſam ordinantem, ſcilicet retribuentem divinam juſtitiam*, ſimilia habet Thomas 12.*q*.79.*a*.3.

Bellarm. 2. *Cœcitas mentis, ut etiam cordis obduratio, eſt peccatum, cauſa, & pœna peccati.*

Proteſt. Si ſit pœna, tum pendet a Deo judice non negative, ſed poſitive eam ex juſtitia volente & decernente.

Bellarm. 3. *Illa ſola permiſſio ac deſertio excœcatio & obduratio dicitur, ex parte Dei, qua fit, ut homo juſto Dei judicio, peccata præterita punientis, ita diſtituatur auxilio divino, ut non poſſit moraliter non cadere.*

Proteſt. Tam igitur excœcatio & obduratio, quam peccatum quod ex eadem ſequitur, fit juſto Dei judicio: judicium autem non eſt mera negatio.

Bellarm. 4. *Hac deſertio, ſecundum morem loquendi Scripturæ, recte ſignificatur per vocabula actionem exprimentia.*

Proteſt. Cur igitur vexamur nos calumniis, cum rectū iſtum Scripturæ morem obſervamus? 16. *Pro-*

16. *Proteſt.* Si Deus nullo modo lapſum decrevit & præordinavit, tum ambiguo hominem creavit: ſed falſum hoc: ergo & illud.

Bellarm. 1. *Licet Deus non decreverit, neque voluerit, ut primus homo peccaret, tamen præſcivit eum peccaturum ſi conderetur, qualis conditus eſt, &c. & ex illa præſcientia condidit hominem in finem certum.*

Proteſt. Præſcientia rei futuræ, ſi ſit certa, certam & immobilem aliquam cauſam penetrat, & comprehendit, ex quam illa res eſt futura: ſed nulla talis fuit ab æterno præter Dei voluntatem & decretum. hæc igitur præſcientia voluntatem & decretum Dei ſupponit.

Bellarm. 2. *Deus cognitione ſimplicis intelligentiæ, cognovit hominem caſurum, ſi conderetur, etiam antequam eum condere decerneret.*

Proteſt. 1. Cognitio ſimplicis intelligentiæ, ſecundum Thomam, & omnes Thomiſtas, cum omnibus Scholaſticis, eſt eorum quæ poſſunt fieri, qua talia: non eorum quæ fiunt, quorum ſcientia rectè dicitur eſſe viſionis. Hæc igitur ſecundum illos eſt contradictio: Deus cognitione ſimplicis intelligentiæ cognoſcit futura. 2. Hæc propoſitio: ſi homo condatur, cadet, ſi connexio vel conſequentia partium ſpectetur, eſt ſimpliciter falſa: non præſt igitur illa ratione objectum idoneum eſſe ſcientiæ divinæ. Si vero ut ſimplex propoſitio accipiatur, tum illa ratione magis fuit ante decretum Dei ſcibilis, quam quæ in illa continentur: homo condetur: homo cadet: quorum veritatem atque adeo ſcientiam decreto Dei poſteriorem eſſe res ipſa clamat.

Bellarm. 3. *Priora ſunt in Deo, quæ neceſſaria ſunt, quam quæ ſunt libera: neceſſarium autem eſt Deum cognoſcere omnia omnino quæ cognoſci poſſunt: non fuit autem neceſſarium, ſed liberum, ut Deus decerneret hominem condere: ergo cognitio illa conditionalis propoſitionis, nimirum ſi homo creetur peccabit, prior eſt, quam decretum de ſtatum hominis condendi.*

Proteſt. Ineptus iſte paralogiſmus ſuis omnibus pedibus graviter laborat. Nam 1. Illa quæ ex naturali & neceſſaria Dei perfectione ſequuntur intercedente libera Dei voluntate, non ſunt libera voluntate priora. Neceſſarium eſt, ut Deus conſervet quod vult durare, conſervatio tamen non eſt prior libera voluntate rem duraturam condendi. 2. Cognitio rei futuræ, ab omnibus Scholaſticis rectè vocatur ſcientia libera, & opponitur neceſſariæ & naturali, quæ eſt poſſibilium tantum. 3. Si hoc eſſet neceſſarium: ſi homo creetur peccabit, tum non fuit in Dei poteſtate hominem ita creare, ut non peccaret.

4. Neque illa propoſitio: ſi homo creetur, cadet, neq ulla alia de futuro contingenti, poteſt cognoſci ante d cretum divinæ voluntatis, quia in illo rationis mome to, neque veritatem, neque entitatem habet ullam dete minatam: quod ſolidè probat Alvarez, *diſp.* 13.

Bellarm. 4. *Si daremus, Deum non prævidiſſe, antequam dece neret hominem creare, quid homo facturus eſſet ſi crearetur: non t men ſequeretur in ambiguum finem hominem fuiße creatum: cr enim Deus ad gloriam ſuam, an autem homo miſericordiam, an juſ tiam Dei experturus eſſet, ambiguum aliquo modo fuiſſet, ſed abſq detrimento gloriæ Dei.*

Proteſt. Summa reſponſionis hujus eſt, ambiguum po Deo eſſe finem alium quemlibet creaturæ, præter ult mum, & illum etiam ipſum, quoad modum ejus diſti ctum, ita ut nullum finem proponeret ſibi Deus in crea do, præter gloriam ſuam generaliter & confuſè ſpect tam, ſi hoc non cedat in detrimentum gloriæ Dei, tu Sophiſta quilibet, de ſuo dogmate falſiſſimo, quoad gl riam Dei poteſt eſſe ſecurus.

17. *Proteſt.* Provenit à Dei decreto, non à natura, qu omnes homines in Adamo peccaverint.

Bellarm. *Factum eſt omnino naturaliter, ut primo homine c dente, genus humanum univerſum caderet, Naturam enim in ſe p mus homo vitiavit, cum juſtitiam illam originalem amiſit, qu Deus illi pro ſe, & pro toto genere humano donaverat.*

Proteſt. I. Ludit hic Bellarm. ambigua ſignificatio vocis illius, *naturaliter:* nam ipſemet obſervat (lib. Gratia primi hom. *cap.* 5.) *naturale aliquando dici, id omne q habetur à nativitate; qua ſignificatione* (addit) *dicimur nat filii iræ.* Hoc autem ſenſu quod naturaliter fieri dicitu non opponitur ordini a Deo præter naturæ curſum d creto. II. Naturam Adamus in ſe vitiavit; quia ex D ſingulari voluntate conſtitutus fuit principium & put, continens & repræſentans totum genus humanu III. Iuſtitiæ originalis propagatio fieri non potu niſi ex voluntate Dei: ergo nec privationis ejus, pecc originalis. IV. Ex Dei voluntate provenit, quod t fuerit pactum; quod ſecundum pacti violati conditi nem hæc pœna fuerit inflicta; & quod omnes & ſing mortales Adami poſteri naſcantur.

18. *Proteſt.* Homo non poteſt labi, Deo invito, vel ign rante, vel ocioſè ſpectante: ergo lapſus eſt Deo volent

Bellarm. *Lapſus eſt homo Deo permittente.*

Proteſt. Iſta permiſſio vel fuit ſecundum, vel cont voluntatem Dei, vel Deo ignorante, vel futurum lapſu otioſe ſpectante. Argumentum igitur manet immotum

19. *Prot*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

19, *Proteſt.* Deus ab æterno decrevit juſtitiam & mi-ſericordiam ſuam manifeſtare. ergo voluit aliquo modo ut peccatum exiſteret, ſine quo ad iſtos fines non perve-niſſet.

Bellarm. 1. *Non fuit neceſſarium abſolutè, ut Deus miſericor-diam & juſtitiam ſuam mundo patefaceret.*

Proteſt. Sed fuit neceſſarium abſolutè, ut quod de ju-ſtitiæ & miſericordiæ manifeſtatione decreverat illud certo perficeretur.

Bellarm. 2. *Potuiſſet Deus miſericordiam & juſtitiam ſuam oſtendere, etiam ſi peccatum nunquam exſtitiſſet.*

Proteſt. Non talem juſtitiam & miſericordiam, qualem in æterno Dei decreto propoſitam fuiſſe eventus oſten-dit.

20. *Proteſt.* Deus concurrit ad actionem illam efficien-tiam, quæ homini eſt peccatum.

Bellarm. *Deus non efficit actionem illam ut cauſa particularis, ſed ut cauſa univerſalis, præbens vim & influxum quendam indiffe-rentem, & communem ad illam actionem, & ad contrariam, qui à concurſu ſecundæ cauſæ limitatur.*

Proteſt. Novum iſtud commentum Ieſuitarum, ſolidè refutatur à Thomiſtis, uti videre eſt apud Alvarez, *diſp.* 1. quia facit providentiam Dei confuſam, imperfectam, à creatura pendentem, ut ab ipſa perficiatur. Sed unam rationem adfert Alvarez, ad iſtam quæſtionem de cauſa peccati propriè ſpectantem, & eo nomine præ cæteris hoc in loco commemorandam. *Si concurſus Dei generalis eſt indifferens, ad actum virtutis & actum vitii virtuti oppoſitum, ſe-quitur, Deum cum voluntate creata ſe determinante ad peccandum concurrere ad ipſum peccatum abſolutè loquendo. Qui enim voluntarie præbet alteri concurſum indifferentem, & expoſitum ad producendum opus virtuoſum, aut peccatum, prout ſibi placuerit, revera concurrit ad peccatum. ſi determinetur ex voluntate alterius ad idem peccatum effi-ciendum, &c.*

CAP. III. *De Peccato Originali.*

Quamvis apud Bellar. occurrant alia multa quæ de hac materia ita traduntur, ut à noſtris merito caſtigen-tur; unica tamen eſt controverſia gravis, de qua le-gitimam cum noſtris inſtituit diſputationem. Quæ-ſtio eſt, utrum corruptio naturæ, ac præſertim con-cupiſcentia, per ſe, & ex natura ſua, qualis invenitur etiam in baptizatis, & juſtificatis, ſit propriè pecca-tum, Pontificii negant, nos affirmamus. Hic autem di-ligenter animadverti debet (quod non ſolet obſer-

vari) Pontificios, quamvis quæſtionem iſtam proponere ſoleant de juſtificatis tantum, idem tamen apertè ſentire de iis qui poſt Baptiſmum, dominante iis peccato, ſunt injuſti. Per Baptiſmum enim ita abſolvi docent hominem a debito juſtitiæ originalis, ut concupiſcentia poſtea regnans non habeat rationem originalis peccati. Bonav. in 2.diſt.32.5.6.7. Quum autem concupiſcentia eodem planè modo ſit in omnibus injuſtis, evidenter ſequitur, Pontificios in hac cauſa pro Pelagianis pugnare, qui originale peccatum ſimpliciter negant.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllar. Iac. I. *quatuor diſtinguuntur ab Apoſtolo. Concupiſcentia, Suggeſtio, delectatio, & conſenſus & concupiſcentia non appellatur peccatum, ſed partus ejus: concupiſcentia parit peccatum.*

Proteſt. I. Ridicula eſt argumentatio tota: quia vis eju nititur iſtis axiomatis: *Quod a Iacobo in illo loco non vocatu peccatum, illud non eſt peccatum: Quod parit peccatum, non eſt peccatum.* II. Aliena eſt concluſio, & planè Pelagiana. Cum enim Iacobus generaliter hæc affirmet de omnibus tentatis, *(unusquiſque tentatur)* ſi docet concupiſcentiam non eſſe peccatum, de non baptizatis & infidelibus non minu hoc docet quam de fidelibus & baptizatis. III. Concupiſcentia dicitur parere peccatum, eo modo quo interna animi rectitudo (quæ eſt juſtitia) parit juſtitiam, id eſt completum actum, de quo nomen & natura totiu motus, & principii ejus uſitatè & propriè maximè prædicatur.

Bellar. I. *Cur ergo Iacobus peccatum operis diſtinxit à peccat conſummato?*

Proteſt. Non diſtinguit ut varia peccata, ſed ut peccatum ſimpliciter admiſſum, diſtingui debet à peccato abſque reſipiſcentia dominante.

2 Bellarm. *Paulus* Rom.7.17.18. *ſatis apertè docet, concupiſcentiam in homine juſtificato non eſſe propriè peccatum, quod rem facere poſſit.*

Proteſt. I. Secundum hoc argumentum primum evertit. In illo enim concupiſcentia peccatum eſſe negabatu quia uno in loco non appellatur peccatum: ſed in iſto capite eadem concupiſcentia decies peccatum vocatur, & ſemel in his ipſis verbis à Bellarm. allegatis: *peccatum qu in me habitat:* annon fortius eſt argumentum, quod petitu ab eo quod dicitur, quam quod pendet ex eo quod di

ferti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſertis verbis non dicatur? II. Sophiſticè mutatur quæſtio, nam loco hujus concluſionis: *non eſt propriè peccatum*, ſubſtituitur alia: *non eſt propriè peccatum, quod reum facere poſſit.* Impotentia enim reum faciendi, reſpectu hominis juſtificati, qualiſcunque ſit, non pendet ex natura concupiſcentiæ, de qua ſola diſputatur, ſed ex gratia & miſericordia Dei, III. Falſum eſt, Apoſtolum hoc docere: concupiſcentiam non eſſe propriè peccatum, quod reum facere poſſit.

Bellarm. 1. *Dicit motum concupiſcentiæ non eſſe ſuum opus, ac per hoc non poſſe ſibi imputari.*

Proteſt. I. Non dicit, non poſſe ſibi imputari, ſed innuit, per gratiam Dei non imputari. II. Non vult abſolutè, motum illum non eſſe ſuum: fatetur enim *verſ. 15. & 19. ſe perpetrare, ſe facere, ſe agere*, & illa ratione, *ſubjici peccato verſ. 14.* ſed intelligit, non eſſe ſuum opus comparativè, & ſecundum partem illam regenitam, qua ab illo efficaciter diſſentiebat.

Bellarm. 2. *Addit Apoſtolus, hujuſmodi malum non eſſe in ſe, ſed in carne ſua.*

Proteſt. Bellarm. hoc addit. Apoſtolus enim contrarium planè dicit: *peccatum quod in me habitat: in me, id eſt, in carne mea, &c.*

Bellarm. 3. *Quamvis in multis locis divinæ ſcripturæ, ſine dubio, per carnem intelligantur omnes potentiæ, tum ſuperiores, tum inferiores per peccatum corruptæ, tamen in ſeptimo cap. ad Romanos, negamus carnem ſumi pro toto homine, atque aſſerimus accipi pro altera parte tantum, quæ vires inferiores complectitur.*

Proteſt. Caro in cap. 7. ad Rom. neceſſario debet accipi pro propria ſede concupiſcentiæ malæ. At vero Scholaſtici ipſi fatentur, concupiſcentiam eſſe in omnibus animæ viribus, ita ut voluntas ipſa ſit corrupta, & per conſequens aliæ vires. *Alex. Alen. p. 2. q. 105. m. 7. a. 3.* Bonav. in 2. *d. 32.* etiam diſertis verbis teſtatur, concupiſcentiam, prout accipitur 7. ad Rom. eſſe etiam in *vi appetitiva rationali*, id eſt, in voluntate. addit etiam *concupiſcentiam eſt in rationali parte formaliter.*

Bellarm. 4. *Si per carnem intelligeretur totus homo, non vere diceret Paulus, non ego operor illud.*

Proteſt. Imo vero, niſi per carnem intelligeretur totus homo uno reſpectu, & per ſpiritum totus etiam, ſed alio reſpectu, non verè diceret Paulus *ego facio, & ego non facio, v. 15. & 17.* Totus homo eſt principium *quod*, operationis tam malæ, quam bonæ: ſed principium *quo*, in operatione mala eſt corruptio, & gratia in operatione bona.

Bellarm. 5. *Quorſum attinet illa correctio: in me, id eſt, in*

carne mea, ſi in toto homine eſt illud malum, de quo loquitur?

Proteſt. Eo ſpectat, ut oſtenderet quo reſpectu etiam homo ex gratia ſanctificatus, ſit adhuc ex ſeſe carnalis & malus.

Bellarm. 6. *Apoſtolus diſertis verbis diſtinguit carnem à mente.*

Proteſt. Corruptio quæ vocatur caro, diſtinguitur à mente non ſimpliciter, ſed quatenus mens conſentit voluntati Dei, & in bono propoſito impeditur à corruptione, quæ (mente bonum volente) præcipuè apparet in carnalium rerum appetitu.

Bellarm. 7. *Caro cap.7. idem eſt, quod corpus mortale c.6. & corpus mortis cap.7. verſ.24.*

Proteſt. Idem planè ſonat cum corpore mortis, & cum corpore peccati, id eſt, vetere homine: *c.6. v.6.* ſed non cum corpore mortali.

Bellarm. 8. *Exterior homo eſt corpus corruptibile: & interior anima rationalis,* 2.Cor.4.16.

Proteſt. I. Bell. antea conceſſit, multis in locis per carnem intelligi totum hominem, ſed negabat hoc tamen verũ eſſe *Rom.7.* jam vero ex eo ſenſu quem iſtæ voces in uno habent loco, concludit eundem Rom.7. neceſſario admittendum eſſe. II. 2.Cor. non agitur de homine interno moraliter agente, ſicut ad Rom. ſed patiente.

Bellarm. 9, *Cum caro dicitur in malam partem, non uſurpatur hac vox, niſi de impiis.*

Proteſt. Hoc apertè falſum eſſe, teſtatur Apoſtolus *v.14. ego carnalis ſum &* Gal.5.17. *caro concupiſcit adverſus ſpiritum, ut non quæcunque volueritis, eadem faciatis.*

Bellarm. 10. *Si concupiſcentia ſit in voluntate, eſt in illa, quæ prævenit ſuo motu judicium rationis, quo modo non eſt capax peccati proprie dicti.*

Proteſt. Peccatum originale, antecedit judicium rationis, & voluntatis actum pravum, ut cauſa antecedit ſuum effectum. Concludit igitur pulcherrimè Bell. peccatum originale non eſſe peccatum propriè dictum, vel in juſtificatis, vel etiam in non renatis.

3. Bellarm. Rom.8.1. *Nulla eſt condemnatio iis qui ſunt in Chriſto Ieſu: hoc eſt, in juſtificatis nihil eſt condemnatione dignum, ſive nulla eſt cauſa condemnationis.*

Proteſt. Quamvis nulla ſit cõdemnatio iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, tamen eſt dignitas & cauſa condemnationis: alias nulla eſſet in illis materia abſolutionis vel remiſſionis continuandæ & renovandæ. Nulla eſt condemnatio talibus, propter miſericordiam Dei reatum amoventis: ſed eſt in ipſis cauſa condemnationis, propter peccati tam originalis quam actualis demeritum

cuju

...ujus confeſſio eſt neceſſaria ad condemnationem e fu-...iendam. Eodem fere modo reſpondet Scholaſticorum ...Magiſter, *l.2. d.23. Peccatum originale remittitur in Baptiſmo, ...uia ſolvitur ejus reatus, & dominium aufertur, tranſit reatu, manet ...ctu.*

Bellarm. 1. *Reatus proprie dicitur peccatum, aut forma peccati: ...lo igitur ſublato, nihil remanet, quod habet veram peccati rationem.*

Proteſt. Reatus ille qui remiſſione tollitur, neque eſt ...roprie peccatum, neque peccati forma: non enim pro-...ibetur à lege Dei, neque eſt contra legem, ſed vi legis ...xiſtit: dicitur tamen peccatum, propter individuam il-...um connexionem quam (ex lege communi) habet cum ...eccato; & a nonnulls forma peccati vocatur, ſicut ad-...uncta propria loca formarum ſæpe ponuntur.

Bellarm. 2. *Reatus eſt inſeparabilis à peccato digno æterna da-...natione. Non eſt enim ſola ordinatio ad pœnam, ſed eſt dignitas, ſive ...eritum pœnæ.*

Proteſt. Rectè obſervatur hoc à Bellarmino, duas eſſe ...uaſi partes reatus, dignitatem pœnæ: & ordinationem ...d pœnam. Ex iſta diſtinctione vera ſolutio ſophiſmatis ...ujus pendet: quia dignitas pænæ non tollitur peccato ...anente, ſed ordinatio ad pœnam tollitur in remiſſione ...eccati manentis, reatus igitur quoad dignitatem pœnæ ...t inſeparabilis, ſed quoad ordinationem ad pœnam, ...uæ eſt ex lege, per gratiam Euangelicam ſeparari po-...eſt.

Bellarm. 3. *Relatio non poteſt à fundamento proximo ſeparari, ...d reatus eſt relatio, cujus proximum fundamentum eſt peccatum.*

Proteſt. I. Pontificii ſeparant relationem à ſuo funda-...ento, cum docent reatum pœnæ manere, culpa remiſ-... II. Reatus, qua ſonat actualem ordinationem ad ...œnam, fundamentum proximum eſt juſtitia Dei per-...quens peccatum vindicta: hoc autem fundamentum, ...oſt gratiam remiſſionis in Chriſto, non manet.

Bellarm. 4. *Certum eſt, Deum nunquam remittere reatum ma-...nte peccato: quia Dei judicium eſt ſecundum veritatem.*

Proteſt. Contrarium eſt certiſſimum, quod non manet ...t objectum remiſſionis, de eo non poteſt dici quod re-...ittatur: manet igitur peccatum dum manet remiſſio: ...eus vero quando remittit, non judicat peccatum non ...ſe, ſed ex gratia judicat non eſſe vindicta proſequen-...um, & hoc judicium eſt verum.

Bellarm. 5. *Illa particula, ergo (nihil ergo condemnationis eſt, ...c.) ſignificat eam ſententiam deduci ex ſuperioribus verbis: quibus ...n dixerat Paulus concupiſcentiam non imputari; ſed involuntarios ...s motus non eſſe peccata, nec poſſe homini imputari.*

Proteſt. Deductio iſtius concluſionis, Rom. 8. 1. *nulla ergo nunc eſt condemnatio*, fluit propriè ex iis quæ docuerat Apoſtolus c. 5. de juſtificatione ad vitam per Chriſtum, quæ tollit condemnationem ad mortem quam doctrinam ab objectione vindicaverat *c.* 6. & 7. Hoc clarè etiam indicatur *c.* 8. *v.* 34. *Quis eſt qui condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt, &c.* Deductionis ratio, quam Bell. ſtatuit ex *c.* 7. fuit antea refutata.

Bellarm. *In Baptiſmo liberamur à peccato originis.*

Proteſt. In celebratione Baptiſmi obſignatur liberatio ab omni peccato, & ab omni pœna peccati: ſed effectum actuale ipſum hujus liberationis, non perficitur uno momento.

Bellarm. *Concupiſcentia eſt effectus & pœna peccati originalis: ergo non eſt peccatum ipſum originale.*

Proteſt. Concupiſcentia habitualis non eſt effectum aut pœna peccati originalis in eodem homine inhabitantis, ſed idem cum ipſo.

Bellarm. *Eadem eſt ratio mortis & concupiſcentiæ: ſed mors eſt pœna peccati originalis.*

Proteſt. I. Mors eſt pœna peccati, ſive ſit originale ſive actuale, *quo die comederis morte morieris.* II. Non eſt eadem ratio concupiſcentiæ, non enim dictum aut ſcriptum legimus: *quo die peccaveris, concupiſcendo concupiſces.*

6. Bellarm. *Si homo non naſceretur ex Adamo & tamen haberet concupiſcentiam, quam nunc habet, non poſſet in eo concupiſcentia proprie vocari peccatum: ergo concupiſcentia non eſt ex ſe, & ex natura ſua proprie peccatum.*

Proteſt. I. Ex eadem ſuppoſitione probari poſſet, concupiſcentiam non eſſe pœnam, quod tamen Bellar. jam modo poſuit pro certo & explorato. II. Per impoſſibilem ſuppoſitionem dicimus, ſi homo non naſceretur ex Adamo, ſed tamen legi ſubjectus haberet concupiſcentiam legi repugnantem: propriè vocanda eſſet peccatum.

Bellarm. *Eſſet res omnino naturalis.*

Proteſt. I. Qui magis quam juſtitia originalis, quam Bell. negat fuiſſe naturalem Adamo, quem tamen cum illa creatum fuiſſe concedit, *de gratia primi hominis.* II. Ex ſuppoſitione falſa, loquendo conſequenter, non eſſet abſurdum peccatum eſſe naturale.

7. Bellarm. *Primi concupiſcentiæ motus, quibus mens reſiſtit, non ſunt peccatum: ergo nec pronitas ad tales motus. Antecedens probatur: quia iſtiuſmodi motus non ſunt in noſtra poteſtate.*

Proteſt. I. Hac ſtropha infertur, pro Pelagianis, nullum eſſe peccatum originale omnino; quia primi ejus motus non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

non ſunt in noſtra poteſtate. II. Primi iſti motus ejuſdem rationis ſunt cum originali peccato, quod Lombardus *l.2.d.23.* neceſſarium eſſe docet, *quia vitari non poteſt.*

8. Bellarm. *Si concupiſcentia eſt verum peccatum, & ſemper manet in homine, quantumvis juſtificato, ſequitur ut Chriſtus nos non verè, ſed imputative tantum a peccatis redemerit, ac liberaverit,*

Proteſt. I. Verè, & imputativè, non opponuntur. 2. Si concupiſcentia prava ſemper eſſet in juſtificatis manſura, tum aliquid hujuſmodi ſequeretur, ſed nos dicimus concupiſcentiam ſublato reatu, actu debilitatam, eouſque tantum juſtificatis permanere, donec in perfectam poſſeſſionem eorum bonorum deducantur, quorum jus a Chriſto eſt ipſis acquiſitum.

Argumenta noſtra.

9. *Proteſt.* Rom.6. & 7. Concupiſcentia quæ in renatis eſt, ſæpe vocatur peccatum.

Bellarm. I. *Appellatur peccatum improprie, per figuram Metonimiæ, quia cauſa eſt peccati, ſi ei obediatur.*

Proteſt. I. Hoc ipſum concipi non poteſt, quomodo aliquid per modum habitus interni, cauſa eſſet peccati & non peccatum. interna cauſa inclinans ad bene agendum, eſt bona, II. Ambiguè & ſophiſticè dicitur cauſa peccati, *ſi ei obediatur*, ſi enim obedientia ſtrictè ſumatur, omnes inclinationes naturales & animales etiam in prima creatione ex iſta conditione fuerunt cauſæ peccati, & ſecundum Bellarm. rhetoricam, vocari potuiſſent peccatum. III. Apoſtolus ipſe Rom.6. & 7. ſatis apertè oſtendit concupiſcentiam eſſe peccatum propriè dictum: non tantum enim peccatum ſæpius illam vocat, ſed *non bonum, malum, odio habendum, pugnans cum lege Dei, crucifigendum, mortificandum, & deſtruendum, & miſerum illum reddens cui ineſt.*

Bellarm. *Hæc rectè dicuntur de concupiſcentia, quamvis non ſit proprie peccatum, quia eſt corruptio quædam incitans ad malum.*

Proteſt. Corruptio moralis pugnans cum lege, pro qua crucifigenda, & mortificanda, Chriſtus ipſe mortuus eſt cruce, ſi non ſit propriè peccatum, tum Scriptura non explicavit nobis, quænam ſit proprietas peccati ullius habitualis.

10. *Proteſt.* Rom.7,7. Apoſtolus apertè teſtatur concupiſcentiam eſſe peccatum à lege prohibitum.

Bellarm. *Concupiſcentia ibi accipitur pro actu voluntario concupiſcendi, qui prohibitus eſt lege.*

Proteſt. I. Actus quidem ibi videtur intelligi, ſed non tantum voluntarius, ſenſu illo quem vult Bellarm. nam primi etiam actus peccati inhabitantis ibi apertè deſi-

gnantur. II. Eodem ſenſu iſta quo concupiſcentia actualis appellatur peccatum, illud etiam peccatum inhabitans à quo provenit, ita vocatur. *verſ. 7. & 8.*

Proteſt. Rom. 7. 14. Reſpectu peccati inhabitantis, Apoſtolus conqueritur ſe eſſe carnalem, ſubjectum peccato, & non poſſe legem ſpiritualem Dei accuratè obſervare.

Bellarm. *Paulus non vult ſignificare, legem ſpiritualem non ſervari à juſtificatis quatenus opus eſt ad vitandum peccatum, ſed non ſervari quantum ad quandam perfectionem, qua eſt finis præcepti, ac propterea propriè non eſt in præcepto.*

Proteſt. I. Hæc gloſſa textui directè contradicit: textus enim dicit, legem à Paulo non obſervari, quia ſubjicitur peccato: Bellarm. affirmat legem ſervari quatenus opus eſt ad vitandum peccatum. II. Finis & perfectio interna omnis præcepti, in ipſo præcepto propriè continetur: illa autem obſervatio quæ carnis & peccati corruptionem omnem excludit, eſt interna perfectio legis ſpiritualis & perfectæ.

12. *Proteſt.* Rom. 7. 16. Paulus nolendo concupiſcentiam conſentiebat legi: lex igitur non voluit, id eſt, prohibuit concupiſcentiam ineſſe Paulo.

Bellarm. I. *Si præceptum non concupiſces, extendamus ad motus involuntarios, illi repugnant legi tantum, ut indicanti finem, non ut media imperanti, & ideo non ſunt peccata.*

Proteſt. Apoſtolus diſertè explicat de facto, quod eſt medium imperatum: *quod odi hoc facio.*

Bellarm. 2. *Si præceptum illud reſtringamus ad motus tantum voluntarios, reſpondemus, conſenſum Pauli cum lege, non conſiſtere in eo, quod rem eandem velint, aut nolint Paulus & lex: ſed quod Paulus velit aut nolit id quod lex jubet eum velle aut nolle.*

Proteſt. Sophiſticam hic diſtinctionem habemus, ſine ulla differentia partium, lex enim nihil omnino vult, aut non vult, niſi quod jubet homines velle aut nolle.

Bellarm. 3. *Poſſet facilius dici, legem nolle concupiſcentiam, ut objectum, & ſimiliter mentem Pauli nolle eandem ut objectum, quemadmodum ſi quis hominem omnino præter intentionem occideret, is verè dicere poſſet, quod nolui, feci: & ideo conſentio legi quæ ait, non occides, quia bona eſt; nec tamen inde colligi deberet, præceptum, non occides, extendi ad homicidium omnino involuntarium.*

Proteſt. Facilius quidem quam verius aut ſolidius hoc dici poteſt. Nam I. Species quædam diſtinctionis ineptiſſimè objicitur incautis, inter velle, aut nolle aliquid ut objectum, & alium neſcio quem modum aliquid volendi, quaſi quidquam vellet aliquis non ut objectum, & quod quis vult, non eſſet ipſi objectum volendi. 2, Similitudo quæ ad fucum faciendum aſtutè ſatis excogitatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tur, non quadrat. Paulus enim quia noluit concupiſcentiam, inde probat ſe conſentire legi in illo bono quod poſtulat, quia concupiſcentiæ malum & legis bonum opponuntur: ſed talis oppoſitio, in exemplo à Bellarm. allato non reperitur.

14. *Proteſt.* Rom. 7.23. Concupiſcentia dicitur lex bellum gerens adverſus legem Dei, & captivum hominem reddens legi peccati.

Bellarm. 1. *Multa legi repugnant, quæ non ſunt peccata, ut homo qui peccat, lex injuſta, &c.*

Proteſt. Nihil poteſt legi divinæ repugnare, ſine peccato: homo repugnat quatenus peccat; lex injuſta, quatenus eſt actus vitioſus legiſlatoris peccantis; ſi igitur concupiſcentia repugnat legi Dei, aliquis eſt qui in illa peccat: quis autem eſſet ille, præter hominem concupiſcentem? 2. Concupiſcentia interna, ut aliquid hominis dicitur legi Dei repugnare, non ut homo, aut lex externa.

Bellarm. 1. *Concupiſcentia repugnat legi mentis, ut lex contraria impellens ad malum; quomodo etiam legi repugnat diabolus, & quicquid incitat ad legis tranſgreßionem.*

Proteſt. Neque diabolus, neque quidquam aliud per ſe incitat ad legis tranſgreſſionem, niſi in ſeſe vel peccet, vel contineat peccatum.

15. *Proteſt.* Rom. 7.24. Concupiſcentia dicitur corpus reddens hominem infœlicem.

Bellarm. *Infœlicitas, & miſeria, in Scripturis, ut plurimum, pœna potius tribuitur quam culpa.*

Proteſt. Quin infœlicitas ſit pœna, nemo poteſt dubitare: ſed per corpus mortis intelligi ibi cauſam infœlicitatis, quæ eſt culpa ſola, ſatis apparet ex *verſ.* 23. ubi eadem res vocatur *lex captivum reddens legi peccati in membris.*

16. *Proteſt.* Motus concupiſcentiæ ſunt illiciti: ergo ſunt peccata.

Bellarm. *Illiciti dicuntur, quia non licet eis præbere conſenſum.*

Proteſt. Nemo eſt qui concupiſcentiam inordinatam in ſeſe habet, qui non aliquem eidem præbet conſenſum: per concupiſcentiam enim ipſa voluntas inficitur *mira perverſitate, & ſecum ipſa confligit*, ſicut Bell. ipſe fatetur, *l.* 6. *c.* 10. 2. Illicitum eſt, non tantum præbere conſenſum malo, ſed & inclinationem, aut pronitatem habere ad talem conſenſum: quia omnes vires noſtræ ferri debent in bonum.

17. *Proteſt.* Quod per ſe trahit ad malum, eadem lege prohibetur, qua prohibetur ipſum malum: ſed concupiſcentia per ſe trahit ad malum. Iac. 1. ergo Bell. *Id quod per ſe trahit ad malum, non cenſetur propriè prohiberi, niſi quatenus in*

arbitrio noſtro eſt, illud aſſumere, vel rejicere.

Proteſt. Fuit hoc aliquando in hominis arbitrio & poteſtate: poteſtatis autem privatio culpa noſtra contracta, non tollit rationem culpæ.

18. *Proteſt.* Concupiſcentiam quæ remanet in baptizatis, Deus odit, & nos odiſſe debemus.

Bellarm. *Odio habetur à Deo, & à nobis eſt habenda, quia incitat ad peccatum.*

Proteſt. Deus non habet odio propriè, niſi quod odio eſt dignum: nulla autem diſpoſitio hominis poteſt eſſe odio digna, præter peccatum: malum pœnæ, qua tale, non eſt objectum odii divini.

19. *Proteſt.* Quod diſſidet à norma legis, eſt peccatum: ſed concupiſcentia in renatis diſſidet a norma legis. ergo.

Bellarm. 1. *Negatur propoſitio, niſi largo modo, & materialiter accipiatur; Diabolus enim tentans, homo peccans, voluntas, & actio humana diſſident à norma legis, & non ſunt peccatum.*

Proteſt. Hæc omnia quatenus habent in ſeſe diſſenſionem a lege, habent etiam peccatum propriè dictum in ſeſe. His igitur inſtantiis propoſitio noſtra confirmatur.

Bellarm. 2. *Omnis* ἀνομία *vel receſſus a lege non eſt peccatum.*

Proteſt. Bell. ipſe agnoſcit accuratè definiri per ἀνομίαν. ſic enim loquitur, de Amiſſ. grat. *l.* 2. *c.* 18. *Non potuit rectius & brevius definiri peccatum, quam ut à S. Iohanne fuit definitum, illis verbis: peccatum eſt iniquitas, vel (ut clarius habetur Græcè)* ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία. 1. Ioh. 3. at vero definitio accurata eſt reciproca: omnis igitur ἀνομία, vel receſſus a lege, eſt peccatum.

LIBER TERTIVS.

DE GRATIA.

Mirabilis eſt procedendi ratio, qua utitur Bell. de gratia & libero arbitrio. Quamvis enim controverſiarum tractationem profiteatur adverſus hæreticos hujus temporis, & theologis noſtris magno hiatu, vel rictu, in præfatione minetur: ſex tamen iſtis libris, vix ullam controverſiam gravem habemus ritè formatam, ac digeſtam, quæ adverſus nos legitimè tractatur: ſed magno ſtrepitu agitur de ſcholaſticis quæſtionibus, de domeſticis Pontificiorum litigiis, & de erroribus Pelagianis, ad eorum participationem a ſuis interpolatoribus amoliendam. ſententiis noſtris obliquè tantum & obiter maxima ex parte notatis. Perplexæ hujus

cir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

circuitionis vera cauſa fuit, quod inter Pontificios am multæ ſint, & jam olim fuerint de iſtis rebus ontentiones, quæ ſine ulla definitione Papali agitantur, ut Bell. non habuerit certam aliquam & receptam Eccleſiæ Romanæ ſententiam, noſtræ doctrinæ opponendam. *En ſcopulus* (clamat Mariana de morte & mmort. lib. 3. c. 8.) *ad quem multæ confractæ ſunt naves. En Euripus rapidus in diverſas & contrarias partes verſo mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, fervens rixis, & contentionibus. Nuſquam majori animo, neque odio partium magis implacabili iſce annis certatum eſt, uſque eo, ut ad ſevera tribunalia ventum it, dum utrique adverſariis hæreſis crimen affingunt, quo nihil eſt ravius. Ipſe Romanus Pontifex appellatus jam aliquot annos, ea ontroverſia diſtrictus, nondum in pace litigantes poſuit, novo decreto promulgato.* Neque vero aliquot annorum tantum ſt hæc fluctuatio Pontificiorum. Ante annos ferè trecentos, Bradvvardinus noſter in concluſione operis quod ſcripſit, de Cauſa Dei, adverſus Pelagium, vehementer imploravit Eccleſiam Romanam, ut iſtas quæſtiones determinare dignaretur: *Simon dormis? exſurge uaſo, &c.* Ab iſthoc tamen ſomno necdum excitatus eſt Papa: neque Bellarmino viſum eſt conſultum, quietem ejus interpellare, ſed potius cautè librare gradum, & pendente veſtigio incedere inter ſuorum diſſenſiones, ut ita illorum nemini moleſtus admodum eſſet, & nos aliud agendo refutaſſe potius videatur. Nobis igitur neceſſarium erit, maxima ex parte, præter inſtituti rationem excerpere illa ex Bellarmino, quæ digna ſunt animadverſione, eamque breviter indicare, ſine diſputatione digeſta per conſtitutionem cauſæ, & argumentorum hincinde examen.

CAPVT I.

De Gratiæ ſignificatione, & diſtributione.

THESIS I.

Bellar. I. *Hujus vocabuli (gratiæ) tres ſunt in ſacris literis notiones. Nam accipitur* I. *Pro quovis beneficio Dei.* 2. *Pro ſolo beneficio ſupernaturali.* 3. *Maximè propriè pro ſolis illis beneficiis ſupernaturalibus, quæ indignis hominibus ex Chriſti merito conferuntur.* Proteſt. I. Duæ priores notiones, quamvis à voce gratiæ non ſint alienæ, in ſacris tamen literis non comparent. II. Tertia ſignificatio, quamvis vera ſit, & ex Scripturis deprompta, non tamen eſt, ut Bellarm. vult,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

maximè propria, ſed per metonymiam, cauſæ pro effecto ſuo poſitæ, ab illa notione derivatur, qua Dei gratia quoad rem ipſam idem ſignificat cum bonitate, benignitate, favore, dilectione, & miſericordia Dei. Non ignorant hoc Pontificii doctiores: nam Thomas ipſe 1.2. *q*.110. *a*.1. non tradit tantum iſtam notionem gratiæ, ſed eleganter ſatis oſtendit hanc eſſe præcipuam ejus acceptionem, ex qua cæteræ dependent. *Gratia* (inquit) *tripliciter accipi conſuevit: 1. Pro dilectione alicujus. 2. Pro aliquo dono gratis dato, 3. Pro recompenſatione beneficii gratis dati, quorum trium ſecundum dependet ex primo: Ex amore enim quo aliquis habet alium gratum procedit, quod aliquid ei gratis impendat. Ex ſecundo autem procedit tertium: quia ex beneficiis gratis exhibitis gratiarum actio conſurgit.* Filincius etiam Ieſuita, *tract*.21. *cap. ult. n*.442. fatetur *gratiam primo ſumi pro dilectione.* Sed hujus notionis, quæ in Scripturis maximè celebratur, & præ omnibus facit ad Dei gloriam, & fidelium conſolationem, raro & obiter fit mentio apud juſtitiæ operum patronos: vident enim ſuas omnes notiones meritorias, hac una notione gratiæ funditus everti.

2. Bellarm. *Prima partitio gratiæ, ſecundo & tertio modo acceptæ, eſt in gratiam æternam, quæ eſt æternus Dei amor, & temporariam in beneficiis vocationis & juſtificationis conſiſtentem, quæ ſunt effectus gratiæ æternæ.*

Proteſt. I. Hæc partitio priorem illam notionum diſtinctionem refutat: quia æterna gratia confert omnia beneficia, non eſt beneficium quod nobis confertur, & proinde in illis notionibus non continetur. II. Non eſt partitio realis, prout à Pontificiis accipitur, ſed diſtinctio tantum nominis in ſua ſignificata, proprium, & tropicum.

3. Bellarm. *Gratia temporaria eſt vel gratis data (cui proprio nomine relinquitur nomen generis) ad aliorum ſalutem præcipuè collata, vel gratum faciens, ad propriam uniuscujuſque ſalutem potiſſimum data.*

Proteſt. Titulus ille *gratiæ gratum facientis*, 1. Gratis reſtringitur ad dona Dei temporaria, qui primario convenit gratiæ Dei æternæ, Eph. 1,6. 2. Malè extenditur ad omnia dona quæ potiſſimum ſpectant ad noſtram ſalutem, ſine ullo diſcrimine; cum Chriſtus ſolus, in juſtificatione nobis donatus gratos nos faciat Deo, ut meritoria cauſa; cætera autem dona, vel ut media ad Chriſti receptionem diſponentia, vel ut gratiæ in ipſo gratúm facientis ſigna, & gratuitæ complacentiæ Dei objecta, non ut admiſſionis in gratiam, aut reconciliationis cauſæ.

4. Bellarm. *Gratia gratum faciens, eſt vel gratia permanens,*

ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſeu habitus infuſi, vel gratia auxilii ſpecialis, ſeu motio ſpecialis.

Proteſt. Rem ipſam diſtinctionis hujus non improbamus, ſed neutram partem ad gratiam propriè gratum facientem pertinere dicimus; & auxilium Dei, cum habeat animas noſtras pro objecto, & non pro ſubjecto, formaliter neminem gratum facere conſtat.

5. Bellarm. *Auxilium ſpeciale eſt excitans, ad quam pertinent divinæ illuſtrationes atque inſpirationes, & adjuvans, ad quam ſpectat divina cooperatio, directio ac protectio.*

Proteſt. Hæc diſtinctio quoad terminos, poteſt admitti: ſed in explicatione gratiæ excitantis graviter errat Bellarm. ſi eam conſiſtere velit ſolummodo in illuſtratione, & inſpiratione mentis, & non præcipuè in ſupernaturali quadam vi in voluntate recepta.

6. Bellarm. *Quinta partitio eſt auxilii, ſive gratiæ, in auxilium ſive gratiam ſufficientem, & efficacem.*

Proteſt. De hac partitione paulo poſt agendum erit. ſatis erit interim duo adnotaſſe: 1. Bellarm. hic hæſitare incertum quo nomine deſignaret totum quod iſtas continet partes: *auxilii (inquit) ſive gratiæ partitio eſt:* quia ſcilicet necdum conſtat Pontificiis, utrum gratia illa ſufficiens, quam omnibus dari volunt, ſit habitualis gratia, vel auxilium tantum & motio ſpecialis. 2. Interrumpi hic à Bellarmino telam illam (quam hactenus texit) partitionum gratiæ, dum gratiam ſufficientem, & efficacem, neque ad excitantẽ, neque ad adjuvantẽ refert. cauſa eſt, quia excitantem gratiã collocat in illuminatione intellectus, & adjuvantẽ in cooperatione directione & protectione Dei; in horũ autem neutro potuit invenire ſufficientiam & efficaciam gratiæ ad converſionem; Sed revera, gratia ſimul excitando & adjuvando, eſt ſufficiens & efficax, quemadmodum Bellar. ipſe paulo poſt agnoſcit *cap.* 11. *Quinta partitio eſt gratiæ tum excitantis, tum adjuvantis, in gratiam ſufficientem, & efficacem.*

6. Bellarm. *Gratia efficax eſt vel operans, quæ facit ut velimus; vel cooperans, quæ facit ut quod voluerimus impleamus.*

Proteſt. Thomas ipſe 1. 2. *q.* 111, *a.*2. diſertis verbis docet, *gratiam operantem & cooperantem eſſe eandem gratiam, ſed diſtingui ſecundum diverſos effectus:* Circa partitiones iſtas gratiæ, varias quæſtiones movet Bellarm. de quibus litigat cum aliis Pontificiis: ſed nullam controverſiam proponit, in qua nos à parte ſtamus adverſa, præterquam de gratia ſufficienti, & efficacia: & in iis etiam diſputationem juſtam fugit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAP. II. *De Gratia ſufficiente.*

1. Bellarm. *Partitionem gratiæ, in ſufficientem, & efficacem, hæretici noſtri temporis omnino repudiare coguntur, cum apud eos, qui à Deo moventur, neceſſario bene agant; qui vero non moventur, non poßint bene agere, ac per hoc omnis Dei motio ſit efficax, nulla ſufficiens.*

Proteſt. Falſa hic omnia, & calumnioſa. Nam I. Partitionem iſtam non *omnino* negamus, ſed ſenſu illo Pelagiano, quo à Ieſuitis nonnullis explicari ſolet. Non diſtinctionem, ſed ſeparationem gratiæ ad converſionem ſimpliciter ſufficientis, & efficacis negamus. II. Apud nos, non omnes illi, qui à Deo moventur neceſſario bene agunt: novimus enim multos tam externe, quam interne moveri ad bene agendum, qui tamen motionibus illis reſiſtunt. III. Apud nos etiam qui non moventur actu ad hoc aut illud bonum, ſæpe tamen potentiam aut facultatem habent faciendi bonum, quod non faciunt.

2. Bellarm. *Auxilium Dei vere ſufficiens adfuit nonnullis, qui tamen reipſa converſi non ſunt.*

Proteſt. Neceſſaria hoc in loco fuit explicatio ſufficientis gratiæ, quam Bellarm. tanquam lucem ſuis erroribus inimicam, ſtudio videtur fugiſſe. *Auxilium ſufficiens dicitur (ait Bell. c. 2.) quo Deus ita hominē vocat, & excitat, & juvare dirigendo, protegendo, cooperando paratus eſt, ut revera poßit ille ſic excitatus, & vocatus, velle credere, velle converti, velle bonum aliquod facere, tametſi reipſa non velit credere, aut converti, aut bonum illud facere.* Sed nihil hic niſi tenebræ. Nam 1. Quæſtio non eſt de quocunque bono volendo; nec de quocunque modo volendi credere, & converti, ſed de ipſo credere, & converti. 2, *Hoc verbum* poteſt *(ut Medina in* 1. 2. *q* 109. *a.* 10. *obſervat) eſt æquivocum: aliquando accipitur pro eo quod fieri poteſt per aliquam potentiam, ſive intrinſecam, ſive extrinſecam: aliquando vero pro eo, quod eſt in ſe habere virtutem quandam poſitivam ad aliquid efficiendum.* 3. *Deus eſt paratus dare auxilium* (& ſic juvare) *hoc quidam* (inter quos Bellarm.) *non rectè intelligunt (ait Bannes in* 1. *q.* 23. *a.* 3. *d.* 3. *c.* 9.) *arbitrantur enim quod Deus in ſua æterna providentia, & prædeſtinatione, quantum eſt ex parte ſua, ſit indifferens, & quaſi exſpectans inferioris cauſæ determinationem ad effectum gratiæ producendum: ſed hoc maxime repugnat divinæ perfectioni. Senſus Catholicus eſt, quod intelligitur Deus paratus, ſecundum voluntatem, non quidem abſolutam, quæ ſemper impletur, ſed ſecundum voluntatem vel antecedentem, vel voluntatem ſigni.* 4. *Dare in communi modo loquendi (ut idem auctor obſervat) ſolet eſſe æquivocum, ita ut uno modo accipiatur prout eſt correlativum*

eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

cum verbo recipere, ita ut receptio ex eo colligatur. Altero modo accipitur pro hoc quod eſt offerre aliquid alicui, invitando ipſum ut recipiat. Similis eſt æquivocatio in voce illa, qua Bellarm. utitur *adeſt.* quia gratia eodem modo adeſt, quo datur.

Negamus igitur auxilium Dei ſufficiens, quo poſſit homo vel ſua intrinſeca potentia, vel indifferentem Dei gratiam determinando converti, ab iis recipi, qui nunquam reipſa convertuntur.

Argumenta Bellarmini.

3. Bellarm. Iſa. 5. *Quid eſt quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? exſpectavi ut faceret uvas, & fecit labruſcas. Dominus dederat illis ſufficientem culturam, id eſt, ſufficientem gratiam, per quam vere & proprie converti poſſent: neque alias potuiſſet exſpectare fructum bonum, gratiam tamen efficacem non habuerunt: nam ſi habuiſſent, fructum bonum utique feciſſent.*

Proteſt. I. Parabola nulla extendi debet ultra ſuum ſcopum: ſcopus autem hujus parabolæ eſt, judicia Dei adverſus Iudæos denuncianda, juſta declarare. Ad horum autem judiciorum juſtitiam oſtendendam nihil aliud adfertur, aut requiritur, quam peccatorum gravitas, quæ beneficiorum accumulatione exaggeratur. II. Non loquitur Propheta diſtinctè de iis, qui habuerunt ſufficientem gratiam, & non efficacem; ſed de tota domo Iſraëlis, & viris Iehudæ, inter quos varii habuerunt gratiam efficacem, & multi fuerunt obdurati & excœcati, ſicut apparet *cap.*6. ita ut in præſentiarum ſaltem non habuerint gratiam ſufficientem ad converſionem. III. Non magis ex verbis probari poteſt, gratiam ſufficientem datam fuiſſe omnibus Iudæis, quam efficacem, nam qui habuerunt ſufficientem, & non efficacem, potuerunt (ſecundum Bell. theologiam) reſpondere, debuiſſe Deum addere etiam efficacem, ut fructum facerent bonum. IIII. Exſpectationis propria ſignificatio non poteſt Deo attribui reſpectu rei non futuræ, niſi præſcientiam ipſam Dei negando. V. *Quid ultra?* non ſimpliciter intelligi debet, ſed in illo genere beneficiorum de quo agitur: alioquin aliquid fuit ultra, ſcil. velle & perficere. VI. Adhæc omnia illud etiam accedit, quod Propheta in illis verbis agat de illa diſpenſatione Dei, erga Domum Iſraelis, de qua quilibet Iudæus potuit judicare, ſicut apparet ex *verſ.*3. ſed de interna gratia, utrum eſſet ſufficienter omnibus communicata, nemo Iudæus potuit judicare. Nihil igitur certius, quam iſtum locum, qui multis videtur univerſali gratiæ favere, in-

vitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

vitum plane in illum ſenſum torqueri.

4. Bellarm. Mat.23.37. *Quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti? Quomodo voluit Dominus congregare filios Hieruſalem, & ita voluit ut queratur de nolentibus, ſi eos quos ſciebat per ſe non poſſe velle, non juvit ut poſſent velle? non igitur caruerunt gratia ſufficiente.*

Proteſt. I. Agitur hoc in loco de omnibus Iudæis, qui oppoſuerant ſeſe Chriſto, & Prophetis ejus, inter quos non deerant qui blaſphemię tenebantur in Spiritum ſanctum, de qua Chriſtus ipſe affirmat Mat.12.31. quod non remittetur. De hujuſmodi peccatoribus nemo dicet quod gratia ſufficiente fuerint imbuti, niſi qui (cum Pelagio) gratiam vocat naturam. Bellarm. de grat. primi hom. *cap.*6. ita diſtinguit inter gratiam & naturam: *peccatis graviſſimis amittitur donum gratiæ ſupernaturalis: ſed non corrumpitur donum aliquod naturale.* Si vero ullum ſit peccatum, aut peccati ſtatus, qui gratiam excludit, Iudæi multi fuerunt qui non habuerunt gratiam ſufficientem. II. Quod ad verba Chriſti attinet, rectè explicantur a Cajetano, in locum. *Quoties volui? voluntate ſigni præcipiendo, monendo, viſitando per prophetas, & demum per meipſum.* Hunc eſſe genuinum ſenſum, apparet primo ex verbis illis: *qui occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt.* ſecundo, ex adverbio illo numeri (*quoties*) quod adjungitur actui volendi: *quoties volui?* Interna enim & abſoluta Dei voluntas non habet vices agendi, & ceſſandi, ſed prædicatio verbi habet. Tertio. Iure conqueritur Dominus de nolentibus, quamvis gratia deſtituantur: quia ſuâ culpâ deſtituuntur, volentes permanent in illo ſtatu, & ne eatenus quidem ad meliorem ſtatum aſpirant, quatenus poſſunt.

5. Bellarm. Actor.51. *Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis. inſpirabantur igitur eis bona deſideria, ita ut converti potuerint: nam aliter quomodo reſiſtebant Spiritui ſancto? & cur tam acriter arguuntur?*

Proteſt. I. Hujuſmodi ratione probare poſſit ſophiſta aliquis, Diabolum ipſum habere gratiam ſufficientem: quia ille etiam ſuo modo reſiſtit ſemper Spiritui ſancto, Zach.13.1. & certè Stephanus ibi loquitur de hominibus planè diabolicis, qui *duri erant cervice, & incircumciſi corde & auribus.* II. Reſiſtendi modus qui ibi intelligitur ab ipſo Stephano ſatis explicatur. *verſ.*52.53. *perſequuti ſunt illos qui prænunciarunt Chriſtum: interfecerunt Chriſtum: legem acceptam non obſervabant.* Reſiſtebant Spiritui ſancto in lege & Prophetis loquenti.

6. Bellarm. Rom.2.4. *An divitias benignitatis ejus & tolerantiæ & iræ cohibitæ contemnis, ignorans benignitatem Dei ad reſipiſcen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſcentiam te adducere? cur Deus ad pœnitentiam exſpectaret, quibus non dediſſet ſufficiens auxilium ad converſionem? ignorat fortaſſe tales non poſſe converti?

Proteſt. I. Vox illa *exſpectandi*, qua nititur objectio non eſt in textu. II. Æquè facile reddi ratio poteſt, cur Deus exſpectaret reſipiſcentiam eorum qui non poſſunt reſipiſcere, ac eorum quos certiſſimè novit nunquam velle reſipiſcere: ignorat fortaſſe (ut ironiam Bellar. ipſi regeramus) utrũ ſint aliquando volituri necne? III. Apoſtolus naturam rei, & finem operis tantum notat: id eſt, quod dilatio vindictæ ex natura ſua provocet peccatores ad pœnitentiam.

7. Bellarm. Apoc. 3. 20. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ii ad quorum cor Dominus pulſat, ſi non habent ſufficiens auxilium aperiendi, cur Dominus pulſat? an ignorat eos aperire non poſſe?*

Proteſt. I. Simili ſophiſmate impugnari poteſt præſcientia Dei: ſi Deus noverit hos aut illos nunquam oſtium aperturos, cur pulſat? Pulſat cor electorum, ut pulſando faciat ipſos & poſſe aperire, & aperire. Pulſat cor reproborum externè, ut diſpenſatione illa quæ communis eſt, operetur in electis: internè autem aliquando, ut intelligant beneficium oblatum, officium debitum, & peccati ſui gravitatem.

8. Bellarm. *Si non datur gratia aliqua vere ſufficiens, primus homo non ſua culpa cecidiſſet.*

Proteſt. Quæſtio eſt ſolummodo de gratia ſufficiente ad converſionem hominis peccatoris, hæc igitur objectio nihil facit ad rem.

9. Bellarm. *Si non datur gratia aliqua vere ſufficiens, videbitur Deus amicos ſuos deſerere, antequam deſeratur ab eis.*

Proteſt. Quamvis nullus peccator habeat gratiam ſufficientem, & non efficacem ad converſionem, (quæ ſola eſt quæſtio de qua agitur) hoc tamen nullo modo velle videri poteſt: quia peccatores irregeniti non ſunt amici Dei.

10. Bellarm. *Si non detur hujuſmodi gratia, tum nemo poterit vere dicere, ſe non feciſſe tantum boni, quantum potuit; neque ullus merito reprehendere, quod gratiæ Dei non ſit cooperatus, quantum potuit, & debuit.*

Proteſt. Non ſequitur: quia fideles habent gratiam qua potentes fiunt plus boni ſpiritualis facere quam faciunt: & ipſi etiam infideles poſſunt plus boni, aut minus mali, quo modo, facere quam faciunt.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAPVT III,

De Gratia Efficace.

Quæſtio eſt, qua in re ſita ſit, vel unde ſumatur gratiæ e ficacia: Hanc quæſtionem, quamvis ſit graviſſima, cardo omnium quæ de gratia & libero arbitrio diſpu tantur, Bellarm. tamen (pro ſua calliditate) nolu in eam ſeſe demittere, ne Pontificios quoſdam nim offenderet. Non diſputat igitur adverſus noſtros d recte, neque adverſus quenquam nominatim; ſed le & molli brachio duas opiniones perſtringit, & ſua tertiam innuit potius muſſitando, quam diſtinctè pr ponit, aut ſolidè probat. Quæ habet ad rem, paucis r vocabimus ad examen.

THESIS I.

BEllarm. 1. *Prima opinio eorum eſt. qui gratiam efficacem co ſtituunt in aſſenſu & cooperatione humana, ita ut ab eventu d catur gratia efficax, quia videlicet ſortitur effectum, & ideo ſortit effectum, quia voluntas humana illi cooperatur. Hæc opinio aliena omnino a ſententia Auguſtini, & etiam Scripturarum divinaru evertit fundamentum prædeſtinationis divinæ, & abutitur voce grat efficacis.*

Proteſt. Quamvis non ſatis cordatè, (ut adverſus hære ſin Pelagianam oportuit) vere tamen hæc omnia à Bel larm. dicuntur. Sed decuit eum amice & familiarite hanc hæreſin tractare, quia multos & magnos fautore habet inter Ieſuitas. Molina de concordia. *diſputat.* 3. *Aſſe rimus auxilia prævenientis & adjuvantis gratiæ, quæ lege ordinari viatoribus conferuntur, quod efficacia aut inefficacia ſint, pendere a li bero conſenſu & cooperatione arbitrii noſtri cū illis; atque adeo in libe ra poteſtate noſtra eſſe, vel illa efficacia reddere, vel inefficacia.* citan tur hæc verba & refutantur à Mathæo de Reſpolis. *lib.* 2 *quæſt.* 1. *concluſ.* 4. Becanus de auxiliis, *parte* 2. *cap.* 3. han habet concluſionem: *Si ergo quæratur prima radix, quare hæ gratia ſit efficax, illa inefficax, recurrendum eſt ad liberam cooperatio nem voluntatis:* Eadem (quamvis aliis verbis fucata) eſ ſententia Suarez, Vaſquez, & ipſius etiam Bellarmini, ſi cut paulo poſt apparebit.

2. Bellarm. *Eſt alia ſententia aliorum, qui docent gratiam effi cacem eſſe actionem Dei phyſicam, quæ determinat voluntatem ad vo lendum & eligendum bonum. Hæc opinio videtur mihi aut eſſe omnin eadem cum errore Calvini & Lutheranorum, aut parum ab illo diſtare*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Quinam ſint illi *alii* qui hanc ſententiam ientur, noluit Bellar. dicere, ne grave præjudicium opiioni ſuæ adferret: ſed dicunt alii multi: inter quos Alarez *diſp.* 38. *Deus per auxilium efficax gratiæ, phyſicæ, ſive ad mom cauſæ phyſicæ, prædeterminat arbitrium creatum, ut liberè & inllibiliter conſentiat, & cooperetur Deo excitanti, & vocanti. Hanc nclusionem defendunt omnes Thomiſtæ, quam arbitror S. Thomæ, & S. Auguſtino, & aliis Patribus, verbis æquivalentibus traditam.* I. Hæc ſententia prout ibidem explicatur: *Auxilium atiæ ex ſe efficax, prout venit à Deo antecedentes ad liberam cooperationem noſtri arbitrii, & auxilium phyſicè prædeterminans, idem nificant: neque hærendum eſt in voce. Phyſicè prædeterminare nihil iud eſt, quam verè efficienter (vel realiter) facere, ut ipſum arbitium liberè, & infallibiliter cooperetur Deo excitanti & vocanti. Prædeterminare eſt prius in ſigno rationis determinare, vel efficere ut aliid ſe determinet:* hæc (inquam) ſententia ſic explicata, eſt ane noſtra, & aperte ſatis traditur in ſacra Scriptura.

3. Bellarm. *Hæc opinio deſtruit gratiam ſufficientem.*

Proteſt. I. Negat hoc Alvarez, cum cæteris Dominınis: quia prædeterminationem actualem & auxilium ficax negant eſſe neceſſarium, ut homo abſolute & ſimiciter poſſit operari, ſed ſolum requiri ut actu opereır. *Alv. diſp.* 18. 20. & 23. 29. II. Si deſtruit gratiam ilm ſufficientem ad converſionem ſpiritualem, quam ontificii fingunt omnibus dari, & in multis ab efficaci parari, deſtruit errorem nulli ſtabili fundamento ſuerſtructum.

4. Bellarm. *Hæc opinio tollit ex medio liberum arbitrium.*

Proteſt. I. Hoc etiam recte negatur à Thomiſtis. *Per caciam auxilii præoperantis gratiæ* (ait & oſtendit Alvarez. *p.* 18.) *non deſtruitur, ſed potius roboratur & perficitur noſtri arbii libertas. Prædeterminat voluntatem ad alteram partem, non ex ceſſitate. ſed juxta propriam naturam ipſius voluntatis. Efficit ut luntas liberè ſed infallibiliter ſemetipſam determinet ad alteram par-n.*

2. Bellarm. eſt inter illos liberi arbitrii patronos, de ibus vere ſcribit Azorius Ieſ. *lib.* 4. *cap.* 22 *quæſt.* 2. *Pauci idam juniores Theologi fortaſſis ut voluntatem noſtram liberam faent faciunt ſacrilegam, dum negant Deum libera noſtra opera bona fſinire.*

5. Bellarm. *Tertia opinio (quæ eſt Auguſtini) gratiam efficaa collocat in interna ſuaſione, quæ per liberum arbitrium reſpui po-t, & tamen infallibilem effectum habet, quia Deus eam ſuaſionem ribet, quam congruere novit ingenio eorum quos efficaciter & inllibiliter trahere decrevit, & quam certo novit ab eis non contemnenm.*

Proteſt.

Proteſt. Opinio iſta Ieſuitica (quæ falſo tribuitur Auguſtino) conſiſtit in tribus, quæ triplicem fucum faciunt imperitis, ſtatuit enim ad efficaciam gratiæ concurrere I. Suaſionem aut motionẽ moralem. II. Suaſionis & gratiæ congruitatem. III. Præſcientiã Dei de ſuaſionis & gratiæ congruo effectu, vel eventu, in converſione illius qui vocatur. Hæc quidem omnia ab Auguſtino ponuntur, & à nobis libenter conceduntur, quia ex Scripturis, & natura rerum ipſarum facile poſſint comprobari. At vero in iſtis omnibus latent inſidiæ diligenter cavendæ. Nam I. Nos dicimus una cum ſuaſione morali, conjungi etiam realem efficientiam Dei, qua novum principium ſpiritualis vitæ cordi hominis efficaciter vocati ingeneratur, & homo ſimul excitatur ad hujus vitæ actus eliciendos, ſed Bellarm. vult efficaciam internam gratiæ conſiſtere tantum in ſuaſione morali. II. Nos credimus gratiam Dei ex ſe, & intrinſeca ſua natura eſſe congruam, & efficacem ad efficiendam converſionem, ſed Bellarm. congruitatem iſtam pendere facit ex rebus extrinſecis, hominis videlicet complexione, diſpoſitione, & circumſtantiis loci, temporis, ac modi quo ſuaſio illa adhibetur. III. Nos intelligimus, Deum converſionis futuræ certam ſcientiam habere, quia decrevit eam: ſed Ieſuitæ ſcientiam finxerunt, quam *mediam* appellant, qua Deum dicunt ante decretum ſuæ voluntatis, certo cognoviſſe, quid Petrus ex innata ſua libertate facturus eſſet, ſi tali modo, loco, & tempore converſio ipſi ſuaderetur. Sententiam iſtam hoc in loco ſicut meretur, tractandi omnem occaſionem præripuit nobis Bellarm. tam frigide & negligenter, certo & callido conſilio, hanc cauſam egit. Illa tamen quæ ſibimet ex aliis Pontificiis objicit, cum fructu poſſunt ab eluſionibus ejus vindicari.

6. Bellarm. *Object. Gratia efficax non eſt in illuſtratione, & inſpiratione, ſeu vocatione ac ſuaſione conſtituenda: quia iſta ad legem & litteram, non ad gratiam & ſpiritum pertinent. Reſpondendum eſt, primo: Multum intereſt inter gratiam internæ ſuaſionis, & concionem externam: admovetur auribus cordis lumen infundit: afflat initium bonæ voluntatis.* 2. *Quamvis proponere objectum, per ſe non ad ſpiritum, ſed ad literam pertineat, tamen ad gratiam pertinet, ut ea lectio, vel concio occurrat, quæ eſt accommoda hominis ingenio præſertim ſi accedat internus Doctor, qui aperiat cor intendere his quæ audiuntur aut leguntur.* 3. *Gratia interna quo cooperatur etiam phyſice ad eliciendum actum voluntatis deliberata.*

Proteſt. I. Quicquid interſit externam & internam ſuaſionem, in eo conveniunt, quod revelent ſolum ac demonſtrent quid agere debeamus, non donent ut agamus, non

non ſubminiſtrent virtutem ſpiritualem, aut tribuant principium effectivum ſupernaturalis operationis quam ſuadent; idcirco cum Pelagiani utramque concedebant, Auguſtinus tamen recte pronunciavit illos agnoſcere litteram, legem & doctrinam, ſed negare gratiam, quæ per ſubminiſtrationem Spiritus nobis datur. probat hoc Alvarez. *diſp*, I. *num*. 6.19. II. Quod Bellar. affirmat de *initio bonæ voluntatis afflato per ſuaſionem*, & falſum eſt, quia ſuaſio multis adeſt, qui nullum initium habent voluntatis vere bonæ; & contradictionem implicat, ut ſuaſio afflet initium illius rei quam totam ſuadet. III. In hac ſuaſione non poteſt proprie conſiſtere efficacia gratiæ: quia multis adeſt, in quibus gratia nō eſt efficax. IV. Occurſus lectionis vel concionis, quæ eſt accommoda hominis ingenio, pertinet generaliter quidem ad gratiam, ſed non eſt gratia quæ per ſubminiſtrationem ſpiritus. & vitæ ſpiritualis nobis datur, & proinde cum ad illam comparatur, dicitur ad litteram pertinere. Neque major eſt efficacia in occurſu lectionis accommodæ ad converſionem ſuadendam, quam in occurſu tentationis accommodæ ad rebellionem ſuadendam. 5. Quod addit Bellarm. de gratia *cooperante*, nihil eſt ad rem: ipſemet enim *cap*.4. primum actum deliberatæ voluntatis, qualis eſt converſio, pendere facit ex gratia operante tantum, non cooperante: nos autem agimus de converſione.

7. Bellarm. *Object. Si gratia efficax eſt interna ſuaſio, qua ita vocatur aliquis, ut aptum eſt ei, ut vocantem non ſpernat, gratia ſufficiens, ut ab efficaci diſtinguitur, nihil erit aliud, niſi interna ſuaſio, qua ita vocatur aliquis, ut aptum ei non eſt ut vocantem non ſpernat. Conſequens eſt abſurdum, ergo & antecedens.*

Bellarm. 1. *Certum eſt vocari a Deo multos, ut aptum eis non eſt, ut vocantem non ſpernant, & eo tempore, quo Deus videt illos non ſequuturos, & non vocari eo tempore quo prævidentur ſequuturi, ſi vocarentur.*

Proteſt. Sententiæ hujus copulatæ pars prior eſt certiſſimo falſa, ſi intelligatur de vocatione ſimpliciter ſufficiente ad converſionem; pars etiam poſterior eſt æque falſa, ſi intelligatur (ſicut Bellarm. intelligit) de prævi-ſione eventus ex ſola extrinſeca incongruitate vocationis pendentis.

Bellarm. 2. *Quod autem Deus facit, abſurdum videri non debet, etiamſi cauſam ignoremus. Deus tamen reprobos non vocat, quando videt ſequuturos, quia non tenetur ita eos vocare, & juſte poteſt deſerere. Vocat autem quando videt non ſequuturos, tum ut oſtendatur vis liberi arbitrii, tum propter electos, ut ipſi in perditione aliorum intelligant quam gratiam acceperint à Deo. Neque reprobi culpam ullam ſuæ inobedientiæ in Deum referre poſſunt.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Si non debet nobis videri abſurdum, quod Deus facit, etiamſi cauſam ignoremus (quod unum pie hic dicitur à Bellarm.) tum certe non debuit Bellarm petulantiæ ſuæ indulgendo ſic Deo oggannire, ut facit *cap.* II. *Si ii ad quorum cor Dominus pulſat, non habent ſufficien auxilium aperiendi, cur obſecro Dominus pulſat? non ignorat eos aperire non poſſe? an ſtultus non eſſet, qui oſtium vicini pulſaret, ſi certo ſciret, neminem intus eſſe, qui aperire poſſit?* II. Quod Deus non teneatur congrue vocare, hoc ex æquo verũ eſt de omnibus peccatoribus: non poteſt igitur eſſe cauſa cur Deus quoſdam non vocaret quando videt ſequuturos, magis quam omnes. III. Ex illis quæ Bellarm. profert pro cauſis, cur Deus vocet quos videt non ſequuturos, poſſit ſibimet reſpondere, cur Deus vocet quos novit non habere gratiam ſufficientem. IIII. Quandoquidem certiſſimum eſt, neminem converti, niſi qui congrue vocatur, culpa inobedientiæ, vel non converſionis, æque poteſt referri ab impœnitentibus in Deum, non congrue vocantem, ac non ſufficiens auxilium communicantem: imo majore cum ſpecie, ſi ſæpe non vocat eos quos videt ſequuturos fuiſſe ſi congruam ſuaſionem haberent. Compeſcant igitur Ieſuitæ inſanos ſuos clamores, de culpa peccati & mortis in Deum relata, per eos qui negant ſufficientem gratiam omnibus dari, idque ex Dei decreto Bellarm. *Object. Iſta explicatio gratiæ (quam tradidit Bellar. parum aut nihil differt ab opinione illa, quæ efficaciam gratiæ in voluntate humana ponit: quam tamen Bell. antea faſſus eſt, alienam eſſe a Scripturis, evertere fundamentum prædeſtinationis divinæ & abuſum eſſe nominis gratiæ efficacis:*

Bellarm. I. *Diſcrepant iſtæ ſententiæ; quod prima opinio vult efficaciam gratiæ pendere à voluntate humana; noſtra vero pendere vult à voluntate Dei.*

Proteſt. Hæc diſcrepantia conſiſtit in fuco ſolo verborum. Nam I. Nihil ponit tertia ſententia, quod in prima non continetur, præter congruitatem ſuaſionis ſingulariter congruentis ingenio eorum à quibus gratia recipitur: hæc autem congruitas in circumſtantiis loci, temporis, & ſimilibus, una cum complexione & naturali diſpoſitione hominis vocandi collocatur. Vel igitur ex iſtis circumſtantiis immediate & proxime pendet efficacia gratiæ, ſecundum iſtam ſententiam, vel ex voluntate humana. Ad illas autem circumſtantias efficaciam iſtam referre, indignius eſt, quam ad arbitrium voluntatis humanæ. *Sequitur enim* (ut recte obſervat Alvarez *diſp.* 83. *a.* 9.) *quod ultima ratio differentialis, propter quam auxilium gratiæ eſt efficax, ſit reducenda ad aliquid naturale, ſcil. in*

par

particularem complexionem hujus individui, aut in aliquam conſtellationem cœleſtem; aut vero in aliquam ſumptionem cibi aut potus (adde etiam, in placidum ſomnum) ex quibus diſpoſitio provenit lenior, & lætior, & ab admittenda ſuaſione bona minus aliena. 2. Becanus Ieſ. non fatetur tantum ingenue, ſed & valide probat, quod Bellarm. diſſimulando negat, ſic enim ille, de Auxil. *par.* 2. *c.* 3. *Si quæratur prima radix, quare hæc gratia ſit efficax, illa inefficax, recurrendum eſt ad liberam cooperationem voluntatis, non autem ad præſcientiam Dei, qua prævidit hanc aut illam gratiam fore congruam. Nam præſcientia Dei non facit ut homo cooperetur, ſed ſupponit eum cooperaturum: prima ergo radix, ex qua gratia vocatur efficax in actu ſecundo, ſumenda eſt ex eventu, ſeu libera hominis cooperatione.*

Bllarm. 2. *Si proponatur quæſtio; Vtrum ſi duo homines habeant eandem omnino gratiam excitantem & adjuvantem, ſaltem in actu primo & eundem concionatorem audiant, & eadem ſigna videant: utrum (inquam) fieri poßit, ut unus credat, alter non credat: prior lla opinio reſpondebit fieri poſſe, quæ reſponſio contradicit Apoſtolo. At oſtra ſententia reſpondebit, non poſſe fieri ut ſi eandem omnino gra- iam excitantem duo homines accipiant, unus credat, alter non credat. ui credit enim accipit motionem eo modo, loco, & tempore, quo Deus rævidit ejus ingenio congruere, alter non ita accipit, ac per hoc longe majorem habuit Dei gratiam is qui credit, quam qui non credit.*

Proteſt. Effugium hoc eſt plane præſtigioſum. Si intera & externa motio ſive excitatio gratiæ eſt eadem, lous etiam & tempus idem, cum ſimilibus circumſtantiis, ed congruunt unius, & non alterius ingenio, aut indoli oluntatis, tum unica cauſa differentiæ eſt in eorum differenti ingenio & voluntate. Quod enim eadem ſpecilla nius oculis conveniant, & non alterius, cauſa non eſt ſpecillis, ſed in oculis quibus adhibentur. Quod una & adem tentatio Diaboli congrua ſit ad unum ſeducenum, & non alium, cauſa non eſt in tentatione, ſed in ntatis. Recte igitur Alvarez *diſp.* 108. *n.* 4. *ſecundum hanc lutionem, differentia tandem refunditur ad innatam libertatem hus hominis, & non ad aliud acceptum a gratia.* Summa totius iſceptationis hujus hæc eſt: Si Deus tantum ſuadendo ahit nos ad bonum, tum non alia eſt efficacia gratiæ ei in fidelibus ad bene agendum, quam eſt tentationis iaboli in peccatoribus ad male agendum: & proinde cut efficacia tentationis magis pendet ex voluntate pecntis, quam Diaboli tentantis, ſic efficacia gratiæ magis ndet ex voluntate bene agentis, quam Dei ad bonum citantis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAPVT IV.

De Communicatione Gratiæ.

THESIS I.

BEllarm. *Sententia Pelagianorum fuit, gratiam Dei omnibus hominibus paratam eſſe, modo ipſi eam petere & excipere velint, poſſe autem unumquemque ex viribus liberi arbitrii ſine alia præveniente gratia, ipſam gratiam expetere, invocare, excipere.*

Proteſt. Pelagianorum ſententiam diſtinctius multo refert Alvarez, *diſp.* 1. *Pelagii hæreſis quadruplicem habuit ſtatum. In primo, negavit omne auxilium ſupernaturale, & omnem interiorem gratiam ſupernaturalis ordinis, tam ſufficiemtem, quam efficacem. In ſecundo ſtatu, admiſit adjutorium gratiæ, in lege, & doctrina exteriore, aut etiam in Chriſti exemplo conſtitutum. ut facilius impleret homo per gratiam, quod ſimpliciter potuit per naturam. In tertio admiſit gratiam interiorem ad poſſe, videlicet, internam illuminationem intellectus, & internam excitationem ſtupentis voluntatis, ut per eam facilius poſſet homo divina adimplere mandata. In quarto, admiſit gratiam illam internam eſſe ſimpliciter neceſſariam, non quidem ad incipiendum, ſed ad perficiendum virtutum opera.* Caſſianus etiam, quem Bellarm. annumerat Pelagianis, admiſit. *Deum aliquando prævenire hominis voluntatem, imo quoſdam nolentes, & invitos pertrahere ad bonam voluntatem. Collat.* 13. *cap.* 12. 17. & 18. Hic igitur eſt quintus ſtatus erroris Pelagiani.

2. Bellarm. *Catholici ferè omnes docent, omnibus hominibus pro loco & tempore, ſufficiens auxilium non deeſſe, & tamen ſine præveniente gratia, neminem poſſe gratiam deſiderare, petere, vel accipere.*

Proteſt. Ambiguitas latet in iſthoc termino, ſine gratia præveniente. Sic enim Bell. ipſe *lib.* 1. *c.* 2. *gratia excitans dici poteſt præveniens. rurſus gratia operans eſt etiam præveniens, denique omnis gratia prior, præveniens dici poteſt, ſi comparetur ad poſteriorem.* In iſtis autem verbis intelligit Bellar. gratiam tantum excitantem, vel ſuaſionem ſufficientem. Senſus igitur iſtorum Catholicorum eſt, *Omnibus dare ſufficientem gratiam, & tamen ſine ſufficiente gratia neminem poſſe gratiam deſiderare petere, vel accipere.* Vbi 1 obſervandum eſt, quam difficile ſit diſcrimen aliquod ſpecioſum invenire, inter ſententiam Pelagianam, & Catholico Pontificiam. Bellar. nullum potuit oſtendere, niſi ridiculo & exſenſo ſermone *quamvis omnibus detur ſufficiens gratia, tamen ſufficiente gratia nemo poteſt gratiam accipere.* Diſcernit enim res maxime contrarias, quaſi tantum eſſent diverſæ: habere gratiam, & accipere gratiam ſine gtatia, 2. Obſervandum etiam Pelagianos nunquam negaſſe gratiam univerſalem, ſufficientem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tem, & non efficacem, (talem enim controverſiam nemo ipſis movebat, neque cauſa ulla eſt, cur homines maxime naturales & carnales illam gratiam negent) ſed (ut Auguſtinus *Hæreſ.*88. notat) inimicos fuiſſe Dei gratiæ ſpecialis & efficacis, *qua prædeſtinati ſumus, qua eruimur de poteſtate tenebrarum, ut in Chriſtum credamus, atque in regnum ipſius transferamur, & qua diffunditur charitas in cordibus noſtris, ut fides per dilectionem operetur.* Sufficientem poteſtatem à Deo dari concedebant, imo contendebant, eamque gratiam nominare, & neceſſariam affirmare non detrectabant. Realis igitur differentia nulla adhuc apparet inter Pontificiam hanc ſententiam, & Pelagianam: videndum igitur an & quatenus in octo illis propoſitionibus quas Bell. explicationis cauſa ſubjungit, inveniatur.

3. Bellarm. 1. *Auxilium gratiæ non ita offertur omnibus ut Deus expectet homines, qui illud deſiderent vel poſtulent, ſed prævenit omnia deſideria, & omnem invocationem, Hæc prapoſitio eſt contra Pelagianos, & Pelagianorum reliquias.*

Proteſt. Honeſta hæc eſt oratio: ſed ſi penitus introſpiciatur, de Bellarm. vere dici poteſt, quod Auguſtinus de Pelagio notavit: *ſub ambigua generalitate quod ſentit abſcondit.* Nam 1. quamvis non indicet, in iſtis verbis, quod auxilium intelligit, ſufficiens, an efficax, ſatis tamen conſtat ex iis quæ jam dicta ſunt, affirmari hoc ab ipſo, de auxilio tantum illo quod ſufficiens appellat. Hoc autem Pelagiani non negarunt de ſuaſione, ut videre eſt apud *Auguſt. epiſt.* 107. Vbi Vitalis Pelagiani ſententia his verbis refertur: *ſine doctrina Dei, non poteſt homini innoteſcere veritas, cui propria voluntate conſentiat, Dei doctrinam, ſuaſione præcedente, homo ſubſequente conſenſione ſectatur.* Nec revera vel credere, vel concipere poteſt quiſquam, auxilium ſufficiens ad bene volendum, prærequirere ut conditionē antecedentem, voluntatem bonam. 2. De auxilio efficaci, ad cujus communicationem expectare Deum liberum hominis conſenſum, docent illi omnes, qui efficaciam gratiæ pendere faciunt ex libera cooperatione arbitrii humani: inter quos Ieſuitæ primum conſtituunt agmen. Bellarm. hoc antea docuit *lib.* 1. *cap.* 11. ex illis verbis Iſa. 5. *expectavi ut faceret uvas, &* Apoc. 3. *ſto ad oſtium & pulſo.* Hæc tamen eſt illa ſententia, quam hujus propoſitionis verbis Concilium Arauſicanum damnavit olim in Pelagianis. *Si quis, ut à peccato purgemur voluntatem noſtram Deum exſpectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per ſancti ſpiritus infuſionem & operationem fieri confitetur, reſiſtit ipſi Spiritui ſancto, &c.*

4. Bellarm. 2. *Auxilium gratiæ Dei non æqualiter omnibus datur.*

Proteſt. Vera quidem agnoſcitur hæc propoſitio ab omnibus Chriſtianis : ſed ſi de ſufficiente gratia intelligatur, non videtur ab eis poſſe defendi, qui omnibus eam dari volunt, niſi illam gratiam quæ uni eſt tantum ſufficiens, reſpectu alterius dicere velint pluſquam ſufficientem. Quicquid ſit, Pontificii à Pelagianis hac ſententia non diſcriminantur. Illi enim gratiam ſecundum merita dari voluerunt.

5. Bellarm. 3. *Nulla eſſet in Deo iniquitas, ſi non ſolum aliquibus, ſed etiam omnibus hominibus auxilium ſufficiens ad ſalutem negaret.*

Proteſt. Quamvis veriſſima ſit hæc propoſitio, nihil tamen pertinet ad communicationem gratiæ (quomodo ſcilicet, aut quibus fiat) explicandam. Accipimus vero ut teſtimonium, aut confeſſionem eorum clamoſis calumniis opponendam, qui illam doctrinam crudelitatis accuſant, quæ gratiam tradit minori perti hominum communicari.

6. Bellarm. 4. *Sive detur ſufficiens auxilium omnibus, ſive tantum aliquibus, nos tamen de nullius ſalute, donec in hac vita fuerit, deſperare debemus, neque ab ullo ſubtrahere correptionem, exhortationem, & alia charitatis officia.*

Proteſt. Vera eſt etiam hæc propoſitio, quamvis rem propoſitam non proprie attingat. Eam autem nos opponimus eorum inſaniæ, qui prædeſtinationis doctrinam iſtiuſmodi charitatis officiis inimicam eſſe nugantur.

7. Bellarm. 5. *Auxilium ſufficiens ad ſalutem, pro loco & tempore, mediate, vel immediate omnibus datur. Iis qui uſu rationis utuntur datur immediate : iis autem qui rationis uſum non habent, mediate, quoniam parentes eorum Baptiſmum ipſis procurare poſſunt, ſi volunt.*

Proteſt. 1. Hæc propoſitio non diſtinguit Pontificios à Pelagianis : ſed una cum illis contradicit Apoſtolo Rom. 10. *quomodo credent ei quem non audierunt ? quomodo autem audient ſine prædicante ?* 2. Quod affirmatur de omnibus iis qui uſum rationis habent, illos ſcilicet immediate habere gratiam ſufficientem ad ſalutem, ab experientia ipſa ſatis refutatur, qua conſtat multos eſſe in mundo, qui rationis uſum habent, qui tamen de ſalute, gratia, fide, converſione, ne per ſomnium quidem cogitarunt. 3. Mediata donatio gratiæ in poteſtate parentum collocata, eſt commentum omni ex parte ineptum. Neque enim habent omnes parentes in vivis; neque parentibus omnibus notus eſt Baptiſmus; neque omnes ii qui norunt Baptiſmum poſſunt illum quibus volunt procurare, neque denique vel ex Baptiſmo, vel ex voluntate parentum pendet gratia & ſalus liberorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellar. 1. Pſal.19.7. *Non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus,*

Proteſt. Calor ſolis non eſt gratia Dei.

Bellarm. 2. Pſal.25.10. *Omnes viæ Domini miſericordia & veritas.*

Proteſt. Additur in textu, quod improbe celatur à Bellar. *cuſtodientibus fœdus ejus & teſtimonia ejus.*

Bellarm. 3. Prov.1.20. *Prædicatio ſapientiæ eſt generalis.*

Proteſt. Prædicatio quælibet generalis, non eſt gratia ſufficiens ad ſalutem.

Bellarm. 4. Ezech.33.11. *Convertimini, convertimini, hæc exhortatio irriſoria videtur, niſi Deus dediſſet illis vires quibus converti poſſent.*

Proteſt. Illa exhortatio non pervenit ad omnes qui uſum rationis habent: neque ſequitur irriſoriam eam eſſe, niſi omnes ad quos pervenerit, vires haberent ad converſionem ſufficientes: quia officium commune demonſtrat, & in quibuſdam efficaciter operatur. Rationi perverſæ æque irriſoria videtur exhortatio, quæ adhibetur à Deo (ſecundum Bellar.) quando videt eam non valituram, & quando videt eam valituram non adhibetur.

Bellarm. 5. Matth.5. *Solem oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper injuſtos & juſtos, intelligendum eſt de ſole juſtitiæ, & pluvia gratiæ.*

Proteſt. Sic quidlibet ex quolibet probant fabricatores allegoriarum.

Bellarm. 6. Matt.11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis.*

Proteſt. Non omnes qui uſum rationis habent, laborant, & onerantur ſenſu peccati.

Bellarm. 7. Ioh.1. *Illuminat omnem hominem.*

Proteſt. Bellarm. ipſe ſibimet reſpondet *cap.3. poſſe hunc locum non incommode referri ad naturalem illuſtrationem: vel ſenſum loci eſſe, neminem illuminari niſi per ipſum.*

Bellarm. 8. 1.Tim.2. *vult omnes ſalvos fieri.*

Proteſt. Reſpondet Cajetanus in locum: *Non eſt hic (ſpeculative Theologo) ſermo de voluntate beneplaciti, ſed de voluntate ſigni:* & ſimili plane modo de his ipſis verbis Bellarmini reſpondet Bellarminus Pelagianis. c.3.

Bellarm. 9. 1.Tim.4. *Salvator omnium hominum.*

Proteſt. Quoad illa mala à quibus ſalvantur. *Salvat ſalute corporali, quoad omnes:* dicit Thomas ad illa verba.

Bellarm. 10. *Chriſtus dicitur pro omnibus mortuus.* 1.Cor. 15. 1.Tim.2. & 1.Ioh.2.

Proteſt. Quoad efficaciam, pro electis tantum, ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis. Apoc,7.9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

8. Bell. 6. *Auxilium Dei ſufficiens & neceſſarium ad reſurgendum à peccato, etſi nulli deſit pro loco, & tempore, non tamen adeſt omnibus momentis.*

Proteſt. I. Limitatio iſta lubrica & Sophiſtica, *pro loco & tempore*, explicatur a Bellarm. æque ambigua phraſi, in titulo ca. hujus 6. *prout judicat Deus munera ſua eſſe diſtribuenda.* Si detur igitur tantummodo in primo momento quo quis ad uſum rationis accedit, aut in ultimo vitæ momento. Bellar. ſibi proſpexit ſatis, illud enim eſt pro loco & tempore. Alii ſunt Pontificii, qui quamvis nihil habeant dicendum *de loco* (cujus revera nulla ratio habetur in communicatione gratiæ) illud tamen quod dicitur *pro tempore* explicant de tempore *præcepti & obligationis*, quo quis peccaret, ſi non reſurgeret a peccato. Becan. de auxi. Iſti autem, hac in parte ſunt futiliores ipſo Bellar. niſi quod ille etiam tale quid habeat *cap.* 8. *tunc maxime tempus eſt opportunum, cum non poſſunt ſine converſione vitare peccatum:* ſic loquuntur iſti nugatores, quaſi aliquando licitum eſſet peccatis indormire, & aliquando tantum obligarentur homines ad Deum converti. II. Hæc propoſitio non tam reipſa, quam loco & tempore diſtinguit Pontificios a Pelagianis. III. Si non ſemper adeſt iſta gratia ſufficiens, tum ludebat antea Bell. *l.* 1. *c.* 11. cum eam probare voluit ex iis verbis: *vos ſemper reſtitiſtis Spiritui ſancto.*

9. Bellarm. 7. *Auxilium ſufficiens ac neceſſarium ad vitanda peccata, omnibus hominibus, & omni tempore, vel immediate, vel mediate. a divina benignitate præſtatur.*

Proteſt. I. Videtur quidem hæc propoſitio aliquid aliud ſonare quam Pelagiani dicebant, dum omnia tribuit auxilio divino: ſed verbis mutatis eadem ſententia retinetur. Si enim Pelagius cogitaſſet de auxilio alio quod omni homini, omni tempore adeſt, præter illud quod poſſibilitatem naturæ, & poteſtatem liberi arbitrii vocabat, adeo inſanus nunquam fuiſſet, ut ſine ulla neceſſitate de viribus naturæ: abſtracte contenderet adverſus auxilium quod a natura nunquam ſeparatur. Bene igitur obſervat Bonavent. in 2. *d.* 28. *de part. lib. arb.* 7. 2. *Hoc fuit quod decepit Pelagium, quod liberum arbitrium nunquam deſtituitur omni gratia gratis data, & ipſe poſſe gratia attribuit ipſi natura.* Infœlicitas fuit Pelagii, quod illo ſeculo nemo Catholicus docuit gratiam ad peccata vitanda, æque communem eſſe, ac eſt ipſa natura. II. Si iſta ſententia vel inter Pontificios fuiſſet diu recepta, non adeo inepti fuiſſent Scholaſtici, ut ſolicite diſputaſſent, quid ſine gratia poſſit homo lapſus præſtare: quia ſecundum hanc opinionem, nullus homo ullibi ſine gratia reperitur. III. Nimis con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

confuſe proponitur hæc aſſertio à Bellar. Durandus in 1. d.28. aliam rationem eſſe vult vitandi peccata illa, quæ ſunt contra præcepta naturalia, & aliam vitandi illa quæ ſunt contra præcepta ſupernaturalia. Plerique Scholaſticorum diſtinguunt inter peccata venialia & mortalia & inter vitationem peccatorum omnium mortalium *diviſivè*, & omnium *collectivè*. Nonnulli etiam reſtringunt iſtam potentiam vitandi peccata ad potentiam *Phyſicam*, quia non audent aſſerere *moralem*. Non fuerunt hæc Bell. ignota: ſed conſultiſſimum putavit, intra ambiguæ phraſeos obſcuritatem ſeſe continere. IV. Hæc propoſitio adeo eſt falſa, ut utrinque rejiciatur inter ipſos Pontificios, quorum alii, ut Scotus, Occam, Gabriel, docent, *liberum arbitrium ex ſuis naturalibus, ſine dono gratiæ poſſe quodlibet peccatum mortale novum cavere. Gabr. Biel. in* 2. *d*.28. alii vero cum Divo Thoma defendunt, *peccatorem non poſſe vitare omnia peccata mortalia, niſi habeat gratiam juſtificantem, per quam ad Deum convertatur. Hæc propoſitio* (ait Medina in 1.2. q.109 a.8.) *eſt fides catholica, & contrarium pertinet ad hæreſin Pelagianorum*. Idem docent modeſtiores Ieſuitæ, qui ſcribunt de caſibus conſcientiæ: ut Filincius, *tract*.21. *num*.462. *Deus non ſtatuit conferre illa auxilia quibus peccatum (ſaltem longo tempore) vitetur ſine gratia habituali*.

10. Bellarm. *Probatur propoſitio illa ſeptima, primo teſtimonio Scripturæ, quæ ſignificat, neminem poſſe culpam peccati ſui rejicere in Deum*,

Proteſt. I. Neque poteſt Diabolus culpam peccati ſui rejicere in Deum, an igitur divinæ gratiæ ſufficiens auxilium ipſi etiam præſtatur? II. Bell. ipſe propoſitione tertia conceſſit, *nullam futuram in Deo iniquitatem: ſi omnibus hominibus auxilium ſufficiens ad ſalutem negaret*: qui quæſo major eſt iniquitas, ſi aliquibus neget auxilium ſufficiens ad peccata vitanda?

11. Bellarm. *Probatur etiam ratione. Nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. Niſi igitur omnes ſemper haberent auxilium quo poſſent vitare peccata, peccando non peccarent*.

Proteſt. Bellar. hic præclare defendit auxilium gratiæ univerſalis, dum ejus effectum eſſe vult, quod homines poſſint peccare. multis certe optandum fuiſſet hujuſmodi auxilio gratiæ ſemper caruiſſe. II. Peccat homo in eo quod non poteſt vitare, quando illa impotentia ejus culpa contrahitur.

Bellarm. *Peccatum intrinſecè requirit liberam voluntatem*.

Proteſt. Intrinſeca illa naturæ libertas, quæ requiritur ad peccatum, eſt in omni actu voluntario, qui provenit a conſilio; quia ille qui certo conſilio aliquid vult, illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

idem vellet, quamvis poteſtate maxime abſoluta poſſet contrarium velle.

CAPVT. V.

Argumenta quædam noſtra, contra 5 & 7 propoſitionem Bellarm. quibus docuit, neminem eſſe, qui non habeat auxilium ſufficiens, pro loco & tempore, ad converſionem à peccatis commiſſis, ſemper autem ad peccata vitanda.

1. *Proteſt.* Scriptura teſtatur, quoſdam homines à Deo indurari, & excœcari.

Bellarm. *Piè credimus, Deum quamvis non ſemper, tamen pro loco & tempore, iſtis etiam porrigere auxilium, quo poſſint cœcitatem & duritiem à ſuo corde repellere; tum ſcilicet cum non poſſint ſine converſione vitare peccatum.*

Proteſt. I. Bellarm. ipſe de amiſſ. gratiæ. *lib.* 2. *cap.* 14. ſic deſcribit excœcationem & obdurationem, ut illa fieri dicat, *ut homo juſto Dei judicio peccata præterita punientis, ita deſtituatur auxilio divino, ut non poſſit moraliter non cadere.* An piè credi poteſt, Deum ſimul ſubducere, & porrigere auxilium, quo quis cœcitatem & duritiem a ſuo corde repellat? II. Si induratio conſiſtit in pœnali auxilii deſtitutione, quomodo poteſt induratus, dum talis manet, ſufficiens auxilium habere ad duritiem repellendam, niſi qui judicio Dei deſtituitur auxilio, auxilium habeat ad deſtitutionem illam judicialem repellendam. III. Si tum adeſt induratis auxilium ſufficiens, cum ſine converſione non poſſint vitare peccatum, tum ſemper adeſt. nam qui ſunt indurati, ſunt in peccato indurati, & ipſa induratio (ut Bellarminus fatetur, de *Amiſſ. gr. lib.* 2. *cap.* 14.) eſt peccatum, & cauſa peccati. IV. Miſericordia, & induratio, inter ſe opponuntur, ita ut ex uno affirmato, alterum negetur. Rom. 9. 18. Conſequentia igitur eſt firma: hic homo eſt induratus: ergo eſt auxiliis gratiæ & miſericordiæ deſtitutus.

2. *Proteſt.* Actor. 14. 16. & 17. 31. *Deus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.*

Bellarm.. 1. *Hoc eſt, non tam largiter fluebat gratia Dei, ut poſtea: ſed non propterea defuit unquam ea menſura gratiæ, quæ divinæ providentiæ ſufficiens & neceſſaria viſa eſt.*

Proteſt. I. Diſſimulat Bellarm. quæſtionem, & aliud reſpondet. Quæritur de gratia ſufficiente ad converſionem a peccatis commiſſis, & ad alia peccata vitanda: ille autem reſpondet de gratia ſufficiente divinæ providentiæ. II. Gratia illa quæ nunc fluit inter multas gentes, non

non eſt ſaltem plus quam ſufficiens ad converſionem, & ad omnia peccata vitanda: illa igitur gratia quam Bellar. minorem agnoſcit, non fuit ſufficiens ad hæc effecta producenda.

Bellarm. 2. *Deus non reliquit ſemetipſum ſine teſtimonio.*

Proteſt. Hoc eſt, ut Actor. 14.17. *dedit pluvias, ac præſtituta tempora fructibus proferendis, implens cibo & delectatione corda noſtra.* numquid hæc eſt gratia ſufficiens ad reſurgendum a peccatis, & ad peccata vitanda?

Bellarm. 3. *Apoſtolus addit* Act. 17.27. *potuiſſe eos Deum quærere, & invenire.*

Proteſt. Bellarm. hoc addit: Apoſtoli verba ſunt: *ut quærerent Dominum, ſi forte palpando eum invenirent.* Nihil hic de *poſſe*: ſaltem ad reſurgendum a peccatis, & omnia peccata vitanda.

Bellarm. 4. *Apoſtolus* Rom. 1.20. *eoſdem gentiles inexcuſabiles fuiſſe confirmat.*

Proteſt. Quia ſcil. Deum non glorificarunt ſecundum notitiam, neque etiam ſecundum potentiam ſuam, ſed ſcientes volentes peccatis indulgebant.

3. *Proteſt.* Rom. 10.14. *Quomodo credent ſine prædicante?*

Bellarm. *Quibus Euangelium non prædicatur, poſſunt a Deo excitari ad Deum credendum; & ex tali fide excitari poſſunt ad orationibus & elemoſynis majus fidei lumen, a Deo impetrandum: cujus rei exemplum habemus in Cornelio.* Actor. 10. *Habent igitur auxilium quo poßint non immediate, ſed mediate converti.*

Proteſt. I. Subterfugium hoc eſt manifeſtum: quæritur enim de eo quod fit: an ſufficiens gratia omnibus detur: Bellarm. reſpondet de eo quod poſſit fieri, per illimitatam Dei potentiam. II. Vt ſuo commento illudat verbis allegatis, aliis Pauli verbis eodem loco poſitis, recte contradicit: Affirmat enim poſſe hominem ſine fide Chriſtiana, & gratia, efficaciter Deum invocare, ad talis fidei lumen impetrandum. Apoſtolus autem connectit iſta: *quomodo invocabunt? quomodo credent? quomodo audient?* ita ut fidem Chriſtianam pendere faciat ex auditu, & invocationem ex fide; non fidem & auditum ex invocatione, qui perverſus eſt ordo Bellarm. III. Si hæc ſit lex & communis curſus gratiæ communicandæ majori parti generis humani, mirum eſt nullum exemplum poſſe proferri talis proceſſus gratiæ, præterquam in uno Centurione. IV. Cornelii exemplum non quadrat. Nulla circumſtantia ſuadet magis eum tum temporis fuiſſe infidelem, & non converſum, quando orabát, & eemoſynas erogabat, quam alterum illum Centurionem, cujus fidem Chriſtus ipſe dicitur admiratus. Luc.

7.9. Huc accedit, quod Carthuſianus in Actor. 10. habet: *De Cornelio dicunt Doctores, quod ante apparitionem, habuit fidem, quæ eſt virtus Theologica, fidem formatam, charitate ornatam, fidem de Chriſto, ſaltem implicitam, & indiſtinctam.* Thomas ipſe, quem ſolum Bellarm. hic laudat, ut ſui de Cornelio judicii auctorem, diſertis verbis ipſi contradicit, & nobis aſſentitur. 2.2. *q.* 10. *a.*4.3. *m.* & 3. *q* 69.2.*m.*

4. *Proteſt.* Iohan.6.44.45. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum: & omnis qui audivit & didicit a Patre, ad me venit.* Nemo poteſt venire niſi qui trahitur, non autem trahuntur omnes, quia non veniunt omnes: ergo non poſſunt omnes venire.

Bellarm. 1. *Trahuntur omnes: trahi enim eſt audire. Non autem venit omnis qui audit, ſed omnis qui audit & diſcit: & hac eſt gratia efficax.*

Proteſt. Nihil dici potuit verbis Chriſti magis adverſum. I. Chriſtus rationem reddit quare non omnes venirent ad eum: quia ſcil. omnes non trahebantur. Bell. reſpondet, *omnes trahi.* II. Chriſtus manifeſte diſtinguit inter auditores ſuos, quod quidam eorum trahebantur a patre, quidam non: Bellarm. reſpondet, *trahi eſſe audire.* III. Chriſtus tractionem collocat in actione Dei efficaciſſima *pater trahit.* Bellarm. eam ponit in actione inefficaci: *trahi eſt audire: non venit omnis qui audit.* IV. Chriſtus explicaturus quid ſit *trahi*, dicit *eſſe doceri a Deo*; & quid *doceri*, affirmat eſſe *audire & diſcere.* Bellarm. contra *trahi* vult eſſe audire; *doceri* autem & *diſcere*, aliud neſcio quid, quod Chriſtus vel noluit, vel non potuit explicare. V. Chriſtus *trahit* illos dicit *quibus datum eſt a Deo, verſ.*65. quo dono diſtinguit alios ab aliis, inter ſuos auditores, & diſcipulos *verſ.*54. Bellarm. contra *omnes* trahi dicit, ita ut hoc dono nemo unus poſſit ab alio diſtingui.

Bellarm. 2. *Poteſt dici, Dominum loqui de gratia efficaci. Dicitur autem non poſſe venire, qui non trahitur per efficacem gratiam, non quod abſolutè non poßit, ſed quia infallibiliter non veniet.*

Proteſt. Secundæ igitur cogitationes Bellarm. ſunt: abſolute poſſe eum credere, qui non trahitur a Patre, non docetur a Deo, non audit & diſcit, vel cui non eſt datum a Patre.

5. Bellarm. *Octava propoſitio eſt: Quamvis gratia ſufficiens omnibus detur, tamen prædeſtinationis divinæ nulla ratio ex parte noſtri aßignari poteſt, ne conditio quidem ſine qua non prædeſtinaretur is qui prædeſtinatur.*

Proteſt. De priore parte hujus axiomatis, ſatis eſt antea dictum. Pars poſterior eſt veriſſima, prout ſonat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Sed I. Obſervandum eſt, hac ſententia Bellarm. graviſſimi erroris damnari non tantum Scholaſticos varios, ſed & neotericos Pontificios quamplurimos, inter quos ſunt magni (quamvis non boni) nominis Ieſuitæ. Inter alios, Becanus, qui acerrimus noſtrorum eſt calumniator, de prædeſt. part. 2. cap. 3. hoc ponit fundamentum, tamquam regulam certam: *Si oſtendimus hunc aut illum effectum prædeſtinationis dari nobis ex meritis, jam oſtenſum erit, prædeſtinationem quoad illum effectum factam eſſe ex prævißis meritis.* Aſſumit autem ibid. de gratia juſtificationis: *plerique Scholaſtici putant meritum de congruo rectè cohærere cum gratuita juſtificatione, meritum fidei & dilectionis, non pugnat cum gratuita juſtificatione.* Sed de gloria magis audacter pronunciat: *Conſtat ex Scripturis vitam æternam dari ex meritis gratiæ condignis: ergo dubitari non poteſt, quin ab æterno præparata ſit ex prævißione meritorum. Quare ab æterno hi electi ſunt, non illi, cauſa eſt, quia hi fecerunt bona opera, illi non fecerunt, ſcil. in præſcientia Dei. & ita ſentiunt graves Theologi, Camerarius, Molina, Oſorius, Turrianus, Vaſquez, & alii.* II. Obſervandum etiam eſt, hanc ſententiam nullo modo poſſe conciliari cum iis quæ Bellarm. antea docuit de gratia efficaci; niſi quemadmodum efficaciam gratiæ in eo poſuit, quod ſuadeatur ipſi eo modo, loco, tempore, quo Deus prævidit hunc aut illum per liberum arbitrium illam amplexurum: ſic etiam electionem ad gratiam collocet in eo, quod Deus decrevit llam cum talibus circumſtantiis offerre. Hac autem raione, liber ille influxus liberi arbitrii, quo conſentit aliquis auxiliis excitantis gratiæ, non eſſet effectus electionis: & ſic nemo eligeretur ad conſentiendum Deo vocanti, aut ad gratiam efficacem. Hæc igitur tam ſpecioſa profeſſio Bellarm. De gratuita Dei prædeſtinatione, primariam ejus partem tollit.

8. Bellarm. *Secundum modum noſtrum intelligendi, iſte videtur fuiſſe ordo prædeſtinationis in mente divina. 1. Prævidit Deus, ſi hominem conderet, eum lapſurum cum omni poſteritate: & ſimul vidit poſſe ſe variis modis liberare vel omnes, vel aliquos pro arbitratu ſuo. 2. Voluit hominem condere, ac ut laberetur permittere, & quoſdam ex numero lapſorum miſericorditer liberare, aliis in maſſa perditionis juſte relictis. 3. Excogitavit remedia, ſalvandis electis idonea, in quibus primum locum habuit incarnatio, & paßio Salvatoris. 4. Approbavit a remedia, & tunc elegit Chriſtum, & nos in ipſo ante mundi conſtitutionem. 5. Diſpoſuit, ordinavit, & quodammodo imperavit ut ita ieret.*

Proteſt. Quia ſigna, vel inſtantia aut momenta iſta prioa, poſteriora, non conveniunt divinis actibus in ſe, ſed antum pro noſtro intelligendi modo; idcirco varius eo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

rum aſſeritur ordo, prout homines varie intelligunt, &
judicant de actibus divinis. Thomæ & Thomiſtarum
communi ſententia, ordo talis eſt intelligendus: I. *Co-*
gnovit Deus per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, omnes creaturas poßi-
biles. II. *Ex omnibus creaturis poßibilibus decrevit creare quæ ab*
ipſo facta ſunt, prout in tempore fuerunt creata. III. *Decrevi*
permittere peccatum, in illum finem ad quem in tempore ordinatur.
IV. *Voluit Verbi incarnationem in remedium peccati, & prædeſtina-*
vit Chriſtum. V. *Elegit ſalutis hæredes in Chriſto: & reliquos re-*
probavit. VI. *Decrevit electis conferre auxilia efficacia ad ſalu-*
tem, & non aliis. Scotiſtæ diſtinctius de iſtis ſignis loquen-
tes alium ordinem ſtatuunt quoad intentionem, & aliun
quoad executionem. *Quoad intentionem (ajunt) Deus* I. *Vo-*
luit ſe, & ſuam gloriam. II. *Voluit Chriſtum cum electis.* III. *Vo-*
luit bona gratiæ. IV. *Voluit bona naturæ & mundum hunc ſenſibi-*
lem. V. *Prævidens lapſum, voluit electis remedium per paßionen*
Chriſti. Sed quoad exequutionem, I. *Voluit bona naturæ.* II. *Vo-*
luit bona gratiæ, & inter illa ex occaſione lapſus redemptionem per Chri
ſtum. III. *Voluit gratiam electorum & Chriſti.* IV. *Volui*
ſuam gloriam. Sunt alii recentiores, præcipuè Ieſuitæ, qu
in aliis non admodum difficiles. in illis omnibus qua
propriè pertinent ad ſingularium hominum prædeſti
nationem, cardinem primarium volunt eſſe ſcientian
quandam *mediam* inter illas quæ dicuntur *ſimplicis intelligen*
tiæ, ac viſionis, qua Deum dicunt ante omnem actum ſua
voluntatis, cognoviſſe, in quam partem arbitrium huju
aut illius pro ſua innata libertate ſe eſſet flexurum, e
hypotheſi, ſi cum talibus auxiliis, in talibus circumſtan
tiis collocaretur, & ſecundum hanc præſcientiam, Deur
volunt prædeſtinationis decretum tam concepiſſe ab æ
terno, quam in tempore exequutioni mandare. Bellarn
poſtremis hiſce conſentit reipſa: ſed aliquo pudore im
peditus ne verbis idem profiteatur, ſic ordinem hunc ex
primit, ut eum in confuſionem, & errorum ſuorum pal
liationem convertat. Nam I. maxima confuſio eſt in ill
propoſitione: *prævidit Deus, ſi hominem conderet, eum lapſuru*
cum omni poſteritate. Nulla eſt connexio inter conditioner
hominis & ejus lapſum. Interceſſit ſaltem tentatio, &
eventus, finiſque ejus ordinatio. ſed de his tacere malu
Bellar. quam veritatem fateri. II. In ſecundo ſign
non dicit Bell. in quem finem *voluit Deus permittere ut h*
mo laberetur: neque an illi *quidam quos voluit liberare*, confu
tantũ conſiderentur, vel ut ſingulares quædam perſona
III. In tertio ſigno, dum affirmat tam alia remedi
quam *Chriſti paßionem excogitatam fuiſſe pro electis*, refutat illu
quod antea docuit, c. 5. *Chriſtum ſolviſſe pretium pro omnibu*

& omn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

& omnibus dari gratiam, qua Chriſti mortis participes fieri queant. IV. Abſurdè dicit quarto in loco, homines fuiſſe electos, poſtquam in tertio ſigno remedia ſalvandis electis idonea excogitata fuerunt. Congruitas enim mediorum reſpectu electorum, non poteſt conſiderari ante electionem. V. In ultimo ſigno, ubi dicit *Deum diſpoſuiſſe, ordinaſſe, & quodammodo imperaſſe ut ita fieret*, ſub incerta deſignatione illius *ita*, relinquit omnia incerta. Satis etiam apparet ex iis quæ antea tractata fuerunt. Bellarminum ſubducere divinæ prædeſtinationi, ac decreto, applicationem voluntatis ad acceptandam gratiam oblatam. Prædeſtinatio igitur ſecundum Bell. non eſt certa & infallibilis ſua virtute, ſed ratione conſenſus humani præſciti quidem, ſed non prædeſtinati. VI. Ad libitum planè excogitantur hæc inſtantia. Quintum inſtans (ut reliqua mittamus) poteſt ſecundum Bell. ſententiam in quinque alia pari modo diſtingui, exempli gratia. Dicere potuiſſet: I. Deus prævidit electos, hos & illos cum tali auxilio, tali loco & tempore ſemet ad Deum converſuros. II. Decrevit tale auxilium, tali loco & tempore illis offerre. III. Decrevit cum illis concurrere ad actum illum perficiendum. IV. Decrevit electis congruum auxilium ad perſeverantiam dare. V. Perſeverantes decrevit glorificare.

LIBER QVARTVS.

DE LIBERO ARBITRIO.

CAP. I. *De natura liberi arbitrii.*

THESIS I.

BEll. *Liberum arbitrium eſt libera poteſtas, ex his quæ ad finem aliquem conducunt, unum præ alio eligendi, aut unum & idem acceptandi, vel pro arbitrio reſpuendi, intelligenti naturæ ad magnam Dei gloriam attributa.*

Proteſt. Hæc definitio quamvis illum ſenſum poſſit habere, ut de ea, non ſit contendendi cauſa, neque tamen eſt accurata, neque in illo ſenſu, in quo a Bell. declaratur, poteſt defendi: ſicut ex ſequentibus apparebit. Simplex & vera definitio liberi arbitrii eſt, quod ſit *facultas agendi ex conſilio.* Hoc Bellarm. ipſe fatetur cap. 17. *Satis eſt ad eſſentiam liberi ſi quis habeat optionem diverſarum rerum, & electio fiat cum pleno atque perfecto judicio rationis.*

2. Bellarm. *Ad arbitrium liberum conſtituendum omnino*

requiritur libertas à neceßitate ; neque ſufficit libertas a coactione.

Proteſt. Confuſe magis proponuntur hæc à Bellarm, quam *declarationis* titulus promittebat. Nam I. Coactio eſt neceſſitas: non debuit igitur neceſſitati opponi. II. Per calumniam tribuitur noſtris, quod libertatem ſtatuant a coactione tantum, ſupponunt enim ſemper qui illa phraſi utuntur, libertatem voluntatis à neceſſitate naturalis determinationis ad unum: quo ferè modo Bellarm. ipſe eandem phraſin interpretatur, quando ex Thoma profertur, cap. 6. prout frequentiſſime uſurpatur, non a Thoma tantum, ſed & ab omnibus Scholaſticis primis. III. Bellar. ipſe cap. 6. concedit *neceßitatem conditionatam non repugnare libertati, & cap.* 11. dicit *voluntatem neceßario moveri à judicio ultimo rationis & per modum cauſæ naturalis, quæ præſente objecto non poteſt non agere.* IV. Bradvvardinus *lib.* 3. *cap.* 10. variè diſtinguit neceſſitatem ac libertatem, *eſt* (inquit) *neceßitas naturalis, neceßitas fatalis, neceßitas violentæ coactionis, & neceßitas ſpontaneæ ſtabilitatis permanentiæ, ſeu etiam firmitatis, quæ etiam (licet non tam propriè) neceßitas immutabilitatis vocatur. libertas dicitur contrariè iiſdem modis. Neceßitas naturalis, fatalis, & violenta, libertati repugnăt: ſed neceßitas ſpontanea nequaquam libertati repugnat.* Idem Bradvvardinus *lib.* 3. *cap.* 1. docet, *Deum poſſe neceßitare quodammodo omnem voluntatem creatam ad liberum actum ſuum, & ad liberam ceſſationem & vocationem ab actu.* Nos tamen concedimus liberum arbitrium, in eo quod agit, liberum eſſe ab omni neceſſitate, ut propriè non poſſit neceſſario agere quoad exercitium ſui actus, quamvis reſpectu divinæ ordinationis certo & infallibiliter agat, quæ certitudo ſicut a multis aliis neceſſitas vocatur, ſic etiam a Bellar. lib. 3. cap. 12. 13.

3. Bellarm. *Libertas eſt formaliter in voluntate, & radicaliter in ratione.*

Proteſt. Nulla alia ratione dicitur libertas voluntatis radicem habere in ratione, niſi quod objectum proponatur cum indifferentia intellectualis cognitionis, ad agendum vel non agendum. Hinc autem ſequitur, libertatem voluntatis non excludere illas prædefinitiones ac prædeterminationes Dei; quas intellectus non poteſt penetrare, vel de quarum indifferentia non poteſt judicare.

4. Bellarm. *Voluntatis electio pendet neceſſario ab ultimo judicio practicæ rationis.*

Proteſt. I. Si hoc verum eſt tum falſum eſt quod antea dicebatur. *ad liberum arbitrium requiri libertatem ab omni omnino neceßitate.* II. Hæc ſententia jam dudum fuit inter Pontificios publicè damnata. ſic Azorius Ieſuita,

lib. 4.

.4 *cap* 23. *Exſtant tres articuli Pariſienſes.* I. *Stante ſcientia univerſali & particulari, voluntas non poteſt oppoſitum eligere. Er*-
. *Vel exiſtente majori in actu, & minore in actu, in ſyllogiſmo, vo*-
ntas non poteſt oppoſitum velle. Error 2. *Si recta ratio eſt, recta quo*-
e voluntas eſt. Error 3. *Exiſtente voluntate in ultima diſpoſitio*-
, homo non poteſt oppoſitum velle. Iſti articuli damnati fuere à
ephano Epiſcopo Pariſienſi, ex conſenſu Theologo-
m illius Academiæ, anno 1226. IV. Scotus & Sco-
tæ firmis rationibus hanc aſſertionem refutant, ſicut
dere eſt apud Ioh. de Rada, Arragonium, Epiſc. Pa-
enſem in controverſiis inter Thomam & Scotum.
r. 2. *cont.* 15. *ar.* 3. quarum una eſt, *quia poſt ultimum judi*-
m, voluntas libera manet.

5. Bellarm. *Liberum arbitrium eſt potentia non partim paſſiva*
rtim activa, ſed ſimpliciter & abſolutè activa.

Proteſt. I. Ex hac una ſententia ſatis apparet, liberum
bitrium eſſe Ieſuitarum Deum, vel idolum. Hæc enim
t differentia inter voluntatem Dei, & hominis (ſicut
varez *diſp.* 91. *n.* 13. obſervat) *voluntas divina eſt purus*
us, habens libertatem per eſſentiam: voluntas autem creata non eſt
rus actus, ſed habet libertatem participatam, quæ includit aliquid
entialitatis: & ideo ut exeat in actum, neceſſe eſt ut pramoveatur.
I. Hinc etiam apparet. Bell. quicquid alias profiteatur,
m Pelagianis tenere, liberum hominis arbitrium re-
ſa non eſſe per peccatum læſum, nec opus habere ut à
atia ſanetur.

CAPVT II.

De Concordia providentiæ vel cooperationis divinæ, cum libero arbitrio.

BEllarm. I. *Vna ratio ſatis accommodata ad iſtam concordiam explicandam, eſt Scoti, Gabr. &c. concurſum Dei nihil imprimere,*
t operari in voluntatem noſtram, ſed immediate influere in effe-
m. Simile eſt, cum duo ferunt ingentem lapidem, quem unus ferre
poſſet, Simul operantur Deus & voluntas, in eodem prorſus mo-
nto temporis. Deus tamen operatur, quia voluntas operatur non
tra, quia ad hoc ſe liberè quodammodo obligavit, quando liberam vo-
ntatem creavit.

Proteſt. I. Hæc ratio falſo dicitur accommodata: Nam
Subtrahit dominio providentiæ, & gubernationi Dei
ficaci, operationes omnes voluntatis humanæ, vel vo-
ntatem quoad ſuam operationem. II. Subordinatio-
m primæ, & ſecundarum cauſarum in ſuis operatio-
bus tollit. III. Hominem non ſubditum, ſed ſo-
m Dei facit. IV. Gubernationem aut directionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

aut directionem actionum humanarum, & quæ ex i conſequuntur, primo & primario ex hominis arbitr ſuſpendit. V. Deum fingit ex hominis nutu pender tem, etiam in iis quæ præcipuam rationem habent in to tius mundi procuratione. VI. Invertit, ac ſubvert pietatem illam, quam Deus nos docuit: *ſi Dominus volue rit, faciam hoc aut illud.* Iacob. 4. & Deum docet, quid ill quaſi in ordinem redactus dicere debeat: *ſi homo voluer facere hoc aut illud.* VII. Adverſatur (ut Alvarez *diſp.* 18 oſtendit) non tantum Ariſtoli, Auguſtino, Thomæ, & Thomiſtis, ſed ipſi catechiſmo Tridentino-Romano; i quo ad *prim. art. ſymb. num.* 22. hæc verba habentur: *De providentia ſua, quæ moventur, & agunt aliquid, intima virtute a motum atque actionem impellit.*

2. Bellarm. *Altera ratio conciliandi libertatem humanam, cu cooperatione divina, & fortaſſe etiam probabilior eſt juxta ſententia Thomæ, Deum virtutes operatrices cauſarum liberarum movere & applicare ad opus.*

Proteſt. I. Bellarm. hic ſatis oſtendit, quod ſcepticun Sophiſtam agat in graviſſima quæſtione: *fortaſſe probabilior* II. Hæc vera eſt ſententia, quam Bellarm. antea cap. 14 conatus eſt refutare, ſed ſophiſtica, obſcura, & abſurd interpretatione à Bellarm. hunc in modum depravatur

Bellarm. I. *Virtus a Deo impreſſa per modum tranſeuntis, du cauſa ſecunda operatur, non diſtinguitur ab ipſa virtute naturali, ſe eſt illa eadem, quatenus illa Deus utitur ad illam actionem perficien dam.*

Proteſt. I. Bellarm. hic, contra omnem logicam, con fundit actum cauſæ efficientis, cum ſuo effecto. II. Mo veri vult cauſam ſecundam ad opus, vel ad operandum dum operatur, non antea, quod eſt planè contra ſenten tiam quam explicandam ſuſcepit. III. Ambiguè di cit, *Deum uti virtute naturali ad actionem perficiendam.* vel enim ſic poteſt intelligi, ut à Deo moveatur ad totam actio nem producendam, vel tantum ad perfectionem illiu actionis, quam ſine Dei motione inchoavit. IV. Quæ ritur de prima illa motione ex qua provenit primus mo tus voluntatis: hæc vero nullo modo poteſt eſſe virtu voluntatis, niſi prior ſit & poſterior ſemetipſa.

Bellarm. 2. *Modus ſeu conditio in voluntate, ſecundum quam recipitur in ea motus Dei, nihil aliud eſt, niſi negativa quadam deter minatio, præcedens tum influxum Dei, tum actum elicitum voluntatis. nimirum quod voluntas ſinat ſe moveri, ab objecto per rationem ſibi propoſito, vel non ſinat.*

Proteſt. Præſtigiis verborum, huc tandem rem deduxit Bell. ut operatio divina pendeat ex permiſſione humana.

Sed

Sed nulla ratione concipi poteſt, quod permiſſio hominis, ſit determinatio operationis divinæ ad hoc, aut illud: neque ſenſum ullum habet, Deum voluntatem applicare ad hoc aut illud operandum, quia ſinit ſe ſic moveri ab objecto, vel non ſinit, ſi enim voluntas ſinit ſe moveri ab objecto, nullius moventis motus inde ſequitur, prætérquam objecti: ſi non ſinit, nullus motus determinatus inde ſequitur, ſed privatio ſola motus. Summa eſt: ex Bellarm. ſententia, Deum precario tantum agere quicquid agit circa actualem uſum liberi arbitrii, neque illum habere ſuæ providentiæ ſubjectum, ultra quam ipſa voluntas pro ſua liberalitate permittet. Vnum tamen explicandum fuit Bellar. quomodo res procedit in actionibus malis, quando Deus, permittit, & homo permittit: & an Deus æquè moveat voluntatem ad actiones malas, atque ad actiones bonas, & æquè permittat voluntatem ſibi in actionibus bonis ac in malis, quoad providentiæ ſuæ cooperationem.

CAPVT III.

De Viribus liberi Arbitrii.

DE Viribus naturalibus, circa res naturales, & civiles, nulla eſt nobis controverſia cum Papiſtis, neque revera circa res morales eſt ulla controverſia rectè a Bellarm. formata. Concedimus enim, *poſſe hominem ſuis viribus cognoſcere aliquod verum morale:* quæ eſt prima quæſtio Bellarm. Concedimus etiam, *poſſe hominem ſine fide, cum auxilio ſpeciali, & etiam ſine illo, bonum aliquod morale perficere,* (quæ eſt ejus quæſtio ſecunda) ſi perficere accipiatur pro effectione ipſius operis in ſeſe conſiderati, ſine reſpectu principii a quo fluit, & finis ad quem debet referri. *Concedimus denique hominem in ſtatu naturæ lapſæ, liberi arbitrii eſſe, in bono morali eligendo, & malo evitando,* (quæ eſt apud Bellar. quæſtio tertia) ſi *aliquod* bonum, & *aliquod* malum intelligatur, eodem ſenſu, quo quæſtio antecedens fuit explicata. Neque revera differt quidquam iſta quæſtio a priore.

De rebus ſupernaturalibus, quæ propriè pertinent ad ſalutem, quæſtio eſt gravis: ſed a Bellarmino calumnioſe admodum tractata.

De ſtatu Controverſiæ.

1. Bellarm. *Quæſtio eſt, ſit ne homo poſt lapſum primi hominis vere liberi arbitrii, in iis rebus quæ pertinent ad ſalutem, ut quamvis nihil poßit ſine auxilio gratiæ, tamen per gratiam prævenientem excitatus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tatus, & a Deo adjutus, ita valeat operari, ut poßit etiam non op-rari.

Proteſt. Lubricis iſtis phraſibus quæſtio magis invo-vitur, quam explicatur. Nam I. Sub illa phraſi *vere libe- arbitrii*, miſcentur hic quæſtiones & errores illi de ve- natura liberi arbitrii, qui antea in Bellarm. fuere notat- II. Non ſatis diſtinctè deſignatur objectum hujus quæ-ſtionis: *in iis rebus quæ pertinent ad ſalutem.* Verbum enim au-dire, aut legere, pertinet ad ſalutem; & tamen hoc no- pertinet ad quæſtionem. III. De gratia præveniente quæ, & qualis ſit, nondum conſtat. IV. Vltimum il-lud, *poſſe operari, & non operari* (ſicut Alvarez *diſp.* 115. *n.* benè obſervat) dupliciter intelligi poteſt: primo, ut ſen-ſus ſit, quod potentia ad non operandum ſtet ſimul i- eodem ſubjecto cum gratia, & auxilio, quod requiritu- ad operandum; & hic ſenſus eſt veriſſimus. Secund- modo poteſt intelligi, ita ut gratia, & auxilium ad talem operationem particularem datum. & carentia talis actu- ſeu actus contrarius poſſint eſſe, aut aliquando ſint ſimu- in eodem ſubjecto; qui ſenſus eſt Bellarmini & falſus.

2. Bellarm. *Calvinus & Kemnitius rectè docent, voluntate- noſtram nihil omnino boni ſpiritualis & ſalutaris, efficere poſſe, ſi- auxilio gratiæ Dei: ſed non rectè contrariam ſententiam Catholic- attribuunt.*

Proteſt. Nimis familiariter adjungit ſeſe noſtris Bel-larm. ut ſententiam ſuam abſcondat. Nam I. Noſtri do-cent nihil boni ſpiritualis efficere hominem poſſe ante quam ſit regenitus: ſed Bellarm. auxilium gratiæ ſua-dentis & aſſiſtentis tantum requirit. II. Noſtri illu- auxilium requirunt ad bonum ſpirituale, quod eſt pro-prium efficaciter vocatorum: ſed Bellarm. auxilium ge-nerale intelligit; quod pro loco & tempore nemini deeſt III. Talibus Catholicis, qualis eſt Bellarm. rectiſſim- tribuitur contraria ſententia: quod ſcil. bonum uſu- liberi arbitrii nolint ex gratia pendere, ſed ex ipſa volun-tate.

3. Bellarm. *Calvinus & Kemnitius docent, voluntatem noſtra- in bonis pietatis operibus, ſic agi à Deo, ut non poßit non agere, quamvis ipſa quoque concurrat active, tamen concurrere ut meru- inſtrumentum Dei naturale, non ut cauſam liberam, & dominam ſ- actus.*

Proteſt. I. Quomodo voluntas à Deo acta, rectè dica-tur poſſe, & non poſſe non agere, paulo antè fuit explica-tum. II. Falſum eſt, noſtros docere, voluntatem eſſ- *merum* inſtrumentum actionum quas producit; aut etian- *naturale.* III. Libertatem non tolli dicimus per gra-

tiam

…um, ſed perfici. IV. Non negamus voluntatem ha… …re dominium ſui actus: ſed dominium illud ſubjectum …ſubordinatum eſſe dicimus primo & abſoluto domi…o Dei: quod Bellarminus negat.

…æſtio eſt, an in ſupernaturalibus ſic agimur a gratia Dei, ut actualis efficacia illius gratiæ relinquatur electioni voluntatis humanæ, ut ab illa determinetur? Nos negamus. Bellarm. in tota hac diſputatione affirmationem ſatis habuit ſubindicare: In ſtatu enim controverſiæ conſtituendo, nihil omnino ponit: cautè nempe celans, quod nec caſtè, nec tutò ſatis potuit profiteri.

Argumenta Bellarmini.

…. Bellarm. *Si homines propriè nihil agerent per liberum arbi…ium, in operibus pietatis, ſed tantum ducerentur, & moverentur ut …ra inſtrumenta, non deberent appellari cooperatores, & coadjutores …. Sed ſic appellantur. Ergo.*

Proteſt. I. Luctatur hic Bellarm. cum larva a ſemet…ip confictа, non cum nobis, qui concluſionem ejus …oſcimus eſſe veram. II. Obſervandum eſt, phraſin …m, *agere per liberum arbitrium*, ſi ſignificet liberum arbi…um agere ut principium *quod*, a nobis admitti; ſi verò …ificet libertatem naturalem eſſe principium *quo* actio…ſpiritualis, non accipere & poſſe, & velle ſuum a gra…, eo ſenſu rejici a nobis ut Pelagianam. III. Cum …rumentum merum ſit, quod ita ab altero movetur, …n ſeſe non habeat principium talis motus; & nos …tendamus vitam ſpiritualem communicari debere …minibus ut ſpiritualiter agant, non ſatis ſanus fuit Bl. cum nobis hanc ſententiam affinxit, quod homines …operibus pietatis moveantur ut mera inſtrumenta. Ex …erſo autem, cum ille moveri homines velit ad opera…nes ſupernaturales, ſine ingeneratione principii ſuper…uralis, neceſſario ſequitur ex ejus ſententia, liberum …itrium naturale, vel eſſe merum inſtrumentum ta…n operationum, vel (quod propius ad ejus mentem …edit) cauſam ſimpliciter principalem. IV. Phraſes …: *cooperari, coadjutores*, ſunt prorſus alienæ a præſenti …eſtione: nuſquam enim ſic vocantur homines reſpe… operationis aut actionis ſupernaturalis in ipſis eli…ndæ per gratiam ſalutiferam, ſed reſpectu operis mi…erii per gratiam quam gratis datam Bellarm. appel…in aliis perficiendi, ut 1. Cor. 3. 9. & hoc tamen gratiæ …olidum imputatur, 1. Cor. 15. 10. & 2. Cor. 3. 5. 6.

5. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

5. Bellarm. *Stultum eſſet imperare, aut ſuadere opera pieti*, *ei qui non haberet arbitrii libertatem. Sed Deus imperat, & ſuadet* *minibus opera pietatis, & ipſam etiam converſionem ad Deum, de* *maximè litigant adverſarii. Ergo.*

Proteſt. I. Concedimus totum. Hominem ſcil. hab naturalem arbitrii libertatem; ſed negamus homin abſque gratia regenerationis habere vires idoneas ad ſ ritualia opera pietatis præſtanda. II. Obſervand eſt Bell. benè intellexiſſe controverſiam hanc præcip moveri de converſione ad Deum, de qua dicit nos *max litigare.* Sophiſticè igitur agnoſcit ſe in iſta controve egiſſe, dum hujus converſionis in ſtatu quæſtionis f mando nullam fecit mentionem, nedum de illa ſent tiam ſuam explicavit. III. Ad rem ipſam dicim Deum imperare hæc opera hominibus, 1. Vt oſten officium quod ipſis incumbit. 2. Vt ſenſu ſui defec humilientur. 3. Vt qui inter ipſos electi ſunt, pe ciant per gratiam quod imperatur naturæ, 4. Vt cæ ris excuſatio tollatur. 5. Indicant iſta mandata, h mines non moveri ut res naturales, ſed ut cauſas agen ex conſilio: nihil amplius.

6. Bellarm. *Quando Scriptura dicit: Deus operatur vell perficere; & cum nos Deo dicimus: converte nos; Adverſarii cont dunt ejuſmodi teſtimoniis ſignificari, Deum verè & propriè agere operari noſtras actiones bonas. Cur igitur, quando Scriptura dicit: ramini veſtram ſalutem, facite vobis cor novum; convertimini me, non patiuntur, ut eodem modo iſta eadem vocabula intelligant, & nos verè, propriè que dicamur operari noſtras actiones bonas?*

Proteſt. I. Patimur animis æquiſſimis, ut nos verè p prièque dicamur operari noſtras actiones bonas: ſed p gratiam Dei, non viribus arbitrii noſtri. II. Eod tamen modo non poſſunt intelligi eadem vocabula, Deo, & de hominibus uſurpata. Deus enim hæc facit cauſa ſimpliciter principalis: homo ut cauſa ſubordina & ſubdita virtuti ac gratiæ Dei. Deus agit, quatenus fa hominem elicere actionem ſuam: ſed homo eſt ſuppo tum ſuam actionem eliciens. Deus convertit, ſed n convertitur: homo convertitur convertendo.

7. Bellarm. *Scriptura docet nos à Deo juvari in operibus piet tis. Non autem propriè juvari dicendus eſt, qui nihil agit, ſed laborat in agendo.*

Proteſt. I. Concluſionem concedimus. II. Hoc arg mentum ethnicum, eo tendit, ut pro *Iehova* ſubſcitu nobis *Iovem* in Deum. Benè igitur jam olim fuit refut tum à Lactantio, de re falſa, *lib. 1. cap. 11. Hujus nominis p prietas non divinam virtutem exprimit, ſed humanam, Iovem en*

Iuv

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Ionemque à juvando eſſe dictos Cicero interpretatur, & Iupiter
q.ſi juvans pater dicitur: quod nomen in Deum minimè congruit;
qu juvare hominis eſt, opis aliquid conferentis in eum, qui ſit alie-
n, & exigui beneficii. Nemo ſic Deum precatur, ut ſe adjuvet, ſed
ſervet, ut vitam ſalutemque tribuat: quod multo plus ac majus
eſſuam juvare. Et quoniam de Patre loquimur, nullus pater dicitur
fi juvare, cum eos generat aut educat. Illud enim levius eſt. quam
uo verbo magnitudo paterni beneficii exprimatur. Quanto id ma-
g.inconveniens eſt Deo, qui verus eſt pater, per quem ſumus: & cu-
j.roti ſumus, a quo fingimur, animamur, illuminamur, qui nobis vi-
te impertit, ſalutem tribuit, victum multiplicem ſubminiſtrat. Non
ielligit beneficia divina, qui ſe tantummodo à Deo juvari putat.
Eo non imperitus modo, ſed & impius, qui nomine Iovis virtutem
ſumæ poteſtatis imminuit. III. Quatuor ſunt termini in
hi: ſyllogiſmo, niſi Bell. poſſit oſtendere ex Scriptura,
n. *proprie* à Deo juvari, ſenſu illo quo vox iſta a vulgo
ſet uſurpari, Adjuvari in Scripturis dicitur etiam *de-*
ſtitus virtute. Iob. 26.

.. Bellarm. 1. Rom. 8. 26. *Spiritus adjuvat infirmitatem*
n.am. συναντιλαμβάνεται, *qua voce Paulus utitur, propriè dicitur*
d.s, qui quaſi è regione manibus capiunt onus, ut laboranti ſuccur-
re.

Proteſt. I. Quo modo probabit Bellar. hanc vocem, hoc
loco propria illa ſignificatione uſurpari? II. Si pro-
p.etas hinc rigidè ſit urgenda, tum ſequeretur, infirmi-
tas noſtras unam partem oneris ſuſtinere, & Spiritum
a.ram, quod eſt abſurdiſſimum. III. Qua ratione
Sritus adjuvet, explicatur verbis ſequentibus, *intercedit*
pnobis. ubi ſi proprietas locum habet, totum tribuitur
Sritui, nobis omnino nihil.

Bellarm. 2. 1. Cor. 15. 10. *gratia Dei dicitur cum Paulo*
la.aſſe.

Proteſt. I. Bellarm. ipſe hic ſemetipſum refutat. ſic
enim ſubjungit: ἀλλ᾽ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοὶ *ad verbum hoc*
ſunt: ſed ipſa gratia Dei, qua mecum (videlicet eſt.) II. Non
p.eſt proprie dici de gratia Dei, quod Bellarm. affirmat,
ea nobiſcum laborare κοπιάζειν, niſi fatigationem & laſ-
ſi dinem, velimus etiam tribuere gratiæ Dei: eam enim
ci vim vocis, apparet Ioh. 4. 6.

. Bellarm. *Si homo à Deo vocatus, poſſit venire, & non ve-*
ni, tum ſine dubio liberi arbitrii eſſe convincitur: ſed verum prius;
P v. 1. 24. Mat. 23. 37. Ioh. 6. 67. Acto. 7. 51. Ap. 3. 30. *Ergo.*
Proteſt. I. Cõcluſio datur ſenſu jam ſæpius dato. II. Si
v.atio qualiſcũque intelligitur, aſſumtio negatur, quoad
ulm partem: *poteſt venire*, potentia ſcil. ſua interna. Si
v.atio efficaciter trahens intelligitur, negatur quoad
alteram

alteram partem: *poteſt non venire*, ſenſu ſcil. compoſit
quaſi talis vocatio poſſit adeſſe, ita ut actus ipſe venien
non conſequatur. Si alio ſenſu accipiatur *poſſe venire, & n
venire*, propoſitio negatur, prout Bell. intelligit arbitrii l
bertatem, ita ut indifferentiam includat ad utrumqu
De Scripturæ locis quæ hic citantur, ſatis antea fuit r
ſponſum.

9. Bellarm. *Si non eſſet homo liberi arbitrii in operibus pietat
ſequeretur non peccare eos qui nolunt credere in Chriſtum, aut nolu
converti à peccatis, aut nolunt propter Deum bona opera facere.*

Proteſt. I. Concluſio ut ſupra conceditur. II. Co
ſequens non poteſt Bellarm. videri abſurdum, qui *lib.*
*cap.*6. docet *auxilium neceſſarium ad converſionem omnibus n
mentis peccatoribus non adeſſe*, & tamen *cap.*8. contendit, ide
auxilium omnibus adeſſe, *cum non poſſunt ſine converſione
tare peccatum*. Hæc enim duo non poſſunt alia ratione co
ciliari, quam negando peccare ſemper illos qui nolu
converti a peccatis. Si autem aliquando non peccet c
non vult converti, tum illud non velle in ſeſe non
peccatum. II. Non velle bona opera facere prop
Deum in ſeſe non eſt niſi rariſſimè peccatum, ſecundu
Pontificios. Filincius enim Ieſuita, *tract.*22.*num.*186. te
pus definiens quo obligat præceptum charitatis erga D
um, concludit inter primum uſum rationis, & articulu
mortis, *ſaltem obligare quinto quoque anno: quia tempus hoc
linquitur arbitrio ſapientum, & ſapientes Theologi. Soto, Ledeſn
Suarez ita judicarunt.* Ex quibus verbis, etiam ſequitur,
linqui arbitrio ſapientum, Soti, Ledeſmę, Suarezii utru
ſemel, aut bis tantum obligaret, a primo uſu rationis,
articulum ipſum mortis, quamvis perveniat homo
annos centum aut ducentos. III. Nos tamen con
quentiam negamus, ſi liberum arbitrium ſenſu Bellarn
niano intelligatur.

10. Bellarm. *Deinde ſequeretur, non eſſe laudandos, nec
præmio dignos eos, qui volunt credere, ſperare, diligere, converti, &c.*

Proteſt. De meritoria dignitate præmii, quam Ponti
cii ſibi arrogant, conſequens poteſt dari. Sed de laudis
præmii ex gratia relatione dicimus ex Logica, cauſæ
lius modum quo quis agit ex conſilio ſufficere ad ill
ſuſtinendam, quamvis alius facit ut ille eo modo agat.

11. Bellar. *Tertio, nullum haberent locum, in ejuſmodi re
præcepta, conſilia, cohortationes, admonitiones, &c.*

Proteſt. I. Hoc quidem ſequeretur, ſi Deus move
voluntatem tantum reali efficacia: ſed quia ſuaviter
mul conjungit moralem ſuaſionem, idcirco nulla vel
parens quidem ſpecies eſt hujus conſequentiæ. II. B
lar.

[illegible]m. ipſe reſpondet, *lib.2. cap.15. prædeſtinationem non im-[illegible]re, ſed confirmare correptiones, exhortationes, &c. quia Deus ita [illegible]deſtinavit homines, ut per hæc media pertingat ad finem.* Simili [illegible]nè modo, efficax Dei gratia confirmat cohortationes, [illegible]onitiones, &c. quia efficaciter & certo per hæc me-[illegible]d voluntatem flectit.

12. Bellarm. *Quarto tolleretur è medio omnis diligentia, atque [illegible]duſtria in fide & pietate augenda, & excolenda.*

Proteſt. I. Hæc eadem eſt objectio cum priore; & idem [illegible]ponſum admittit. II. Reponimus hic verè Bellar. [illegible]od ille ſine ulla ratione de ſuo Papa ponit de *Rom. Pont. lib.4. cap.2. & 3* ubi affirmat Pontificem in generalibus de-[illegible]ctis, non poſſe errare, & tamen non poſſe temerè de-[illegible]fire: id eſt, non maturè procedere, & conſulere viros [illegible]ctos, vel (ut Bannes in 2.2.*q.*1. *a.*10. loquitur) *non poteſt [illegible]quere debitam diligentiam.* Sic enim nos affirmamus, fieri [illegible]n poſſe, ut ii qui efficaciter moventur a gratia ad fidem [illegible]é pietatem augendam, talem diligentiam relinquant. [illegible] etiam defenſio Bell. de infallibilitate judicii Papæ, [illegible]ſa ſufficit ad clamores iſtos reprimendos quibus infal-[illegible]ilitatem gratiæ Dei infamare ſtudet. Non dicet enim [illegible]llar. Papam non peccaturum, ſi falſum definiret, in re-[illegible]s fidei, aut morum: vel Papas illos eſſe laude, aut præ-[illegible]o indignos qui volunt verum definire; vel nullum [illegible]bere locum in Papa, decreta hujuſmodi condituro, [illegible]ecepta, conſilia, exhortationes, admonitiones, repre-[illegible]nſiones, exempla, aliaque id genus, vel tolli è medio [illegible]nem diligentiam atque induſtriam Papæ in rebus fi-[illegible] ac morum definiendis; vel denique Papam non eſſe [illegible]eri arbitrii in iis concipiendis, quamvis non poſſit er-[illegible]re; ſed verum ſemper definiat cum infallibilitate. Quis [illegible]ur faſcinavit iſtum hominem cum cæteris Pontificiis, [illegible] iſtiuſmodi calumniis infallibilitatem gratiæ divinæ [illegible]n ceſſent onerare?

13. Bellarm. *Cum adverſarii velint non minus nos ex neceſſi-[illegible]te operari, in iis quæ ad converſionem, fidem & pietatem pertinent, [illegible]am ex neceſſitate determinati ſumus ad bonum in genere ſectandum, [illegible] malum fugiendum: & non magis nos liberos faciunt, in iis quæ per-[illegible]ent ad converſionem, fidem, & pietatem, quam ad dona prophetiæ, [illegible]guarum, & miraculorum, expediant, ſi poſſint, cur peccata & bona [illegible]rita, præcepta & conſilia, diligentiam & induſtriam, (quæ ideo in [illegible] nullum locum habent, quia non ſunt in poteſtate liberi arbitrii) in [illegible]verſione, fide, pietate, cæteriſque locum habere conſentiant.*

Proteſt. I. Expediat qui poteſt inter Pontificios quæ [illegible] præcedente theſi dicta ſunt de Papa, & tum reſpon-[illegible]n noſtrum, vel ipſo judice ſatis erit expeditũ. II. In-

terim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

terim falſam calumniam eſſe dicimus, quod Bellar. ut e... rum ſupponit; nos velle homines ex tali neceſſitate ... rari in iis quæ pertinent ad converſionem, &c. qu... neceſſitate determinantur ad bonum in genere vo... dum, vel non magis liberos facere homines in iis ... pertinent ad converſionem, &c. quam ad dona prop... tiæ, &c. III. Conſilium, induſtriam, diligentiam in converſione locum habere conſentimus, quia hæc ... media à Deo inſtituta, per quæ, & cum quibus efficac... producit illa effecta: quod de aliis illis quæ Bellarm... comparationem inducit non poteſt affirmari.

Argumenta quædam noſtra.

Neque enim omnia tractat Bellarm. & ex iis quæ ... ctat, nonnulla ſunt aliena & quædam ante diſcuſſa.

14. *Proteſt.* Ezech. 36. *Auferam à vobis cor lapideum, & ... vobis cor carneum, &c.* Ex iſtis verbis ſic argumentan... Cor lapideum non habet in poteſtate ſua, fieri carne... Sed voluntas hominis peccatoris eſt cor lapideum. E... non habet in poteſtate ſua fieri carnea, id eſt, ſpiritu... ter bona per regenerationem.

Bellarm. 1. *Liberum arbitrium non eſt cor lapideum, ... carneum, ſed vis quædam media & naturalis.*

Proteſt. Si phyſicam eſſentiam intelligit Bellarm. ... non liberum arbitrium aut voluntas tantum, ſed & to... homo, & Diabolus etiam eſt res media & naturalis. Si ... vero negat voluntatem peccatoris in ſtatu & conditi... ſua quam habet ratione peccati dominantis eſſe cor l... deum, manifeſtè & directè contradicit Spiritui ſanct...

Bellarm. 2. *Hæc vis media & naturalis, quando per pecca... talis eſt, ut dicatur cor lapideum, non habet ex ſe poteſtatem q... convertat ad Deum, ſed eam recipit per gratiam Dei prævenien... per quam vires recipit a Deo, cooperari ad ſuam ipſius converſionem...*

Proteſt. Honeſta hæc eſt oratio, prout ſonat, & ſent... tiam noſtram complectens: ſed prodit ex labiis dol... Nam 1. Per gratiam prævenientem & excitantem. ... aliud intelligit Bellarm. quam ſuaſionem moralem, ... antea mentem ſuam explicavit. Suaſio autem non ... ſed vel præſupponit, vel exigit vires ac poteſtatem ag... di quod ſuadetur. Voluntas igitur, per gratiam illam p... venientem, quam Bellarm. intelligit, nullas novas ... pit vires. II. Si novas vires ſpirituales accipit vol... tas à gratia præveniente, tum neceſſario mutatur ... convertitur quoad internam diſpoſitionem antecede... ad ſuam operationem: gratia enim præveniens præv... voluntatis operationem, & communicatio novæ virt...

ſt habitualis commutatio, vel converſio diſpoſitionis. ſi vero hoc ſyncerè faterentur Pontificii, finis eſſet hujus controverſiæ, quatenus ſpectat ad converſionem. Bellarm. igitur verbis largitur illud, quod omnibus viribus conatur impugnare.

3. Bellarm. *cap.* 15. duo docet, ex quibus ſenſum hujus Sophiſmatis facit manifeſtum: *I. Liberum arbitrium* [*a*]*e gratia, ſic ſe habere ad opera pietatis, ſicut potentia videndi, ad* [*vi*]*dendi actum, abſente ſpecie ſenſibili.* Vbi proclive eſt aſſumere: [ſp]eciem ſenſibilem nullas novas vires internas oculo [co]mmunicare, ſed potentiæ quæ oculo prius adfuit, [ob]jecti repræſentationem adjicere, ex qua ſequitur actus. [N]on igitur cauſæ virtutem aut potentiam internam à [gr]atia proficiſci vult Bell. ſed poſſibilitatem tantum ef[fe]cti. II. *Gratiam excitantem duo quadam complecti, initium* [*bon*]*æ cogitationis, & initium boni deſiderii; qualia ſunt etiam im*[*mu*]*nda deſideria, & ſordida cogitationes, quas diabolus interdum nobis* [*et*]*iam invitis immittit.* Hic etiam quilibet aſſumi poſſe videt: [D]iabolus ſuis ſuggeſtionibus nullam novam internam & [ac]tivam potentiam nobis dat: Ergo neque Deus poten[ti]am ullam talem nobis confert per gratiam illam præ[ve]nientem quam Bellarm. docet.

15. *Proteſt.* Homo non cooperatur ad illud quod in [ip]ſo a Deo creatur. Sed cor mundum in homine a Deo [cr]eatur, Pſ. 51. 12. *Ergo.*

Bellarm. I. *Cordis ſubſtantia non creatur in juſtificatione, ſed* [*mu*]*ndities ipſa efficitur.*

Proteſt. I. De juſtificatione non quæritur, ſed de re[ge]neratione, aut converſione per vocationem efficacem. [II]. Bellarm. impudenter nimis corrigit Spiritum ſan[ct]um, ut vim argumenti enervet, dum *creatur* commutat [in] *efficitur.* III. Satis eſt nobis, ſi ipſa mundities crea[tu]r in corde, atque adeo cor ipſum, quatenus eſt mun[du]m, Si enim homo nihil confert ad creationem mun[di]tiei in corde ſuo; tum ſolus Deus eſt cauſa converſio[nis] aut commutationis habitualis in hominis converſio[ne].

Bellarm. 2. *Subſtantia cordis ſpiritualis cooperatur ad fructum* [*con*]*verſionis ſua.*

Proteſt. Quaſi hoc ad quæſtionem quidquam pertine[re]t.

16. *Proteſt.* Peccatores in Scripturis mortui eſſe di[cu]ntur in peccatis.

Bellarm. I. *Peccator mortuus non cooperatur Deo, ut mortuus,* [*ſed*] *ut vitalem virtutem à Deo habens.*

Proteſt. Hæc eſt perpetua implicatio Bellarminianæ

 defen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

defenſionis: *homo mortuus habet in ſeſe vitalem virtutem,* ...
vitam.

Bellarm. 2. *Homo mortuus quoad vitam gratiæ, vivit vita n...tura, & illa cooperatur ad vitam gratiæ, poſtquam virtutem coopera... à Deo recepit.*

Proteſt. Eadem eſt contradictio aliis verbis veſtita, c... operari enim gratiæ eſt actio vitæ gratiæ, non natur... niſi Pelagiani immerito fuerunt damnati.

LIBER QVINTVS.

DE FIDE IVSTIFICANTE.

CAP. I. *Conſtitutio cauſæ.*

THESIS I.

BEllarm. *Prima quæſtio eſt, quænam ſit illa fides, ſive quid ea fides, quæ ad juſtificationem requiritur.*

Proteſt. Hoc ipſum vel imperite, vel ſophiſtice in qu... ſtionem vocatur. Nam I. Multa ad juſtificationem r... quiruntur, quæ non juſtificant. II. Non tam quæ... tur quæ, aut quid ſit fides quæ juſtificat, quam quæ ratio qua propriè dicitur juſtificare.

2. Bellarm. *Tribus in rebus ab hæreticis Catholici diſſentiu... I. In objecto fidei juſtificantis, quod hæretici reſtringunt ad ſo... promiſſionem miſericordiæ ſpecialis: Catholici tam latè patere volu... quam latè patet verbum Dei. 2. In facultate, & potentia ani... quæ ſedes eſt fidei. Siquidem illi fidem collocant in voluntate, cum fi... ciam eſſe definiunt: Catholici fidem in intellectu ſedem habere doce... 3. In ipſo actu intellectus: ipſi enim per notitiam fidem definiunt, ... per aſſenſum.*

Poteſt. I. In prima diſſenſione, obſervandum eſt p... mò nos non reſtringere fidem illam *quæ* juſtificat, ... tantum *qua* juſtificat, ad promiſſionem miſericordi... ſecundo nos non reſtringere ad miſericordiam *ſpecia...* antecedentem, ſed ad miſericordiam, quæ per ipſam ... dem ſpecialis evadit: tertio non deeſſe inter Pontifici... viros magnos, qui nobiſcum conſentiunt: ſic Cardin... Contarenus, in tract. de Iuſtif. *promiſſio Dei, cui firmiter ... dit, ac propterea fiduciam concipit qui juſtificatur, eſt (ut inquit ... tus Thomas in* 1.2.) *quod Deus remittat peccata, & juſtificet ... pium per myſterium Chriſti.* II. In diſſenſione ſecunda, ... ſervandum etiam primo, nos ita in voluntate fidem ... juſtificat collocare, ut antecedentem intellectus aſ... ſum, ad fidem requiri doceamus, & vim ac virtutem f... in...

intellectu conſequentem agnoſcamus, qua utraque ratice, fidem populariter ita deſcribere ſolemus, quaſi paim eſſet in intellectu, & partim in voluntate: ſecundo Hoc idem docere Contarenum, loco citato, ubi hæc vea leguntur: *fides incipit à voluntate, quæ obediens Deo & fideefficit ut intellectus aßentiatur abſque hæſitatione traditis a Deo, & o promißionibus divinis confidat, & concipiat ex illis firmam fiducia quæ pertinet ad voluntatem: ut quaſi circulo quodam incipiat à vıntate hæc fides, & deſinat in voluntatem.* Idem etiam doce Scholaſticos multos antiquiores. *Alex. Alenſ. p.3. q.C m.8. a.1. fides (ſicut & cæteræ virtutes) eſt in parte animæ, ſeu quæ dicitur motiva, & hæc eſt liberum arbitrium. Bonav. in 3. d.2. Magni clerici docuerunt, fidem quodammodo eſſe in potentia cogitva, & quodammodo in potentia affectiva, fides, ut eſt virtus & prıpium meriti, reſpicit liberum arbitrium, ut ſubjectum. Durand. ibiæredere in Deum idem eſt quod credendo amare.* ubi apertè iat indicat (ſicut & alii multi) credere in Deum eſſe actn voluntatis. Sic Cajetan. in Ioh.6. *credere in Deum eſt dendo confidere, & tendere in Deum, quod continet in ſe actum intectus & voluntatis.* II. In tertia diſſenſione Bell. eſt pla: ridiculus. Nobis enim tribuit ſententiam planè coradictoriam; quaſi fidem faceremus fiduciam tantur in voluntate, & ſimul etiam notitiam tantum intelctus. Qui fidem per notitiam ex parte deſcribunt, antedentem ejus cauſam, & effectum conſequens notan ut veram fidem ab imaginaria diſtinguant: neque fidiam, neque aſſenſum excludunt.

CAPVT II.

Argumenta Bellarmini.

Bllarm. 1. *Primum teſtimonium ſumi poteſt ex* Hebr. 11.1. *am quod Apoſtolus hoc loco definiat fidem juſtificantem, negari non eſt.*

Iteſt. Hoc tamen negat Eraſmus in Annot. affirmainon magis eſſe definitionem, quam quodlibet encomiu: veluti ſi quis eruditionem laudans dicat: ſapientiae in rebus adverſis ſolatium, & in proſperis ornameum. Negavit olim *Alex. Alen. p.3. q.68. m.5. a.2.* una cumHugone, Apoſtolum ibi *explıcare quid fides ſit, per genus & derentiam,* (quod eſt definitionis perfectæ) *ſed tantum quid cit.* Lombardus etiam 3. *d.23.* ſpei non minus quam ideanc deſcriptionem convenire concedit. Nos denique egamus iſtis verbis contineri ſpecialem definitionenidei juſtificantis, qua talis eſt, quia non deſignant fided Chriſtum reſpectum, quo ſolo dicitur juſtificare.

Bellarm. 1. *Definitur ea fides qua juſtus vivit cap.10.38. &c.*

Proteſt. Deſcribitur eadem fides, ſed non ſecundum effectum juſtificationis.

Bellarm. 2. *Apoſtolus non ſemel repetit hanc eſſe ſine qua impoßibile eſt placere Deo, &c.*

Proteſt. Vna & eadem fides eſt qua placemus Deo ad reconciliationem, & jam reconciliati dirigimur & ſuſtentamur ad placendum ipſi in obedientia nova. Non ſequitur igitur argumentum: fides deſcribitur qua facit ut Deo placeamus: ergo etiam qua juſtificat. Videamus jam quas Bell. hab et ex his verbis collectiones.

2. Bellarm. *Fides dicitur ſubſtantia, quia facit præſentia ea quæ ſunt alioqui futura: at repræſentare non eſt voluntatis, ubi eſt fiducia, ſed intellectus. Ille enim rem apprehendens per ſpeciem ſibi impreſſam, facit rem eſſe antequam ſit.*

Proteſt. I. Syllogiſmus eſt ſophiſticus ex quatuor terminis conflatus, *facere præſentia, & repræſentare*, non ſunt unum & idem. Si hæc interpretatio admitteretur, fides ſalvifica non magis faceret nobis præſentia bona illa futura quæ apprehendit, quam notitia quælibet rerum fictarum facit illas contemplanti præſentes. 2. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 4. *a.* 1. *habitudo actus fidei ad finem, qui eſt objectum voluntatis ſignificatur, Alex. Al.* Loco citato, *fidei eſſe ſubſtantiale, ſet formale eſt in affectione, ratione affectionis dicitur ſubſtantia.* Damaſcen. etiam *l.*4. hinc concludit per fidem hoc in loco intelligi ſpem: & certè nemo non videt fiduciam magis propriè præſentes nobis facere res ſperandas, quam vel notitiam, vel aſſenſum.

3. Bellarm. *Idem probat illud verbum (argumentum) nam ἔλεγχος demonſtratio, argumentum pertinet ad intellectum.*

Proteſt. I. Argumentum quidem pertinet ad intellectum, ut ab eo inveniatur & judicetur, ſed non ut in eo primo exiſtat. argumenta ſunt in rebus ipſis, ſic hoc argumentum poteſt primo eſſe in voluntate, quamvis ut apprehenſum pertineat ad intellectum. II. Fides dicitur argumentum per metonymiam effecti. Nam ut eleganter obſervat *Alex. Alen.* loco citato, *in logicis argumentum facit fidem: ſed in theologicis fides facit argumentum.* Fiducia autem in voluntate eſt mihi proprium argumentum rerum a me ſperandarum; facit intellectum ſic aſſentiri huic veritati (illæ res ſunt meæ) quaſi omni rationis evidentia de illa jam eſſet convictus.

4. Bellarm. *Fide dicimur intelligere creationem, verſ.* 3.

Proteſt. I. Hac fide quà talis eſt, nemo juſtificatur. II. Ad hanc fidem, ut ſolida ſit, requiritur (ex ſententia

Sche

Scholaſticorum) pia quædam affectio voluntatis, qua movet & inclinat intellectum ad aſſentiendum huic teſtimonio propter veracitatem Dei teſtantis. III. Hæc ipſa fides non alia ratione facit ad ſalutem, quam quà fiduciam parit, aut confirmat.

5. Bellarm. *Fiducia non gignit metum: ſed fidei actus in Noë genuit metum. ver. 7. Ergo.*

Proteſt. I. Falſa eſt propoſitio, ſi intelligatur metus cautelæ, non fugæ. II. Fides qua genuit metum, non juſtificabat.

6. Bellarm. *Non confidimus Deum eſſe: ſed credimus Deum eſſe, verſ.6. ergo credere non eſt confidere.*

Proteſt. Concluſio debet (ex legibus ſyllogiſmi) particularis eſſe: ergo aliquod credere non eſt confidere: ſic autem noſtræ defenſioni non contradicit.

7. Bellarm. *In fide manet res obſcura ut antea erat, ſed creditur propter auctoritatem dicentis. Non igitur fides propriè loquendo eſt notitia, ſed aſſenſus.*

Proteſt. I. Concedimus concluſionem, fidem ſcil. quatenus eſt in intellectu, magis propriè aſſenſum eſſe quam notitiam. II. Quamvis res quæ creditur maneat obſcura, ut a ratione aut cauſis pendens, intelligitur tamen ut a Deo teſtatum: nemo credit, quod non aliquo modo intelligit credibile.

8. Bellarm. *Ex eodem capite apparet, fidem juſtificantem habere pro objecto omnia quæ Deus revelavit: & fidem hiſtoricam, miraculorum, & juſtificantem, unam & eandem eſſe fidem.*

Proteſt. I. Fidem illam quæ juſtificat præſupponere, includere, & inferre concedimus fidem hiſtoriæ, atque etiam (in quibuſdam olim) miraculorum: ſed hiſtoriæ, ac miraculorum fidem ſæpè à juſtificatione ſeparari palam eſt. II. Quamvis multa ſint exercitia & objecta fidei, non tamen juſtificans eſt, niſi prout reſpicit miſericordiam Dei in Chriſto. Hinc omnes illi quorum fides in eo cap. laudatur, collimabant ad *promiſſum illud* miſericordiæ in Chriſto *verſ.*93.

Bellar. *Noe v.7. dicitur per hoc fide juſtificatus quia credidit Deo dicenti, futurum fuiſſe diluvium generale, & ex ea fide metuens arcam fabricavit.*

Proteſt. Hoc non dicitur: ſed Noë dicitur fide crediſſe Deo ſic dicenti, & per arcam non tantum conſervatum eum fuiſſe a morte temporali, ſed etiam in eadem arca tanquam ſacramento, apprehendiſſe juſtitiam ſibi obſignatam.

9. Bellarm. *Fidem non eſſe fiduciam, probatur ex illis verbis* Rom.4.19.20.21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Contrarium probatur *verſ.* 18. *ſub ſpe credidit, &c.*

Bellarm. 1. *Dicitur verſ.* 19. *non conſideraſſe corpus ſuum. conſideratio autem ad intellectum pertinet.*

Proteſt. Nihil aliud inde ſequitur, quam Abrahamum ſuperaſſe tentationes illas quæ per intellectum potuiſſe fiduciam ejus infirmare.

Bellarm. 2. *Dicitur verſ.* 12. πληροφωρηθεὶς, *pleniſsime perſuaſus, quod pertinet ad intellectum.*

Proteſt. I. Eſt etiam plena perſuaſio ſpei πληροφορία ἐλπίδος, Heb. 6. 11. II. Perſuaſione intellectus de omnipotentia Dei ſuſtentatam fuiſſe fiduciam Abrahami, no plene perſuaſum habemus. Nihil ultra docetur in illa phraſi.

10. Bellarm. *Spes non eſt idem cum fide. Sed fiducia eſt ſpes Ergo fiducia non eſt idem cum fide.*

Proteſt. Fiducia prout reſpicit futura, eſt ſpes: ſed pro ut reſpicit præſentia, idem eſt quod fides. Sic Contarenus Card. de juſtif. *In nobis eſt hæc fides, prout fidimus promiſſioni divinæ. Hæc fidei ſignificatio pro fiducia conjuncta eſt ſignificationi ſpei, quamvis ſpes proprie reſpiciat futura, fiducia vero etiam præſentia & præterita, at tamen propinqua eſt hæc fiducia ſpei. Quamobrem ſæpenumero una pro altera ſumitur. Damaſcenus lib. 4. ſic explicat, fidem illam* Hebr. 11. 1. *interpretatur per ſpem. Apoſtolu* Rom. 4. 19. 20. *opponit diffidentiæ fidem, id eſt, confidentiam.*

11. Bellarm. 2. Cor. 10. 5. *Intellectus per fidem captivus dacitur in obſequium Chriſti.*

Proteſt. Verum quidem hoc eſt, quamvis nihil in illo loco dicatur vel de fide, vel de intellectu nominatim νόημα enim non νοῦς dicitur ibi captivari: Sed obſervandum eſt cogitationes & ratiocinationes omnes redigi in obedientiam, obedientiam vero eſſe voluntatis proprium actum: eſt enim *promptitudo voluntatis ſubjecta præcipient* *Thom.* 2. 2. *q.* 1. *a.* 2. *ad* 3.

12. Bellarm. Eph. 3. 12. *Habemus acceſſum in confidentia vel fiducia per fidem: ſed dicere, per fiduciam nos habere acceſsum fiducia, abſurdum eſt.*

Proteſt. Nihil abſurdi eſt dicere, habere nos fiduciam ſpei ex fiducia fidei; aut habere nos fiduciam in acceſſ ad Deum per fiduciam illam quam habemus in Chriſt collocatam.

13. Bellarm. *Actus fidei eſt credere, quod in multis locis Scripturæ non poteſt explicari per fidere.*

Proteſt. Quaſi nos negaremus, actum intellectus ſæp in Scripturis per fidem & credere notari.

14. Bellar. *Fidei juſtificantis objectum non eſſe ſpecialem miſericordiam, ſed omnia quæ Deus revelavit, probatur primo ex Euangeli*

Prote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Ex Euangeliis igitur evertet Bellarm. ipſum Euangelium. Si enim Euangelium non alium locum habet in fide juſtificante, & ſalvante, quam lex moralis, ceremonialis, judicialis, quas Deus revelavit, tum certè quorſum Euangelium diceretur, aut quomodo juſtitiam Dei revelaret ex fide ad fidem, nulla ratio apparet.

15. Bellarm. Mat.9. *Cæci habuerunt fidem omnipotentiæ: & cap.16. Petrus credidit Chriſti divinitatem. Eandem credebat Centurio,* Luc.7. *Nathaniel,* Ioh.1. *Apoſtoli,* Ioh.6. *Martha.* Ioh.11. *Dominus denique docet, & Thomas profitetur fidem reſurrectionis Chriſti, & eum eſſe Dominum ac Deum.*

Proteſt. I. Conceſſum eſt antea, multa neceſſario credenda eſſe, præter ſpecialem miſericordiam. Neque enim poteſt quis miſericordiam ſpecialem apprehendere, niſi credat Deum eſſe in Chriſto ſibimet mundum reconciliantem, 2.Cor.4 19. II. Fides cæcorum Mat.9. non magis fuit juſtificans, quam leproſorum Luc.17.17. de quibus dicitur, *ubi ſunt illi novem?* III. Petrus cum ſimilibus fiduciam habuerunt antea ſpecialis miſericordiæ per Meſſiam, cujus fiduciæ determinatio explicatur per confeſſionem divinitatis Chriſti. IV. Martha Ioh.11. 26.27. rogata fuit de credente in *Chriſtum* an viveret in æternum; cum igitur reſpondet de perſona Chriſti, manifeſtè oſtendit, fidem ſuam fuiſſe de vita æterna per Chriſtum. V. Thomas explicat ſuam fidem illis verbis fiduciæ plenis *Dominus meus, & Deus meus.* Ex iſtis ſimilia omnia loca facilè poſſunt explicari.

16. Bellarm. *Leproſus ille* Marc.1.40. *fidem rectam habuit, & tamen de voluntate ac ſpeciali miſericordia Domini ambigebat: Domine, ſi vis, potes.*

Proteſt. In hac objectione nihil omnino ſanum. Nam I. Fidem juſtificantem habuiſſe iſtum leproſum, magis quam illos Luc.17. non apparet. II. Dubitatio de antecedente non ſemper continetur aut innuitur in propoſitione connexa: III. Dubitatio de voluntate Chriſti in beneficio corporali conferendo, non excludit certam fiduciam miſericordiæ ad ſalutem. IV. Fiducia non excludit ſemper omnem dubitationem.

17. Bellarm. *Phariſæus* Luc.18. *habuit fidem vel fiduciam ſpecialis benevolentiæ, & tamen non eſt juſtificatus: Publicanus caruit fiducia illa, & tamen juſtificatus eſt.*

Proteſt. Saltem dormitavit hic Bellar. Nam I. Fidem & fiduciam confundit in hoc exemplo, pro quorum differentia pugnat. II. Quæſtionem de ſpeciali miſericordia convertit in aliam de *benevolentia.* III. Fiduciam & fidem hypocriticam facit menſuram fidei veræ. IV. Pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

exemplo fidei juſtificantis, profert fidem hominis non juſtificati. V. Abſurdiſſimè probat Publicanum non habuiſſe fiduciam juſtificantem, quia *illa fiducia caruit* quam habuit Phariſæus non juſtificatus.

18. Bellarm. Marc.16.16. *Apertiſſimè videmus fidem miraculorum, quæ non reſpici ſpecialem miſericordiam, unam & eandem eſſe cum fide juſtificante & ſalvante.*

Proteſt. Nihil tale, vel apertè, vel obſcurè videmus. Res ipſa planè contrarium oſtendit: quia multi juſtificantur ſine fide miraculorum, & multi olim habuerunt fidem miraculorum ſine juſtificatione.

19. Bellarm. *Similia loca ſunt in Actis & Epiſtolis.* Actor. 2.38. 4.12. 10.43. 13.39. & 17. Rom.4.& 10. 1.Cor. 15. 1.Ioh.5. *quibus objectum ponitur in reſurrectione, & divinitate Ieſu Chriſti.*

Proteſt. Similia iſta loca ſimilem admittunt ſolutionem. Duo tamen hic adjici poſſunt. I. Reſurrectionem & divinitatem Chriſti, ſpeciali quodam modo ad juſtificationis objectum pertinere, ex confeſſione ipſius Bell. II. Fidem de reſurrectione & divinitate Chriſti non juſtificare, niſi ita hæc apprehendat, quemadmodum ab Apoſtolis fuerunt prædicata: illos vero eadem cum applicatione prædicaſſe. Rom.4 25. & 8.34. 2.Cor.5.19. Act.5.31.

20. Bellarm. *In Apoſtolico ſymbolo fidei, de ſpeciali miſericordia nullum verbum habetur.*

Proteſt. De miſericordiæ voce nihil quidē dicitur, ſed de ipſa multum. Nam I. Totum ſymbolum originem ſuam habuit ex verbis illis Chriſti: Baptizate eos in nomen Patris, Filii, & Spiritus ſancti, & eundem cum illis habet ſenſum: ſpecialem autem miſericordiæ applicationem in illis contineri, docet *Apoſt.* Rom.6.2. *Ergo Credo in,* applicationem ſpecialem diffundit per omnes ſymboli partes. III. Remiſſionem peccatorum, & vitam æternam ex remiſſione credere, eſt credere miſericordiam ſpecialem,

21. Bellarm. *Fides in nihil aliud collimare debet, niſi in verbum Dei, at in verbo Dei, nuſquam reperitur annunciata ſalus, vel remiſſio peccatorum, mihi aut illi in particulari, exceptis quibuſdam paucis. Non igitur poſſunt reliqui homines credere, niſi omnino temerè, tanquam ex verbo Dei, ſibi remiſſa eſſe peccata.*

Proteſt. Specialis promiſſio continetur in generali.

Bellarm. 1. *Nuſquam dicit Scriptura. qui credit ſibi remiſſa eſſe peccata, habet vitam æternam, aut juſtificatur; ſed qui credit in filium, habet vitam æternam, vel juſtificatur.*

Proteſt. Qui dicit, ille qui credit in filium habet vitam æternam, vel juſtificatur; dicit ſatis apertè, eum qui credit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

dit in Filium, debere etiam credere, ſe habere vitam æter-
nam aut juſtificari. In illum enim finem hoc affirmat, ut
credatur ab eo qui credit in filium. Amplius nihil eſt
quod poſtulamus.

Bellarm. 2. *Ex propoſitione conditionata : qui credit in Filium
habet vitam æternam, abſoluta concluſio : ergo habebo vitam æternam.
non poteſt colligi, niſi per aſſumtionem abſolutam, videl. illam, atqui
ergo credo in Filium. Hæc vero aſſumtio abſoluta non eſt in verbo Dei,
ſed in opinione mea, quæ fallax eſſe poteſt.*

Proteſt. I. Malè disjunguntur iſta duo, eſſe in verbo, &
eſſe in opinione, quaſi nullum tertium daretur, eſt ali-
quid in ſenſu & experientia, quod neque eſt in verbo, ne-
que in opinione incerta. II. Pudere debuit Bellarm.
diſertis verbis profiteri non poſſe, ſe aut Pontificium
aliquem dicere, quod credat in Chriſtum, niſi ex *opinione
quæ fallax eſſe poteſt.* III. Dicant nobis Pontificii, qui in-
fallibiles conclusiones abſolutè colligunt ex iſtis propoſi-
tionibus : *Succeſſor legitimus Petri non poteſt errare, Concilium legi-
timum generale a ſucceſſore Petri approbatum, non poteſt errare* ; ubi-
nam inveniunt has aſſumtiones : *Epiſcopus ille qui hodie occu-
pat ſedem Romanam, eſt legitimus Petri ſucceßor, Concilium hoc aut
illud puta Tridentinum, fuit legitimum.* Non leguntur ſanè in
verbo Dei: an igitur tantum ſunt in opinione fallaci? tum
certè tota fides Pontificia eſt opinio fallax. IV. De cer-
titudine fidei noſtræ, reſpondemus primo cum Cathari-
no, & aliis qui in ipſo Concilio Tridentino, (ſicut refert
Medina in 1.2. q.112. art.5.) *conſtituebant particularem pro-
prium & infallibilem Spiritum ſanctum operari in cordibus filiorum
Dei; præbens illis teſtimonium, quod filii Dei ſint.* Simul enim
præbet illis teſtimonium, quod verè credant. Secundo
reſpondemus cum Vega, & Soto, *ibid. poſſe aliquem ſic cer-
tum eſſe de ſua gratia, atque certus eſt Romam eſſe,* evidentia ſcil.
& experientia. Scotus in 3. *diſt.*23. amplius aliquid affir-
mat. *Sicut credo Deum eſſe trinum & unum, ſic credo me habere fi-
dem infuſam inclinantem in illud, ſicut in verum quod eſt in ſe ve-
rum.* Bannes in 2.2. *q.*6. *a.*2. concludit, *valdè probabiliter dici,
hominem poſſe eſſe certum, ſe habere ſpem ſupernaturalem : quia certus
eſt homo, ſe habere fidem Dei juſtificatoris, & experitur ſe ſperare ve-
niam, &c.*

Bellarm. 3. *Non omnes illi revera credunt, qui arbitrantur ſe
credere.*

Proteſt. Neque ſciunt, aut vident aliquid omnes qui
putant ſe ſcire, aut videre : qui tamen revera ſciunt, aut
vident, certi poſſunt eſſe, quod ſciant, & videant. An quia
hæretici arbitrantur ſe rectißimè credere (ut Bell. objicit) idcir-
co Bellarm. cum cæteris Pontificiis arbitrantur tantum

opinione fallaci, ſuam fidem eſſe rectam ?

Bellarm. 4. *Quis eſt qui certo affirmare queat, ſe toto corde, atque ut oportet credere, & fidem habere vivam, & cum caritate conjunctam?*

Proteſt. Quoad gradum nemo credit in hac vita, *toto corde, ſicut oportet:* ſed quoad veritatem fideles qui ſentiunt ſe à Spiritu ſancto obſignatos ad vitam æternam, queunt hæc certo affirmare, & Deum eo nomine glorificare.

22. Bellarm. *Fides juſtificans præcedere debet juſtificationem. Fides autem ſpecialis miſericordiæ, ſequitur juſtificationem. Igitur fides ſpecialis miſericordiæ non eſt fides juſtificans.*

Proteſt. I. Fides juſtificans præcedit juſtificationem ordine naturæ, non tempore, qua juſtificatio eſt effectum ejus, non omni modo. II. Fides ſpecialis miſericordiæ duplici ratione ſic vocatur. 1. Qua Chriſtum apprehendit, vel innititur ipſi ad ſpecialem miſericordiam per ipſum apprehendendam. 2. Qua miſericordiam ſpecialem ut jam donatam apprehendit, priore ſenſu juſtificationem antecedit, & maximè propriè dicitur juſtificare: poſteriore ſenſu ſequitur juſtificationem. Sed quia una & eadem eſt fides quæ miſericordiam Dei in Chriſto ſpecialiter applicat apprehendendo, & applicationem illam jam factam certam reddit; & perfectio vel conſolatio ejus in hac certitudine apparet quam etiam hoſtes gratiæ præcipuè impugnant. idcirco per iſtam certitudinem, (quæ tamen quoad ſenſum, à fide poteſt ad tempus ſeparari) fides juſtificans ſolet à multis deſcribi. Hanc eſſe ſententiam noſtrorum Theologorum, & veram etiam eſſe, bene jam olim, etiam Lutheri tempore, intellexit Card. Contarenus: ſic enim ille in tract. de juſtif. *Accipimus juſtificationem per fidem. hanc acceptionem Thomas in 3. appellat applicationem, inquiens paſſionem Chriſti eſſe veluti medicinam communem, quam quiſque ſibi applicat per fidem, & Sacramenta fidei. Proteſtantes appellant apprehenſionem, non ea ſignificatione qua pertinet ad cognitionem intellectus, ſed qua illud dicimur apprehendere, quo pervenimus, & quod poſt motum noſtrum attingimus.*

Bellarm. 1. *Fides eſt falſa, qua credo mihi remiſſa eſſe peccata, ſi dum ita credo, nondum ſunt remiſſa peccata, ſed ſunt per hunc ipſum actum poſtea remittenda.*

Proteſt. Dum ita credimus, ſunt remiſſa peccata, remittuntur autem propriè per illum actum fiduciæ qua Chriſto innitimur, vel in miſericordiam Dei per ipſum reclinamus: qui natura præcedit actum illum quo credimus peccata jam eſſe remiſſa.

Bellarm. 2. *Si objectum hujus fidei eſt illa propoſitio: mihi ſunt*

per

per Chriſtum peccata remiſſa, certè prior debet eſſe remiſſio, quam fides, cum omnis actus pendeat ab objecto, non contra objectum ab actu.

Proteſt. Proprium objectum fidei juſtificantis qua talis, eſt illud quod propriè juſtificat, in quo acquieſcit fides ad juſtificationem conſequendam; id eſt Chriſtus, vel miſericordia Dei in Chriſto, non propoſitio, vel axioma: Quia tamen per eandem fidem, proxime attingimus certitudinem illius veritatis: mihi ſunt per Chriſtum peccata remiſſa, idcirco ſic nonnulli loquuntur quaſi hæc propoſitio eſſet fidei juſtificantis proprium objectum, ſicut Contarenus optimè obſervavit.

23. Bellarm. *Fides ſpecialis miſericordiæ tollit è medio orationem, Sacramenta, opera bona, &c.*

Proteſt. Iſtæ ſunt imaginationes ſervilium ingeniorum. Filii Dei vox eſt illa Apoſtoli, Gal.2.20. *vivo per fidem illum Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Charitas illa Chriſti conſtringit nos.* 2.Cor.5.14.

Bellarm. 1. *Si certo atque ex fide credere debeo, mihi peccata remiſſa eſſe per Chriſtum, quomodo poſſum petere remiſſionem peccatorum?*

Proteſt. Eo ſaltem modo, quo Chriſtus Ioh.17.1.5. petiit ut Deus ipſum glorificaret, de quo certiſſimus & debuit eſſe & fuit. Petimus continuationem, certiorationem majorem, & particularem applicationem remiſſionis conceſſæ.

Bellarm. 2. *Quid opus eſt Baptiſmo, ſi per fidem, quæ Baptiſmum præcedere debet certus ſum jam remiſſa eſſe peccata?*

Proteſt. Nemo fidelis (ex lege communi) adeo eſt certus, ut non opus ſit ipſi confirmatione, & certitudine majori. quam etiam per Dei inſtituta perpetuo quærere debet.

24. Bellarm. *Tametſi fiducia obtinendæ veniæ, qualis eſſe debeat in homine pœnitentiam agente, præcedat juſtificationem: tamen fiducia qua quis confidit ſibi remiſſa eſſe peccata pendet à bona conſcientia, ac proinde præexigit juſtificationem, non illam efficit.*

Proteſt. I. Bellarm. concedit verbis, quantum nos poſtulamus, dum affirmat, *fiduciam obtinendæ veniæ præcedere debere juſtificationem.* 2. Concedit etiam *fiduciam eſſe qua quis confidit ſibi remiſſa eſſe peccata,* quæ non poteſt eſſe ſpes rei futuræ, & tamen antea, *cap.*4. *fiduciam* omnem *cum ſpe confundi* affirmabat. III. Fiducia iſta, quamvis cauſam conſervantē habeat etiam conſcientiam bonam, quæ oritur ex vita bona; pro cauſa tamen procreante fidem illam ſolam habet, qua purgantur corda à conſcientia mala, id eſt, à peccati reatu. Hebr. 10.22.

25. Bell. *Fides juſtificans pacem & tranquillitatem animi parit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Rom.5.1. *At fides ſpecialis quam Calvinus docet. perturbationem & deſperationem mentibus adfert? quia ad illam requiritur, ut quis plane cognoſcat, ſe ad numerum prædeſtinatorum certo pertinere, & fidem ſemel habitam amitti non poſſe.*

Proteſt. I. Propoſitio evertit plane omnia quæ Bellar. hactenus dixit, & fidem Pontificiam totam, quæ (quantum ipſis conſtat) communis eſt illis cum iis ſuper quos ira Dei manet, atque adeo non poteſt in illis parere animi pacem & tranquillitatem. II. Aſſumtio cum ejus probatione ex manifeſta contradictione conflatur. Quando enim affirmat, *fidem ſpecialem perturbationem parere*, intelligi debet eodem modo quo alterum illud *fides juſtificans pacem parit*, id eſt. ubi adeſt, vel habetur: Qui vero affirmat, certam cognitionem electionis, & perſeverantiæ, perturbationem & deſperationem adferre, is ad agnatos videtur mittendus. III. Falſiſſima eſt calumnia certam cognitionem electionis & perſeverantiæ, neceſſario requiri, ex Calvini ſententia, ad fidem juſtificantem.

CAPVT III.

Argumenta noſtra.

PRoteſt. I. Fides facit ut ſubſiſtant quæ ſperantur Heb. 11.1. ergo eſt fiducia: ſicut etiam apparet ex ejuſdem vocis uſu. Hebr.3.6.14.

Bellarm. 1. *Vox* ὑπόςασις *non ſignificat expectationem, ſed ſubſtantiam vel ſubſiſtentiam.*

Proteſt. Hoc ipſum eſt quod volumus; fidem facere talem ſubſiſtentiam rerum ſperandarum, ut earum expectationem reddat certam. Non dicet Bellar. fidem eſſe ſubſiſtentiam rerum ſperandarum, ubi ſpes ipſa nullam ſubſiſtentiam habet ex fide.

Bellarm. 2. Hebr.3.14. *initium ſubſtantiæ Chriſti, non ſignificat initium fiduciæ, ſed novæ creaturæ, quod initium eſt fides.*

Proteſt. Accipimus quod Bellarm. dat: & inde ſic argumentamur: Illud ex cujus perſeverantia ſalus noſtra dicitur pendere. Heb.3. eſt fiducia quæ habet conjunctam ſpem gloriæ. *verſ.*6. Sed illud eſt fides, *verſ.*14. ex confeſſione Bellarm. ergo fides eſt fiducia.

Bellarm. 3. *Si fides* Hebr.11.1. *ſignificet fiduciam. eſt tamen fiducia rerum ſperandarum, id eſt, vitæ æternæ, ſed fiducia vitæ æternæ non eſt fides juſtificans etiam ſecundum doctrinam adverſariorum.*

Proteſt. Secundum doctrinam Scripturæ, quæ noſtra eſt, fides eſt fiducia qua nitimur miſericordia Dei pro ſalute

ute ac vita æterna. Hæc autem fiducia juſtificans facit itam æternam ſubſiſtere nobis, tanquam noſtram, & roinde facit eam firmiter ſperari, vel expectari. Omnia ic optimè conveniunt fides eſt fiducia rerum ſperandaum, & tamen non eſt propriè earum expectatio.

2. *Proteſt.* Multa ſunt loca Scripturæ ubi ſenſus non oteſt conſtare, niſi per fidem fiducia intelligatur, Rom. .18.19.20. Mar.11.24. Iac.1.6. cum ſimilibus: præipue vero ubi agitur de juſtificatione.

Bellar. 1. *In his omnibus locis vocabulum fidei accipitur pro ve- a fide Catholica, qua credimus omne quod Deus revelat, non pro fi- ucia.*

Proteſt. I. Eſt Catholica fiducia, æquè ac fides Cathoica, per titulum igitur Catholicæ non diſtinguitur fides fiducia. II. Si merus aſſenſus qui revelationis veriati præbetur, in omnibus locis intelligitur, tum credere Chriſtum, non magis juſtificat, quam (ſecundum Ponificios) credere Tobiam habuiſſe canem qui ipſum in inere comitabatur, Tobiæ 5.25. quod tamen qui aſſeeret, blaſphemus merito haberetur. Cajetanus in Rom. .*v* penult. rectè obſervat, *fidem ſimilem fidei Abrahæ eſſe non ſpectu cujuſcunque crediti, ſed Ieſu Chriſti reſuſcitati a Deo.* Toeti in Rom.4. hæc eſt obſervatio. *Vt Moyſes ſignificaret, fiem non quamcunque, ſed venturi Chriſti redemtoris, juſtitiam præare, propterea quando ejus notitia aperta facta eſt,* Gen.15. *meunit Abrahamum fide eſſe juſtificatum, illis enim verbis* Gen.15. *Abraham promiſsionem de Chriſto credidiſſe Doctores omnes conſenenter docent.* Hanc autem, non aliam fidem imputari nobis d juſtitiam eo loco clarè ſatis docet Apoſtolus. III. In de miraculorum res eſt planiſſima, non enim omnes qui redunt Deum eſſe omnipotentem, faciunt ſtatim miraula.

Bellarm. 2. *Fides qua impetrantur miracula, magna eſſe deet, ut etiam gignat fiduciam quandam impetrandi quod petitur.*

Proteſt. I. Fides igitur magna ex confeſſione Bellarm. ignit fiduciam, & hæc fiducia vocabulo fidei deſignaur. Dicat igitur, annon Abrahami fides fuit magna? anon æquè magna fides requiritur ad juſtificationem ac alutem ac ad morbi aut defectus alicujus curationem?

Bellarm. 3. *Illud* Rom.4. *(non hæſitavit diffidentia) ſignicare poſſet fidem Abrahæ fuiſſe inſignem, ita ut fiduciam quoque peerit.*

3. *Proteſt.* Omnes autem ut juſtificentur, debent inceere per veſtigia fidei Abrahami, Rom.4.12. Ergo deent habere fidem quæ parit fiduciam. Si vero fiducia on eſt neceſſaria ad juſtificationem, tum nec alii, nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Abrahamus ipſe tenebatur fidem iſtam inſignem haber[e.]
Ejuſdem fidei major gradus fiduciam poteſt gignere,ſe[d]
fiduciam non gignet, niſi in natura illius generis fidei ſi[t]
fiduciam habere conjunctam. Et hæc certè vera eſt ra-
tio,quare fiducia vocatur fides, quia oritur ex fide,& eſ[t]
ejus perfectio.

Bellarm. 4. *Illud* Marc.11.24. *credite quod accipietis, perti-
net ad fidem proprie dictam, ſed intelligitur cum conditione, ſi bene p[e]-
tatis,& ſi expedit vobis dari.*

Proteſt. Agitur illo in loco, primo & directè, de fid[e]
miraculorum, ſicut apparet *verſ.23. quicunque dixerit mon[ti]
huic,&c.* Hanc autem fidem conceſſit antea Bellarm. *gigne-
re fiduciam quandam impetrandi quod petitur.* Cum vero cre-
dendi voce ſignificetur diſpoſitio illa animæ quæ requi-
ritur ad impetrandum, & fiducia in iſtum finem ſingu-
lariter requiratur, ſequitur fiduciam illo verbo ſignifica-
ri. Præterea generali aſſenſu quem veritati promiſſioni
præbemus, non magis quidquam impetramus nobis
quam aliis omnibus, ad quos eadem promiſſio ſpectat
ſed fiducia ſpecialiter apprehendimus & nobis applica-
mus vim illius promiſſionis,in qua ſpeciali apprehenſio-
ne propriè conſiſtit vis impetrandi. Similis eſt ratio Iac.
1.6. ubi Bellarm. fatetur, *non eſſe abſurdum ſi quis dicat, loqu[i]
Iacobum de fide, quæ gignit fiduciam, ac per hoc etiam diffidentiam ex-
cludere.* Conceſſis iſtis Bellarm. ſi addatur illa regula (qu[æ]
frequentem habet uſum in explicatione Scripturæ) *verb[a]
ſenſuum, atque notitiæ, quando efficacem notionem habent, ſignifica[nt]
affectus, & motus, qui notitiam ſequuntur*; tum integram cau-
ſam traditam nobis habemus à Bellarmino.

4. *Proteſt.* I. Fides in Scripturis ſæpe opponitur ti-
mori, ut Mat.8. *quid timidi eſtis modicæ fidei?* & fideles di-
cuntur ſua fide fortes 1.Pet.5.9.

Bellarm. 1. *Hoc fit quia fiducia oritur ex fide.*

Proteſt. Non ſimpliciter quia oritur fiducia ex fide,ho[c]
enim omnes virtutes habent cum fiducia commune, ſed
quia proximè oritur, ut perfectio fidei illius quæ eſt in
intellectu,vel illud ad quod fides proximè tendit,& ſin[e]
quo,fides nec efficaciam, nec virtutis rationem habet.

Bellarm. 2. *Eadem ratione fortitudo tribuitur fidei, quoniam
fides eſt radix & origo fiduciæ.*

Proteſt. Fides illa quæ in intellectu ſedem habet, non
minus eſt radix & origo timoris, quam fiduciæ, ſicut
Thomas docet, 2.2.7.1. Singularis aliqua ratio debet
igitur ſubeſſe,cur in Scripturis fidei opponatur timor,&
fortitudo tribuatur.

5. *Proteſt.* Rom.4.16. *Propterea ex fide, ut ſit per gra-
tiam,*

am, ut firma ſit promiſſio. Fide intellectus non firmatur promiſſio, ſed fiducia qua recipimus rem promiſſam, firmat executionem promiſſionis.

Bellarm. 1. *Apoſtolus non loquitur de promiſſione remiſſionis peccatorum.*

Proteſt. Apoſtolus diſertis verbis loquitur de hæreditate fidelium, id eſt, de benedictione aut beatitate Gal. 3.14. quam ſitam eſſe docet in remiſſione peccatorum. Rom. 4.6.7.8.

Bellarm. 2. *Per fidem non intelligitur fiducia, ſed fides dogmatica.*

Proteſt. Fides dogmatica conſiſtere poteſt cum ira Dei, quam firmæ promiſſionis executioni Apoſtolus opponit, verſ. 15.

6. *Proteſt.* Fides non juſtificat, ut reſpicit in verbo Dei rerum geſtarum hiſtorias, aut comminationem pœnarum, aut præcepta operum faciendorum, ſed ſolummodo ut reſpicit promiſſionem gratiæ. Nullum autem ſingularem reſpectum habemus ad promiſſiones ſupra cætera, niſi fiduciæ. Fiducia eſt igitur quæ juſtificat.

Bellarm. 1. *Bona eſſet hæc ratiocinatio, ſi fidei juſtificantis officium eſſet, reddere homines ſecuros & certos de remiſſione peccatorum, & ſalute æterna.*

Proteſt. Hoc autem eſſe officium fidei, profeſſus eſt antea Bellarm. *cap.* 10. ratione quinta. *Fides juſtificans pacem & tranquillitatem animi parit.*

Bellarm. 12. *Negatur quod aſſumitur: fidem ſcilicet non juſtificare ut reſpicit hiſtorias, minas, præcepta, ſed ſolummodo ut reſpicit promiſſionem.*

Proteſt. Si hæc ita ſe habent, tum fides hiſtoriæ Tobiæ & ejus canis, eodem modo juſtificat, quo fides gratiæ in Chriſto promiſſæ: fides legis non minus juſtificat, quam fides Euangelii; fide juſtificante recipimus Iudam proditorem, & Simonem magum, ſicut recipimus Chriſtum. Hæc ſunt dogmata non tam refutanda, quam deteſtanda. Scriptura diſertè teſtatur Chriſtum eſſe propitiationem noſtram, non per quamlibet fidem, ſed *per fidem in ſanguine ejus*, id eſt, ut Cajetanus notat, *per fidem quæ innititur morti ejus.* Romanorum 3,25.

CAP. IV.

Quæſtio ſecunda de fide eſt, an ſola juſtificet. Pontificii negant, Nos affirmamus.

Iſta quæſtio præpoſterè à Bellarm. tractatur, antequam con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

conſtare fecit, quid ſit juſtificare, aut qua in re juſti-
catio propriè conſiſtat. Non potuit igitur niſi co-
fuſe admodum de eadem diſputare: quod etiam fo-
taſſe de induſtria fecit.

Argumenta Bellarmini.

BEllarm. I. *Fides non tam juſtificat, quam juſtificat, ut in-
tium & radix prima juſtificationis.*

Proteſt. Sophiſtica perplexa ludit hic Bellarm. du-
probationem oſtentat. Nam I. Ridiculus eſt ſermo,
ſenſu carens. *non tam juſtificat, quam juſtificat ut initiu-*
II. Initium dupliciter poteſt accipi: vel enim notat in-
tium motus *ad rem* efficiendam, vel initium aut gradu-
primum *in re* effecta. Et in primo ſenſu poteſt eſſe in-
tium, vel cum aliis ejuſdem generis, vel in ſuo gene-
ſolum. Bellarm. non indicat quid vellet probare.

Bellarm. I. Heb. 11. 6. *tribuitur fidei prima motio in Deum
per quam is qui longè erat, jam incipit propinquare.*

Proteſt. Si per *incipit propinquare*, intelligit Bellar. aliu-
aliquid ab ipſo *venire* ad Deum in Chriſto, tum contr-
dicit ipſi Chriſto, qui Ioh. 6. 35. iſtas phraſes ejuſdem e-
ſignificationis notat: *qui venit ad me; qui credit in me.*
idem intelligit, nobis non contradicit.

Bellarm. 2. Rom. 10. 13. *Fides tanquam inchoatio juſtific-
tionis, invocationem, & cætera antecedit.*

Proteſt. I. De ordine fidei ad juſtificationem, nihil il-
definitur. II. Iuſtificatio ipſa antecedit invocatione-
ſpiritualem, & efficacem, & cætera omnia quæ ſunt eju-
dem rationis. In hac igitur objectione, nulla ſpecies e-
alicujus probationis.

Bellarm. 3. Iohan. 1. 12. *Quotquot receperunt eum, ded-
iis poteſtatem, filios Dei fieri. Iohannes hic apertè docet, eos qui p-
fidem Chriſtum recipiunt, nondum eſſe filios Dei, ſed poſſe fieri, ſi pe-
gant ulterius, ut etiam ſperare & diligere incipiant.*

Proteſt. Iohannes nihil tale vel apertè, vel obſcurè do-
cet. Nam I. Non dicit fideles habere potentiam δυναμιν
ſed dignitatem, vel jus ἐξουσίαν, ut ſint filii Dei. II. Ni-
hil dicit de eo quod *nondum* ſint filii, aut *ulterius pergendu-*
eſſe, ut hoc fiat. III. Diſertis verbis affirmat *verſ.* 13
eos *genitos eſſe ex Deo.* IV. Totus iſte ſyllogiſmus e-
Iohannis: *Qui habent Filium habent vitam,* 1. Ioh. 5. 12. Qu-
credunt in Chriſtum, receperunt (vel habent) eum. Erg-
vitam habent. V. Secundum Bellarm. doctrinam d-
gratia, omnibus & ſingulis hominibus, pro loco, & tem-
pore, datur ſufficiens illud auxilium, quo ſi pergant ulte-
rius

ius, poſſint fieri filii Dei. Hoc igitur nullum eſt privile-
ium eorum qui credunt in Chriſtum.

Bellarm. 4. *Fides eſt fundamentum ſpei & charitatis.*

Proteſt. Sic etiam eſt juſtificatio. Rom. 5. 3. 1. Iohan. .10. 11.

Bellarm. 5. *In corporalibus morbis, initium ſalutis eſt credere agrotum. & medico curare volenti fidem habere: non tamen ſola illa des eſt integra ſanitas.*

Proteſt. Neque ſimilis fides poteſt juſtificare, ſed illa ua medicamentum illud quod ſolum tollit peccati rea- um, accipitur, & applicatur.

2. Bellarm. *Timor concurrit ad juſtificationem, eo fere modo quo des ipſa concurrit.*

Proteſt. Hoc fieri nullo modo poteſt. Timoris enim roprium objectum eſt malum, non bonum, nedum il- ud bonum quo in Chriſto juſtificamur.

Bellarm. 1. Eccleſ. 1. 27. *Qui ſine timore eſt, non poterit ju- ificari.*

Proteſt. I. Nihil tale habetur in textu Græco, ſed ut Arias Montanus vertit: *non poterit iracundus vir* (θυμώδης) *uſtificari.* II. Si ita dixiſſet Eccleſiaſticus, non magis nde ſequeretur timorem juſtificare, quam ſequitur agri- ulturam aut ſimilem aliquam honeſtiorem vitæ occu- ationem juſtificare, quia idem Eccleſiaſticus *cap.* 26. ne- gat cauponem juſtum eſſe vel juſtificari à peccato.

Bellarm. 2. *Timor Domini eſt initium ſapientiæ,* Pſalmo cen- eſimo decimo, & Proverbiorum capite primo, *per ſapien- iam intelligitur perfecta juſtificatio, & per timorem, timor ſervilis.*

Proteſt. Neutrum horum verum. ſi tamen utrumque conccederetur, nihil aliud ſequeretur ex verbis, quam ti- more excitari homines ad quærendam juſtificationem per fidem.

Bellarm. 3. *Timor facit ut ad Deum accedamus.*

Proteſt. Sicut lex, quæ non juſtificat, hoc facit, ſic etiam timor à lege nobis incuſſus, ut occaſio ſcilicet an- tecedens.

Bellarm. 4. *Timor eſt fons vitæ.* Prov. 14. 27.

Proteſt. Non quoad acquiſitionem juris, ut fides juſti- ficans, ſed quoad viam conſequendi poſſeſſionem ipſam. Neque tamen eſt ille ſervilis timor, ſed religio ipſa to- ta.

Bellarm. 5. *Timor Domini expellit peccatum.* Eccleſiaſt. 1. 21.

Proteſt. Depellit futura, non tollit reatum præterito- rum.

Bell. 6. *Natura timoris eſt, ut fugiat mala. & quærat remedia.*

Proteſt.

Proteſt. Hæc eſt natura timoris ingenui, non ſervi. Ad juſtificationem autem requiritur illud quod tol, non fugit tantum malum; quod invenit, non quæ tantum remedium tale.

3. Bellarm. *Spes obtinendæ veniæ, eſt etiam diſpoſitio ad juſ-tiam & remiſsionem peccatorum.* Proverbiorum capite vige-mo octavo, Verſu vigeſimo quinto. Pſalmo trigeſi ſeptimo, Verſu quadrageſimo; & Pſalmo nonageſi primo, Verſu decimo quarto. Matthæi capite nono, Ve ſecundo.

Proteſt. I. Bell. ut nobis negotium faceſſeret, ſibim contradicere parũ curavit. Antea enim cap.4. & 10. co-tendit. *fiduciã eſſe ſpem, & non poſſe juſtificare, quia præexiget juſ-ficationem, & ab illa pendet, & quia objectum non poteſt fieri per illi ipſum actum cujus eſt objectũ.* hic tamẽ ſpem obtinendæ ven vult eſſe cauſam obtinẽdæ veniæ vel juſtificationis. Spe autem generalem, conditionalẽ, incertam non poteſt l excuſare; quia nec illa ratione effugiet vim argumẽti, r talis eſt ſpes quæ in locis quę citat laudatur. II. In nu horum locorũ, niſi in ultimo, agitur de remiſſione pe-catorum; ubi tamen nihil dicitur de ſpe veniæ, ſed confidentia aut fiducia miraculoſæ ſanationis. III. nullo ſpes nominatur, præterquam in ſecundo, ubi t-men vox Hebraica *(caſa)* idem ſignificat, quod in reliqu *(batac)* firmam ſcil. & fiducialem exſpectationem ſalut

4. Bellarm. *Dilectio aliqua prior eſt remiſsione peccatorum, tempore, ut dilectio imperfecta, vel natura, ſi ſit perfecta. & ad e diſponit.*

Proteſt. I. Poteſt aliquid eſſe prius remiſſione, ut di poſitio prærequiſita, ita ut non ſit ejus cauſa. II. D lectio nulla præcedit remiſſionem ut diſpoſitio cauſans

Bellarm. 1. Luc.7. *remiſſa ſunt ei peccata multa quia dile multum.*

Proteſt. I. Probatio ὅτι, non minus petitur ab effec conſequente, quam ab antecedente cauſa. II. Dilecti nem hoc in loco notari tanquam effectum remiſſioni apparet manifeſtè ex toto diſcurſu: *Cui creditor plus grati catus eſt, ille plus diliget. Non autem Simon Phariſæus, ſed mulier pe catrix plus dilexit. Ergo non Simoni, ſed mulieri plura gratificatus creditor Deus.* Argumentum eſt ab effecto. III. Diſert verbis fides ſola nominatur ut cauſa, *verſ.* 50. *Fides tua ſervavit.*

Bellarm. 2. Gal.5.6. *Fides valet quæ per dilectionem oper tur.*

Proteſt. Declaratur hic qualitas & cauſalitas fidei, nc dilectionis.

Bellarm

Bellarm. 3. Ioh. 3.14. *Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.*

Proteſt. Hæc non tam Sophiſtica eſt, quam impudentia extrema, ſic mutilare textum ſacrum. Verba Iohannis ſunt: *Nos ſcimus nos tranſlatos eſſe de morte ad vitam, quia diligimus fratres.* Dilectio, ut effectum tranſlationis, eſt ratio vel argumentum ſcientiæ quam de illa tranſlatione habemus. Bellar. autem illud quod arguitur tollens, novum ſuum axioma vult eſſe Iohannis.

5. Bellarm. *Pœnitentia (quæ eſt dolor ac deteſtatio peccati) datur à Deo ad vitam,* Actor. 11.18. *pœnitentiam in ſalutem operatur,* 2. Cor. 7. 10. *& animam dicitur vivificare,* Ezech. 18.27. *Ergo juſtificat.*

Proteſt. I. Pœnitentia quatenus eſt legalis humiliatio antecedit quidem juſtificationem ut diſpoſitio ex ordine prærequiſita, ſed non ut cauſa. II. Reſipiſcentia Euangelica vel notat converſionem totam, cujus primaria pars eſt fides, ut Act. 11. & Ez. 18. vel eſt fidei juſtificantis, atque adeo ipſius juſtificationis effectum; qualis fuit pœnitentia illa ad ſalutem, 2. Cor. 7. 10. III. Quocunque modo accipiatur, dolor ac deteſtatio peccati non poteſt eſſe cauſa juſtificans, quia non habet vim applicandi nobis juſtitiam Chriſti. Acquiſitio talis boni, non conſiſtit in averſatione mali. Reſipiſcentiæ & fidei differentia hæc indicatur, Act. 20. 21. *Reſipiſcentia in Deum, & fides in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

6. Bellarm. *Sexta diſpoſitio eſt propoſitum ac deſiderium Sacramenti re ipſa percipiendi.*

Proteſt. Deſiderium gratiæ ac ſalutis quærendæ per media à Deo in illum finem inſtituta, virtualiter continetur in fide vera: ſed deſiderium illud prout fertur in externum Sacramentum non juſtificat, quia juſtificatio non alligatur Sacramentis.

7. Bellarm. *Septima diſpoſitio eſt propoſitum novæ vitæ.*

Proteſt. Hoc propoſitum eſt pars reſipiſcentiæ, quæ comitatur quidem fidem juſtificantem, ſed ſine virtute ulla juſtificandi. Propoſitum eſt efficax tantum ad illud quod proponit.

8. Bellarm. *Si fides à ſpe & dilectione, &c. ſeparetur, non poterit juſtificare, non igitur fides ſola juſtificare poteſt.*

Proteſt. Negatur conſequentia: quia illa fides quæ juſtificat, ſpem ac dilectionem ſua natura conjunctam habet, ita ut ſi ab ipſis reipſa ſeparetur, ſimul etiam ſeparatur a ſe ipſa, vel deſinit eſſe talis fides.

Bellarm. I. *Si tota vis juſtificandi eſſet in ſola fide, tum fides ipſa tam juſtificaret illis abſentibus quam præſentibus.*

Proteſt.

Proteſt. Negatur conſequentia: quia illa fides quæ juſtificat, ſpem ac dilectionem ſua natura conjunctam habet, ita ut ſi ab ipſis reipſa ſeparetur, ſimul etiam ſeparatur a ſe ipſa, vel deſinit eſſe talis fides.

Bellarm. 1. *Si tota vis juſtificandi eſſet in ſola fide, tum fi. ipſa tam juſtificaret illis abſentibus quam præſentibus.*

Proteſt. Non ſequitur: quia fides ipſa non poteſt eſſe præſens, ubi cæteræ virtutes omnino abſunt.

Bellarm. 2. *Semen fidei dicitur (a Calvino) manere inter gravißimos lapſus: ergo poteſt a caritate ſeparari.*

Proteſt. Vbi ſemen fidei manet, ibi etiam ſemen adeſt caritatis, non igitur ſeparantur.

Bellarm. 3. *Nos non dicimus tamen fidem eſſe ſolam, ſed ſi eſſet ſola, id præſtituram.*

Proteſt. Suppoſitio eſt abſurda: quid igitur ex illa ſequeretur viderit ille qui talia ſupponit. Perinde eſt ac ſi quis ſupponeret ſpem, aut caritatem, ſine fide, & tum inquireret quid præſtarent ſi ſolæ eſſent.

Bellarm. 4. *Fides prius ſaltem natura, juſtificabit, & cum juſtitia conjuncta eſſe intelligetur, quam dilectionem aliaſque virtutes attulerit.*

Proteſt. Concedimus.

Bellarm. *Sequetur, ut homo ſit juſtus, & non juſtus, &c.*

Proteſt. Sequetur tantum, hominem eſſe prius natura juſtum per remiſſionem peccatorum & acceptationem divinam in Chriſto. quam juſtus fiat per ſanctificationem in ſemetipſo; quod eſt veriſſimum.

Bellarm. 5. *Fides vera poteſt reipſa a dilectione, aliiſque virtutibus ſeparari.*

Proteſt. Aliqua fides poteſt, & talis eſt Pontificia; ſed illa fides cui nos tribuimus juſtificandi virtutem, cum unionem faciat noſtri cum Chriſto, à Chriſti ſpiritu vivificante, & ſanctificante, non poteſt ſeparari. ſic *Contar. Card. in confut. artic. Lutheri, art. 1. Fides hac non eſt ea tantum qua credimus Deum eſſe, & qua credimus vera eſſe qua dicit Deus hac etenim eſt etiam in Dæmonibus, & perditißimis hominibus; ſed eſt ea qua in Deum tendimus, ab hac autem neceſſe eſt bona opera provenire.* Dum igitur Bellarm. magno conatu probare nititur aliquam veram fidem à caritate poſſe ſeparari, quamvis non formatam, aerem verberat inanis diſputationis ventoſo flabello.

6. Bellarm. *Nuſquam in ſacris litteris oſtendi poteſt illa particula (ſola) cum de fide juſtificante agitur.*

Proteſt. De vocula illa non quæritur, ſed de ſenſu. Cum autem Scriptura, Rom. 3. & 4. Gal. 2. & 3. omnia removet

ovet à juſtificatione præter fidem, *non ex operibus, ſine operibus, ſine lege, ſed ex fide, ut ſit per gratiam* manifeſtè ſatis do-ſt per fidem intelligere ſeſe fidem *ſolam.* Huc etiam ac-dit quod Contarenus Card. *in Rom.* 4. habet: *Notandum od hanc imputationem juſtitiæ Scriptura nulli alteri rei tribuit am fidei.* Hinc enim ſequitur Scripturam juſtificatio-m tribuere fidei *ſoli.*

Bellarm. 1. *Omnia opera, & omnes Leges non excluduntur. Nam us fidei eſt opus,* Ioh. 6. *& fides eſt lex fidei,* Rom. 3.

Proteſt. I. De fide reſpondet Toletus in Rom. 3. *Ad-rte, fidem non habere ex ſe efficaciam ullam, ut actus quidam noſter , remittendi, & reconciliandi; ſed virtutem totam procedere ex ob-cto ipſo, nempe Chriſto, cujus virtutem & meritum diſpoſuit Deus r fidem in ipſum applicare peccatori ad juſtificandum.* II. De ge fidei reſpondet Cajetanus, ibid. *Si quaris quo pacto lex ei diſtinguitur a Paulo contra legem operum, etiam moralium, quum am fides in genere operum comprehendatur, credere enim eſt opus ſtrum: ſolutio eſt, quod credere in eum qui juſtificat impios innititur ſtitiæ alienæ, ſcil. Dei per Chriſtum: reliqua vero opera innituntur ſtitiis propriis, ut ſcil. quodlibet opus ſecundum ſe bonum eſt, & bonum ldit habentem.* III. Obſervandum eſt fidem vocari *le-m* non propriè, ſed metaphoricè: ſicut etiam peccatum x vocatur, Rom. 7. Bellarminus igitur ineptè planè in-r ſpecies legis ponit legem fidei, ſicut Thomas etiam diculus eſt, cum legem peccati vult eſſe ſpeciem legis. 1. *q.* 91.

Bellarm. 2. *Gratia excludit merita, quæ ſunt nobis ex nobis, non tem dona Dei.*

Proteſt. Dona quidem Dei communicantur, non exclu-untur, per gratiam, ne exiſtant. & a Deo probentur: ſed cluduntur tamen ab actu juſtificandi. Conſequentia a non eſſet alias firma: *propterea ex fide, ut per gratiam,* Rom. 16. immò fidem ipſam excludit, ne juſtificet quatenus t donum Dei & actus aut habitus noſter, ut recte ob-rvat Toletus in 3. *ad Rom. Si fides, quâ ratione actus quidam , & ex ſe juſtitiam faceret, gratis juſtitia non daretur. Non uſus eſt eus operibus ad juſtificandum, ſicut uſus eſt fide, ne homines gloria-ntur, tribuentes juſtitiam operum virtuti aut merito.*

10. *Non placuit juſtificationem dare cum ſola conditione fidei.*

Proteſt. Vel maximè placuit hoc Deo, Rom. 3.25. *Chri-ſtum præſtituit Deus, ut eſſet placamentum per fidem,* Ioh. 3.16. *edit filium ſuum unigenitum, ut quiſquis credit in eum non pereat, habeat vitam æternam.* Apoſtolus etiam Gal. 3.11.12. clare ſtatur fidem in Euangelio ita ſe habere, ut *fac hoc* in le-.

Bellarm. *Scriptura apertius exigunt ad juſtificationem, condi-tionem*

tionem pœnitentiæ, & Sacramentorum, quam ipſius fidei, Ezech. 18. 27. Luc. 13. 4. Ioh. 3. 5.

Proteſt. Falſitas hujus aſſertionis ſatis eſt manifeſta ex iis quæ jam dicta ſunt. *Scriptura* (ait Contarenus in 3. Rom.) *juſtificationem nulli alteri rei tribuit quam fidei.* Apoſtolus ubi differit de juſtificatione, in Epiſt. *ad Rom. & Gal.* nullam conditionem ut quis particeps ejus fiat exigit, præter fidem. In locis à Bellarm. citatis, nulla fit mentio juſtificationis, pœnitentia tamen in duobus prioribus converſionem denotat, cujus præcipua pars eſt fides, & regeneratio Ioh. 3. præcipuè conſiſtit in fidei ingeneratione, cujus ſigillum eſt Sacramentum.

II. Bellarm. *Sola fides non id habet, ut apprehendat juſtificationem, & nobis applicet, ac noſtram eſſe faciat.*

Proteſt. Si ita ſe res haberet, erroris arguenda eſſet Scriptura quæ Ioh. 1. 12. *recipere Chriſtum, & credere in nomen ejus*, unum & idem eſſe docet.

Bellarm. 1. *Fides non dicitur proprie apprehendere. Cognitio apprehenſiva præexigitur quidem ad fidem, ſed non eſt proprie fides.*

Proteſt. Futilis hæc eſt velitatio. Non enim ignoravit Ballarm. nos longè aliud intelligere per apprehenſionem, quam ſpeculationem intellectus. Rectè Contarenus in tract. de juſtificat. *Accipimus juſtificationem per fidem* Gal. 3. 14. *hanc acceptionem Thomas appellat applicationem. Proteſtantes appellant apprehenſionem, non ea ſignificatione quæ pertinet ad cognitionem intellectus, ſed quâ illud dicimur apprehendere, quo pervenimus, & quod poſt motum noſtrum attingimus.*

Bellarm. 2. *Confidere non eſt apprehendere, ſed firmiter adhærere rei apprehenſæ.*

Proteſt. Firmiter adhærere alicui rei, ut ab illa ſuſtentemur in conſecutione finis optati, eſt confidere, & apprehendere, eo ſenſu, quo voces iſtæ à nobis in iſthoc negotio adhibentur.

Bellarm. 3. *Eſto, apprehendatur aliquo modo juſtificatio per fidem, certe non ita apprehenditur, ut reipſa jam habeatur & inhæreat, ſed ſolum ut adſit per modum objecti apprehenſi: at hoc modo apprehendit etiam amor & gaudium. Charitas præcipue aliena facit noſtra. Amantium enim omnia ſunt communia.*

Proteſt. I. Inepte a Bellarm. confunduntur illa duo: *ut reipſa habeatur, & inhæreat.* Multa habentur, quæ non inhærent. II. Apprehenſio juſtificationis, per veram fiduciam, non eſt ſimpliciter per modum objecti, ſed per modum objecti nobis donati. Quod enim Deus donaverit fidelibus Chriſtum, & omnia cum eo, Scriptura diſertis verbis teſtatur, Rom. 8. 32. Hic tamen obſervandum eſt, accurate loquendo, apprehenſionem Chriſti & juſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ræ ejus, eſſe fidem juſtificantem, quia juſtificatio noſtra exurgit ex apprehenſione Chriſti, & apprehenſio juſtificationis, ut poſſeſſionis noſtræ præſentis, fructus eſt & effectum apprehenſionis prioris. III. Gaudium de juſtitia noſtra per Chriſtum non facit, ſed præſupponit nos juſtos; fluit ex apprehenſione juſtificationis: fundamentum ſuum habet in fiduciali apprehenſione Chriſti. IV. Charitas amicitiæ erga Deum, non poteſt a nobis haberi, antequam intelligamus Deum nobis reconciliatum & quaſi amicum factum per fidem. Actus charitatis extramittendo à nobis erga Deum, non intramittendo a Deo ad nos exercetur. Charitas denique noſtra erga alios, non facit illa quæ ad eos pertinent eſſe noſtra, ſed quæ noſtra ſunt, eorum facit eſſe.

Bellarm. 4. *Sacramenta promiſſiones applicant, & noſtras faciunt, non ergo per modum inſtrumenti applicantis fides ſola juſtificat.*

Proteſt. Sola tamen fides, ex iis quæ ſunt in nobis vel a nobis erga Deum ſola fides accipiendo; quia Sacramenta ſunt a Deo erga nos, & promiſſionem applicant, ut inſtrumenta dandi, non accipiendi.

Bellarm. *Hoc non multum refert: nam utrumque eſt inſtrumentum Dei.*

Proteſt. Plurimum refert: quia ſicut Sacramenta quamvis aliquo ſenſu poſſint dici inſtrumenta noſtra, quatenus per illa tanquam per media aſſequimur finem noſtrum, proprie tamen ſunt inſtrumenta Dei: ſic etiam fides, quamvis poſſit vocari inſtrumentum Dei, quia Deus juſtificat nos *ex fide & per fidem.* Rom 3. verſ. 30 proprie tamen eſt inſtrumentum noſtrum. Deus nos baptizat & paſcit, non noſmetipſi: nos credimus in Chriſtum, non Deus.

12. Bellarm. *Fides vera & juſtificans non eſt nuda & ſola apprehenſio juſtitiæ, ſed cauſa eſt, & vim habet juſtificandi.*

Proteſt. Oppoſitio hæc eſt abſurda, inter apprehenſionem juſtitiæ, & cauſam juſtificandi: quia ipſa apprehenſio, eſt ſuo modo cauſa. Rectè Contarenus, in tract. de juſtific. *Fide juſtificamur, non formaliter, ſicuti albedo efficit parietem album, aut ſanitas hominem ſanum; ſed efficienter, ſicut linitio efficit parietem album, & medicatio efficit ſanum; ſic vel non diſſimili ratione fides efficit hominem juſtum, & juſtificat.*

Bellarm. 1. *Apoſtolus negans hominem juſtificari per opera, aut ex operibus, per legem, aut ex lege, non negat juſtitiam apprehendi lege, aut operibus; neque illa fuit opinio eorum quos refutat; ſed exiſtimabant merito operum ſuorum, ſibi deberi juſtificationis donum. Cum igitur idem Apoſtolus tribuit fidei, quod negat operibus, & legi, dicens per fidem, & ex fide hominem juſtificari, ſine*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

*dubio tribuit fidei efficientiam, & meritum aliquod reſpectu juſtifica-
tionis.*

Proteſt. I. Si ſic accipiatur fides ut objectum ſuum
Chriſtum, per metonymiam deſignet, (quæ mens e
Apoſtoli multis in locis) tum iſta concluſio poteſt con
cedi tota. II. Si fides conſideretur ut actus noſter qu
ferimur in Chriſtum, *meriti* voce expuncta, poteſt etiam
concedi. III. Bellarm. inconſtans eſt in omnibus ſu
argumentis. Antea *cap.* 14. *&* 15. probavit fidem ſolam
non juſtificare, quia poteſt eſſe in homine qui non e
juſtus; jam vero vult fidem juſtificare eodem modo qu
legis totius obſervatio juſtificaret ſi adeſſet. IV. Craſ
ſiſſimum ſuum errorem aperit in eo, quod juſtificatio
nem fidei, tanquam meriti, mercedem eſſe vult, idque eo
dem plane modo, quo illi contra quos Apoſtolus diſpu
tat, obſervationis legis voluerunt eam eſſe mercedem
V. Fundamentum hujus objectionis eſt vaniſſimum, i
iſtiuſmodi ſcilicet oppoſitione (non ex hoc, ſed ex illo
idem genus cauſæ utrinque notari, Rom. 9. 8. 11. 16. &
11. 6. *Non carnis, ſed promiſſionis Filii: non ex operibus, ſed ex vo
cante: non currentis, ſed miſerentis: ex gratia electionis, non ex oper
bus:* eſtne inter Pontificios quiſquam tam excors, ut au
deat affirmare, in iſtis oppoſitionibus, idem plane genu
cauſæ utrinque notari?

13. Bellarm. *Fides eſt initium juſtitiæ, ac per hoc eſt cauſ
formalis inchoata juſtificationis.*

Proteſt. Fides eſt initium juſtitiæ, ſicut aſpectus ſer
pentis ænei fuit initium ſanitatis, ac per hoc non eſt cau
ſa formalis inchoata juſtificationis, ſed cauſa inſtrumen
talis.

Bellarm. 1. Rom. 4. 5. *reputatur fides ad juſtitiam: ipſ
igitur fides eſt juſtitia.*

Proteſt. Reſpondet Toletus Ieſ. in illum locum: *No
fides reputata dicitur in juſtitiam, quaſi ipſa ſit juſtitia effecta, ſe
quod inducat juſtitiam in hominem coram Deo; non qua parte actu
hominis eſt; tunc enim ex operibus eſſet gratia, nam credere opus quod
dam eſt: ſed ex divina voluntate, qua ita voluit, ut per fidem juſtiti
homini daretur, & virtus Chriſti in quem creditur, per ipſam commu
nicaretur credenti. Hoc eſt fidem reputare in juſtitiam coram Deo.*

Bellarm. 2. 1. Cor. 3. 11. *Fides eſt fundamentum: funda
mentum autem eſt pars & inchoatio ædificii. Ergo fides eſt pars & in
choatio juſtificationis.*

Proteſt. I. Fides non eſt fundamentum, niſi ratione ſu
objecti, Ieſu Chriſti. II. Quatuor ſunt termini in ho
ſophiſmate, totum enim ædificium ſpirituale, non eſ
unum, & idem cum juſtificatione.

Bellarm

Bellarm. 3. Actor.15.9. *Fides purificat cor, formaliter hoc facit, ſicut lux intrans pellit tenebras.*

Proteſt. Hoc eſt quæſtionem mendicare, non probare.

14. Bellarm. *Per fidem impetratur remiſſio peccatorum: ac per hoc juſtificatur homo ex fide, non quia fides tantum apprehendat promiſſionem, ſed quia remiſſionem impetret, & ſuo quodam modo etiam mereatur.*

Proteſt. I. Hæc objectio priorem evertit; ſi enim fides impetrat, & meretur juſtificationem, tum non eſt ipſa formalis juſtitia. II. Fidem aliquo modo mereri remiſſionem, ſine ullo colore probationis, impudenter affirmatur, contra Scripturam. III. Impetrare remiſſionem, & apprehendere Chriſtum, ad remiſſionem in ipſo promiſſam omnibus qui eum apprehendunt, ſunt unum & idem: pueriliter igitur à Bellarm. opponuntur, & probationes quas adfert ad impetrationem (de qua non dubitatur) probandum, ſunt planè otioſæ.

Argumenta noſtra.

15. *Proteſt.* Scriptura paſſim docet, hominem juſtificari *ſine operibus, non ex lege factorum, non ex operibus, non ex lege, ſed ex fide.* ergo ex fide ſola.

Bellarm. 1. *Prænotandum.* 1. *Legem factorum apud Apoſtolum* Rom. 3. *eſſe eam, quæ jubet quid ſit faciendum, legem autem fidei eſſe ipſam fidem, quæ impetrat gratiam faciendi, quod lex factorum jubet.*

Proteſt. Hæc quidem eſt una differentia, inter legem, & euangelium: ſed neque tota, neque illa quam Apoſtolus intendit. Nam I. Nihil dicit Apoſtolus illo in loco de impetratione virium. II. Fidei vim juſtificantem collocat in relatione quam habet ad propitiationem ſanguinis Chriſti, *verſ.* 22.25. III. In exemplo Abrahami, nihil omnino dicitur de impetranda poteſtate faciendi legem per fidem, ſed de imputatione fidei ad juſtitiam. IV. In teſtimonio Davids, juſtificantis fidei proprium effectum ſtatuitur impetratio remiſſionis peccatorum, quod longè aliud eſt quam impetrare gratiam faciendi legem. V. Si nihil aliud intereſt inter fidem & legem operum quam quod fides addat vires faciendi, tum certè Chriſti mors & propitiatio nō habuit alium uſum quam ut procuraret nobis vires, ut nos faceremus opera legis. Vidit hæc Cajetanus, & ea propter aliam exquirens interpretationem, quod res eſt ſincere declarat: *Si quæris quo pacto lex fidei diſtinguitur à Paulo contra legem operum etiam moralium, ſolutio eſt, quod credere in eum qui juſtificat impium, innititur juſtitiæ alienæ ſcilicet Dei per Chriſtum: reliqua verò opera innituntur propria.*

Bellarm. 2. *Prænotandum 2. Iuſtitiam legis eſſe opera juſta, quæ lex facienda præſcribit, quam juſtitiam nuſquam Apoſtolus rejicit tanquam inutilem: juſtitia autem ex lege, ſive in lege; ſunt illa opera quæ homines faciunt ſine gratia fidei, quam juſtitiam tanquam inutilem Paulus rejicit, & opponit juſtitiæ fidei, hoc eſt operibus bonis, quæ fiunt ex gratia & fide.*

16. *Proteſt.* I. Diſtinctio iſta, inter *juſtitiam legis, & in vel ex lege*, neque in Scripturis, neque in ratione fundamentum ullum habet. II. Quamvis Apoſtolus non rejiciat opera juſta, quæ lex præſcribit, tanquam ſimpliciter inutilia, rejicit tamen à juſtificatione coram Deo: quod poſtea dabimus probatum. III. Si illa ſola opera excluduntur ab actu juſtificandi quæ fiunt ſine gratia fidei, tum certe non opus fuit ut Apoſtolus multum in illa quæſtione laboraret: non eſſet enim inter fideles cenſendus, neque poſſet quærere aut recipere gratiam, qui putaret ſe antea ſine gratia, ſine Chriſto juſtificatum. IV. Nihil abſurdius fingi poteſt, quam quod Bellarm. audet ſuſtinere; *juſtitiam fidei eſſe opera bona facta ex gratia & fide*, juſtitia enim fidei eſt *ſine operibus, imputata, in remiſſione peccatorum conſiſtens.* Rom. 4.6.5. quis hæc affirmabit de operibus noſtris quibuſcunque?

Bellarm. 3. *Prænotandum 3. Apoſtolum, cum dicit hominem juſtificari ſine operibus intelligere omnia opera facta ante fidem, non omnia abſolutè.*

Proteſt. Hoc clare refutatur in perſona Abrahami, Rom. 4. Galat. cap. 3. & ipſius etiam Apoſtoli, Phil. 3.9.

Bellarm. 4. *Ex his reſpondetur ad* Rom. 3.27.17. *non excludi omnem gloriationem, ſed illam ſolum quæ oritur ex operibus per ſolas vires liberi arbitrii factis. Non enim dicit, ubi eſt gloriatio, ſed ubi eſt gloriatio tua.*

Proteſt. Dictio illa *tua* ſuperfluit in verſione Latina (ut Cajetanus obſervat) quia non eſt in Græco textu. Qui tamen juſtitiam promeretur ſuis operibus, quamvis ex parte tantum proveniant à viribus liberi arbitrii, ex illa ſaltem parte habet gloriationem *ſuam*, qua gloriari poſſit in ſe: quia ſibimet poteſt ex illa parte laudem arrogare effecti cujus ille fuit cauſa.

Bellarm. 5. Rom. 4.2. *reſpondetur, excludi opera quæ Abraham facere potuiſſet non ex fide.*

Proteſt. Excludit igitur Apoſtolus illa ſola opera, quæ adverſarii, contra quos diſputat non potuerunt includere.

Bellarm, 6, *In epiſtola ad Gal, duplex tractatur quæſtio, una ſpecia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſpecialis, an Chriſtiani poßint ſalvi fieri ſine cæremoniis legalibus. Altera generalis, an per legem poßit contingere juſtificatio, ſine gratia, & fide Ieſu Chriſti.

Proteſt. Poſterior iſta quæſtio, vix potuit locum habere apud Galatas fideles. Si tale quid ſenſiſſent, vana certe apud illos fuiſſet denunciatio Apoſtoli, Gal.4.5. *evacuati eſtis à Chriſto:* quia ſine Chriſto juſtificationem ac ſalutem exſpectaſſent.

Bellarm. *Argumentationes Apoſtoli: Si per legem juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt: ergo non ex promiſſione, a gratia excidiſtis, infirmiſſimæ ſunt, neque aliquid efficiunt, ſi quis per eas excludere velit opera quæ fiunt ex gratia & fide.*

Proteſt. Imò ſunt firmiſſimæ: quia ex natura rei, Chriſtum abnegant, qui juſtificationem quærunt in ſemetipſis, aut in operibus ſuis.

Bellarm. 7. *Apoſtolus* Phil.3. *juſtitiam ex lege vocat opera facta ex cognitione legis, per ſolius naturæ vires.*

Proteſt. Reſpondet Cajet. in locum: *E regione juſtitiæ propriæ, & legis, adverſativè locat juſtitiam quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti, quæve eſt ex Deo in fide. Iuſtitia legis, ac propria, eſt obſervatio mandatorum legis: juſtitia autem fidei, remiſſio eſt peccatorum, & hæc dicitur ex fide Chriſti Ieſu crediti; & dicitur ex Deo in fide, ad differentiam juſtitiæ legalis, quæ eſt quidem ex Deo, ſed in opere. Hæc eſt enim juſtitia quæ imputata eſt Abrahæ à Deo in fide ipſius. Vbi apparet, quod juſtitia hæc non eſt juſtitia mea, ſed fidei: nec eſt ex lege, ſed ex Chriſto Ieſu credito.*

17. *Proteſt.* Scriptura paſſim juſtificationem tribuit fidei ſoli, cæteris omnibus operibus, vel diſpoſitionibus prætermiſſis, Mat.9.5. Luc.7.50. & 8.48. Ioh.1.12. & 3.36. Rom.5.1.

Bellarm. I. Luc.8.50. *agitur de miraculo faciendo, non de juſtificatione impii.*

Proteſt. I. Bellarm. antea *cap.*4. defendebat fidem miraculorum & juſtificantem eſſe unam & eandem fidem. II. Miracula iſtiuſmodi fuerunt ſingularia Dei beneficia, quibus juſtificationis benedictio fuit adumbrata, Luc.4.18. III. Beneficia iſta ſæpe conjuncta fuerunt cum juſtificatione Mat.9.3.6.

Bellarm. 2. *Aliæ etiam virtutes ſolæ aliquando nominantur, aut ſacramenta. Effectum enim ad quod multæ cauſæ concurrunt, modo uni cauſæ, modo alteri tribuitur. Iuſtificatio autem frequentius tribuitur fidei, quia fides eſt initium juſtificationis.*

Proteſt. I. Reſpondet Contarenus in Rom.4. *Notandum quod hanc imputationem juſtitiæ Scriptura nulli alteri rei tribuit quam fidei.* II. Fides (ſecundum Bell.) tale eſt initium

juſtificationis, ut poſſit eſſe in homine qui manet injuſtus. In eo nulla ratio latet quare frequentius fidei tribueretur juſtificatio, quam charitati. III. Fidei ita tribuitur juſtificatio, ut cætera illa quas Bellarm. concauſas appellat, effecta eſſe declarentur, Rom. 5. 1. 2. &c. IV. Iuſtus dicitur etiam poſtquam juſtus eſt, ex fide vivere, & Abrahamo jam juſto, imputata tamen dicitur fides ad juſtitiam.

Bellarm. 3. *Per fidem continuatur vita, ſed non per fidem ſolam. Abraham juſtus ex novo quodam actu fidei factus eſt juſtior.*

Proteſt. Ex conceſſione igitur Bellarm. Scriptura tribuit fidei & initium juſtificationis & ejuſdem continuationem. Cum autem ſola fides ſit initium, & continuatio eodem modo tribuatur fidei in Scriptura quo initium, ſequitur, fide ſola juſtificationem inchoari & continuari.

18. *Proteſt.* Gratis vel gratia juſtificari, eſt ſola fide juſtificari: quia gratia excludit omnia opera, ne cauſa ſecum ſint ejuſdem effecti, & nominatim juſtificationis, Rom. 3. & 4. & 11. Eph. 2. &c.

Bellarm. 1. *Particula illa gratis uno modo poteſt accipi ut opponatur debito ex juſtitia, ſive meritis de condigno, & hoc modo juſtificatio gratuita non excludit opera, quæ dicantur concurrere ad juſtificationem ut diſpoſitiones, vel ut merita de congruo, & juxta hunc modum, non eſt idem juſtificari gratis, & juſtificari ex ſola fide.*

Proteſt. I. Apoſtolus dicit expreſſe *ſi ex gratia tum non ex operibus ſi ex operibus, tum non ex gratia.* hoc non concedet Bellarm. niſi cum limitatione, quæ in Scripturis nullum habet fundamentum, ſed in Pontificiorum audaci fictione. II. Toletus Ieſ. in Rom. 3. 24. fatetur: *ſi fides, qua ratione actus quidam eſt. & ex ſe juſtitiam faceret, gratis juſtitia non daretur.* Bellarm. vult non ſolam fidem, ſed & alias multas diſpoſitiones, qua ſunt actus juſtitiã facere. III. Bellarm. paulo poſt, explicans quod hic obſcure proponit dicit, *potius fundari meritum de congruo in aliqua dignitate operis, quam in promiſſione; meritum autem de condigno fundari in promiſſione, cum conditione operis.* Hæc autem ſi ita ſe habent, tum certe meritum de congruo quod in opere mero fundatur, magis repugnat gratiæ, quam meritum de condigno, quod in promiſſione ex parte fundatur. Si igitur gratia excludit meritũ de condigno, ut Bell. fatetur, tum multo magis meritũ de congruo. IV. Apoſtolus Rom. 4. 16.) *ex fide, ut per gratiã)* manifeſte declarat nihil quod noſtrum eſt poſſe locũ habere in actu juſtificãdi ex gratia. prẹter fidẽ.

Bellarm. 2. *Altero modo poteſt accipi particula gratis, ut opponitur operi facto ſine ulla gratia: & hoc modo juſtificatio gratuita non excludit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

excludit merita abſolutè, ſed merita propria, quæ ſint nobis ex nobis, & non ex Deo.

Proteſt. I. Hoc eſt alienum ab omni ratione, ut *gratis* Rom. 3. *gratia ipſius*, δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, 24. opponeretur tantum meritis quæ ſine ulla gratia fiunt. Toletus Ieſ. loco citato illud refutat: *Non evademus difficultatem dicendo donum eſſe Dei ipſam fidem, & pœnitentiam: nam quamvis dona Dei ſunt, tamen ſimul opera arbitrii ſunt. Confirmo adhuc hoc idem, certum enim eſt, opera legis etiam Dei eſſe, ſine auxilio enim gratuito Dei non fiunt, &c.*

2. Apoſtolus clarè ſatis oſtendit, per gratiam ſe intelligere gratuitam Dei voluntatem, non gratuitum donum in nobis inhærens, ut Bell. vult. *gratia, per redemptionem in Ieſu Chriſto, quem præſtituit Deus placamentum per fidem in ſanguine ipſius*, Rom. 3. 24. 25. Quod etiam liquido apparet ex objectione illa *cap. 6. permanebimus in peccato, ut gratia auctior fiat?* Ridiculam ſanè objectionem oppoſuiſſet ſibi Apoſtolus, ſi per gratiam intelligeret donum juſtitiæ nobis inhærens.

19. *Proteſt.* Scriptura ubique docet, omnes qui credunt juſtificari & ſalvari. Quod quidem non eſſet infallibiliter verum, niſi ſola fides juſtificaret.

Bellarm. 1. *Omnis poteſt rectè exponi negativè: omnis qui credit juſtificatur, id eſt, nemo ſine fide juſtificatur.*

Proteſt. Hæc quidem negatio continetur in illa affirmatione, ex eo quod juſtificationem fidei, & fidelium propriam eſſe declaret, ſed nihil amplius hac ſententia indicari inſanus eſſet qui affirmaret. *Omnes qui credunt, ex fide, per fidem, ſine operibus juſtificantur*, negativè tantum hæc interpretari, nihil aliud eſſet quam illudere Deo.

Bellarm. 2. *Omnis poteſt referri ad omnia hominum genera.*

Proteſt. Poteſt quidem & debet ita referri: ſed ſimul etiam ad omnem ſpeciem ſpecialiſſimam hominum credentium: ſicut in lege; *Quiſquis ea fecerit vivet per ea*, & ad omnia hominum genera, & etiam ad omnem ſingularem hominem ea facientem neceſſario debet referri.

Bellarm. 3. *Refertur interdum ad ſingulos credentes, ut ſignificet fidem ex parte ſua ſemper juſtificare, & ſalvare, modo addantur alia quæ ſimul requiruntur.*

Proteſt. Hac Sophiſtica poſſet quis miraculum ænei ſerpentis extenuare: *Intuens in ſerpentem æneum ſanitatem recipiet*, Num. 21. id eſt, qui in ſerpentem intuetur, & addit alia quæ ſecundum regulas medicinæ valent ad morbum talem curandum. Eandem autem rationem fidei eſſe ad juſtificationem, quæ fuit aſpectus ænei ſerpentis ad ſanandum, Dominus ipſe docet, Ioh. 3.

20. *Proteſt.* Quo ſolo recipitur euangelium, illud ſolum juſtificat: ſed ſola fide recipitur Euangelium. Ergo

Bellarm. 1. *Verbum Dei, non tantum debet fide apprehendi, ſe etiam caritate impleri.*

Proteſt. Verbum promiſſionis eſt quod juſtificat: ho autem impletur propriè à promittente.

Bellarm. 2. *Verbum quod fide apprehenditur non eſt ipſa ſalus*

Proteſt. I. Sicut Chriſtus eſt noſtra juſtitia & ſalus, ſi illud quod in verbo Euangelii fide apprehenditur eſt ipſ ſalus. II. Satis eſt nobis, ſi juſtificatio ſequitur immediatè ex Euangelii receptione.

LIBER SEXTVS.

DE IVSTIFICATIONE.

CAP. I. *De formali ejus cauſa.*

THESIS I.

Bellarm. *Totius controverſia ſtatus revocari poteſt ad hanc ſimplicem quaſtionem; ſitne formalis cauſa abſoluta juſtificacionis juſtitia in nobis inharens, an non.*

Proteſt. Poteſt quidem ſtatus quæſtionis huc revocari ſed ea lege, ut voce illa *abſoluta* non excludatur juſtiti vel ſanctitas inhærens, ac infuſa, quæ in hac vita eſ inchoata & imperfecta; & ut abſoluta illa juſtificatio referatur ad Iudicium Dei, ut Apoſtolus loquitur Rom. 3.20, *in conſpectu ejus.* Contarenus Card. ir tract. de juſtificat. accuratius multo quæſtionem iſtan proponit, & ſimul etiam ſolvit. *Quoniam (inquit) ad duplicer juſtitiam pervenimus per fidem, juſtitiam inharentem nobis, & charitatem, ac gratiam, qua efficimur conſortes divina natura; & juſtitiam Chriſti, nobis donatam & imputatam, quoniam inſerti ſumu Chriſto, & induimus Chriſtum, reſtat inquirere, utranam debeamus niti, & exiſtimare, nos juſtificari coram Deo, id eſt, ſanctos & juſtos haberi? Ego prorſus exiſtimo, piè & Chriſtianè dici quod debeamus niti niti inquam, tanquam re ſtabili, qua certo nos ſuſtentat, juſtitia Chriſti nobis donata, non autem ſanctitate & gratia nobis inharente. Ha etenim noſtra juſtitia eſt inchoata & imperfecta, qua tueri nos non poteſt, quin in multis offendamus, quin aſsiduè peccemus. Idcirco in conſpectu Dei non poſſumus ob hanc juſtitiam noſtram haberi juſti & boni, quemadmodum deceret filios Dei eſſe bonos & ſanctos. Sed juſtiti Chriſti nobis donata eſt vera & perfecta juſtitia, qua omnino plac oculis Dei, in qua nihil eſt quod Deum offendat, quod Deo non ſummè placeat. Hac ergo ſola, certa, & ſtabili nobis nitendum eſt, &*

am ſolam credere, nos juſtificari coram Deo, id eſt, juſtos haberi & ici juſtos. Hoc ſenſu, nos negamus formalem cauſam abolutæ noſtræ juſtificationis eſſe juſtitiam in nobis inærentem.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. Rom. 5. 17. 18. 19. *declarat Apoſtolus, 1. Iuificari eſſe juſtum conſtitui. 2. Sic nos conſtitui juſtos per obedieniam Chriſti, quomodo conſtituti ſimus injuſti per inobedientiam Adai: conſtat autem per inobedientiam Adami nos injuſtos eſſe conſtitutos juſtitia in nobis verè ac re ipſa inhærente, non injuſtitia Adami nos imputata. Ergo formalis cauſa abſoluta juſtificationis eſt juſtitia in obis inhærens.*

Proteſt. 1. Ex illa phraſi *juſtum conſtitui*, nihil concludi oteſt pro juſtitia inhærente, contra imputatam. Deus nim dum imputat alicui juſtitiam, eo ipſo facto conſtiuit eum ex imputatione juſtum in ſuo conſpectu. I. Ex comparatione inter Adamum & Chriſtum, Ponificiorum ſententia manifeſte ſatis refutatur, & confirnatur noſtra. Primo enim, *verſ. 15. gratia & donatio per graiam*, opponuntur morti per peccatum ingreſſæ (ſicut Caetanus obſervat) *ad comprehendendum omnia tam extrinſeca, uam intrinſeca beneficia divina collata humano generi per Chriſtum.* ecundo Bellarm. ipſe de *Amiſ. grat. l. 4. c. 10.* fatetur, *eccatum Adami ita poſteris omnibus imputari, ac ſi omnes idem pecatum patraviſſent:* & *lib. 5. cap. 17. Actuale peccatum Adami nois communicari per imputationem; quamvis præter imputationem inedientiæ Adami ſit etiam ſimilis perverſitas & obliquitas unicuique hærens.* & *cap. 18.* illam imputationem probat ex iſtis ſis verbis Apoſtoli Rom. 5. *per unius inobedientiam peccares conſtituti ſunt multi. Vnius delicto in omnes homines ad conemnationem. In quo omnes peccaverunt.* Sequitur igitur ex proortione comparationis, juſtitiam Chriſti primo nobis nputari, & illa nos juſtos fieri coram Deo, quamvis ſit tiam ſanctitas quædam juſtitiæ, unicuique fideli inhæens. Bellarm. igitur miſerrimam cauſæ ſuæ prodit egeatem, dum primarium ei præſidium quærit ex illo loco ui (ipſomet fatente) contrarium planè teſtatur.

3. Bellarm. Rom. 3. 24. *Iuſtificamur per gratiam, id eſt, per, ſtitiam ab illo donatam, & infuſam: hæc eſt cauſa formalis juſtificaonis noſtræ.*

Proteſt. In hoc etiam, ſicut in priore teſtimonio, certo uodam ſtudio, præſidium cauſæ quærit, ex iis ipſis veris Scripturæ, quæ ipſi maximè adverſantur, ut animoor habeatur diſputator Vocabulum enim *Gratiæ* & in lo loco, & ubique apud Paulum, ubi agitur de Iuſtifica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tione, nihil aliud ſignificat quam gratuitum Dei erga n
favorem in Chriſto revelatum. I. Rom.4. *gratia* o
ponitur *debito* obligationis quæ eſt in eo qui mercedem d
operanti. Non eſt igitur in homine, ſed in Deo. II. *I*
putari dicitur juſtitia *ex gratia*, eo ipſo quod peccata remi
tantur: remiſſio autem non eſt juſtitia infuſa, & inhæ
rens, ibid. III. *Gratia* donat, Rom.5.15. IV. *Gra*
ſuperabundantior & auctior apparet ex abundantia pec
cati remiſſi, *ibid.* verſ.20. & 6.1.5. Electio gratuita pro
venit à *Gratia* Rom.11.5.6. V. *Gratia* eſt finis præd
ſtinationis, & cauſa redemtionis noſtræ, Eph. 1.6.
VI. *Gratia* eſt cauſa benignitatis Dei erga nos, Eph,2.
Quorum nihil unum poteſt affirmari de qualitate in no
bis inhærente. Adde iſtis primo, quod necdum planè cer
tum ſit inter Pontificios, an detur talis gratia infuſa &
inhærens in nobis. *Non eſt certum ſecundum doctrinam fidei, qu*
gratia ſit habitus infuſus in anima inhærens, eſt concluſio Me
dinæ in 1.2. *q*.110. *a*.2. ſecundo, quod poſſit Deus homi
nem juſtificare ſine iſtiuſmodi juſtitia inhærente. *Ill*
indubiè aſſerat Theologus, Deum rectiſſimè poſſe efficere homines gr
tos ſibi, & amabiles abſque aliqua qualitate inhærente. Certè ex ſe
tentia omnium Theologorum, Deus rectiſſimè poteſt juſtificare hom
nem abſque habitibus infuſis. Medina. *ibid. in a* 4.

Bellarm. 1. *Favor Dei ſatis explicatur per illam vocem (grati*
Rom.3.24. *illa igitur additio (per gratiam) aliquid aliud ſignifica*
bit.

Proteſt. Gratis ſignificat gratuitum beneficium, *grat*
ipſius ſignificat cujus ſit hoc beneficium (ut Cajetanu
obſervat) & modum quo confertur. Eadem eſt diſtin
ctio *cap.* 5.15. *gratia Dei, & donatio per gratiam.*

Bellarm. 2. *Præpoſitio* per *non rectè accommodatur favori.*

Proteſt. I. Accommodatur miſericordiæ Luc.1.78. *P*
viſcera miſericordiæ Dei. II. Præpoſitio nulla comparet i
textu Græco, Rom.3.24. τῇ ἀυτȣ͂ χάριτι.

Bellarm. 3. *Favor Dei non eſt inanis: ergo facit nos quales eſ*
nos vult.

Proteſt. Facit & imputando & ſanctificando.

Bellarm. 4. *Gratia dicitur dari, accipi, fieri.*

Proteſt. Miſericordia etiam dicitur dari, accipi, fieri
2.Tim.1.16. Luc.1.72. & 10.37. ſicut & charitas Dei
1.Ioh.3.1. Non tamen ſemper per gratiam datam intel
ligit Scriptura gratiam juſtificantem.

Bellarm. 5. *Gratia comparatur luci: lux autem non facit corpu*
lucidum, niſi inhæreat.

Proteſt. Lux faciei Domini eſt gratia Deo inhærens, ſe
nos juſtificans: lux gratiæ quæ facit nos lucidos inter
ne, & formaliter, eſt aliud quid. Bellar. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellar. 6. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris*, Rom. 5.5.

Proteſt. I. *Patet* (ait Cajetanus) *quod explicat primum fundamentum ſpei, dilectionem Dei erga nos largè effuſam in nobis per Spiritum ſanctum.* II. Hæc dilectionis Dei experientia non eſt gratia juſtificans, ſed certitudo ejus.

4. Bellarm. 1.Cor.6.11. *Iuſtificatio collocatur in ablutione, & ſanctificatione, & fieri indicatur per invocationem nominis Chriſti, & operationem Spiritus ſancti. Hæc autem non poſſunt affirmari de remiſſione peccatorum, & imputatione juſtitiæ, ſine interna ſanctificatione.*

Proteſt. I. Bellarm. primo aſſumit illud quod non conceditur; Iuſtificationem hoc in loco eſſe totum cujus partes ſunt ablutio & ſanctificatio. Nos contra, ablutionem totam vim Baptiſmi notare dicimus, cujus partes ſunt ſanctificatio, & juſtificatio. II. Invocatio nominis Chriſti, & operatio Spiritus ſancti, facit etiam ad juſtificationem. Spiritus enim ſanctus ingenerat fidem, per quam apprehendimus Chriſtum, & in ipſo juſtificationem impetramus. Non tamen neceſſe eſt, ut quidquam aliud per *nomen* Ieſu intelligamus, quam Ieſum ipſum, ſicut Act.4 12. apparet.

5. Bellarm. Tit.3.5. *deſcribitur juſtificatio quod ſit regeneratio, & renovatio, quæ formaliter fit per donum aliquod inhærens.*

Proteſt. Negamus ibi deſcribi juſtificationem, ſed fine, & effecto ſuo argui, vel declarari. Cum enim Apoſtolus vult juſtificationem deſcribere, ut Rom.3. & 4. non regenerationi & renovationi, ſed remiſſioni, imputationi, & fidei in Chriſtum illam aſcribit. Hoc autem in loco juſtificatio obiter introducitur, ut intelligant Chriſtiani, vitam ipſis non eſſe ex juſtificatione ſperandam, cum bonorum operum neglectu, & tamen juſtificationem, non opera bona eſſe propriam cauſam vitæ.

6. Bellarm. Hebr.11. *Aliqui homines dicuntur verè & abſolutè justi; & eorum juſtitia probatur ab effectu ipſius juſtitiæ: bonis operibus, quorum cauſa eſt juſtitia inhærens non imputata.*

Proteſt. I. Nulla eſt controverſia, quin aliqui ſint vere & abſolute juſti: ſed negamus quenquam ex lege communi & abſolute juſtum eſſe juſtitia inhærente, ita ut non opus habeat petere remiſſionē peccatorum. II. Non ſolum juſtitia inhærens, ſed & imputata (ſuo modo) eſt cauſa bonorum operum. Eſt enim juſtitia imputata cauſa juſtitiæ inhærentis, & omnium ejus effectorum.

7. Bellarm. *Apoſtolus* Rom.8. & 1.Cor.15. *dicit juſtos eſſe conformes imagini Chriſti; Chriſtus autem non eſt juſtus per imputationem, ſed per juſtitiam ſibi inhærentem. Igitur & nos, ſi ſimiles, ſi fra-*

ſi fratres & imagines ejus eſſe debemus, juſtitiam veram, & inhæren-tem, habere neceſſe eſt.

Proteſt. Concluſio conceditur. Imaginem enim Chriſti gerimus in præſenti, in juſtitia, & geremus poſthac in gloria. Sed imago illa juſtitiæ eſt ex gratia & juſtitia Chriſti nobis donata, neque exemplar ſuum exæquat: gratioſam igitur juſtitiæ imputationem requirit, ut fundamentum tam donationis, quam acceptationis coram Deo.

8. Bellarm. *Per juſtificationem, qua morimur peccato, & reſurgimus juſtitiæ, repræſentamus Chriſti mortem, & reſurrectionem* Rom. 6. *Chriſtus autem verè mortuus eſt, & verè reſurrexit, ergo & nos.*

Proteſt. De concluſione non dubitatur. Sed mori peccato, & reſurgere juſtitiæ, negamus eſſe juſtificationis partes, aut actus. Omnia illa quæ Rom. 6. diſputantur pertinent ad ſanctificationem vitæ, ex juſtificatione fidei fluentem, ſicut ſeries contextus manifeſte oſtendit.

9. Bellarm. *Adoptio quam habemus in Spiritu, per juſtificationem, vera eſt, non putativa.*

Proteſt. Quis enim negaverit?

10. Bellarm. Rom. 4. *ult. Reſurrexit propter juſtificationem. Apoſtolus nomen juſtificationis tribuit potius renovationi internæ, quam remiſſioni peccatorum.*

Proteſt. Nihil tale apparet.

Bellar. *Dubitari non poteſt, quin Apoſtolus velit mortem Chriſti fuiſſe exemplar mortis peccatorum: & reſurrectionem juſtificationis.*

Proteſt. Recte reſpondet Toletus in locum: *Hæc expoſitio ad ſenſum præſentem Pauli non facit. nam traditus dicitur propter delicta, non tanquam exemplar, ſed tanquam vera ſatisfactio. Igitur nec ſurrexiſſe propter juſtificationem dicitur. tanquam exemplar; ſed ut redemptio facta per mortem nobis applicaretur, & fructum ejus participaremus, hic eſt legitimus ſenſus.*

11. Bellarm. Rom. 5. 21. *Sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam. Per juſtitiam intelligitur hic interna renovatio, ex qua procedunt opera vitæ. Iuſtificatio igitur in illa renovatione conſiſtit.*

Proteſt. I. Per juſtitiam non intelligitur (præcipue ſaltem) interna renovatio, ſed donatio illa per gratiam, *verſ.* 15. quæ opponitur reatui peccati, *verſ.* 17. 18. id eſt, donatio reconciliationis cum Deo, per, & propter Chriſtum. II. Quamvis concederetur illud, gratiam regnare per juſtitiam inhærentem, non inde tamen ſequeretur, juſtificationem in illa conſiſtere; quia juſtificatio antecedit regnum juſtitiæ, ſicut in Adamo reatus anteceſſit continuatum regnum peccati.

12. Bellar,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

12. Bellarm. Rom. 6. 13. *Membra veſtra arma juſtitiæ. Intelligitur ibi aliquid inhærens unde opera procedunt.*

Proteſt. Quaſi quiſquam noſtrum negaret omnem juſtitiam inhærentem.

13. Bellarm. Rom. 8. 10. *Spiritus eſt vita propter juſtitiam. Iuſtitia quæ facit vivere, eſt aliquid inhærens.*

Proteſt. Contra plane (ut Cajetanus notat) vita ſpiritus eorum in quibus habitat Chriſtus, eſt propter juſtitiam Chriſti, qua ſatisfacit Deo, ſolvendo precium redemptionis humanæ, propter illam enim juſtitiam extrinſece, & per participationem ejus intrinſece eſt vita eorum in quibus habitat Chriſtus.

14. Bellarm. Gal. 3. 21. *Si data eſſet lex quæ poſſet vivificare, vere ex lege eſſet juſtitia. eſt aliquid quod vitam animæ præbet, eamque in motu & actione conſtituit.*

Proteſt. I. Vivificare hoc in loco non ſignificat, in motu & actione conſtituere, ſed vitæ beatæ communicationem, ſicut *verſ.* 12. *quiſquis ea fecerit, vivet per ea.* II. In motu & actione conſtituit juſtitia legalis, ut reale principium internum: ſed juſtitia Euangelii qua juſtificatur coram Deo, ut cauſa procurans.

15. Bellarm. Eph. 4. 23. *Apoſtolus vocat renovationem juſtitiam & ſanctitatem.*

Proteſt. Sic etiam & nos.

16. Bellar. *Iuſtificatio ſine dubio motus quidam eſt de peccato ad juſtitiã, & nomen accipit à termino ad quẽ ducit, ut omnes alii ſimiles motus, illuminatio, calefactio, & cæteri. Non gitur poteſt intelligi vera juſtificatio, niſi aliqua præter remiſſionem peccati, juſtitia acquiratur.*

Proteſt. Indubia iſta juſtificationis deſcriptio auctorem habuit Thomam Aquinatem 1. 2. *q.* 113. qui ſui præceptoris Alex. Alen. inſanam imaginationem (*juſtificatio eſt liberi arbitrii rectitudo, p* 4. *q.* 17. *in* 4.) iſto commento ſuperavit. Eſt enim horribilis depravatio Euangelii, & caput errorum Scholaſticorum, non tantum in Scripturam, ſed in rationem & ſenſum communem impingens. Nam I. Iuſtificatio non alio ratione eſt motus, quã qua actio quælibet ſic poſſit Logice vocari. II. Talis eſt motus, qualis eſt condemnatio cui opponitur, & remiſſio, abſolutio, reconciliatio, acceptatio, non qualis *illuminatio*, & *calefactio*, quæ ſunt exempla Bellar. III. Non eſt phyſica tranſmutatio qualitatum inhærentiũ, ſed moralis vel relativa trãſmutatio ſtatus, qualis eſt mutatio hominis, qui per condonationem creditoris, ex debitore fit non debitor. IV. Pugnat cum ſenſu communi, ut unus & idem motus ſit remiſſio peccatorũ & infuſio juſtitię: quia remiſſio eſt actio moralis, & infuſio qualitatis eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

actio phyſica, ſubjectum ſuum realiter mutans.

17. Bellarm. *Iuſtificatio tribuit gloriam: ſed ſola remiſſio peccatorum liberat tantum à pœna: ergo ſola remiſſio non eſt juſtificatio.*

Proteſt. Neque nos defendimus ſolam remiſſionem, ſine acceptatione ad vitam eſſe integram juſtificationem; ſed ſolam remiſſionem, & acceptationem, ſine infuſione, ut cauſa, aut pars, quamvis non ut effectum natura conſequens, & tempore conjunctum.

18. Bellarm. *Iuſtificatio ex inimicis facit amicos, &c.*

Proteſt. I. Reſpondet Medina, ut ſupra in 12. q. 110. a. 4. *Illud indubie aſſerat Theologus, Deum rectiſſime poſſe efficere homines gratos ſibi & amabiles, abſque aliqua qualitate inhærente. Certe ex ſententia omnium Theologorum, Deus rectiſſime poteſt juſtificare hominem abſque habitibus infuſis.* II. Iuſtificatio proprie facit nos amicos Dei paſſive, & ſanctificatio active. In juſtificatione Deus nos à ſe diligi in Chriſto teſtatur; in ſanctificatione facit ut nos eum diligamus reciproca dilectione.

19. Bellarm. *Nullus omnino locus Scripturæ invenitur, ubi legitur, Chriſti juſtitiam nobis imputari ad juſtitiam: vel nos juſtos eſſe, per Chriſti juſtitiam nobis imputatam.*

Proteſt. I. Quamvis totidem verbis hoc non legeretur, non inde tamen ſequeretur ſententiam ipſam in Scripturis non contineri. Sic Bellarm. paulo poſt: *Si ſolum vellent, nobis imputari Chriſti merita, &c. recta eſſet eorum ſententia, quamvis modus loquendi in Scripturis, & Patribus, aut nunquam, aut rariſſime inveniatur.* II. Male conjunguntur, hac in parte, Scripturæ, & Patres. Palam eſt enim Patres ex Philoſophia introduxiſſe in Eccleſiam varios modos loquendi, præcipue de meritis humanis, & de juſtitia Euangelii, qui in Scripturis non comparent; & inde occaſionem datam & acceptam Scholaſticis fuiſſe, pernicioſos errores fabricandi. III. Legimus paſſim apud Paulum, juſtos nos fieri, & juſtificari per Chriſtum, per Chriſti mortem, ſanguinem, redemptionem, obedientiam, & juſtitiam; & illam juſtitiam imputari nobis à Deo, abſque operibus. Hoc totum illud eſt quod hac de re profitemur.

20. Bellarm. *Nulla neceſſitas ejuſmodi imputationis adferri poteſt. Nam ſi neceſſaria eſſet imputatio iſta, ideo potiſſimum neceſſaria eſſet, quod homo poſt remiſſionem peccati, adhuc ſit verè peccator. Hoc autem eſt falſum. Ergo.*

Proteſt. Neceſſaria eſt. I. Vt peccata remittantur. II. Vt illa remiſſio continuetur nobis, & nos ex illa non ſolum gehennæ pœnas evadamus, ſed etiam ad vitam æter-

æternam perveniamus. III. Vt imperfecti noſtri conatus in Deo glorificando, coram ipſo grati & accepti eſſe poſſint.

21. Bellarm. *Iuſtitia inhærens, fides, ſpes, charitas, etiam in hac vita poteſt eſſe perfecta. Imputatio igitur juſtitiæ non eſt neceſſaria.*

Proteſt. I. Conſequentia nulla eſt: *Iuſtitia inhærens poteſt eſſe perfecta: ergo juſtitia imputata nulla eſſe neceſſaria.* Iuſtitia enim imputata primo eſt neceſſaria, ubi inhærens juſtitia eſt imperfecta, quamvis poſſit eſſe perfecta. Eſt etiam neceſſaria, ut gratia Dei communicetur nobis ad perfectionem illam conſequendam. II. Quod Bellarm. hic innuit, fidem, ſpem, charitatem, vel juſtitiam inhærentem, ex lege communi poſſe, & ſolere etiam in hac vita eſſe ſimpliciter & abſolute perfectam, adeo abhorret à Scripturæ doctrina, & experientia communi, ut ſollicitè (hoc præſertim in loco) non debeat refutari. Opponemus tantum gravem confeſſionem Contareni Cardinalis, in tract. de juſtif. *Ego prorſus exiſtimo, pie & Chriſtiane dici, quod debeamus niti, niti inquam tanquam re ſtabili, quæ certo nos ſuſtentat, juſtitia Chriſti nobis donata, non autem ſanctitate & gratia nobis inhærente. Hæc etenim noſtra juſtitia eſt inchoata, & imperfecta, quæ tueri nos non poteſt, quin in multis offendamus, quin aſſiduè peccemus, ac propterea indigeamus oratione, qua quotidie petamus dimitti nobis debita noſtra. Idcirco in conſpectu Dei non poſſumus ob hanc juſtitiam noſtram habere juſti & boni; quemadmodum deceret Filios Dei eſſe bonos & ſanctos. Experimenta videmus viros ſanctos, qui quanto magis in ſanctitate proficiunt, tanto minus ſibi placent; ac propterea tanto magis intelligunt, ſe indigere Chriſto, & juſtitia Chriſti ſibi donata, ideoque ſe relinquunt, & ſoli Chriſto incumbunt, &c.*

22. Bellarm. *Fieri non poteſt, ut Chriſti juſtitia nobis imputetur, eo ſenſu, ut per eam formaliter juſti nominemur, & ſimus; quamvis verum ſit, imputari nobis Chriſti merita, quia nobis donata ſunt, & poſſumus ea Deo patri offerre, pro peccatis noſtris, quoniam Chriſtus ſuſcepit ſuper ſe onus ſatisfaciendi pro nobis, noſque Deo patri reconciliandi.*

Proteſt. I. Bellarm. hic implicat ſemetipſum contradictione, ut nobis poſſit contradicere. Si enim Chriſti merita ſunt nobis à Deo donata, ut poſſimus ea pro nobis Deo offerre, tanquam ſatisfactionem pro peccatis noſtris, & reconciliationis juſtam cauſam; tum certè nobis imputantur ad juſtitiam; quia ſatisfactionis perfectæ proprium effectum eſt, ut is pro quo valet, in reputatione juſtus fiat, & habeatur. II. Non alia ratione formaliter nos juſtos nominari & eſſe dicimus imputata Chriſti juſtitia, quam qua is cujus debitum ab altero

ſolvitur, nominatur & eſt ab illo debito liber, vel immunis; & qua is cui procuratus eſt alterius favor, aut gratia, nominatur, & eſt illi alteri gratus. Hæc autem fieri poſſe probatur ſatis ab experiētia communi. III. Quemadmodum peccatum Adami, poſteris imputatum, facit eos formaliter peccatores nominari, & eſſe coram Deo, quod Bellarm. de Amiſſ. gratiæ, *lib.4. cap.10.* fatetur, ſic etiam juſtitia Chriſti poteſt fidelibus imputari, ita ut per eam formaliter juſti (in reputatione divina) nominentur & ſint.

Bellarm. *Hoc nos cum recta ratione pugnare contendimus. Nam tametſi aliquando denominatio fiat à forma extrinſeca, quo modo res dicitur cognita, per cognitionem quæ eſt in mente; & paries dicitur viſus, per viſionem quæ eſt in oculo: tamen cum in aliquo duæ ſunt formæ contrariæ, una inhærens, altera extrinſeca, ſine dubio denominatio abſoluta ſumitur ab inhærente forma, potius quam ab extrinſeca. Æthiops candida veſte indutus, non rectè dicitur albus, ſed niger.*

Proteſt. Futilis planè eſt hæc argutia, idque multis modis. Nam I. Quæſtio eſt, an formaliter juſti nominemur, & ſimus per juſtitiam imputatam. Bellarminus opponit denominationem *potius* eſſe ſumendam ab inhærente forma: quaſi jam quæreretur, unde *potius* ſumenda eſſet denominatio. II. Novit nos juſtificationem intelligere relativam. Ille nugatur de *abſoluta*. III. Exempla quæ profert Bellarm. denominationum ab extrinſeca forma (*res cognita, paries viſus, æthiops albus veſtibus*) nullam habent proportionem ad hanc. *fidelis eſt juſtificatus coram Deo juſtitia imputata.* In iſta ſignificatur moralis habitudinis ratio & ſtatus, qui pendet ex cauſa extrinſeca: ſed nihil tale in illis apparet. Exempla apta ſunt in Scripturis: *infidelis eſt condemnatus: peccator eſt redemtus, &c.* IV. Contrariæ formæ ineptè vocantur, juſtitia imputata, & injuſtitia inhærens. Qui enim liberatur à debito per condonationem creditoris, & tamen in vinculis aliquandiu detinetur, liber dicitur & vinctus, ſed non contrariis formis, quia oppoſitio non eſt ſecundum idem. V. Benè novit Bellarm. nos una cum juſtitia imputata, in eadem perſona, quamvis non in eadem cauſæ ratione, conjungere juſtitiam inhærentem. Sic enim ipſemet, cap.6. *Calvinus agnoſcit inchoatam etiam renovationem & ſanctificationem.* Cur igitur hic fingit juſtificari ſtatim internum (ex noſtra ſententia) abſolutè contrarium externo qui eſt per imputationem?

23. Bellarm. *Si verè nobis imputaretur Chriſti juſtitia, ut per eam juſti haberemur, ac cenſeremur, perinde ac ſi propria noſtra eſſet intrinſeca formaliſque juſtitia; profectò non minus juſti haberi cenſerique*

ique deberemus, quam ipſe Chriſtus: proinde deberemus dici, atque beri Redemtores & Salvatores mundi. &c. quod eſt abſurdiſſimum.

Proteſt. I. Bellarm. hic, ut argutiæ ſuæ aliquid induet coloris. fingit ſibi quæſtionem: *an Chriſti juſtitia perle juſti cenſeamur, ac ſi propriè noſtra eſſet intrinſeca, formaliſque ſtitia.* Hæc non eſt noſtra ſententia; ſed Chriſti juſtiam eatenus nobis imputari, ut ejus virtute nos perinde ſti cenſeamur corã Deo, ac ſi noſmetipſi in nobis habemus, quo juſti coram ipſo cenſeamur. II. Iuſtitia hriſti imputatur ſingulis fidelibus ſecundum eorum irticularem neceſſitatem, non ſecundum univerſalem iem habet valorem: ſicut gemma maximi pretii, quæ itur pro variis captivis redimendis, applicatur ſingulis on ſecundum univerſam æſtimationem, ſed ſecundum ijuſque captivi neceſſitatem. Abſurde igitur fit mentio *undi* in applicatione ſinguli. III. Iuſtitia Chriſti non nputatur nobis ut cauſis, ſed ut ſubjectis tantum. Inptiſſime igitur infert inde Bellarm. nos poſſe dici Reemtores aut Salvatores, quia ſumus redemti & ſalvati. V. Vt improba Sophiſtica Bellarm. manifeſta fiat, in ac argutia torquenda adverſus imputationem juſtitiæ hriſti quam credimus à Deo fieri, notandum eſt, eunem Bellarm. pro imputatione ſatisfactionis Chriſti, uam Papa fingitur in impiis ſuis Indulgentiis, cum Sanorum paſſionibus unire, potuiſſe diſtinguere, inter rem, modum applicationis ejus. *Illud* (inquit, de *Indul. l.* I. 4.) *videtur certum, paſſiones Chriſti. quæ ſunt infiniti pretii, applini per Indulgentias finito modo.* Magna certe perverſitas eſt ominis, qui fingere poteſt applicationem finitam infiniæ juſtitiæ, per quemlibet Papam fieri poſſe, & tamen uomodo à Deo hoc fiat, non vult videre.

24. Bellarm. *Chriſtus id nobis reſtituit quod perdideramus in ldamo. At in Adam non perdidimus juſtitiam imputatam, ſed inerentem igitur in Chriſto non extrinſecam tantum imputatamque cipimus.*

Proteſt. I. Concluſionem damus. II. Chriſtus non antum illa reſtituit quæ perdidimus, ſed & ampliora uædam nobis procuravit, ſicut Paulus procuravit ut Dneſimus reciperetur à Philemone, *non ut ſervus,* (qualis ntea fuerat) *ſed amplius quam ſervus, frater,* Phil. 16. 3. Iuſtiia imputata eſt quoad eſſentiam idem ille ſtatus coram Deo quem perdidimus in Adamo, modus eſt diverſus: ed ſi etiam Sophiſta poſſet argutari, reſipiſcentiam aut onverſionem non dari nobis à Chriſto, quia illam non erdidimus in Adamo.

25. Bellarm. *Si per juſtitiam Chriſti, nobis imputatam, verè*

poſſumus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

poſſumus dici juſti, & filii Dei; ergo poterit etiam Chriſtus per juſtitiam noſtram ſibi imputatam, dici verè peccator, &, quod horret animus cogitare, filius diaboli.

Proteſt. Negamus parē eſſe utrinque rationem: I. Quia non eſt finis injuſtitiæ noſtræ, ut in Chriſtum transferatur, ſed illud accidit ex ſingulari diſpenſatione Dei. II. Injuſtitia noſtra non imputatur Chriſto, ut ſtatus ejus mutetur abſolutê; ſed & noſtra injuſtitia imputatur Chriſto, & ejus juſtitia nobis, ut noſter ſtatus mutetur. III. Imputatur injuſtitia noſtra Chriſto, ut ſpōſori ſatisfactione ſua eandem tollenti, vincenti, & abſorbenti: ſed nobis imputatur juſtitia Chriſti, ut ſuper nos maneat in ſuo vigore & efficacia. IV. Chriſtus admiſit imputationem injuſtitiæ noſtræ, illa conditione, ut ejus juſtitia nos conſtitueremur juſti: ex nullo autem vel merito vel conditione ſimili fuit noſtra injuſtitia Chriſto imputata. V. Gratia Chriſti in imputatione ſuæ juſtitiæ multo abundantior & efficacior eſt, quam reatus noſter Chriſto imputatus.

26. Bellarm. *Sponſa Chriſti habet pulchritudinem ſibi inhærentem, non à ſponſo imputatam.*

Proteſt. Habet utramque.

27. Bellarm. *Per juſtificationem mundatur cor, ut præparetur ad viſionem Dei.*

Proteſt. Mundatur à reatu per juſtificationem, à macula & pravitate inhærente per ſanctificationem. Idem reſpondetur de eo, quod Chriſtus dicatur populum ſuum ſanctificare: quod eſt ultimum argumentum Bellarmini.

Argumenta noſtra.

I. *Proteſt.* Iuſtificare ut ſemper ferè in Scriptura, ſic præcipue cum Deus dicitur impium juſtificare, accipitur ſignificatione forenſi, pro juſtum habere, cenſere, pronunciare, aut declarare, non pro reali juſtitiæ communicatione, manifeſtum hoc eſt Rom. 5. & 8.

Bellarm. I. *Nomen juſtificationis accipitur quidem ſæpe in Scripturis pro declaratione juſtitiæ; ſed non ſemper, ut* Dan. 12. 5. Ieſ. 53. 11. Apoc. 22. 11.

Proteſt. I. Satis eſt nobis, ſi apud Apoſtolum, ubi diſputat de juſtificatione peccatoris coram Deo, forenſem illam habeat ſignificationem. II. Non apparet, quod aliam habeat ſignificationem in locis allegatis. Nam Dan. 12. verbi præcones dici poſſunt juſtificare, quatenus eorum miniſterio homines eo adducuntur, ut juſti habeantur coram Deo, per metonymiam effecti, Iſ. 53. Chriſtus dicitur

dicitur ſcientia, id eſt, fide quam ipſe dat, apprehenſus efficere ut homines juſti pronuncientur, Apoc. 22. excitantur fideles ut pergant ſemetipſos juſtos declarare, aut ſic agere ut a Deo juſti declarentur.

Bellarm. 2. Rom. 5. *accipitur juſtificatio pro eo quod eſt juſtum facere, ſive conſtituere.*

Proteſt. Hactenus inter nos convenit. Sed cum *verſ.* 18. directè opponatur condemnationi, apparet ſatis, eadem ratione conſtitui homines juſtos in juſtificatione, qua injuſti conſtituuntur in condemnatione.

Bellarm. 3. Rom. 8. *accipi verbum juſtificare pro eo quod eſt juſtum facere, non autem ſolum juſtum pronunciare, perſpicuum eſt ex ſimilibus vocibus ibi poſitis, magnificare, vivificare, mortificare, conglorificare, quæ omnia facere talem aut talem ſignificant.*

Proteſt. I. Quædam iſtarum vocum prout Græcè leguntur, nullam omnino ſimilitudinem habent cum juſtificare: quænam enim proportio inter ζωοποιεῖν & δικαιοῦν? Neque valet argumentum a ſimilitudine ſoni in vocibus, quarum diſſimilis eſt uſus. II. Tam clarum eſt *verſ.* 33. juſtificationem forenſem habere ſignificationem, ut hoc in loco manus dare cogantur ipſi Ieſuitæ. Toletus ſic: *Iuſtificandi verbum in hoc loco, in ea ſignificatione accipitur, qua eſt oppoſita antitheto, nempe condemnationi; ut idem ſit in hoc loco juſtificare, ac juſtum pronunciare, ſicut judex ſua ſententia innocentem abſolvit, & pronunciat: qua in ſignificatione accipitur etiam in multis Scriptura locis.* Cornelius a Lapide, qui alias omnem lapidem movet ad illudendum Scripturæ in iſta doctrina, hic etiam accedit ad Toletum: *Deus juſtificat, id eſt, a peccatis, & ab intenta peccati & damonis actione abſolvit, juſtoſque pronunciat.*

Bellarm. 4. *Non poteſt impius vere juſtus pronunciari, niſi qui pronunciat juſtum, ſimul faciat juſtum.*

Proteſt. Deus ſimul facit juſtum imputatione, & etiam incipit facere ſanctificatione.

2. *Proteſt.* I. Rom. 4. 5. Fides imputatur ad juſtitiam.

Bellarm. I. *Fides ipſa imputatur: fides autem non eſt juſtitia Chriſti, ſed noſtra.*

Proteſt. Fides imputatur ad juſtitiam verſ. 5. idem eſt cum eo quod dicitur *verſ.* 6. *Deus imputat juſtitiam abſque operibus, & remittit peccata, verſ.* 7. Fides autem ipſa, abſolutè conſiderata, neque eſt juſtitia ſine opere, neque remiſſio peccatorum: neceſſe eſt igitur ut fides imputata relativè involvat ſuum objectum, id eſt, Chriſtum fide apprehenſum.

Bellarm. *Imputare non ſignificat nudam exiſtimationem, ſed exiſtimationem cui veritas in re ipſa reſpondeat.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Quaſi veritas hujus ſententiæ divinæ: (imput tibi Chriſtum fide apprehenſum pro juſtitia in conſpect meo) non poſſit in re ipſa conſtare, niſi inhærens noſtr juſtitia imputetur. Res ipſa in illa ſententia non eſt qua litas noſtra inhærens, ſed actus Dei judicialis.

3. *Proteſt.* Iuſtitia quam habent fideles, ex imputatio ne per gratiam facta, eſt remiſſio, & tectio peccatorum Rom. 4. 6. 7. Ergo non eſt qualitas inhærens.

Bellarm. 1. *Non eſt perfecta definitio juſtificationis.*

Proteſt. Satis eſt nobis, quod Apoſtolus indifferente accipiat remiſſionem peccatorum, & juſtificationem.

Bellarm. 2. *Paulus allegat hoc teſtimonium Pſalmi, non u definiat integrè juſtificationem, ſed ſolum ut probet juſtificationem impii eſſe donum Dei, nec poſſe propriis viribus obtineri.*

Proteſt. Ne hoc quidem probatur illo teſtimonio, niſ juſtificationis naturam nobis deſcribat.

Bellarm. 3. *In his verbis definitio integra, ſed implicite continetur. Nam remiſſio peccatorum non poteſt fieri, niſi juſtitia infundatur.*

Proteſt. I. Si hæc eſt definitio juſtificationis, tum explicat quid ſit juſtificatio: ſed de infuſa & inhærente qualitate nihil omnino dicit. II. Remiſſionē peccati ab infuſione juſtitiæ poſſe ſua natura ſeparari, docet ſatis experientia communis hominū, qui remittunt debita, & injurias illis, quibus neque divitias, neque juſtitiā infundunt. III. Bell. ipſe contra fatetur *c.* 16. *Reatus pœnæ poſſit quidem tolli ſine infuſione juſtitiæ: nihil enim impedire videtur, quo minus poſſit Deus velle non ordinare ad pœnam, & condonare offenſam, & non habere pro inimico illum cui donum habitualis juſtitiæ non conceſſerit.*

Bellarm. 4. *Deo non poteſt aliquid tegi niſi penitus deleatur. Cum peccata dicuntur Deo tecta, ex neceſſitate delentur & evaneſcunt.*

Proteſt. Eodem plane modo quo obliviſcitur peccata quæ ſunt præterita, tecta ſunt ipſi peccata præſentia. Non proprie hæc dicuntur ſed metaphorice; quia Deus ſic vindictam ſuam cohibet, & parcit fidelibus, ac reſipiſcentibus, ac ſi peccata ipſorum præterita oblitus eſſet, nec videret in ipſis peccatum ullum præſens.

4. *Proteſt.* Rom. 5. 19. Conſtituimur juſti per obedientiam Chriſti, ſicut omnes filii Adæ conſtituti ſunt injuſti per inobedientiam Adami. Sed hoc fit imputatione. Ergo & illud Bellarm. *Inobedientia Adami nos conſtituit peccatores non formaliter, ſed efficienter.*

Proteſt. Contra plane teſtatur Bell. ipſe de *amiſſ. grat. l.* 4. *cap.* 10. *peccatum Adami ita poſteris omnibus imputari, ac ſi omnes idem peccatum patraviſſent.* Neque poteſt intelligi, quomodo inobe-

obedientia Adami conſtitueret poſteros peccatores effi-
enter, niſi illa inobedientia prius imputetur ipſis;
ccatum enim quod neque nobis inhæret, neque im-
ɩtatur, non poteſt in nobis quicquam efficere. Sic
ſe Bellarminus de *amiſ. grat. lib.* 5. *cap.* 18. *Non verè per*
Adami inobedientiam conſtitueremur peccatores, niſi inobedientia il-
la noſtra inobedientia eſſet, &c. Quomodo autem ſit noſtra,
em Bellar. declarat ejuſdem *lib. cap.* 17. *Peccatum Adami*
nis communicatur eo modo quo communicari poteſt, id quod tranſiit,
nirum per imputationem. Omnibus enim imputatur qui ex Adamo
ſcuntur.

5. *Proteſt.* 1. Cor. 1. 30. Chriſtus factus eſt nobis juſtitia.
Bellarm. 1. *Chriſtus dicitur noſtra juſtitia, quia eſt cauſa effi-*
ens noſtra juſtitia, ſicut dicitur etiam ſapientia & redemptio noſtra.
Proteſt. Hanc quidem interpretationem poſsint ferre
rba iſta per ſe conſiderata. Sed quia juſtitia inhærens
gnificatur voce altera (*ſanctificatio*) & juſtitia noſtra ab
ıdem Apoſtolo tribui ſolet Chriſto per modum impu-
tionis, idcirco modus juſtiſicationis noſtræ hiſce ver-
is deciarari videtur.
Bellarm. 2. *Dicitur Chriſtus juſtitia noſtra quoniam ſatis-*
it Patri pro nobis, & eam ſatisfactionem ita nobis donat & commu-
rat, cum nos juſtificat, ut noſtra ſatisfactio & juſtitia dici poßit. Hoc
do non eſſet abſurdum, ſi quis diceret nobis imputari Chriſti juſti-
am & merita, cum nobis donentur & applicentur, ac ſi nos ipſi Deo
isfeciſſemus.
Proteſt. Hic tradit nobis Bellar. totam cauſam de qua
ſputatur; amplius nihil poſtulamus.
Bellarm. 3. *Eſſe tamen in nobis juſtitiam inhærentem, veram,*
abſolutam, cui juſto Dei judicio debetur gloria, non eſt negandum.
Proteſt. Imo vero abſolute perfecta juſtitia inhærens
i gloria ex juſtitia debetur, non poteſt conſiſtere cum
a imputatione, quam Bellarm. modo conceſsit. Iuſtitia
im & merita Chriſti, cum nobis donantur & applican-
r, in illum finem applicantur, ut vita & gloria propter
a nobis adjudicentur: neque poſſumus abſque injuria
contumelia Chriſti, ac noſtro damno, alio aliquo me-
o niti, quo gloria nobis ex juſto judicio deberetur. Pan-
culus iſte humanæ præſumptionis ſindit veſtem illam
atiæ divinæ cui aſſuitur tam inconcinne.

6. *Proteſt.* 2. Cor. 5. 19. Deus erat in Chriſto mundum
concilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum.
Bellarm. 1. *Non imputatio remiſsionem peccati, & juſtitiæ in-*
ſionem ſecum trahit.
Proteſt. Eſt ipſa remiſsio; & infuſionem juſtitiæ, tan-
am effectum remiſsionis, & reconciliationis trahit ſe-
cum,

cum, ſed reconciliatio per non imputationem, vel rem[illegible] ſionem, non eſt infuſio juſtitiæ : eſt juſtificatio: ergo j[illegible] ſtificatio non eſt infuſio.

Bellarm. 2. Coloſſ.2.13. *idem quod hic reconciliationem* [illegible] *cit, vivificationem vel renovationem appellat , & donationem delict*[illegible] *rum.*

Proteſt. Vivificatio illo in loco ſi regenerationem ſig[illegible] ficaret, non tamen infuſionem qualitatis, ſed applicati[illegible] nem reconciliationis per inſertionem in Chriſtum no[illegible] ret. Sed loquitur Paulus magis proprie de convificati[illegible] ne cum Chriſto & in Chriſto facta per imputationem,[illegible] Eph.2.5.6. *una vivificavit cum Chriſto, unaque ſuſcitavit, unaq*[illegible] *collocavit in cœlis in Chriſto Ieſu.* ubi Cajetanus rectè obſerva[illegible] *quod Chriſto reſuſcitato, & elevato, omnia membra ejus ſunt corr*[illegible] *ſuſcitata, & conſedentia in cœlis, non in ſeipſis, ſed in Chriſto.* [illegible] Contarenus : *perpetuus eſt ſcopus Pauli, ut doceat nos eſſe inſer*[illegible] *Chriſto: unde omnia quæ Chriſti ſunt nobis attribuit.*

Bellar. 3. Rom.5. *Quod dicitur reconciliatio verſ.11. abu*[illegible] *dantia gratiæ donationis, & juſtitia vocatur verſ.17.*

Proteſt. Gratia ſuperabundans, qua donatur nobis ju[illegible] ſtitia, non eſt qualitas nobis inhærens, ſed miſericord[illegible] Dei qua nos inimicos reconciliavit ſibi per mortem Chr[illegible] ſti. *verſ.10.*

Bellarm. 4. *Clariſſime explicat Apoſtolus effectum reconcilia*[illegible] *tionis,* Col.21.22. *ut exhibeamur ſancti, & immaculati, & irrepre*[illegible] *henſibiles coram Deo.*

Proteſt. Eadem ſunt effecta juſtificationis, non ipſa ju[illegible] ſtificatio.

7. *Proteſt.* 2.Cor.5.21. Chriſtus factus eſt peccatum pro nobis, ut nos fieremus juſtitia Dei in ipſo.

Bellarm. 1. *Nobis imputatur juſtitia Chriſti, quoad ſatisfa*[illegible] *ctionem, quam pro nobis præſtitit, ſed non propterea nos juſti poſſumu*[illegible] *haberi, ſi vere in nobis peccatorum macula & ſordes inhæreant.*

Proteſt. I. Si juſtitia Chriſti nobis imputatur, tum certè nos juſti reputamur in illo. Iuſtitiam nemo imputa[illegible] illi quem juſtum non habet. II. Si ſatisfactio Chriſti nobis imputatur, tum debita noſtra pro quibus ille ſatisfecit, non imputantur, ſed remittuntur, & nos ab eorum nexu liberamur coram creditore.

Bellarm. 2. *Dicimur juſtitia in Chriſto, juſtitia illa quæ eſt in ipſo, non in nobis, quia ſumus membra ejus : quod enim convenit capiti, convenit etiam membris, non ut ſunt membra diſtincta à capite. ſed ut faciunt unum, & ſunt unum cum ipſo capite.*

Proteſt. Hæc ipſa eſt ſententia & fides noſtra, quam Bellarm. impugnat, & tamen veram & rationi conſentaneam eſſe fatetur, Thomas 3. *q.*48. *a.*1. plenius ex-

plicat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſicat rationem hujus communionis quam habemus cum Chriſto ut capite: *Opera Chriſti ita ſe habent ad ſua membra, ut habent opera alterius hominis in gratia conſtituti ad ſeipſum.*

Bellarm. 3. *Iuſtitia nobis inhærens dicitur juſtitia Dei, quia* [d]*natur nobis à Deo vel etiam quia eſt effectus & imago juſtitiæ* [D]*ei.*

Proteſt. Obſtat illa clauſula *in ipſo*, una cum proportio[n]e. *fecit eum peccatum. Perpende prudens lector* (ait Cajetanus) [hi]*c primum juſtitiam Dei in Chriſto; penes hoc quod ab ipſo Chriſto* [v]*oluit ſatisfieri ſibi pro nobis: paſſio ſiquidem innocentis pro peccatoribus, juſtitia eſt ſatisfactoria, ſpecies eſt juſtitiæ commutativæ pro* [in]*juria ſolventis pœnam: hæc eſt juſtitia novi teſtamenti.* Et Contarenus: *Iuſtitia Dei in ipſo; quoniam ejus juſtitia facta eſt no*[ſt]*ra, nobis donata, & nobis imputata.*

Bellarm. 4. *Sicut Chriſtus non imputative ſed vere factus eſt* [v]*ictima pro peccato, ita nos in juſtificatione non imputative, ſed vere* [p]*articipamus effectam & ſimilitudinem divinæ juſtitiæ, cum juſtitiam* [in]*hærentem accipimus.*

Proteſt. Chriſtus quidem vere factus eſt victima pro [p]eccato, ſed ut ſic eſſet, imputabantur ipſi noſtra pec[c]ata. *Hoſtiæ enim imputantur peccata eorum pro quibus offertur:* ut [C]ontarenus obſervat & Scriptura teſtatur Levit. 16. [v]. 1.22. Simili modo, nos verè efficimur juſti in Chriſto: [ſ]ed ut hoc fiat, imputari nobis debet juſtitia Chriſti.

8. *Proteſt.* Eph. 1.6. Gratia ſua nos gratis ſibi acceptos [f]ecit in illo dilecto.

Bellarm. 1. *Verbum græcum ἐχαρίτωσε ſignificat internè gra*[t]*ioſos, pulchros & formoſos reddere.*

Proteſt. Repugnat huic interpretationi. I. Quod gra[t]ia de qua ibi agitur ſit *glorioſa* & *dives gratia Dei.* II. Quod [f]*inis* illius gratiæ ſit finis prædeſtinationis divinæ. III. [Q]uod modus quo gratia iſta ad nos pervenire dicitur, non eſt ſanctificatio ſpiritus, ſed *redemtio & remiſſio.*

Bellarm. 2. *Illud in dilecto, in Chriſto, nihil aliud ſignificat, niſi* [n]*os omnia noſtra bona debere Chriſto.*

Proteſt. Hoc quidem in genere verum eſt: ſed quia [C]hriſto tanquam cauſæ debemus bona, & Chriſtus alio [&] alio modo eſt eorum cauſa, idcirco ſecundum natu[r]am boni de quo agitur, ſpecialem etiam ſignificationem [h]abet illa phraſis *in ipſo*. Hic autem agitur de bono recon[c]iliationis, aut redemptionis, & *verſ. 7. ſanguis Chriſti* dici[t]ur pretium redemptionis: *in piſo* igitur idem valet, quod [i]*n ſanguine* aut ſatisfactione & juſtitia ejus.

9. *Proteſt.* Actor. 13.38.39. Annunciatur remiſſio pec[c]atorum per Chriſtum, & per eum omnis qui credit ju[ſ]tificatur ab omnibus à quibus non potuerunt per legem [M]oſis juſtificari.

Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. I. *Per Chriſtum juſtificamur, ut per cauſam efficientem; per qualitatem infuſam, ut per cauſam formalem.*

Proteſt. Remiſsio peccatorum, & juſtificatio à peccatis eodem ſenſu ponuntur in textu, nihil autem magis abſonum, quam qualitatem infuſam eſſe formalem cauſam remiſsionis, quæ non eſt res infuſa nobis tanquam ſubjectis quibus inhæret, ſed actus voluntatis Dei qui circa nos verſatur tanquam objecta.

Bellarm. 2. *Chriſtus vel ejus juſtitia eſt cauſa efficiens noſtræ juſtitiæ; non poteſt igitur fieri ut ſit cauſa formalis ejuſdem.*

Proteſt. Chriſtus ut applicans ſemetipſum nobis eſt efficiens cauſa noſtræ juſtitiæ, & tamen ut applicatus eſt formalis. Pretium redemptionis prout datur pro captivis eſt efficiens cauſa redemptionis; ſed prout eſt illis applicata, formalis ejus cauſa.

Bellarm. 3. *Annunciatur remiſsio peccatorum iis omnibus, qui credunt in Chriſtum ut oportet, id eſt, faciendo quicquid ille fieri juſsit.*

Proteſt. Sed I. Non annunciatur remiſsio per illud *facere*, ſed per Chriſtum. & fidem in ipſum. II. Maxime alienum eſt a doctrina ſana, ut obſervatio omnium mandatorum prærequiratur ad remiſsionem peccatorum, & communicationem gratiæ. III. Fides vera, quamvis infirma inſtar grani ſinapis juſtificat, non igitur neceſſario exigitur, ut quiſque credat (omni ex parte) ut oportet.

Bellarm. 4. *Remiſsio peccatorum non eſt ſola condonatio pœnæ, ſed eſt ablutio & emundatio culpæ.*

Proteſt. Senſus communis docet remiſsionem proprie eſſe in remittente, & emundationem in emundato, ita ut unum non poſsit eſſe pars alterius.

10. *Proteſt.* Luc. 18. 14. Publicanus accipiens veniam peccatorum, quam petebat, dicitur juſtificatus.

Bellarm. *Petiit integram reconciliationem, & talem obtinuit.*

Proteſt. Hoc eſt integram remiſsionem & acceptationem.

Bellarm. *Fuit exaltatus.*

Proteſt. In juſtificatione, tanquam in cauſa omnis gloriæ.

11. *Proteſt.* Iuſtitia qua juſtificatur homo coram Deo debet eſſe perfecta. Sed juſtitia nobis inhærens non eſt talis. Ergo.

Bellarm. 1. *Formaliter juſti ſumus, non opere noſtro, ſed opere Dei, qui ſimul maculas peccatorum tergit, & habitum fidei, ſpei, & charitatis infundit. Dei autem opera ſunt perfecta.*

Proteſt. Opus quidem quod Deus operatur, reſpectu Dei

ei *operantis* eſt perfectum, id eſt, *expers iniquitatis, juſtum* *tum*, Deut.32.4. ſed non omne opus Dei in ſeſe, vel, ut ajet. in illum locum loquitur, quoad *opus operatũ*, eſt ſta-n perfectum, nedum quoad participationem ſubjecti, iod recipit qualitatem aliquam in ſe ex operatione di-na. Opus creationis non fuit prima die perfectum. Deus iam in ſpiritualibus primo *incipit opus bonum*, & poſtea *rficit*. Phil.1.6. Bellarm. ipſe de *Grat.* & lib. *arb.* lib.1. p.13. dicit, *Deum per gratiam efficacem afflare initium bonæ vo-ntatis, quod eſt quaſi ſemen, unde poſtea oritur fructus voluntatis rfectæ.* & *de Iuſtif. l.1. c.20. Fides primum inchoat juſtifica-nem, deinde aſſumpta ſpe, & charitate perficit. Iuſtitia Dei ex fide perfecta inchoatur, & in fidem perfectam, hoc eſt, vivam termina-r.* Quum igitur tam puerili ſubterfugio, & contradictio-e turpi, graviſſimum argumentum eludere hic Bellarm. ecceſſe habuit, grave certè præjudicium ſuæ cauſæ attu-t apud eos omnes qui judicio valent.

Bellarm. 2. *Iuſtitia etiam actualis, quamvis aliquo modo ſit im-rfecta propter admixtionem venialium delictorum, & egeat quoti-ana remiſſione peccati, tamen non propterea deſinit eſſe vera juſti-a, & ſuo quodam modo perfecta.*

Proteſt. Evaſio non minus miſera quam quæ præceſſit. Iam I. Non quæritur de veritate, ſed de gradu, digni-ite, & perfectione juſtitiæ inhærentis, an talis ſit, ut oſſit judicium & examen Dei ſuſtinere. II. Iuſtitia uæ admixta habet delicta, non poteſt eſſe pura, nedum erfecta. III. Iuſtitia quæ eget quotidiana remiſſio-e, eget quotidiana juſtificatione: nullo igitur uno die oteſt juſtificare. IV. Iuſtitia quæ ſuſtinere poſſit ju-icium Dei, debet eſſe perfecta non *ſuo quodam modò*, ſed nodo Dei, & legis divinæ.

12. *Proteſt.* Injuria fit meritis & juſtitiæ Chriſti, ſi er inhærentem juſtitiam juſtificari dicamur.

Bellarm. 1. *Nihil detrahimus Chriſti meritis, cum ab illorum irtute, & efficacia, confiteamur juſtitiam noſtram pendere.*

Proteſt. Annon igitur detraheret Chriſti ſatisfactioni, ui diceret ſuam propriam paſſionem ſatisfacere divi-æ juſtitiæ pro peccatorum ſuorum culpa & pœna æter-a, ſi confiteretur eam à ſatisfactione Chriſti pendere?

Bellarm. 2. *Adverſarii multum detrahunt de Chriſti gloria, ım affirmant, cum non potuiſſe à Patre impetrare, ut peccata noſtra erè deleret, noſque ad veram juſtitiam reformaret.*

Proteſt. Iſti adverſarii ſunt ficti. Noſtra igitur non in-ereſt, ſi alia via, non minusquam ipſe Bellarm. detra-ant gloriæ Chriſti.

13. *Proteſt.* Occaſio ſuperbæ gloriationis (ſicut & de-ſpera-

ſperationis) præbetur hominibus per iſtam doctrinam
juſtificatione ex juſtitia inhærente.

Bellarm. 1. *Nulla talis eſt occaſio: quia Catholici dicunt*
dono Dei homines habere juſtitiam.

Proteſt. Annon igitur ſuperbus eſſet, qui diceret ſe d
no Dei habere juſtitiam inhærentem æqualem juſtit
Chriſti?

Bellarm. 2. *Illi ſuperbiunt, qui jactant, ſe ipſam Chriſti ju*
tiam apprehendiſſe.

Proteſt. Qui jactant hoc revera ſuperbiunt; ſed qui
cipiunt Chriſtum, & hoc profitentur in gloriam Dei,
ſuperbiant, certè à Chriſto docentur ſuperbire. Sed
vera nihil magis conſentaneum eſt humilitati Chriſt
næ, quam niti juſtitia Chriſti, & miſericordia Dei. Rec
Contarenus in tract. de Iuſtificatione. Experimento
demus viros ſanctos, qui quanto magis in ſanctitate pr
ficiunt, tanto minus ſibi placent; ac propterea tanto m
gis intelligunt ſe indigere Chriſto, & juſtitia Chriſti ſi
donata; ideoque ſe relinquunt, & ſoli Chriſto incu
bunt. Hoc non ob eam accidit cauſam, quod facti ſancti
res minus videant quam prius, neque quoniam facti ſu
animo demiſsiore & viliore; imo quanto magis in ſa
ctitate proficiunt, tanto majori ſunt animo, tanto ſu
perſpicaciores. Quamobrem facti perſpicaciores magis i
tuentur ſanctitatis & juſtitiæ ipſis inhærentis tenuit
tem, cum qua perſpiciunt multas maculas, quæ eoru
oculos factos perſpicaciores magis offendũt, ac propter
reipſa cognoſcunt, non ſibi nitendum eſſe ſanctitate, ch
ritate & gratia ſibi inhærente; ſed confugiendum ſi
eſſe ad Chriſtum, & ad gratiam Chriſti ipſis donatam, q
nitantur & incumbant.

Teſtimonium iſtud Contareni, una cum cæteris ant
citatis (quod ſemel hic de cunctis operæ pretium eſt m
nere) non eam tantum auctoritatem habet apud Pontif
cios, quam accipit ab auctore, viro docto, gravi, & Car
Rom. ſed & illam omnem quam mutuari poſsit ab ap
probatione *Doctorum regentium Theologicæ facultatis Pariſienſ*
qui teſtimonio & ſyngrapha ſua bis publicè ſunt atteſt
ti, *hæc omnia à ſe probari, & à Chriſtiana veritate nihil diſcrepa*
ſicut apparet in principio operum Contareni, Pariſiis ed
torum, anno 1572. hiſce verbis. *Nos ſubſcripti Doctores rege*
tes Theologicæ facultatis Pariſienſis ingenuè, ſanctèque teſtamur pe
lecta accuratè, & diligenter à nobis eſſe ea quæ ſequuntur reverendiſ
mi & illuſtriſsimi Cardinalis Gaſparis Contareni commentaria,
opuſcula, nimirum commentaria in Divi Pauli epiſtolas ad Roman
Corinthios, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Colloſſenſes, Theſſal
nicenſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

icenſes, Timotheum, Titum, Hebræos, nec non in epiſtolam Divi Iaobi. Item epiſtolam de juſtificatione; confutationem articulorum ſeu uæſtionum Lutheri, commentarium in pſalmum, Ad te levavi oculos neos. Tractatum de officio Epiſcopi. Epiſtolam de libero arbitrio quibus n omnibus nihil comperire licuit, quod ſit Catholicæ Eccleſiæ, aut ſacroanctis patrum ſanctionibus diſſonum, quodque poßit pium quemquam, & Chriſtianum lectorem offendere, in cujus rei teſtimonium ſyngraham noſtram hic duximus apponendam. Kalend. Decembris, anno ſatis reſtituta, milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo.

CAPVT II. *De Certitudine juſtitiæ.*

THESIS I.

BEllarm. *Certitudo eſt firmitas quædam, & immutabilitas veritatis. Eſt autem duplex, una objecti, quæ eſt immutabilitas rei; ltera ſubjecti, quæ eſt firmitas aſſenſus noſtri ad rem. Prior certitudo ritur vel a neceßitate ipſius rei, vel a determinatione facta, ſi non ſit eceſſaria. Certitudo poſterior oritur partim à medio quo nobis res aliua ſuadetur, partim ab ingenii bonitate, & voluntatis affectu.*

Proteſt. De iſtis non eſt quod magnoperè contendanus. Sed tamen annotare juvat, I. Certitudinem proriè & eſſentialiter eſſe modum vel affectionem cognitionis, quæ eſt certitudo illa quam Bellarm. vocat *ſubjecti*; nproprie autem & *participative* tribui *omni illi quod a vi gnoſcitiva movetur infallibiliter*: ut Thomas habet 2.2.q 18. 4. Certitudinem ſubjecti, non tantum eſſe in aſſenſu ntellectus, ſed etiam per participationem in affectibus oluntatis, gaudio. ſpe, &c. III. Abſolutè neceſſaria, nmutabilem quandam firmitatem habere in ſeſe, quæ uperat notionem certitudinis. IV. Non omnem certudinem ſubjecti oriri ex ſuaſione, aut ingenii bonitae, ac voluntatis affectu. Non conveniunt iſta certitudini ivinæ, neque illi quæ in hominibus beatis ex viſione, ut in viatoribus aliquando ex inſpiratione reperitur, no ne vulgari quidem certitudini intellectus commuium principiorum.

2. Bellarm. *Quædam eſt certitudo evidens, earum ſcilicet rerum uæ aliquo modo videntur: Cujus primum gradum obtinent prima reum principia; ſecundum, concluſiones ex iis deducta; tertium, ea quæ nſibus corporis percipiuntur, quæ dicitur certitudo experientiæ. Alia t certitudo obſcura, earum ſcilicet rerum, quæ ſola fide, vel opinione tuntur. cujus primum gradum habet fides divina, cui nulla ratione teſt ſubeſſe falſum; ſecundum certitudo fidei humanæ, ſive moras; tertium certitudo conjecturalis, & opinionis. quæ ſecurum homiem reddit, & anxietatem excludit, non tamen formidinem omnem exllit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. In priore certitudinis genere, male reſtrin gitur experientia ad ſenſus corporis. Nam anima et iam habet ſuam experientiam, & quaſi ſenſum, ſcien tiam habet qui ſentit ſe ſcire. Guſtant fideles quam bo nus ſit Dominus. In ſecundo I. Certitudo fidei in Scri pturis vocatur lux, quamvis igitur non habeat eviden tiam rei, aut rationis, quia tamen evidentiam habet reve lationis, non debet ſimpliciter vocari obſcura. II. Si cut in certitudine evidentiæ, duos gradus fecit Bella unum principiorum, & alterum concluſionum ex iis de ductarum, ſic etiam debuit in certitudine fidei, inter im mediatè revelata, & concluſiones ex iis deductas, diſtin ctionem ſimilem obſervare. Conjecturalis nulla datu certitudo, propriè loquendo, ſed per comparationem tantum, conjecturæ admodum probabiles vocantur cer tæ. III. Quod formidinem non expellit, non poteſ hominem reddere cum fundamento, aut ratione juſt ſecurum.

3. Bellarm. *Status quæſtionis, ſi abſque fallacia, & ambigui tate conſtituatur hic erit: Vtrum debeat, aut poſſit aliquis, ſine ſpecia revelatione certus eſſe, certitudine fidei divina, cui nullo modo potei ſubeſſe falſum, ſibi remiſſa eſſe peccata.*

Proteſt. Sine omni fallacia & ambiguitate non ponitu in hoc ſtatu *certitudo fidei divina*; quia non diſtinguit Bel larm. inter gradus certitudinis hujus, reſpectu princi piorum quæ immediatè revelantur, & concluſiones e illis evidenter deductas, neque inter certitudinem fide in ſeſe, & illam quæ eſt ex fide, vel in apprehenſione, ve in ſpe. Sed iſtis ſubintellectis, admittimus hunc ſtatur quæſtionis, & affirmativam partem tuebimur contr Pontificiorum negativam.

Argumenta Bellarmini.

4. Bellarm. Prov.20.8. *Quis poteſt dicere, mundum eſt c meum, purus ſum à peccato?*

Proteſt. Hoc proverbium rectè explicatur 1.Ioh.1.8 *Si dixerimus nos peccatum non habere, noſipſos fallimus, & veritas i nobis non eſt.* Ab ipſo Salomone ſic explicatur, 2.Reg.8.46 *Nemo eſt qui non peccet.*

5. Bellarm. Eccleſ.2.1. *Sunt juſti atque ſapientes, & oper eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo utrum odio vel amore di gnus ſit, ſed omnia in futurum ſervantur incerta.*

Proteſt. 1. Vltima illa clauſula *omnia in futurum ſervant incerta,* in textu Hebraico non comparet. II. Quicqui his verbis conitnetur de ſcientia amoris, & odii, refertu

illu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

lud ad res externas. Manifeſtum eſt enim nec Pontifici
ɔſi negabunt, multos poſſe ſcire ſe dignos eſſe odio. ſic
ell. paulo poſt: *peccatores facile ſcire poſſunt, ſe odio eſſe dignos,*
on amore.

Bellarm. I. *Salomon non loquitur niſi de juſtis.*

Proteſt. I. Bellarm. igitur ſententia, non loquitur niſi
e hominibus tam ſibimetipſis, quam toti mundo igno-
is. Cui igitur bono de talibus concionatur? II. Lo-
ui etiam Salomonem de hominibus injuſtis apparet ex
erbis proximè ſequentibus: *univerſa æquè eveniunt juſto*
r improbo, &c. quibus ratio prioris aſſertionis contine-
ur.

Bellarm. 2. *Ratio Salomonis talis eſt: Si juſti certo poſſint co-*
oſcere, utrum diligantur a Deo necne, maxime id cognoſcerent ex be-
eficiis Dei. At beneficia Dei communia ſunt juſtis & impiis, & uni-
erſa æquè eveniunt juſto & impio. Ergo juſti non poſſunt certo cognoſ-
re, utrum diligantur à Deo necne.

Proteſt. I. Bis hic ineptus eſt Bellarm. & quod frivo-
m fingat rationem, cujus fundamentum eſt manifeſtè
lſum *maximè cognoſci dilectionem Dei ex beneficiis externis*, &
uod tam fatuam rationem ſapientiſſimo affingat Salo-
oni. II. Si univerſa illa ex quibus maximè cognoſci-
ır dilectio Dei æquè eveniunt juſto & impio, tum certè
e probabilem quidem ullam, nedum certam ullam con-
ꝯcturam, quæ ſecurum hominem reddit, & anxietatem
ollit, habere poteſt juſtus de dilectione Dei, quod tamen
ontificii non audent negare.

Bellarm. 3. *Quomodo igitur verum eſt quod ſequitur proximis*
erbis: omnia in futurum ſervantur incerta?

Proteſt. Non eſt hoc verum, neque ſequitur apud Sa-
omonem, niſi in verſione corrupta. Si verum hoc eſſet,
lſum eſſet quod Bellarm. poſtea affirmat *peccatores facile*
ire poſſunt, ſe odio eſſe dignos non amore. Si peccatores hoc fa-
lè ſcire poſſunt, tum I. Omnia non ſunt incerta apud
los. II. Si peccatores facilè ſcire poſſunt ſe eſſe odio
ignos, tum qui non poſſunt facile ſcire ſe odio eſſe Deo,
ertè juſti certo poſſunt vel inde concludere ſe non eſſe
eccatores, atque adeo ſibi peccata eſſe remiſſa.

6. Bellarm. Iob 9.12.15.21. & cap.31.14. *Iob dubita-*
onem oſtendit de juſtitia ſua.

Proteſt. Quin fuerit ſibi perfectio juſtitiæ internæ, Iob
on potuit dubitare, qui cap.7. verſ.20.21. confitetur
ua peccata & petit remiſſionem. Si de operibus quibuſ-
am ſuis dubitabat, an fructus fuerint reſipiſcentia di-
ni, nihil hoc mirum, neque quidquam facit ad quæſtio-
em. Si etiam de favore Dei in hora graviſſimæ tenta-

tionis hæſitaſſet animus ejus, non inde ſequitur, eum n
potuiſſe, nec debuiſſe certum eſſe de remiſſione ſuoru
peccatorum.

7. Bellarm. Pſa. 19. 11. *Delicta quis intelligit, ab occu
munda me Domine.*

Proteſt. Argumentum ex iſtis verbis tale debet eſſ
*Qui omnia delicta ſua non intelligit, ille non poteſt, nec debet certus eſ
peccata ſua eſſe remiſſa.* Si autem iſta conſequentia valet, ſ
quitur, ne tum quidem Davidem certum fuiſſe de r
miſſione ſuorum peccatorum, quando Nathan ipſi dix
Iehova tranſtulit peccatum tuum. 2. Sam. 12. 14. Non eſt eni
credibile. eum illo momento omnia & ſingula ſua delic
intellexiſſe.

8. Bellarm. 1. Cor. 4. 4. *Apoſtolus dicit ſe nihil ſibi co
ſcium eſſe, & tamen in hoc non eſſe juſtificatum.*

Proteſt. I. Hæc non ſunt verba hominis dubitantis, ſ
ſimpliciter negantis: *ſed non in hoc juſtificatus ſum.* Maj
igitur cum ſpecie probaret hinc Bellarm. Paulum n
fuiſſe juſtificatum, quam de eo dubitaſſe, aut fuiſſe ince
tum. II. Bellarm. in ſtatu quæſtionis conſtituend
incertorum juſtorum numero exemit eos qui *ſpecial*
habent *revelationem* de remiſſione ſuorum peccatoru
certè ſi tales ulli unquam fuerint, non debet hoc neg
de Paulo, Apoſtolo primario, qui raptus fuit in tertiu
cœlum, & *ſupereminentiam* habuit *revelationum.* Bellar
cap. 8. revelatum hoc affirmat neſcio quibus Sanctul
Antonio, Gallæ, Franciſco. Æquum igitur fuit ut ſa
ctum Paulum eodem afficeret honore, 2. Cor. 12. 3. Me
Apoſtoli eſt manifeſta, illum ſcil. optimè ſibi conſciu
fuiſſe de fidelitate ſua in Euangelio diſpenſando, tam
non id ſibi arrogare, ut ſemetipſum pronunciet imm
nem ab omni defectu, in Domini judicio à quo laude
ſynceritatis & fidelitatis exſpectabat.

9. Bellarm. *Sine fide viva, & pœnitentia ſeria nemo juſtific
tur. At nemo certus eſſe poteſt, præſertim certitudine fidei. ſe fidem
vam & pœnitentiam ſeriam habere; in nulla enim Scriptura teſtim
nium ejuſmodi invenitur, de fide & pœnitentia noſtra in particul
Hac planè Theologica demonſtratio eſt.*

Proteſt. Theologica iſta demonſtratio ſi firma eſſ
omnem uſum tolleret Theologiæ. In nulla enim Scrip
ra legitur teſtimonium de Mahomete, aut de Alcora
ejus in particulari, quod debeant damnari, an non igit
poſſimus eſſe certi certitudine fidei abominationes iſ
eſſe deteſtandas? In nulla Scriptura invenitur hunc a
illum Ethnicum aut Mahometanum ſine converſione
fide non poſſe ſalvari; an idcirco certa fides non pot
hab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

haberi tali alicui in particulari neceſſariam eſſe fidem un ſalvetur ? In nulla Scriptura invenitur imo neque i Concilio ullo, aut etiam Papæ ſententia, illum codicem in particulari quo uſus eſt Bellarm. cum Scripturam citabat, continere verbum Dei; an igitur incertus fuit Bellarm. de iis quæ allegavit, utrum ſint verbum Dei necne? Bellarm. non debuit ignorare, particularia iſtiuſmodi ſenſu, obſervatione & experientia nobis evidenter conſtare, & in fide etiam accedere obſignationem Spiritus ſancti; concluſionem autem quæ rectè deducitur ex præmiſſis quarum una eſt de fide, & altera evidentiam habet certam, certitudine fidei eſſe certam.

10. Bellarm. *Scriptura* Dan.4.24. Ioel 2.12. Ion 3.9. Act.8.22. *indicat incertum eſſe, an qui agit pœnitentiam conſequatur remiſſionem. Quis ſcit. Forſan, ſi forte.*

Proteſt. Non indicatur incertitudo remiſſionis coram Deo, & inconſcientiis verè pœnitentium, ſed gravitas peccatorum remittendorum, una cum poſſibilitate remiſſionis, quamvis eſſet difficilis. Apud Prophetas etiam incertitudo quædam indicari poteſt averſionis publicæ alicujus calamitatis. Si indicarent iſtæ phraſes incertitudinem remiſſionis à vere pœnitentibus conſequendæ, dubias facerent omnes promiſſiones Dei.

Bellarm. *Reſpiciunt incertitudinem noſtra diſpoſitionis.*

Proteſt. In talibus qua is Simon magnus fuit, poteſt hoc concedi. Sed illi qui fidem vivam & veram pœnitentiam habent, aliam habent diſpoſitionem. Palam eſt, ſingularem aliquam rationem hæſiſſe in perſona illius magi, qua factum eſt ut illo modo proponeretur ipſi promiſſio gratiæ, quo nemini alteri proponitur in toto novo Teſtamento, & abſurde admodum Bellarm. ab eo quod illi ſingulariter dictum eſt, ad omnes fideles argumentari. Dionyſius tamen Carthuſianus duplicem aliam interpretationem tradit: *Petrus ait ſi forte, ad innuendum quod graviſſimum fuit peccatum. vel (ut aliqui dicunt) quia in Spiritu vidit Simonem pœnitentiam non acturum.*

11. Bellarm. *Scriptura ſæpe admonet, ut non ſimus nimium ſecuri, quaſi certi ſimus de juſtitia jam adepta.* Pr.28.14. 2.Cor. 10.18. Phil.2.12. Pet.1.17. 2.Pet.1.10.

Prot. Monet quidẽ Scriptura ne ſimus nimium ſecuri ſed nimiam ſecuritatẽ non ponit in eo quod certo apprehendamus gratiam Dei & remiſſionẽ peccatorum in Chriſto.

Bellarm. 1. *Si quis certitudine fidei ſciret ſe juſtum eſſe, poſſet utique ſe commendare, contra Apoſtolum,* 2.Cor.10.18.

Proteſt. Qui ſcit ſe juſtum eſſe in Chriſto, non in ſeſe, ex mera gratia, nihil poteſt eo nomine commendare præ-

ter gratiam Dei in Chriſto. Commendatio enim debetu
cauſæ, non objecto.

Bellarm. 2. *Si per bona opera certitudo vocationis quærenda eſt certè etiam juſtificationis. Sed verum prius* 2.Pet.1.10. *Ergo.*

Proteſt. Concedimus totum.

Bellarm. 3. *Si certitudo juſtificationis ex bonis operibus pendet non igitur certus eſt homo de juſtificatione, mox atque juſtificatu eſt.*

Proteſt. Neque nos dicimus omnes mox eſſe certos neque illos qui certi ſunt, ita eſſe certos, ut non poſsin eſſe certiores; neque denique ſimpliciter & omnin pendere dicimus fidelium certitudinem ex operibus bonis.

Bellarm. 4. *Non igitur ex ſola fide pendet certitudo juſtificationis.*

Proteſt. Non ex ſola fide tanquam ſigno, & argument confirmante ſed ex ſola fide, tanquam ex cauſa apprehendente.

Bellarm. 5. *Non igitur certa eſt juſtificatio noſtra, certitudin fidei, quæ infallibilis eſt, ſed certitudine operum, quæ conjecturalis atque imperfecta certitudo eſt.*

Proteſt. Præmiſsis illis everſis, concluſio iſta jacet. Fides ipſa operibus corroboratur, manet tamen fides, non con ectura: ſic etiam certitudo fidei non deſinit eſſe fidei, & infallibilis, quia aliis mediis confirmatur. Scientiæ certiitudo perficitur aliquo modo experientia: non tamen idcirco deſinit eſſe ſcientiæ certitudo.

12. Bellarm. *Non poteſt aliquid certum eſſe certitudine fidei, niſi aut immediate contineatur in verbo Dei, aut ex verbo Dei per evidentem conſequentiam deducatur. At in verbo Dei, non continetur immediate particularis iſta propoſitio: Talis vel talis homo vere juſtificatus eſt. Neque poteſt ex verbo Dei per evidentem conſequentiam id colligi. Ergo.*

Proteſt. Poteſt ex verbo Dei per evidentem conſequentiam colligi.

Bellarm. 1. *Ratiocinatio qua quis certitudinem fidei de ſua juſitia ex verbo Dei concluderet, hæc eſſe deberet: Verbum Dei teſtatur omnes vere converſos ad Deum, & pœnitentiam ſerio agentes, peccatorum indulgentiam & gratiam obtinere. Mihi autem evidens eſt mea vera converſio & pœnitentia. Mihi igitur certum eſt certitudine fidei, me indulgentiam & gratiam accepiſſe. Sed hujus argumnti aſſumptio, non ſolum falſa, ſed etiam impoßibilis eſt, niſi adſit revelaito.*

Proteſt. Non ſatis bona fide proponitur iſta ratiocinatio, quia nullam facit mentionem, quod Verbum Dei teſtetur, *omnem qui credit* gratiam vel remiſsionem peccatorum accipere; cum Scriptura paſſim hoc fidei aſcribit, &

nos

ios etiam novit fidei tribuere primas. Sed tamen quatenus fides comprehendatur in converſione, admittimus hanc ipſam ratiocinandi formulam; & aſſumptionem non ſolum poſſibilem eſſe, & veram affirmamus, ſine ſpeciali revelatione, ſed etiam in officio omnium fidelium eſſe poſitum, ut eam certam & firmam ſibi reddant.

Bellarm. 2. *Pravum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* Hieremiæ 17.9.

Proteſt. Aliis quidem hominibus non patet aditus ad cor aliorum cognoſcendum; ſed *ſpiritus hominis qui eſt in homine novit ea quæ ſunt hominis,* 1. Cor. 2. 11. Nemo Pontificius niſi inſanus, negabit, quin aliquid noverit ſui cordis, & plura poſſit ſi juſtam attentionem adhiberet. Dixit antea Bellarm. peccatorem facilè ſcire ſe eſſe peccatorem. Inſcrutabilitas igitur cordis nihil impedit, quo minus fidelis fidem ſuam cognoſcat.

Bellarm. 3. *Videmus re ipſa multos falli, qui ſe putant habere quod non habent.*

Proteſt. I. Si hæc ratio quidquam valeret, tolleret omnem certitudinem ſcientiæ, ac ſenſus, & ſectam Pyrrhoniam Scepticam nihil ſcientium revocaret ab orco. Videmus enim re ipſa multos falli, qui ſe putant ſcire quod non ſciunt, & videre quod non vident.

Bellarm. 4. *Quis eſt qui certus ſit, ſe non laborare ignorantia aliqua craſſa?*

Proteſt. Reſpondet Bannes in 2.2. *q.6. a.2.* in fine: *Error culpabilis non deſtruit fidem, ſi non habeat pertinaciam, quam fidelis eſt certus ſe non habere.*

Bellarm. 5. *Nulla ſunt clariora ſigna veræ converſionis & gratiæ jam adeptæ, quam opera charitatis, & præſertim ſi quis animam pro Deo ponat: at hoc ipſum poteſt eſſe ſignum fallax.*

Proteſt. I. Medina in 1.2. *q.1.12.a.5.* & Bannes in 2.2. *q.6. a.2.* diſertis verbis negant, quod Bellarm. hic pro confeſſo ponit, *potiſſimum argumentum fidei eſſe oppetere mortem pro ea*; ſed potius, *credere omnia quæ Eccleſia Romana proponit, ita quod paratus ſit, potius negare intellectu omnem ſenſus experientiam, & omnem aliam ſcientiam potius quam Eccleſiæ dogmata.* Et ſi pro Eccleſia Romana. Verbum Dei (ut Chriſtianos decuit) poſuiſſent, eorum ſententia verior eſſet quam quod Bellarm. aſſumit. II. Dantur alia ſigna gratiæ magis conjuncta. Profectò (ait *Alex. Alen. p.3. q.61. m.7. a.3.*) quis per experimentum, ſive ſcientia experimentali poteſt cognoſcere ſe gratiam habere. Experimenta autem hæc ſunt; lumen, pax, lætitia. Quando enim iſta tria ſunt in anima ſancta, verè certum experimentum eſt, quod anima habeat gratiam. Item, guſtus bene diſpoſitus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

non poteſt neſcire dulcedinem ſibi conjunctam : ergo anima bene diſpoſita non poteſt non ſentire divinam dulcedinem ſibi conjunctam. ſed ſenſus divinæ dulcedinis eſt per gratiam : ergo anima bene diſpoſita non poteſt ignorare quin habeat gratiam. Iſtis nos addimus tanquam præcipuam certitudinis cauſam, teſtimonium Spiritus Sancti, Rom. 8.16. III. Hæc argumenta non ſunt fallacia, ubi vere adſunt. Sic Alex. Al. ibidem : *Per hoc differt anima ſancta ab anima hæretica : quia anima ſancta habet iſta vere, quando habet gratiam, ſed anima hæretica non. Tantum differt jucunditas animæ fidelis à jucunditate animæ infidelis, quantum diſtat jucunditas phantaſiæ, vel ſomniantis, a jucunditate vigilantis.*

13. Bellarm. *Nemo tenetur certo credere certitudine fidei ſibi remiſſa eſſe peccata. Nam ejuſmodi articulus in nullo Symbolo fidei continetur.*

Proteſt. I. Vnuſquiſque fidelis tenetur illud credere certitudine fidei, quod Deus fidelibus promiſit. Sed Deus fidelibus promiſit quod remittentur ipſis peccata. Act. 10.43. Ergo unuſquiſque fidelis tenetur credere certitudine fidei ſibi remiſſa eſt peccata. II, Multa tenemur credere, quæ in nullo Symbolo exprimuntur præterquam in Scriptura. 3. Continetur in Symbolo Apoſtolico : *credo remiſsionem peccatorum.*

Bellarm. 1. *Significat, in Eccleſia dari Baptiſmum in remiſsionem peccatorum.*

Proteſt. Hoc quidem ſignificat, & per conſequens omnes vere fideles gratia baptizatos habere peccatorum ſuorum remiſſionem; & præterea illum qui vere profitetur illam fidem, eſſe fidelem; ex quibus neceſſario ſequitur, illum qui vere profitetur illam fidem, credere teneri, ſibi remiſſa eſſe peccata.

Bellarm. 2. *Si ejuſmodi articulum fidei haberemus, ſequeretur, omnem hominem qui peccat mortaliter, continuo fieri hæreticum. Non poteſt enim qui voluntariè peccat, credere ſe juſtum eſſe, niſi falſum dedita opera credere velit.*

Proteſt. I. Medina in 1.2. *q.*112. *a.*5. non veretur aliquo modo concedere, quod Bellarmino videtur tam abſurdum. *Fidelis tenetur credere, quod habet fidem divinam ; qui ſi de hac re dubitat, hæreticus eſt. Hæc* (inquit ille) *eſt noſtra ſententia.* Nos tamen negamus conſequentiam : idque varia ratione. Nam I. Non omnis qui non credit quod eſt credendum, eſt hæreticus. II. Non quodlibet peccatum ſua natura mortale, facit ut peccator non poſſit credere peccata eſſe ſibi remiſſa. Vidit hoc Bellarminus, & idcirco muta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

nutavit terminum, & negat talem credere poſſe *ſe juſtum eſſe*, juſtitia ſcil. inhærente. III. Si peccatum actu nortiferum intelligatur, tum dicimus talem peccatorem non teneri eo tempore credere peccata ſibi eſſe remiſſa. neque eo quod non credat errare in fide, ſed ſi id crederet erraturum.

14. Bellarm. *Non expedit, ut homines haberent ordinarie certitudinem de propria gratia. Nam poßit ſuperbiam generare.*

Proteſt. Quod dicitur de virtute, id melius dicitur de hac certitudine, ſi ſit genuina, talis eſt ejus natura, ut nemo illa malè utatur, quamvis falſa ejus ſpecie nimis multi abutantur.

15. Bellarm. *Sancto Antonio, Sanctæ Gallæ, & S. Franciſco fuit hoc revelatum, ipſis remiſſa fuiſſe peccata. Quorſum autem hoc, ſi fidelibus omnibus eſſet notitia iſta communis?*

Proteſt. Fabulæ iſtæ eadem facillitate rejiciuntur, qua narrantur. Nihil tamen impedit quin quod omnes fideles debent, ac poſſunt ſcire, id paucis quibuſdam extra ordinem reveletur; ſicut Paulo revelatum fuit, quod perſequeretur Chriſtum, quamvis omnes qui Eccleſiam perſequebantur, debuerint, & potuerint illud ſcire.

16. Bellarm. *Quidam perfectißimi propter hoc incertum non mediocriter trepidarunt.*

Proteſt. Quaſi nos in dubium vocaremus, quin optimi Chriſtiani patiantur aliquando tentationes graves, & deſertiones tremendas!

17. Bellarm. *Cum omnes ferè hujus temporis hæretici hanc certitudinem jactent; tamen ipſorum ſententia falluntur plurimi, noſtra autem omnes.*

Proteſt. Præclara hac ratione probare poſſet Atheus aliquis, nullam omnino certitudinem eſſe religionis veræ.

Argumenta noſtra.

18. *Proteſt.* Ioh. 14. 17. Vos cognoſcitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit. & 20. In illa die cognoſcetis, quia ego ſum in Patre, & vos in me, & ego in vobis.

Bellarm. 1. *Ex priore loco ſolum colligitur, eos, qui per fidem Spiritum ſanctum noſcunt, non ſine ejus gratia & auxilio noſcere.*

Proteſt. Immo vero colligitur aperte, diſcipulos Chriſti noſcere Spiritum ſanctum ejus gratia, auxilio, & inhabitatione. Alias enim nihil affirmaretur de fidelibus magis quam de mundo; neque ulla ratio in iſtis verbis contineretur promiſſionis factæ diſcipulis Chriſti, quæ tamen ita clara ſunt ut non niſi impudentia ſumma poſſint negari. *Notitia* (ait Cajet.) *ab experientia in ſeipſis ſignificatur:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

catur: dat enim Deus etiam hoc, ut ſciamus quæ a Deo nobis data ſunt, 1. *Cor.* 2. *Inſinuatur, proprium hoc eſſe electorum, ut cognoſcant in ſeipſis Spiritum ſanctum.*

Bellarm. 2. *In altero teſtimonio loquitur Dominus de cognitione beata, quæ poſt hanc vitam erit.*

Proteſt. Bene reſpondet Toletus: *magna quidem hac eſt conſolationis cauſa: tamen nunc præſenti diſcipulorum mœſtitiæ de ejus diſceſſu adhibebat medicamenta proxima; nec ad illum ultimum diem viſionem rejiciebat, quam etiam multo antè exhibiturus erat. Quamvis enim modicum ſit tempus totum æternitati collatum, tamen illorum dolori & triſtitiæ comparatum, maxima erat dilatio, non modica dicenda.*

Bellarm. 3. *Si quis contendat in hac etiam vita compleri, quod Dominus ait; in promptu erit reſponſio, cognoſcere nos eſſe in Filio, & Filium in nobis, non eſſe cognoſcere nos eſſe juſtos, ſed Chriſtum eſſe caput totius Eccleſiæ: ſic enim Chriſtus eſt in nobis, id eſt, in Eccleſia.*

Proteſt. Tales reſponſiones ſunt ſemper in promptu Sophiſtis. Sed quæ conſolatio eſſet cuiquam, cognoſcere Chriſtum eſſe in Eccleſia, nihil ſimul cognoſcat, ſe eſſe membrum vivum ejuſdem Eccleſiæ, ita ut Chriſtus etiam ſit in ſe? Iohannes *ep.* 1. *c.* 3. *v.* 24. ſic interpretatur illa verba: *per hoc novimus eum habitare in nobis, nempe ex Spiritu quem nobis dedit.* An Spiritus qui habitat in Eccleſia, & non in nobis, dat nobis notitiam iſtam? Nimis contempſit lectores Bellar. cum putabat ipſos poſſe tam craſſo ſchemate falli.

19. *Proteſt.* Rom. 8. 15. 16. Accepiſtis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba Pater, teſtatur cum ſpiritu noſtro, quod ſimus filii Dei.

Bellarm. 1. *Spiritus ſanctus teſtatur hoc per experimentum cujuſdam ſuavitatis, & pacis internæ, quæ non gignit certitudinem, niſi conjecturalem.*

Proteſt. I. Conjecturam non faciunt fideles, cum clamant *abba pater. Geminatur nomen patris* (ait Cajet.) *ad ſignificandum firmitatem, ac certitudinem fiduciæ.* II. Teſtimonium Dei meretur fidem certiſſimam, eamque parit ubi recipitur, non opinionem conjecturalem. *Ex hoc teſtimonio* (addit Cajet.) *clarè videmus credendum nobis eſſe, quod ſumus filii Dei.*

Bellarm. 2. *Teſtimonium Spiritus nihil eſt aliud, niſi ipſa oratio, qua dicimus Abba Pater. Sed quod Spiritus ſanctus ſit qui nos movet, cum hoc dicimus non conſtat nobis ex fide divina, ſed ſolum ex conjecturis, quæ fallaces eſſe poſſunt.*

Proteſt. I. Teſtimonium Spiritus manifeſte diſtinguitur ab oratione illa. Prius enim certiores fieri debemus nos

os eſſe filios Dei, antequam Deum cum fiducia poſſimus
ıvocare ut patrem. II. Conſtat nobis fide divina, Spi-
tum ſanctum movere eos qui orant ut oportet. Rom.
.26. III. Præſentia & teſtimonium Spiritus eſt ſi-
illum obſignans, & arrha confirmans, Eph.1.13.14.
.Cor.1.22. Non pendet igitur ex fallacibus conjectu-
is.

20. *Proteſt.* Rom.8.36. Certus ſum nullam rem poſſe
os ſeparare a dilectione Dei in Ieſu Chriſto.

Bellarm. *Non intelligit certitudinem fidei divinæ, ſed quandam
rſuaſionem & confidentiam ad quam gignendam ſatis eſt certitudo
njecturalis. Id perſpicuum eſt ex verbo Græco* πέπεισμαι.

Proteſt. Contrarium eſt perſpicuum. I. Ex interro-
ıtione antecedente, quæ vim habet firmiſſimæ & effi-
ıciſſimæ aſſeverationis: *Quis nos ſeparabit?* II. Ex enu-
ıeratione omnium ferè malorum, quæ fecit ad immo-
ilitatem fiduciæ demonſtrandam, amplitudine & effi-
ıcia ſermonis. III. Ex gloriatione illa, *verſ.37. in his
nnibus* ὑπερ νικῶμεν *amplius quam victores ſumus.* IV. Ex
ſu verbi Græci, ubi applicatur ad ſpiritualem fiduciam
otandam, quam fideles habent de iis quæ pertinent ad
ıam propriam ſalutem, Rom.4.14. 2.Tim.1.14. &c.
. Bellarminus ipſe lib.5. c.7. ut magnis nominibus de-
ınderet, fiduciam aliquam collocari poſſe in bonis meri-
s, *quæ verè talia eſſe compertum ſit*, exempla profert Nehe-
ıiæ, Davidis, Ezechiæ, Heſter, & ipſius Apoſtoli Pauli
i vero Paulus cum reliquis compertum habuerunt ope-
ı fuiſſe verè bona, atque etiam meritoria, tum certe
ompertum habuerunt ſe fuiſſe gratia Dei juſtificatos,
uod hoc in loco non puduit Bellar. tam de Paulo, quam
Iohanne, & cæteris negare. Sed vel ſententiam una,
ım ſcena mutavit, vel certitudinem gratiæ eatenus tan-
ım concedendam eſſe putavit, quatenus facere poſſit ad
duciam in meritis collocandam, non ad infallibilem
romiſſionum Dei applicationem.

21. *Proteſt.* 1.Cor.2.12. Accepimus Spiritum qui ex
eo eſt, ut ſciamus quæ donata ſunt nobis.

Bellarm. *Non loquitur Apoſtolus de notitia beneficiorum Dei
uæ in particulari ad hunc aut illum pertinent, ſed de notitia benefi-
rum quæ Deus præparavit electis ſuis. Quam notitiam habemus per
piritum Dei, qui in Scripturis ea revelavit.*

Proteſt. I. Non loquitur Apoſtolus de Spiritu in Scri-
turis, ſed de Spiritu in nobis. de *unctione quam accepimus.*
.Ioh.2.27. de Spiritu per quem diffunditur charitas Dei
cordibus noſtris Rom.5.5. II. Beneficia quæ Deus
æparavit electis, pertinent in particulari ad hunc aut

illum electum. Oppoſitionem igitur fingit Bellarm. inter ea quæ non ſunt diverſa. Thomas fatetur, poſſe intelligi, Spiritum Dei donatum ſanctis, ut dona ſpiritualia cognoſcant, quæ non habentes eundem Spiritum ignorant: ſecundum illud Apoc.2. vincenti dabo manna abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Cajetanus clarius: *Apoſtoli certam habebant notitiam, quod fides, ſpes, caritas, & alia dona gratis data erant eis à Deo.*

22. *Proteſt.* 1.Corrin.11.28. Probet ſe unusquiſque, &c.

Bellarm. *Hac probatio non exigit certitudinem fidei, ſed qualem poſſumus ex ipſa noſtra conſcientia examinatione conſequi.*

Proteſt. Hæc probatio requirit, ut quiſque diſcutiendo ſuam conſcientiam ſecundum regulam fidei ſemetipſum Deo probatum inveniat, ex ſententia Dei, ut digne comedat corpus Domini. Talis autem certitudo eſt ex fide, ad fidem.

23. *Proteſt.* 2.Cor.1.12. Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod cum ſimplicitate, & ſynceritate Dei, &c.

Bellarm. 1. *Teſtimonium conſcientia non adfert infallibilem certitudinem.*

Proteſt. Non quidem omne teſtimonium; ſed tale teſtimonium talis conſcientiæ, quæ potuit Apoſtolo adferre gloriationem.

Bellarm. 2. *Gloriamur etiam de eis rebus quas nos habere confidimus, vel habituros eſſe ſperamus, quamvis non ſine timore.*

Proteſt. Si per timorem intelligatur dubitatio, falſum hoc eſt. Gloriatio enim ſpiritualis eſt fructus fidei divinæ, Rom.5.2.

24. *Proteſt.* 2.Cor.13.5. Voſmetipſos tentate, an ſitis in fide.

Bellarm. *Loquitur Apoſtolus de praſentia Chriſti apud* Corin. *non ſecundum gratiam gratum facientem, ſed ſecundum potentiam, providentiam, & miracula qua apud illos faciebat.*

Proteſt. Bellarminus præterit, quaſi non videns, prima illa verba, quibus argumentum noſtrum nititur, & ejus interpretatio refutatur: *Vos ipſos tentate an ſitis in fide, voſ-ipſos explorate, annon agnoſcitis voſmetipſos? Monet ut examinent ſe de ſua fide,* ut Thomas ipſe obſervat.

Bellarm. 1. *Apoſtolus noluit affirmare omnes illos eo tempore juſtos fuiſſe.*

Proteſt. Voluit omnes examinare ſemetipſos, an eſſent juſti.

Bellarm. 2. *In præcedentibus loquitur Apoſtolus de potentia Chriſti.*

Proteſt. Præſentia Chriſti per gratiam & fidem, cum illa potentia optimè conſentit, 1. Cor. 10. 5. Phraſis illa *eſſe in fide*, non poteſt aliud ſignificare, quam eſſe in ſtatu gratiæ, neque *tentare & explorare ſeipſos* dicuntur, qui conſiderant externa facta tantum. Thomas igitur in hunc locum, cogitur concedere, *nos per certitudinem cognoſcere Chriſtum eſſe in nobis*: ſed ineptiſsime addit, *ſecundum intellectum, non ſecundum effectum*: quaſi Apoſtolus excitaret Chriſtianos ad examen intellectus tantum; aut Chriſtus habitaret in intellectu fidelium, & non in corde. Et Thomæ magiſter *Alex. Al. p. 3. q. 61.* paulo ante finem, hoc teſtimonio convictus, fatetur, *gratiam poſſe cognoſci*, ſed ridiculè admodum diſtinguit inter *rem & rationem gratiæ cognitæ*.

25. *Proteſt.* Eph. 3. 12. Per quem habemus fiduciam, vel audaciam, παῤῥησίαν & acceſſum in confidentia per fidem ejus.

Bellarm. *Certitudo gignit audaciam: ſed ea certitudo non eſt de juſtitia noſtra, ſed de veritate myſteriorum fidei.*

Proteſt. Apoſtolus diſerte dicit, hanc certitudinem eſſe *per fidem Chriſti*. Hanc autem fidem imputari ad juſtitiam idem Apoſtolus ubique docet.

26. *Proteſt.* Iohannes *ep. 1. cap. 3. & 4. & 5.* Fideles dicuntur cognoſcere, ſcire, & teſtimonium habere in ſe, de gratia Dei.

Bellarm. I. *Illæ voces, ſcimus, & cognoſcimus, non neceſſario includunt certitudinem fidei divinæ, dicimur enim cognoſcere ea, quæ ex ſignis & conjecturis colligimus.*

Proteſt. I. Certitudinem fidei includunt cap. 3. v. 5. *ſcitis illum patefactum eſſe, ut peccata noſtra tolleret. verſ. 16. Novimus charitatem Dei, &* cap. 4. v, 16. ſic explicat ipſe Iohannes: *cognovimus & credidimus.* II. Idem Iohannes cap. 5. v. 13. hæc duo ita conjungit: *ut ſciatis vos vitam æternam habere, & ut credatis in nomen filii Dei*, ut aperte teſtetur ſcientiam quam fideles habent de ſua ſalute, includere certitudinem fidei.

Bellarm. I. *Sententiæ illæ ſunt generales, non particulares: ſignificant enim eos tranſlatos eſſe de morte ad vitam, qui diligunt fratres, &c.*

Proteſt. Hoc quidem ſignificant, tanquam propoſitionem, ſub qua etiam diſertè aſſumunt: nos diligimus fratres, &c. unde concluſionem inferunt: ergo nos tranſlati ſumus à morte ad vitam. Iohannes loquitur de ſemetipſo cum ſui ſimilibus, qui habent teſtimonium in ſemetipſis.

Bellarm. 3. *Iohannes bona ſpe confidebat, ſe unum ex illis eſſe qui diligunt fratres.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Hoc unum ſatis oſtendit quam perdita ſit hæc Pontificiorum cauſa, quam ut tueantur, ſanctiſſimos Apoſtolos, poſt abundantiam Spiritus & omnis gratiæ in ipſos effuſam, negant potuiſſe cum certitudine reſpondere quæſtioni illi, quam Chriſtus propoſuit Petro adhuc tironi: *Simon Iona diligis me?* cui tamen Petrus jam tum (proculdubio verè) reſpondebat: *certò Domine, tu noſti, quod amem te.* Puduit Cajetanum tam abjecte de Apoſtolis, aut aliis primis Chriſtianis pronunciare. Acceperat (ait ille in Rom. 5.) Paulus, ſicut & alii Apoſtoli, & juſtificati perſeverantes in principio Eccleſiæ, Spiritum ſanctum cum tanta donorum ſupernaturalium affluentia, ut expeterentur in ſeipſis dilectionem Dei effuſam in propriis cordibus.

Bellarm. 4. Ioh. 5. 10. *non loquitur de teſtimonio noſtræ juſtificationis, ſed de teſtimonio divinitatis Chriſti.*

Proteſt. Reſpondet ipſemet Iohannes verſ. 11. *Eſt autem hoc teſtimonium, quod vitam æternam dedit nobis Deus, &c.*

27. *Proteſt.* 2. Pet. 1. Satagite, ut certam veſtram vocationem & electionem faciatis.

Bellarm. 1. *Lutherani certitudinem ſuam priorem operibus eſſe volunt, non poſteriorem.*

Proteſt. Et priorem & poſteriorem eam volumus cum Scriptura.

Bellarm. 2. *Certitudo quæ ex operibus naſcitur, non poteſt eſſe certitudo fidei.*

Proteſt. De illa, quæ tantum ex operibus naſcitur verum hoc eſt: ſed non de illa, quæ & ex operibus naſcitur, vel confirmatur.

Bellarm. 3. *Apoſtolus non tam loquitur de certitudine ex parte ſubjecti, quam ex parte objecti.*

Proteſt. Satis eſt nobis, ſi de utraque loquatur. Loqui autem Apoſtolum de certitudine ſubjecti apparet ex ſequenti teſtimonio: *hæc ſi feceritis, nunquam impingetis, &c.* Neque revera poſſumus certam reddere vocationem noſtram in ſeſe, niſi nobis eam certam reddamus: quia in vocatione ſignificatur nobis bona Dei voluntas de noſtra ſalute.

28. *Proteſt.* Sanctiſſimi viri qui in Scriptura laudantur, Abraham, David, Paulus, & alii ſimiles de gratia Dei certi fuerunt per fidem.

Bellarm. 1. *Fortaſſe peculiari revelatione certi fieri meruerunt de gratia, quam apud Dominum invenerunt.*

Proteſt. I. Per iſtiuſmodi *fortaſſe* omnia argumenta in qualibet cauſſa poſſint eludi. II. Si ex peculiari revelatione certi fuiſſent de gratia, tum (ex Pontificiorum

ſen-

ſententia) illa certitudo non fuiſſet certitudo fidei. Sic enim Bannes in 2.2. q.1. a1. dub.3. *Revelata particularibus perſonis, quamvis ſint ſupernaturalia, non pertinent ad aſſenſum fidei Catholicæ, aut virtutis Theologicæ; ſed illa tantum quæ nota ſunt Eccleſiæ & ab illa proponuntur. At vero de Abrahamo, & Davide palam eſt, quod de gratia Dei certi fuerunt per fidem.* III. Bellarm. ſine ulla certitudine, vel fidei, vel rationis, hanc revelationẽ obtendit, imo ſibimetipſi contradicens. Nam antea cap.9. negavit vel Paulum, vel Iohannem, Apoſtolos ſanctiſſimos certitudinem aliam de gratia Dei habuiſſe, quam conjecturalem. De Davide autem & Prophetis, Medina in 1.2. q.112. a.5. rectè obſervat quod eſſent conſecuti remiſſionem peccatorum, ſæpe ſæpius confidunt, & ſperant, ut legitur paſſim in Scripturis divinis, ſed hoc non ſemper eſt referendum ad divinam revelationem.

Bellarm. 2. *Scriptura dum Sanctos commendat, & eorum juſtitiam & virtutes laudat, nos certos reddit, quibus id utiliſſimum erat, potius quam illos.*

Proteſt. I. Non dicimus Scripturam omnem quæ Sanctos commendat illos jam antea defunctos de gratia Dei reddere certos Sophiſticè igitur negat Bellarm. quod affirmat, ne nihil omnino reſpondiſſe videatur. II. Cum Scriptura certos nos reddat de certitudine quam Sancti habuerunt, hoc facit, ut nos per ejuſdem fidei veſtigia incedamus, Rom.4.12.

20. *Proteſt.* Certitudo gratiæ & ſalutis nititur veritate promiſſionum Dei.

Bellarm. 1. *Promiſſiones ſunt generales.*

Proteſt. Ex propoſitione generali, aſſumtione rectè poſita, deducitur concluſio ſpecialis & propria.

Bellarm. 2. *Poſſunt quidem iſtæ promiſſiones applicari ſingulis in particulari, ſed tunc ſunt conditionatæ, non abſolutæ.*

Proteſt. Fides eſt conditio, poſita igitur fide, promiſſio particulariter applicata ceſſat eſſe conditionata, & fit abſoluta.

20. *Proteſt.* Scriptura tribuit fidei πληροφορίαν pleniſſimam certitudinem, Rom.4. Heb.10. & 11. Iac.1. ſicut & ſpei, Heb.6.

Bellarm. 1. *Remiſſio peccatorum ſive juſtificatio uniuscujuſque non pertinet ad fidem propriè dictam.*

Proteſt. Horum verborum ſonus ipſe adeo adverſatur Apoſtolicæ phraſi, ut mirum ſit eorum aſperitatem horridam non aliqua ratione fuiſſe à Bellarmino mitigatam. Quia vero hac de re antea diſputatum fuit, idcirco in præſentia ſatis eſt notare, Pontificios ad fidem propriè dictam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

dictam referre concluſiones haſce: hunc aut illum vaniſſimum Papam non poſſe errare; Concilium Tridentinum non poſſe errare propterea quod generales iſtæ propoſitiones apud illos ſunt de fide: legitimus Petri ſucceſſor non poteſt errare. Concilium legitimum à Papa approbatum non poteſt errare; cum tamen neque propoſitiones iſtæ ſint in Scriptura, neque aſſumptiones (hunc eſſe legitimum ſucceſſorem Petri, hoc Concilium eſſe legitimè congregatum) poſſint eſſe evidentes. Quam iniqui ſunt igitur in gratiam Dei, qui cum propoſitio iſta ſit in Scriptura: Quicunque credit juſtificatur; & aſſumtio (ego credo) non minus ſit evidens multis, quam quod ſint & vivant concluſionem tamen (ego ſum juſtificans) negant ad fidem pertinere?

Bellarm. 2. *Spes non ſolum non exigit, ſed nec ferre poteſt, ex parte intellectus certitudinem abſolutam. Nam quod certo ſcimus nos habiturot, non propriè ſperamus, ſed ſimpliciter exſpectamus.*

Proteſt. Vanitas hujus rationis apud Ethnicos valeret aliquid, quibus ſpes eſt incerti boni nomen; ſed apud Chriſtianos in Scriptura verſatos nullum locum habet. In Scripturis enim veteris Teſtam. ſpes & exſpectatio ne vocibus quidem diſtinguuntur; & in novo teſtamento re ipſa confunduntur. Rom. 8. 23. 24. *Adoptionem exſpectantes, nam ſpe ſervati ſumus. Si quod non cernimus ſperamus, per tolerantiam exſpectamus,* Phil. 1. 20. *Secundum intentam exſpectationem & ſpem meam.* Definitio ſpei apud *Lombard.* 3. 26. & Thomam ipſum 2. 2. *q.* 18. *a.* 4. eſt hujuſmodi: *Spes eſt certa exſpectatio futuræ beatitudinis.* De Chriſto non negant Pontificii, quin habuerit abſolutam certitudinem intellectus de gloria corporis futura dum fuit in terris; & tamen idem Thomas 3. *q.* 7. *a.* 4. non dubitat affirmare, *Chriſtum habuiſſe ſpem reſpectu immortalitatis & gloriæ corporis, quam nondum erat adeptus.*

31. *Proteſt.* Valde abſurda eſt illa doctrina, quæ perpetuam dubitationem, hæſitationem, & fluctuationem docet.

Bellarm. 1. *Nullus eſt Catholicus ſcriptor, qui doceat oportere homines perpetuo dubitare, & hæſitare de ſua cum Deo reconciliatione.*

Proteſt. I. Satis abſurditatis eſt in eo, quod doceant Pontificii, perpetuo dubitandum eſſe de perſeverantia, & electione. II. Bellarm. ipſe cap. 4. docet, *omnia in futurum ſervari incerta, de odio, & amore Dei.* de incertis autem dubitare debemus. III. Idem Bellarm. cap. 5. Iobum proponit pro exemplo, regula, & ſtatera fidelium in cognitione ſuæ juſtificationis; & de Iobo tamen affirmat,

eum

eum *dubitationem oſtendiſſe.* & cap. 6. incertitudinem remiſſionis peccatorum indicari docet illis phraſibus: *forſan ſi fortè, quis ſcit,* quæ dubitationem incertiſſimam præ ſe ferunt. & cap. 8. Nulla eſſe ſigna gratiæ contendit, niſi communia, & *fallacia*: qualia certè dubitationem non tollunt.

Bellarm. 2. *Sententia hac non tollit quidem omnem formidinem, tamen tollit omnem anxietatem & hæſitationem, & ipſam etiam dubitationem, ſi dubius dicatur, qui non audet alteri parti aſſentiri.*

Proteſt. Dubius eſt de gratia, qui non poteſt ex conſcientia gratiæ Deo gratias agere, ſed hoc nemo Pontificius poteſt, ex ſententia Bellarmini. De vocibus litigare vanum eſſet. Sed certè qui damnatus eſt mortis, neque ullam viam habet evadendi, niſi ex condonatione, ille non poteſt non eſſe anxius, donec ipſi conſtiterit de illa condonatione. Anxia res eſt de ſtatu noſtro æterno nihil ſcire.

CAPVT III.

De Certitudine Electionis.

Hæc quæſtio eſt adeo conjuncta cum antecedente de gratia, & cum altera de perſeverantia, ut ſeorſim non poſſit commodè tractari. Videndum tamen breviter quid Bellarm. adfert. Quæſtio eſt, an fidelis, abſque peculiari revelatione. ſtatuere poſſit, ac debeat, ſe eſſe ex numero electorum? Pontificii negant, nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Ex hoc ipſo, quod ignoramus, quid moveat Deum, ut hunc potius quam illum eligat, & in ejus voluntatem rem totam referre cogimur,* Rom. 11. *intelligimus, non poſſe alia via cognoſci, quem eligere, & quem non eligere voluerit, niſi per revelationem ſpecialem.*

Proteſt. Summa hujus rationis eſt: ſi non cognoſcimus cauſam, tum neque effectum; vel ſi non cognoſcimus rem per cauſam, tum non poſſumus illam per effectum notam habere. Cognoſcimus Bellarm. hoc ineptum ſophiſma tanquam primarium argumentum propoſuiſſe, ſed quid ipſum impulerit ut ſic fecerit, hoc miramur potius quam ſcimus.

2. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

2. Bellarm. *Scriptura hortatur omnes fideles ad timorem.*

Proteſt. Ad majeſtatis divinæ reverentiam, ad ſollicitam peccati cautelam, & ad iræ divinæ adverſus peccat tremorem, ſed non ad timorem rejectionis exhortatu Scriptura veros fideles; quamvis nonnullos profeſſion fideles, *qui videntur ſtare*, 1. Cor. 10. 12. hortetur ne nimi fident ſuæ profeſſioni externæ.

3. Bellarm. *Scriptura diſertis verbis docet, ſalutem pendere a conditione operum. Nemo autem certo ſtatuere poteſt, ſe facturum omnia illa bona opera quæ Chriſtus fieri jubet.*

Proteſt. Ratiocinationis hujus forma eſt planè monſtroſa. Quoad materiam, I. Prædeſtinationem ad ſalutem non pendere ex conditione operum Bellarm. ipſe probat de *grat. l.* 2. *c.* 9. 10. *&c.* II. Salus non pendet ex opetibus tanquam ex conditione fidelibus incerta. III. Sine omnibus illis operibus quæ Chriſtus jubet, poteſt fidelis miſericordia Dei ſalvari.

4. Bellarm. *Nihil affirmari debet de his quæ pendent ex ſola Dei voluntate, niſi ex manifeſta revelatione ipſius.*

Proteſt. Revelavit in Scripturis omnes qui credunt habituros vitam æternam.

Bellarm. *Nuſquam revelavit, omnes eos qui dicunt ſe credere, credere ſicut oportet.*

Proteſt. Neque dicimus nos omnes tales, vel eſſe, vel immediatè poſſe aut debere eſſe certos de electione ac ſalute ſua.

5. Bellarm. *Vtiliſſimum eſt ad humilitatem conſervandam ut non ſciatur in hac vita, quis ad numerum electorum certo pertineat.*

Proteſt. Hoc eſt religionem Dei exigere ad politicas hominum rationes.

6. Bellarm. *Si ſcirentur qui ſint prædeſtinati, reliqui omnes deſperantes de ſalute, nihil omnino boni peragere curarent.*

Proteſt. Si hæc objectiuncula quicquam facit ad propoſitum, hunc ſenſum habet: ſi fideles bene agendo poſſent certi evadere de ſua ſalute, tum alii homines bene agere nihil curarent, quod eſt ridiculum.

7. *Proteſt.* Vnicum noſtrum fundamentum hujus cauſæ proprium eſt illud Apoſtoli, Rom. 1. *quos vocavit, eos juſtificavit, & glorificavit.*

Bellarm. *Nemo ſcire poteſt quinam vocati & juſtificati ſint ſecundum propoſitum.*

Proteſt. Nemo certè unus poteſt omnes tales ſcire, ſed efficaciter vocatos poſſe ſcire ſe vocatos eſſe ſecundum propoſitum Dei nec negare auſus eſt Bellarminus, & Apoſtolus tam clare docet, ac ſi ſolis radio ſcripſiſſet, dum ad conſolationem fidelium hoc proponit, & applicat poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ſtea ad ſemetipſum, cum aliis fidelibus, ex certa & in-ncibili perſuaſione, *v.*31.32.34 37. *&* 39. Satis etiam paret ex *v.*28. omnes *diligentes Deum* eſſe etiam *vocatos undum propoſitum*, & 2.Tim.1.9. omnes vocatos *ex gratia, propoſito* etiam vocari.

CAPVT IV.

De Certitudine Perſeverantiæ Sanctorum.

uæſtio eſt, an verè fideles poſſint eſſe certi de ſua perſeverantia, Pontificii negant, Nos affirmamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. Ezech.18. *Cum averterit ſe juſtus à juſtitia ſua, &c. Quid clarius?*

Proteſt. Clarius multo & efficacius eſſet ad propoſitum, ibi ageretur de juſtitia Dei, per fidem in Chriſtum, & b illa fideles aliquando avertere ſeſe abſolute affirmareur. Sed quum de juſtitia factorum legali modo agatur, abſolutè nihil affirmetur de averſione ab illa, nihil ex llis verbis clarè concludi poteſt adverſus certitudinem erſeverantiæ.

2.Bellarm. Luc.8.13. *Qui ſuſceperant verbum cum gaudio, oſtea recedunt.*

Proteſt. In eo diſtinguuntur à vere fidelibus, qui in *orde honeſto & bono* recipiunt verbum, verſ.15. priores illi eviter afficiebantur verbo, ſed radices non *habebant* fidei eræ. verſ.13.

3. Bellarm. Ioh.5.2. *Omnem palmitem in me non ferentem ructum tollit. Palmes eſſe non poteſt qui aliquando non vixerit in vite on enim palmites aliunde inſeruntur, ſed ex vite vivi naſcuntur.*

Proteſt. Quæſtio inſtituitur de fideli qui veram & vivam fidem habet, atque adeo de palmite qui fert fructum. Alienum eſt igitur & Sophiſticum, objicere nobis palmitem qui non fert fructum. II. Nimis impudens eſt aſſertio illa Bellarm. *palmites aliunde non inſeruntur*; cum Apoſtolus Rom.11.17.24. diſertis verbis affirmet, ramos ex naturali exſectos oleaſtro præter naturam inſeri in veram oleam. III. Quod ad rem ipſam attinet, Bellarm. ipſe ſatisfacit ſuæ objectioni: ſic enim ille, De Eccleſia *milit.* lib.3. cap 9. *Dico malos non eſſe membra viva corporis Chriſti, malos non eſſe membra, niſi ſecundum quid & æquivoce,*

docet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

docet Turrecremata, ex Alex. Alen. Hugone, & Thoma : idem docent Petrus a Soto, Melchior Canus & alii, dicunt nihilominus eos eſſe in corpore, ſicut humores, pili, & aliqua quæ non ſunt membra, fideles dicuntur tales a fidei profeſſione.

4. Bellarm. Mat.24.12.13. *Refrigeſcet charitas multorum, qui autem perſeveraverit uſque ad finem, ſalvus erit.*

Proteſt. Iſti multi profeſſionem charitatis Chriſtianæ habent, ſed non charitatem & fidem electorum Dei cujus mentio fit Tit.1.1. ſicut apparet ex verſ.24. *ut ſeducant (ſi fieri poſſet) etiam electos.*

5. Bellarm. 1.Cor.9.27. *Ne fortè ipſe reprobus efficiar.*

Proteſt. Apoſtolus omni modo cavebat, ne prædicatione ſua redargueretur ſua vita. ergo, Bellarminus non dicit quid, aut quomodo.

6. Bellar. Gal.5.4 *A gratia excidiſtis, evacuati eſtis a Chriſto.*

Proteſt. Hoc eſt, illis qui juſtitiam quærunt in lege. profeſſio Chriſti non poteſt prodeſſe, Chriſtus illis nihil proderit, *verſ.2.*

7. Bellarm. 1.Tim.1.19. *Quidam circa fidem naufragarunt & 4.1. diſcedunt à fide. & 6.10. aberrant à fide.*

Proteſt. Hæc omnia dicuntur de iis qui non habuerunt *conſcientiam bonam*, & proinde nec fidem veram & vivam. Fides autem à qua diſceſſerunt, fuit doctrina fidei cui cap.4.1. opponitur *doctrina dæmoniorum.*

8. Bellarm. Hebr.6.4. *Qui illuminati guſtaverant donum cœleſte, & participes facti erant Spiritus ſancti, vere juſtificati fuerant, & tamen prolapſi ſunt.*

Proteſt. I. Apoſtolus ipſe ſatis clarè oſtendit, quod illa non ſit deſcriptio verè juſtificatorum, dum non illa, ſed aliæ declarat eſſe *ſaluti adhærentia*, ἐχόμενα σωτηρίας, verſ.9. inter quæ veram *fidem* nominat verſ.12. II. Non affirmat Apoſtolus eos de quibus loquitur eſſe prolapſos, ſed contra perſuaſus fuit, verſ.9.10.

9. Bellarm. 2.Pet.2.21.22. *Canis revertitur ad vomitum, & ſus lota ad ſuum volutabrum.*

Proteſt. Veri fideles non ſunt canes, & ſues. Hæc igitur ſunt intelligenda de hominibus non regeneratis, ſed de leviter lotis, & purgatis per profeſſionem puram.

10. Bellarm. *Angeli multi in principio à juſtitia prolabebantur. Sic etiam primi noſtri parentes.*

Proteſt. Hæc exempla nihil faciunt ad rem : quia neque Angeli, neque parentes noſtri primi fuerunt ſub gratia novi Teſt. in Chriſto per fidem juſtificati. Neque revera fuerunt juſtificati : quia non præſtiterant conditionem quam lex requirebat ad hoc ut juſtificarentur corã Deo.

11. Bellarm. *Saul juſtus erat,* 1.Sam.9.2. *& tamen non ſolum*

ſolum peccavit, ſed etiam reprobus & damnatus creditur.

Proteſt. Non conſtat Saulem unquam juſtum fuiſſe coram Deo. Ridiculus eſt Bellarm. dum juſtitiam ejus probat ex eo quod *elegans* dicatur *& ab humero ſurſum verſus altior toto populo*, 1.Sam.9.2. Iuſtitia non conſiſtit in ſtatura procera & formoſa.

12. Bellarm. *David omnium conſenſu fuit juſtus, & tamen quis negare poteſt eum a gratia & juſtitia excidiſſet: Magnitudinem enim peccati teſtatur magnitudo pœnitentiæ ejus.* Pſal.6.7.

Proteſt. Quin maximum, fuerit peccatum Davidis, nihil dubitamus. Sed tamen non fuit majus gratia Dei ſuperabundante. Cum autem peccati ejus meritum non fuit impedimento gratiæ Dei, quo minus daretur ipſi reſipiſcētia, nulla ratio cogit affirmare eum à gratia Dei penitus excidiſſe, aut etiā principio illo privatū fuiſſe, ex quo efficax humiliatio & imploratio remiſſionis profluxit.

13. Bellarm. *Salomon excidit a gratia.*

Proteſt. Quemadmodum ille qui grave deliquium animi patitur, excidit à vita.

14. Bellarm. *Petrus Lethaliter peccavit negando Chriſtum.*

Proteſt. Hoc quidem nos non negamus. Sed Bellarm. non auſus eſt dicere (quod tamen debuit ut nos feriret) Petrum planè excidiſſe a gratia. Nam de *Rom. Pontif.* l.4. c.8. docuit, *Petrum perdidiſſe confeſsionem fidei, non ipſam fidem; negaſſe Chriſtum ore, non corde.* & ejuſdem lib. c.3. dicit, *Petrum aliquid amplius habuiſſe quam donum perſeverantiæ; & (ex Auguſt. Chryſoſt. & Theophilacto) non amiſiſſe fidem qua creditur ad juſtitiam.*

15. Bellarm. *Simon Magus, & Iudas proditor fuerunt juſti.*

Proteſt. Iudas eo modo juſtus fuit, quo *fur* Ioh.12.6. *immundus* Ioh.13.10. *& diabolus* Ioh.6.70. poteſt eſſe juſtus. Simon Magus manſit in felle amariſſimo, & vinculo iniquitatis, tum cum dicitur credidiſſe, Act.8.33. De iſtiuſmodi fidelibus ac juſtis, & omnibus non radicatis in fide, certo certius eſt, eos facile denudari poſſe fide & juſtitia illa qua dealbantur. Sed notabilis hic apparet flexuoſa ſophiſtica Bellarm. qui cum antea nulla ſigna juſtitiæ adeptæ voluit agnoſcere ne quidem in Apoſtolo Paulo, Iohanne, &c. niſi communia & fallacia: jam tamen ut ſerviat ſcenæ, tenuiſſimam quamlibet profeſſionem arripit Iudæ proditoris & Simonis magi ad juſtitiam eorum certiſſimè comprobandam.

16. Bellarm. *Poterit is qui habet habitum fidei facere actum infidelitatis, At ſecundum Scripturas, qui facit actum infidelitatis, perdit etiam habitum, nam efficitur ſimpliciter infidelis, & inimicus Dei, & reus mortis æternæ. Et ex doctrina adverſariorum, per omne peccatum excutitur fides juſtificans, & effunditur ex corde Spiritus ſanctus.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Vltimum hoc quod narratur de doctrina noſtra, eſt purum putum mendacium, quod nunquam effutiviſſet Bellarminus, niſi omni præſidio veritatis in hac argutia deſtitutus. II. Sine ſumma vel ignorantia, vel impudentia, non potuit Bellarm. affirmare, *quemlibet actum infidelitatis excutere habitum fidei, efficere hominem ſimpliciter infidelem, & inimicum Dei, ſecundum Scripturas.* Riſus Saræ Gen. 18. fuit actus infidelitatis; peccatum Moſis, & Aharonis ad aquam contentionis, fuit actus infidelitatis Num. 20. 12. Zacharias Luc. 1. 20. & Thomas Apoſtolus, Ioh. 20. 25. ut nihil dicamus de Petro triplicique ejus abnegatione Chriſti, fecerunt actus infidelitatis; non tamen ſecundum Scripturas perdiderunt fidem, aut facti ſunt ſimpliciter infideles, & inimici Dei. De graviore actu infidelitatis ex tentatione valida patrato, rectius multo, & magis cum Scripturis pronunciat Cyprianus, *epiſt.* 52. *Nec putemus mortuos eſſe, ſed magis ſemianimes jacere eos, quos perſecutione funeſta ſauciatos videmus.*

17. Bellarm. *Infantes omnes per Baptiſmum verè juſtificantur, & tamen poſtea multi eorum cum adoleverint graviſſime peccant.*

Proteſt. De ſingulis infantibus baptizatis cenſendum eſt ex judicio charitatis, quod verè juſtificentur, ſed de omnibus collectivè, non poteſt hoc certo affirmari. Quicquid ſit, noſtra defenſio eſt de fidelibus adultis.

18. Bellarm. *Hæretici omnes habuerunt antea fidem quam amiſerunt.*

Proteſt. Puerilis eſt luſus iſte dum pro fide juſtificante, obtruditur imperitis profeſsio doctrinæ fidei, aut aſſenſus qui eidem præbetur.

19. Bellarm. *Si juſti non poſſunt peccare, quorſum admonitiones, &c?*

Proteſt. Quærat Bellarminus ex illo qui hoc affirmat, & ipſum roget, *quorſum admonitiones, &c.*

20. Bellarm. *Si præſens gratia & juſtificatio vera eſſe non poteſt, niſi quis certus ſit de perſeverantia, ita ut vel certo ſciat ſe nunquam lapſurum, vel ad pœnitentiam rediturum: quomodo, &c.*

Proteſt. Hoc alterum eſt figmentum Bellarmini, non noſtra ſententia. Nós non dicimus, præſentem gratiam veram eſſe non poſſe, ſine certa cognitione, vel perſeverantiæ, vel etiam ipſius præſentiæ gratiæ. Non gravatè admittimus illud de fide juſtificante, & gratia vera, quod Bannes in 2. 2. *q.* 6. *a.* 2. habet de fide ſupernaturali: *quod aliquis Catholicus, non amittendo fidem, poteſt ignorare ſe habere infuſam fidem, imo dubitare, imo judicare falſo de ſeipſo, quod ſit hæreticus. Sunt ſcrupuloſi Catholici, & ignorantes, qui ita judicant de ſe aliquando & falluntur.*

Argu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Argumenta noſtra.

Argumenta noſtra, ex parte longe maxima, ſciens prætcrit, & celat Bellarm. paucula etiam illa quæ tractat, tam jejune proponit, & tam miſerè ſolvit, ut vix ullam hic reliquerit materiam diſputandi.

21. *Proteſt.* Ioh.4.14. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Bellarm. *Fons ille ſiccari, & obſtrui poteſt.*

Proteſt. Hoc prout abſolutè dicitur, blaſphemium ſonat in Chriſtum ipſum qui eſt fons vitæ, vel in Spiritum ſanctum Ioh.7.39. Sed præterea, diſsimilitudinem illam, quam Chriſtus facit inter fontem gratiæ, & fontem aquæ corporeæ tollit. Deum enim aqua corporea non exſiccatur, ſed manet, & hauritur, ſitis amovetur. Neque revera fieri ullo modo poteſt, ut fons ſaliens in vitam æternam, ullo temporis momento exſiccetur.

22. *Proteſt.* Rom.8.35.38. &c. Quis nos ſeparabit? certus ſum.

Bellarm. I. *Senſus totius illius ſententiæ eſt, nullum eſſe terrorem, qui poßit efficere in homine, in quo ardeat charitas, ut Deum ſuum offendat, poteſt tamen amitti charitas.*

Proteſt. I. Sophiſticè reſtringuntur ſeparationis cauſæ ad *terrores.* Cum enim verſ.38. dicitur: *mihi perſuaſum eſt, neque mortem, neque vitam, &c. mors* quidem ad terrores poteſt referri, ſed *vita* nequaquam. II. Si nulli terrores poſſunt efficere, ut ille in quo ardet charitas Deum offendat, tum ne illud quidem efficere poſſunt ut charitas amittatur, illa enim amiſsione graviſsime offenditur Deus. III. Si terrores hoc nuſquam poſſunt efficere, tum neque blanditiæ aut aliæ tentationes, terrores enim in quibuſdam naturis æque ſunt efficaces, ac illecebræ ſunt in aliis.

23. *Proteſt.* 1.Ioh.3.9. Qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quoniam ſemen illius in eo manet; & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.

Bellarm. *Sententia Apoſtoli hæc eſt: qui natus eſt ex Deo non peccat, nec peccare poteſt lethaliter, dum perſeverat filius Dei.*

Proteſt. Secundum hanc interpretationem, regeneratio non magis pugnaret cum peccato, quam ſomnus naturalis. Pontificii enim negant, quenquam dormientem lethaliter peccare, quia peccatum ſtatuunt veniale eſſe, inter alias cauſas ex imperfectione actus, cum ferimur in illicitum, ſed non cum pleno uſu rationis. Filincius tract.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

tract.21. n.242. Amplius multo eſt , quod indicatur 1.Ioh. cap.2. verſ.19. *Si fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum.* & Ier.32.40. *Indam reverentiam mei animo ipſorum , ut non recedant a me.* Sed hujuſmodi teſtimonia Bellar. tutiſſimum videbatur ſilentio præterire.

CAPVT V.

De Diſcrimine Legis & Euangelii.

Fundamenta quædam jacturus Bellarm. doctrinæ Pontificiæ de juſtitia operum quam actualem appellat, non minus calumnioſe quam inſidioſe diſſerit primo de lege, Euangelio , libertate Chriſtiana, & operum neceſſitate, de quibus tamen, quia nullius controverſiæ ſtatum rectè formavit, non poſſumus nos aliter diſputare, quam animadverſiones noſtras apponendo iis quæ ab ipſo proferuntur, & ſunt alicujus momenti.

THESIS I.

BEllarm. *Euangelium duobus modis accipi poteſt : Vno modo, pro doctrina, quam Chriſtus & Apoſtoli prædicarunt, & in libris Euangeliſtarum, aliiſque Apoſtolorum ſcriptis continetur. Alio modo pro gratia novi Teſtamenti, quæ & lex ſcripta in corde & ſpiritus vivificans, & lex fidei dici ſolet. Quamvis (ut verum fatear) nomen Euangelii non videatur in Scripturis uſquam accipi, niſi priore modo, id eſt, pro doctrina.*

Proteſt. I. Illud imprimis obſervandum, de Euangelio, quoad nominis qualemcunque uſum aut accommodationem, hic non agi, ſed prout in ordine ad juſtificationem, & ſalutem, deſcribitur à Paulo Rom.1.17.18. *potentia Dei ad ſalutem cuivis credenti , juſtitiam Dei revelans ex fide in fidem.* cujus limitationis cum Bellarmino nullam habuit rationem , non mirum eſt ſi omnia confundit. II. In primo illo modo, quo ſolo Euangelium in Scripturis accipi dicit Bellarminus , non uno modo peccat. Nam primo Scriptura ubique nobis declarat doctrinam Euangelii vel per ſubjectum ejus, ut cum dicitur *Euangelium Filii Dei, Chriſti, regni, ſalutis, & gratiæ* ; vel per effecta & fructus ejus, quorum reſpectu, dicitur *Euangelium ſalutis, vitæ, reconciliationis, pacis, & gloriæ.* Bellarminus autem in ſua deſcriptione auctorum tantum, & librorum meminit in quibus Euangelium continetur. Secundo, male reſtringitur doctrina Euangelii ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorum , ac libros novi Teſtamenti, Eadem enim doctrina

octrina quoad eſſentiam fuit ab initio prædicata, & in bris etiam veteris Teſtamenti continetur: ſicut Apo-toli ubique docent, ac demonſtrant. Paulus etiam Gal. .8. diſertis verbis teſtatur Scripturam veteris Teſta-nenti, in primo ipſo libro Geneſeos, *euangelizaſſe*, & verſ. 7. Euangelium illud appellat *pactionem & promiſsionem*, quæ uit annis quadragintis & triginta lege antiquior. III. In ecundo ſenſu, illud inprimis notandum, Scholaſticos mnes (*Magiſtros noſtros magnos*) uno ſpiritu, à Bellarm. rroris argui, & refutari. Omnes enim & ſinguli Euange-ium appellant *legem novam*, *legem euangelicam*, quam etiam *rincipaliter* dicunt *inditam in corde*, *ſecundario vero ſcriptam in bro. Thom.* 1.2. *quæſt.* 106. *a.* 1. Notandum ſecundo, tam cholaſticos, quam Bellarm. gratiam novi Teſtamen-i admodum abſurde reſtringere ad dona Dei nobis in-hærentia, cum proprie & paſsim ſignificet gratuitam Dei miſericordiam. IV. Non debent ſeparari, ſed conjun-gi iſta duo, ad veram notionem Euangelii explicandam, ta ut ſit *doctrina gratiæ*, electionis nempe, vocationis, juſti-ficationis. adoptionis, ſanctificationis, & glorificationis noſtræ in Chriſto Ieſu, præcipuè qua ſuo adventu perfe-cit illa omnia quæ ad hujus gratiæ communicationem requiruntur.

2. Bellarm. *Nos contendimus in Euangelio contineri leges pro-riè dictas, comminationes, & promiſsiones cum conditione obedientiæ.*

Proteſt. I. In libris novi teſtamenti hæc omnia conti-neri, nulla cauſa eſt cur magnopere contendatis, quia ne-minem habetis contraſentientem. Sed Thomas ipſe 1.2. q. 106. *a.* 1. & 2. (ſi ſenſus ejus de *gratia* modo jam dicto corrigatur) bene obſervat, *unamquamque rem illud eſſe videri, quod in ea potiſsimum eſt; potiſsimum autem & principale in novo te-ſtamento eſſe gratiam, cætera in eo contineri ſecundario, vel ſicut di-ſpoſitiva ad gratiam, vel ſicut ordinativa ad uſum hujus gratiæ.* II. Lex propriè dicta præcipue conſiſtit in opere præ-ſcribendo, & obedientia exigenda. Quamvis autem in no-vo Teſtamento quædam præſcribantur, tamen non tam ut opera quam ut media gratiæ a Chriſto inſtituta præ-ſcribuntur. Opera alia (quæ non ſunt inſtituta) in novo Teſtamento explicantur, determinantur ac urgentur, ſed non ibi primo præſcribuntur. III. Comminationes & terrores qui in novo Teſtamento occurrunt, non magis ſunt partes Euangelii, quam pars eſt medicinæ, quod me-dicus indicet mortem ſecuturam ex medelæ neglectu. IV. Promiſsiones cum conditione obedientiæ ut cauſæ juris quod habemus ad rem promiſſam, ſunt propriæ le-gis; ſed promiſsiones cum conditione obedientiæ, ut

 adjuncti,

adjuncti, aut effecti rei promiſſæ, vel donationis ejus, locum ſuum habent in benigniſſimæ gratiæ regno ubi meritis noſtris nullus habetur locus.

3. Bellarm. *Illud primo intereſt inter Legem, & Euangelium, quod inter doctrinam inchoatam, & perfectam: continetur enim Euangelium in lege, ut arbor in ſemine.*

Proteſt. I. Hæc non eſt differentia inter legem factorum, & legem fidei, vel legem & promiſſionem aut Euangelium, ſed inter libros veteris Teſtam. qui tam fidem promiſſionis, quam facta continent, & libros novi Teſtamenti, qui eadē proponunt modo præſtantiore. II. Doctrina illa quæ in libris veteris Teſtamenti, ad doctrinam novi de iiſdem rebus traditam comparata. non eſt imperfecta, niſi (ut *Alex. Alen. p.* 3. *q.* 56. obſervat) *ſecundum formam editionis. Novum teſtamentum non addit veteri, quantum ad ſenſum; per innovationem ſed tantum per elucidationem vel manifeſtationem. Additio iſta eſt ſicut expliciti ad implicitum, revelati ad velatum, & determinati ad indeterminatum.* II. Talis differentia (quamvis non eodem gradu) obſervari poteſt inter libros Moſis, & conciones Prophetarum; inter Euangeliſtas, & epiſtolas Pauli. Hoc igitur quod Bellarm. vult præcipuum eſſe diſcrimen inter legem & Euangelium, neque rem attingit, neque noſtram cauſam ullo modo lædit.

4. Bellarm. *Alterum diſcrimen eſt, quod lex per Moſem data ſit, qui legiſlator tantum fuit; Euangelium per Chriſtum, qui non fuit ſolum legiſlator, ſed etiam Redemptor. Proinde lex venit ſola in doctrina ſola; Euangelium non ſolum in doctrina, ſed cum gratia juſtitiam diligendi, & odio habendi iniquitatem.*

Proteſt. Hoc unum diſcrimen eſſe non negamus: ſed neque præcipuum eſt, ſicut apparet Rom. 10. 5. 6. Gal. 3. 11. 12. neque recte a Bellarm. explicatur, neque denique adverſus noſtram cauſam facit quidquam. Hoc idem ſatis eſt monuiſſe de reliquis differentiis quas ex his duabus Bellarm. derivat.

5. Bellarm. *Adverſarii in eo ponunt Chriſtianam libertatem, ut nulli legi ſubjecti ſint in conſcientia & coram Deo, &c.*

Proteſt. Tam atrox eſt iſta licentia calumniandi, ut auctor ejus in teſtimonio nullam rationem habuiſſe videatur legis, & conſcientiæ ſuæ coram Deo. Nos enim agnoſcimus, omnes Chriſtianos ſubjectos eſſe regulæ ac directioni, imperio & obligationi legis moralis, & omnis mandati divini officium aliquod nobis imponentis; ſed vere fideles liberos nihilominus eſſe credimus à juſtificatione per legem quærenda, a condemnatione ejus expectanda ab exactionis ejus rigore ac terrore; & hæc

libertas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

ibertas illa eſt quam Pontificii, ex juſtitiæ ſuæ præ-ſumptione, & intolerabili gratiæ contemptu, recuſant oblatam.

CAPVT VI.

De Neceſſitate Operum ad Salutem.

BEllarm. 1. *Adverſarii in eo conveniunt, ut opera bona non ſint neceſſaria ad ſalutem, niſi neceßitate præſentiæ, ita ut non habeant ullam relationem ad ſalutem, quaſi ſint merita, cauſæ, conditiones, &c. Nos contra dicimus opera bona homini juſto eſſe neceſſaria ad ſalutem, etiam ratione efficientiæ, quoniam efficiunt ſalutem.*

Proteſt. Nos non negamus bona opera ullam relationem ad ſalutem habere, habent enim relationem adjuncti conſequentis, & effecti ad ſalutem (ut loquuntur) adeptam, & adjuncti antecedentis, ac diſponentis ad ſalutem adipiſcendam, atque etiam argumenti confirmantis fiduciam ac ſpem ſalutis: ſed negamus ulla opera noſtra cauſam eſſe poſſe meritoriam juſtificationis ac ſalutis.

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. *Si promißio vitæ æternæ eſt conditionata, certè neceſſarium eſt implere conditionem, ſi quis ſalvus fieri velit. Sed verum prius. Ergo.*

Proteſt. I. Concluſio à nobis conceditur ſano ſenſu: ſed hoc nihil pertinet ad neceſſariam efficientiam operum, reſpectu ſalutis. Aliæ enim ſunt conditiones, præter cauſas efficientes, & alia eſt neceſſitas, præter cauſæ efficientis. II. Promiſſio vitæ æternæ in ſeſe non ſuſpenditur ex operibus, tanquam ex conditione vitam efficiente, ſed victuros notante.

3. Bellarm. *Si juſtus non eſt liber ab obligatione divinæ legis, certè niſi eam impleat non ſalvabitur. Sed verum prius. Ergo.*

Proteſt. I. Conſequentia nulla eſt. Eadem enim ratione concludere licet neminem ſalvari poſſe, qui vel minimum peccatum (ut Pontificii vocant) veniale admittit: talis namque legem non implet. II. Iuſtus, quamvis non ſit liber ab omni obligatione divinæ legis, eſt tamen liber ab obligatione ad illam obedientiam cui imputaretur juſtitia, & vita deberetur.

4. Bellarm. Heb. 10. 36. *Patientia dicitur neceſſaria, ut reportemus promißionem, id eſt, in relatione ad ſalutem. Patientia vero eſt opus quoddam, & actus virtutis a fide diſtinctum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Concedimus relationem operum ad ſalutem, ſed non efficientem meritoriam. II. Patientia in illo loco nihil aliud eſt quam fortitudo & conſtantia fidei & fiduciæ, ſicut ex contextu liquido apparet.

5. Bellarm. 1. Tim. 2. 14. 15. *Perſeverantia in dilectione & ſanctificatione ponitur neceſſaria ad ſalutem, ſine qua mulier ſalvari non poteſt.*

Proteſt. Quid hoc ad efficientiam, quod in via ſalutis ingredi teneamur?

6. Bellarm. Phil. 2. 12. *Salutem veſtram operamini. Hic fit mentio efficientiæ.*

Proteſt. Nulla fit mentio efficientiæ operum, ſed operantium. Hæc autem efficientia eorum dirigitur & refertur ad ſalutem, ut medium adminiſtrans, non ut cauſa meritoria.

7. Bellarm. 2. Cor. 7. 10. *Triſtitia operatur pœnitentiam in ſalutem ſtabilem. Pœnitentia igitur efficit ſalutem ſtabilem.*

Proteſt. Conſequentia nulla eſt, niſi omnia illa quæ ſunt *in ſalutem*, eandem efficiant ut cauſæ meritoriæ.

8. Bellar. 2. Cor. 4. 17. *Patientia tribulationis operatur pondus æternæ gloriæ.*

Proteſt. Operatur ut medium adminiſtrans, eo tendens, ſed non ut cauſa meritoria.

3. Bellarm. Rom. 8. 13. *Si facta carnis mortificetis, vivetis.*

Proteſt. Mortificatio igitur eſt conditio ad vitam, quis negat?

13. Bellarm. Rom. 8. 17. *Exiſtimo enim, quod non ſint condigna paßiones hujus temporis ad futuram gloriam. Iſta collatio manifeſte declarat eſſe aliquam vim in opere patientiæ, ad acquirendam illam gloriam.*

Proteſt. I. Negatio iſta paritatis manifeſtè declarat nullam tali operi vim cauſæ meritoriæ ineſſe. II. Collatio illa nullam aliam vim declarat, quam quæ eſt in omni via, ad ſuum finem.

11. Bellarm. Rom. 10. 10. *Ore fit confeßio ad ſalutem. Videmus hoc loco non ſufficere fidem ad ſalutem, quæ vera & integra in corde eſſe non poteſt, niſi acceſſerit etiam externa confeßio.*

Proteſt. I. Hoc ipſum eſt, quod nos adverſus Pontificios, tuemur: fidem veram, & integram non poſſe ab operibus ſeparari; cujus contrarium Bellarm. magno conatu probatum ivit de *juſtif. lib. 1. cap. 15.* II. Cum juſtitia quæ jus adfert ſalutis in hoc ipſo loco fidei tribuatur, & confeſſio Bellarmini ipſo fatente neceſſario fidem conſequatur, ac illa ratione dicatur fieri in ſalutem, ſequitur neceſſario ſalutem in ſolidum ex fide pendere.

12. Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

12. Bellarm. Mat. 25. 35. *Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c. Hæc reddita ratio luculenter oſtendit, opera bona eſſe aliquo modo cauſam æternæ ſalutis.*

Proteſt. I. Non ſatis eſt ad meritoriam efficientiam, ſi opera ſint *aliquo modo* cauſa ſalutis. II. Redditio rationis non ſemper cauſam oſtendit. Redditur aliqua ratio, ſed non oſtenditur cauſa miſericordiæ, 1. Tim. 1. 13. *mei miſertus eſt: nam ignorans faciebam.* III. Cauſa ſalutis luculenter indicatur verbis antecedentibus. *benedicti, hæreditario jure poßidete vobis paratum regnum.* Convenientia tantum & congruitas in ſequenti ratione notatur, inter opera & præmia fidelium. Congruit enim miſericordiæ & benignitate Chriſti, ut benè illis faceret, qui ipſius nomine aliis benè fecerunt.

13. Bellarm. *Si fides ſola ſalvaret, ſequeretur fidem ſalvare poſſe, etiam ſi careret omni bono opere, & conjuncta eſſet omnibus vitiis & peccatis. Hoc autem conſequens eſt manifeſte falſum. Ergo.*

Proteſt. Non conſequens tantum, ſed & conſequentia eſt manifeſte falſa: quia ſupponere fidem vivam conjunctam omnibus vitiis & peccatis, eſt fingere fidem ſimul vivam & mortuam, & ſupponere hominem, cum omnibus vitiis & peccatis ſalvatum, eſt fingere hominem cum perditione ſalvari. Didymus Alex. Hieronymi præceptor jam olim reſpondit. *Notandum ſcil. quia cum fides mortua ſit præter opera, jam neque fides eſt, nam neque homo mortuus homo eſt. in* Iac. cap. 2.

CAPVT VII.

DE OBSERVATIONE LEGIS.

THESIS I.

Bellarm. *Hæretici docent, legem divinam eſſe plane impoßibilem homini, etiam juſto. Catholici docent, legem Dei juſtis hominibus abſolutè eſſe poßibilem, per auxilium gratiæ Dei, & ſpiritum fidei, & caritatis, in ipſa juſtificatione nobis infuſum.*

Proteſt. Nos non docemus, legem eſſe plane impoſſibilem homini, Adamo puta, antè lapſum, & poſtea Chriſto, nec non iis qui in Chriſto perfectè ſanctificantur; ſed de aliis qui inchoatam tantum ſanctificationem habent, ex ordinaria gratiæ in iſta vita diſpenſatione, ut legem divinam exactè & perfectè obſervent, nos dicimus hoc fieri non poſſe; Pontificii autem *facilè, & parvo negotio* fieri poſſe: hæc enim ſunt verba Bellarm. cap. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Argumenta Bellarmini.

2. Bellarm. Mat.11.29. 1.Ioh.3.5. *Iugum meum ſuave eſt, & onus meum leve. Mandata ejus gravia non ſunt. Hæc verba indicant legem Dei eſſe jugum quod facile portatur, & mandata ejus parvo negotio cuſtodiri.*

Proteſt. De lege Dei ſimpliciter, ejuſque totius obſervatione perfecta, nihil omnino illis verbis dicitur, aut judicatur, ſed de Euangelio, id eſt, fide & obedientia nova. Onus hoc eſt non onerans, ſed allevians, ſicut ala in ave. Neque tamen tam *facile & parvo negotio* quam Bellarminus imaginatur, ſuſcipitur, & ſuſtinetur, ſed ſuſceptum & portatum (quicquid ſit de carne contra pugnante) ſpiritui adfert ſuavem delectationem, quatenus per fidem vicit mundum, & carnem.

3. Bellarm. *Mandata ſervantur ab eis qui diligunt*, Ioh.14.23. Rom.15.8. Gal.5.14.

Proteſt. Servantur virtualiter perfecte, ſed actualiter tantum imperfecte: alias omnes & ſinguli viri fideles perfecte legem adimplerent: omnes enim diligunt: & ſic nullus verus fidelis verè poſſet orare; *dimitte nobis debita noſtra.*

Bellarm. *Nos fatemur dilectionem in hac vita imperfectam eſſe; tamen non poſſe eſſe etiam tam perfectam ut præcepto adimplendo ſufficiat, omnino negamus.*

Proteſt. Secundum Pontificios minimum quodque ſufficit præceptis Dei adimplendis: ſic Bannes in 2.2. *q*.44. *a*.5. *quilibet actus charitatis quantumlibet remiſſus, ſufficit ad implendum omnia præcepta.* Sed obſervationem imperfectam, adimpletionem eſſe legis perfectæ, quis niſi inſanus affirmaret?

4. Bellarm. *Scripturæ docent aliquos ſervaſſe mandata, de dilectione ex toto corde & de non concupiſcendo; ut Davidem, Ioſiam, Aſam, Apoſtolos, Zachariam, Elizabetham, &c.*

Proteſt. Obſervarunt mandata propoſito & conatu, non omnimodo effectu; quoad eſſentiam, non quoad complementũ; quoad qualitatẽ ſynceritatis, non quoad quantitatem vel intentionis, vel extenſionis. Pſalmi ſatis hoc teſtãtur ubiq; de Davide, & de cæteris omnibus in ipſo. Sic olim hac de re Pelagianis fuit reſponſum. Auguſt. contra Pelag. & Celeſt. l.1. c.48. *Dictum eſt, quantum mihi videtur, ſecundum quandam inter homines converſationem probabilem, atque laudabilem, quam nullus hominum juſte poſſit in accuſationis, & criminationis querelam vocare. Quam propterea in conſpectu Dei habuiſſe referuntur, quia in ea homines nulla diſſimulatione fallebant, ſed ut appare-*

apparebant hominibus, ita erant noti oculis Dei. Auctor etiam tractatus de jejun. & tent. Chriſti qui eſt inter opera Cypr. *Fuerant ante Chriſtum viri inſignes, Propheta, Sacerdotes, ſed in peccatis concepti, & nati, nec originali, nec perſonali caruere delicto, & inventa eſt in omnibus vel ignorantia, vel inſufficientia, in quibus erronei peccaverunt, & eguerunt miſericordia Dei, per quam edocti, & reſtituti, gratias egerunt Deo, & ad plenitudenem juſtitia, multum ſibi deeſſe confeßi ſunt, & ſperantes in Deo, nullam ſibi ſoliditatem attribuere praſumpſerunt.*

5. Bellarm. *Poteſt homo facere plus quam Deus pracipiat: igitur multo magis poteſt implere praceptum.*

Proteſt. Tantundem eſt, ac ſi dixiſſet Bellarm. poſſunt Pontificii in una præſumtione plane inſanire: ergo multo magis poſſunt in altera delirare. Neque tamen ſequitur, ſi poteſt quis quoad materiam facti plus facere quam præcipitur; ergo poteſt quoad modum agendi, & omnium circumſtantiarum ratione, præceptum implere.

6. Bellarm. *Si pracepta eſſent impoßibilia, neminem obligarent.*

Proteſt. I. Hæc argutia non magis probat legem eſſe poſſibilem fidelibus quam infidelibus, juſtis quam injuſtis. II. Obligatio non tollitur per impoſſibilitatem ex noſtra culpa emanentem.

7. Bellarm. *Si lex Domini eſſet impoßibilis, ſequeretur, Deum ab ipſis etiam amicis tributum exigere, quod nemo ſolvere poßit; quod eſt crudelis & ſtulti tyranni.*

Proteſt. Sequitur ingentem eſſe gratiam & miſericordiam Dei, qua fit quod fideles non minus acceptos habet, quam ſi perfecte legem obſervaſſent, quam tamen non poſſunt obſervare. Hæc eſt collectio Apoſtolica, quæ blaſphemiæ Bellarm. e regione adverſatur.

8. Bellarm. *Si lex impleri non poteſt, tum juſtificatio legis nunquam impletur in nobis, contra* Rom. 8. 4. *Nec fit unquam voluntas Dei in terra, ſicut in cœlo, contra orat. Dom. Nec unquam verè obedimus Chriſto, contra* Heb. 5. 9.

Proteſt. Hæc omnia laborant illo morbo qui vocari ſolet, *non ſequitur.* Iuſtificatio, vel jus legis in nobis eodem modo impletur, quo peccatum damnatum aboletur: Cajet. autem in Rom. 8. bene obſervat, *peccatum damnari, quatenus judicialiter addicitur damno, vel extinctioni: ſed extinctio non perficitur in hac vita.* Voluntas Dei à fidelibus fit in terris ſicut ab Angelis in cælis, non quoad gradum vel quantitatem niſi voto & conatu (nec Bellarminus unquam in conſcientia ſua ſe ac ſuos pares Angelis judicavit) ſed quoad qualitatem ſynceritatis. Obedientia omnis *vera* non eſt perfecta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

9. Bellarm. *Omnes vere juſtificati Spiritum ſanctum habent. At Spiritus ſanctus fructus ſuos profert. Qui vero hos fructus habet, non accuſatur a lege, quippe qui eam non prævaricatur, ſed implet,* Gal.5.23. *Ergo, de primo ad ultimum, qui eſt juſtificatus legem omnino implet.*

Proteſt. Primum & ultimum hujus ſophiſmatis ſpeciem omnem quam habet mutuatur à depravatione illorum verborum Apoſtoli Gal.5.23. (*adverſus hujuſmodi non eſt lex*) quaſi lex nihil haberet in quo accuſet juſtificatos, cum tamen clarum ſit Apoſtolum nihil aliud velle, quam tales exemtos eſſe, & liberatos à condemnatione legis, non quia legem omnino implent, ſed quia in Chriſto redemti adoptionem acceperunt. Gal.4 5.

10. Bellarm. 1.Ioh.3.9. *Qui ex Deo nati ſunt, non peccant, nec poſſunt peccare.*

Proteſt. Ad iſtam Pelagianam objectionem reſpondet ipſemet Bellar. de amiſſ. gratiæ, lib.1. cap.6.1. *ex Auguſtino. juſtos ut filios Dei non peccare, ſed ut filios hujus ſeculi, ratione infirmitatis nondum omnino ſublata, aliquando labi.* 2. (*& rectius*) *ex Bernardo: filios Dei non peccare, ita ut in peccato permaneant.*

Argumenta noſtra.

11. *Proteſt.* Act.15.10. Lex Moſis dicitur jugum importabile.

Bellarm. 1. *Non loquitur ibi Petrus niſi de lege cæremoniali.*

Proteſt. Sit ita; valet tamen ratio, à minore ad majus. Lex enim moralis eſt gravior cæremoniali.

Bellarm. 2. *Lex cæremonialis non debet comparari cum morali præciſe, ſed lex cæremonialis adjuncta morali, conferri debet cum ipſa morali, remota cæremoniali. Non enim lex cæremonialis dicitur jugum importabile, quia ſola ipſa ſit importabilis, ſed quoniam adjuncta lege morali, auget vehementer onus, & fit jugum fere importabile homini jam onerato lege morali.*

Proteſt. I. Primum deliquium hujus reſponſi eſt, quod perimat illud cui ſuffulciendo adhibetur. Dixerat Bellar. Non loqui Petrum niſi de lege cæremoniali. Hoc ut defendat, dicit Petrum loqui de lege cæremoniali, non præciſe, ſed conjunctim, vel copulate, una cum morali. II. Secundum eſt, quod non audeat negare, moralem legem graviorem eſſe cæremoniali, & proinde, concedat partem graviſſimam oneris legalis imponi etiam Chriſtianis. III. Quod evertat planè primariam Bellarm. defenſionem: *legem Dei moralem facile & parvo negotio cuſtodiri cap.*11. Si enim lex cæremonialis non ſit gravior morali, & moralis ſit facilis; tum cæremonialis adjuncta morali non poteſt eſſe jugum graviſſimum & importabile.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Contradictio etiam aperta eſt inter illa duo : *lex moralis facile portatur, homo oneratur onere legis moralis.*

12. *Proteſt.* Gal. 3.10. Apoſtolus texit hujuſmodi argumentum : Scriptum eſt : maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis. Ergo qui ex operibus legis juſtificationem quærunt, ſunt maledicti. Hujus autem conſequentiæ nulla alia poteſt eſſe ratio, quam quod nemo poſſit permanere in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis.

Bell. 1. *Argumentum Apoſtolicum eſt hoc. Maledictus eſt omnis qui non ſervat totam legem. At nemo poteſt ſuis viribus, ſine fide & gratia totam legem ſervare. Igitur maledicti ſunt omnes qui ſuis viribus ſine fide & gratia totam legem ſervare, & eo modo juſtificari quærunt.*

Proteſt. I. Hæc eſt nova gloſſa quæ tempore Thomæ Aquinatis fuit ignota. Sic enim in hunc locum ex gloſſa ille. *Nullus poteſt legem ſervare hoc modo quo lex præcipit* Deut. 28. *Implere totam legem eſt impoſsibile.* Act. 15. *Moyſes multa præcepit, quæ nullus implere potuit ad domandam Iudæorum ſuperbiam, dicentium : non deeſt qui impleat, ſed deeſt, qui jubeat.* II. Injurius eſt Bellarminus non tantum in Apoſtolum ſed etiam in Spiritum ipſum ſanctum, dum argumentationem tribuit ipſi Galatas corrigenti, quæ nihil ad ipſos pertinebat. Non enim eſt credibile, tales Chriſtianos quales Galatæ ab Apoſtolo prædicantur, quæſiviſſe juſtificationem & ſalutem ſine fide & gratia. III. Secundum interpretationem Bellarm. cap. 6. Apoſtolus hoc in loco agit de lege cæremoniali, quæ eſt ſublata planè, non cum fide & gratia obſervanda.

Bellarm. 2. *Paulus in epiſtola ad Rom. & ad Galatas duos errores Iudaizantium refellit. Primus erat, ſervandam eſſe legem cæremoniarum. Alter erat ideo ſervandam eſſe, quoniam obſervatio illa neceſſario eſſet præparatio ad fidem & gratiam Chriſti, & ideo poſſent ac deberent omnes ſervare legem, & juſtificari, ut digni eſſent Euangelio, & promiſsis Chriſti. Contra poſteriorem errorem, Apoſtolus dicit, ex operibus legis, ſine fide, nullam poſſe eſſe juſtitiam, &c. loquens de omni lege, non tantum cæremoniali, ſed etiam morali.*

Proteſt. I. Perquam futiliter duos errores fingit Bellar. ubi ſententia eſt una: legem ſcil. eſſe ſervandam ad juſtificationem. II. Magis tamen coactum & monſtroſum eſt, quod fingat, obſervationem & juſtificationem legis habitam fuiſſe pro neceſſaria præparatione ad Euangelium, fidem, & gratiam. Nemo unquam fuit adeo inſanus, ut juſtificationem, legis præparationem faceret ad Euangelii juſtificationem, id eſt, omnimodam innocentiam, ad remiſſionem peccatorum. III. In Galatis hoc minimè omnium locum potuit habere : quippe qui non

præparationem quærebant ad Euangelium, cujus diu an-tea fuerant participes facti, ſed ejus potius complemen-tum, ut Papiſtæ.

13. *Proteſt.* Rom. 7. 18. Velle adjacet mihi, perficer autem non invenio.

Bellarm. *Loquitur Apoſtolus de actu concupiſcendi, ſine con-ſenſu, quod non eſt peccatum.*

Proteſt. Manifeſtum eſt ex verſ. 22. & 23. loqui Apo-ſtolum de *lege Dei*, quam voluit perficere, ſed non potuit quia captivus aliquo modo fuit contrariæ *legi peccati.*

14. *Proteſt.* Iac. 3. 2. Ioh. 1. 1. Nemo eſt ſine peccato Bellarm. *Peccata venialia, ſine quibus non vivimus, non ſun peccata ſimpliciter, ſed imperfecte, & ſecundum quid, neque contra le-gem, ſed præter legem. Hæc eſt ſolida reſponſio. Qui concedunt peccatum veniale eſſe proprie contra legem, ut Vega l. 11. in Concil. c. 20. non tam facile ſe expediunt.*

Proteſt. Non Vega ſolus, ſed Durandus, Cajet. Major una cum Azorio ipſo, lib. 4. c. 8. fuerunt in hac ſententia & omnes intelligentes, niſi animos obſtinaverint adver-ſus veritatem, facilè concedent, facere illud quod le dicit, *non facies*, eſſe directè contra legem.

CAPVT VIII.

De operum bonorum imperfectione.

Quæſtionem iſtam ſic proponit Bellarm. quaſi opera bo-na (ſecundum noſtram ſententiam) ex natura ſua eſ-ſent *peccata mortalia*, quod eſt falſiſſimum; ſed ipſeme in concluſione primi argumenti, ſatis oſtendit non ignotum ſibi fuiſſe quid hac in re doceamus: opera ſcil. bona juſtorum, dum adhuc ſunt in ſtatu imper-fectionis, eſſe imperfecta, & in ſeſe *peccato maculata.* Hoc illud eſt quod in iſta cauſa nos affirmamus, & Bellar. negat.

Argumenta Bellarmini.

BEllarm. Iob. 1. 22. & 2. 3. 20. *Patientia Iob non fuit ull peccato maculata.*

Proteſt. I. Teſtimonium quod ibi perhibetur Iobo, in-dicat, eum necdum ex infirmitate peccaſſe eo modo quo paulò poſt, cum *aperiens os ſuum maledixit diei ſuo.* ſed non ſignificat patientiam ejus nulla omnino imperfectione laboraſſe.

Bellarm. *Si Iob peccaſſet, Deus ipſe quodammodo à Satana ſupe-ratus fuiſſet.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Aſſumit autem ipſa Scriptura: *poſtea aperiens Iob os ſuum, maledixit diei ſuo,* id eſt, peccavit. An igitur admittenda blaſphemia illa Bellarmini? nequaquam. Non enim quæſtio fuit inter Deum & Satanam, an Iob eſſet abſolute perfectus, & ab omni delicto immunis, ſed annon ſyncere pius eſſet, ita ut nullam ob cauſam malediċturus eſſet Deo.

2. Bellarm. David Pſal.7.9. & 6.1. & 18.21. & 26.1. & 119.121. *Non ſolum opera ſua juſtitiæ nomine ornanda cenſebat, ſed etiam confidebat ea in judicio Dei poſſe conſiſtere.*

Proteſt. Contarenus Cardinalis jure merito dicit hanc objectionem eſſe hominis ſimplicis, *ad pauca reſpicientis.* Sic enim in tract. de Iuſtifi. de verbis illis quæ adducuntur ex Pſ.18. (& eadem opera de ſimilibus cunctis) reſpondet: *Ecce quam clarè (inquiunt hi qui ad pauca reſpiciunt) quod David innititur ſuæ juſtitiæ, & innocentiæ ſuæ. Certe ſi David ea intellexiſſet, quæ hi intelligunt, ita quod propterea putaſſet ſe juſtificatum coram Deo, non tantum hæc quæ dicit eſſent dicta arroganter & ſuperbe, ac propterea magis reprehendenda, quam oratio Phariſæi in Evangelio qui longè minora de ſe dicit, ſed eſſent mera mendacia &c. Idcirco omnia quæ dicuntur in eo Pſalmo, ad hoſtes ejus ſunt dirigenda, id eſt, ad ejus bene merita, & ad omnia ejus opera erga ipſos, non autem ad ſuam juſtitiam inhærentem ipſi coram Deo, & in conſpectu oculorum ejus. Hæc ſententia plana eſt, in qua nullus hærere poteſt.*

3. Bellarm. Mat.6.22. Luc.11.14. *Oculus ſimplex, eſt intentio recta, corpus lucidum, eſt opus bonum. Tale autem opus pronunciat Dominus eſſe lucidum totum, nec ullam habere partem tenebrarum.*

Proteſt. I. Ergo quid? Tale aliquod opus poteſt eſſe totum lucidum, quamvis nullum opus viatoris exiſtat expers omnium tenebrarum. II. Oculus ſimplex non eſt intentio recta, ſed mentis lumen purum. Neque eſt corpus lucidum opus bonum, ſed (ut Cajet. obſervat) *congeries operationum luce dignarum.* III. Dicitur hoc corpus nullam habere partem tenebrarum, quia in omni opere lucem præeuntem ſequitur: poteſt tamen aliquid tenebrarum, immiſcere ſeſe huic luci. Luna eſt tota lucida in plenilunio, in qua tamen non nihil opaci obſervatur.

4. Bellarm. 1.Cor.3.12. *Quædam ſunt opera, ut aurum, argentum, lapides pretioſi, quæ nihil omnino habent vitii.*

Proteſt. I. Hæc objectio eſt plane aliena, teſte ipſomet Bellarm. de *Purgat.* lib.1.c 5. *Nomine auri, argenti, & lapidum pretioſorum intelligitur doctrina utilis, & ſalutaris aliorum prædicatorum, qui eos docent, qui jam fidem receperunt.* II. Aurum ipſum non ſemper eſt plane obryzum.

5. Bell. Iacob.3.2. *In multis offendimus omnes; non dixit, in omnibus offendimus omnes.*

Proteſt. In multis notabiliter, non in omnibus.

6. Bellarm. *Scriptura hortatur hominem ad non peccandum, poteſt igitur non peccare.*

Proteſt. Eadem Scriptura quæ hortatur & præcipit ne peccemus, affirmat neminem eſſe qui non peccat. Eccleſ.7.21. Hortatur tamen ut contranitendo, quam minimè peccemus, Bellarminus ipſe c.14. & 20. fatetur ſine peccatis venialibus neminem vivere poſſe. Scriptura tamen hortatur ne ulla omnino peccata peccemus.

7. Bellarm. *Opera bona juſtorum placent Deo, ergo ſunt pura ab omni vitio.*

Proteſt. Placent, non ſua dignitate, ſed in Chriſto.

Bellarm. *Peccata non placent Deo in Chriſto.*

Proteſt. Sanè quidem certe, ſed peccati macula in Chriſto deleta, bonum ſubſtratum placet.

8. Bellarm. *Opera juſtorum bona opera abſolutè nominantur.*

Proteſt. Quia ſcil. bona ſunt quoad eſſentiam, quamvis in gradu, & adjunctis quibuſdam deficiant, & eo reſpectu ſint malo contaminata.

9. Bellarm. *Concupiſcentia non poteſt contaminare opera juſtorum bona, quia non eſt peccatum.*

Proteſt. Apoſtolus Rom.7. contrarium diſertis verbis teſtatur.

10. Bellarm. *Defectus caritatis, quod ſcil. non faciamus opera noſtra tanto fervore dilectionis, quanto faciemus in patria, non eſt culpa: & proinde non poteſt opus bonum contaminare.*

Proteſt. Sed defectus illius fervoris quem in hac vita debemus & poſſumus habere, eſt culpa.

11. Bellarm. *Veniale peccatum non contaminat opus bonum, tum quia non ſemper admiſcetur, tum etiam quia non eſt propriè contra legem.*

Proteſt. Peccatum non contaminans eſt vitium non vitians, & tranſgreſſio legis, non contra legem eſt transgreſſio non tranſgrediens.

12. Bellarm. *Opus fidei quo juſtificamur, non eſt peccatum.*

Proteſt. Opus fidei eſt imperfectionis peccato maculatum; ſicut manus aut os ægri quo recipitur medicamentum ſanans poteſt eſſe ægrum.

13. Bellarm. *Apoſtolus nihil ſibi conſcius fuit. Imo expectabat pro operibus coronam juſtitiæ.*

Proteſt. Neutrum in Scriptura confirmatur, vel ſcil. Paulum nullius culpabilis defectus fuiſſe conſcium, vel ex operum ſuorum perfectione coronam exſpectaſſe.

14. Bellarm. *Deus operatur in nobis, cum bona opera facimus.*

Proteſt. Sed ita ut nos etiam cauſæ ſimus libere operantes.

15. Bellarm.

15. Bellarm. *Opera bona non ſunt peccata mortalia.*

Proteſt. Poſſunt tamen peccati aliquid habere adjunctum, quod eſt ſua natura mortale.

16. Bellarm. *Opera bona ex genere, ſive ex objecto, ſed mala ex circumſtantia, non ſunt bona ſimpliciter, ſed mala. Quoniam bonum non exiſtit niſi ex integra cauſa, malum vero ex quolibet vitio.*

Proteſt. I. Opera fidelium bona, non tantum ſunt bona ex objecto, ſed etiam quoad omnes cauſas, efficientem, materiam, formam, & finem. II. Res variæ ſunt quæ non dicuntur abſolutè malæ, ex quolibet vitio: Alias nihil bonum diceretur cum exceptione.

Argumenta noſtra.

17. *Proteſt.* Tota vita fidelium indiget remiſſione peccatorum, Pſ.32. Rom.4.

Bellarm. *Loquitur David de initio juſtificationis, ſive de prima juſtificatione, per quam remittuntur peccata, & infunditur caritas.*

Proteſt. Loquitur de tota remiſſione quæ requiritur ad beatitatem; cujus magnam partem in eo ſitam eſſe ut à quotidianis & occultis peccatis abſolvamur idem David teſtatur, Pſal.19.13.14.

18. *Proteſt.* Pſal.143.2. Ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo ullus vivens.

Bellarm. *Triplex hujus loci explicatio a Patribus indicatur. Prima eſt. nemo juſtificabitur ex iis qua habet ex ſeſe. Secunda eſt: nemo in hac vita poteſt eſſe ſine peccatis levibus, & quotidianis, id eſt, venialibus. Tertia eſt, non poſſe hominem juſtificari, ſi comparetur ad Deum.*

Proteſt. Hoc non eſt reſpondere, ſed aliorum dicta perverſe narrare. Hæc omnia verè dicuntur, niſi quod peccata quotidiana in ſecunda ſententia nimis extenuentur, ſed non ſunt plenæ interpretationes. Amplius aliquid indicant in ipſo textu: *Ne intres in judicium cum ſervo tuo.* Norma judicii divini, id eſt, lex Dei indicatur illius eſſe perfectionis, ut qui inter viventes ſecundum illam diſtrictè judicantur non poſſint juſtificari. Indicatur hæc eadem explicatio à Patribus quos Bellarm. laudat. Aug. in locum. *Quantumlibet rectus mihi videor, producis tu de theſauro tuo regulam; coaptas me ad eam, & pravus invenior. idem de peccat. mer. & rem.* l.2. c.10. *Quantum ad integerrimam regulam veritatis ejus pertinet non juſtificabitur. Si me juſtum dixero contra judicium ejus, ubi perfecta illa juſtitia regula me convincit injuſtum, profecto impie loquetur os meum.*

19. *Proteſt.* Eccleſ.7.21. Non eſt quiſquam juſtus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

terra, qui faciat bonum & non peccet.

Bellarm. *Non ſignificat Sapiens, hominem juſtum peccare dum bonum facit, ſed aliquando peccare.*

Proteſt. Non peccat quidem juſtus dum bonum facit, eo ipſo quod faciat bonum: ſed illud ipſum quod facit ut aliquando notabiliter peccet, facit etiam ut non poſſit bonum facere tam perfectè quam vult ac debet, Gal. 5. 17.

20. *Proteſt.* Quotidiè petitio illa locum habet in omnibus piis: dimitte nobis debita noſtra.

Bellarm. *Hoc dicimus pro venialibus peccatis, quæ bonis operibus admiſcentur.*

Proteſt. Hoc idem eſt quod nos dicimus, ſi removeatur vox illa plena mortalis præſumtionis, *venialibus.*

CAPVT IX.

De Operum Iuſtificatione

THESIS I.

Bellarm. *Operibus juſtis homo verè juſtificatur, juſtificatione ſecunda, qua facit ex juſtis juſtiores.*

Proteſt. Quo ſenſu hoc affirmet Bellarm. relinquit nobis divinandum, vel in aliis locis quærendum. Et ſanè interfuit ejus, ut lectores ad ſenſum hujus defenſionis non nimis eſſent attenti. Explicationem autem habemus lib. 2. c. 15. & 16 *Ex operibus juſtificari hominem, non formaliter, ſed meritorie: quia juſtus per opera juſta, juſtitiæ habitualis augmentum promeretur.* Involvuntur igitur in iſta cauſa duo: I. Iuſtitia habituali nos propriè juſtificari coram Deo. II. Opera noſtra poſſe augmentum hujus juſtitiæ promereri, ſed neutrum horum unquam probabit.

2. Bellarm. *Probatur ex* Iacob. 2. 21. 22. &c. *Abraham pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt? &c.*

Proteſt. Nihil apparet hic de aliqua differentia, inter primam, & ſecundam juſtificationem, nihil de merito juſtitiæ habitualis, neque alius eſt ſcopus Apoſtoli, quam oſtendere (ut Cajetanus obſervat) *quod non fide ſterili, ſed fæcunda juſtificemur.*

Bellarm. 1. *Scopus Iacobi fuit demonſtrare, fidem veram, atque Catholicam ad ſalutem ſine operibus non ſufficere, & fidelem qui bene operatur in juſtitia creſcere, qui male operatur, juſtitiam amittere, & fidem in eo mortuam otioſamque manere.*

Proteſt. Facile eſt quidlibet imaginari: ſed in textu nihil dicitur de augmento juſtitiæ, nihil de male operando, nihil de amiſſione juſtitiæ, nihil de inſufficientia fidei veræ.

veræ. Scopus proponitur ut quæſtio v. 14. *ſi fidem dicat aliquis habere ſe, opera vero non habeat, num poteſt fides illa eum ſervare?* repetitur ut concluſio v. 17. *ita quoque fides ſi opera non habeat mortua eſt per ſe.* proponitur denuo ut quæſtio, v. 20. *vis vero noſſe, homo vane, fidem quæ eſt abſque operibus mortuam eſſe?* & repetitur tanquam concluſio verſ. 24. *videtis igitur ex operibus juſtificari hominem & non ex fide tantum:* id eſt, ex fide operibus fæcunda, & non ex fide quæ eſt abſque operibus.

Bellarm. 2. *Iacobus loquitur de vera fide: quia dicit hominem juſtificari ex fide, & fidem cooperari operibus.*

Proteſt. Loquitur quidem de vera fide, dum eam per fructus ſuos deſcribit: ſed fidem illam quam inſufficientem eſſe docet, veram & juſtificantem eſſe negat, dum eam v. 14. *inutilem, non ſalvificam,* v. 17. *&c. mortuam,* & v. 19. *dæmoniis* nobiſcum communem eſſe contendit.

Bellarm. 3. *Fidem Abrahæ ex operibus dicit conſummatam fuiſſe.* v. 22. *Hoc non poteſt aliud ſignificare, niſi juſtitiam inchoatam per fidem, accepiſſe incrementum, & perfectionem per opera.*

Proteſt. I. Bene poteſt intelligi, ſicut Ariſtoteles eſt intelligendus, *Ethic.* 10. 4. cum dicit *voluptatem perficere actionem:* eadem eſt vox græca τελειόω: perficit autem actionem voluptas; (Ariſtotele ipſo interprete) ὡς ἐπιγιγνόμενόν τι τέλος· *ut finis quiſpiam poſtea accedens,* & perfectionem actionis demonſtrans. II. Non poteſt ullo modo intelligi de juſtificatione ſecunda: quia v. 23. eadem planè ſententia explicatur, quam Paulus de juſtificatione (ſecundum Bellarm.) Prima interpretatur Rom. 4.

2. Bellarm. 4. *Apoſtolus Paulus, agens de prima juſtificatione, exemplum petit in Abrahamo, a ſecunda juſtificatione ſicut Iacobus, agens de ſecunda juſtificatione, adfert exemplum Raab, quod eſt prima juſtificationis; & uterque recte.*

Proteſt. Hujuſmodi ſophiſmata tam ridiculè contexta, in ludibrium Scripturæ ſacræ, repetitione, & deteſtatione ſatis refutantur. Cajetanus multo gravius & rectius conciliat iſta. *Adverte hic (prudens lector) quod Iacobus non ſentit, fidem abſque operibus mortuam eſſe, &c. quoniam conſtat nos juſtificari per fidem, etiam ſine operibus. ſed ſentit, fidem ſine operibus, id eſt, renuentem operari, vel non paratam operari eſſe mortuam, eſſe vanam, & non juſtificare. Quod ergo Iacobus affert verbum* Gen. 15. *credidit Abraham Deo, ad hoc affert, quod credidit paratus operari. Et propterea dicit, quod in opere oblationis filii impleta eſt Scriptura, loquens de fide Abrahæ parata operari: impleta inquam eſt, quoad executionem maximi operis, ad quod parata erat fides Abrahæ.*

3. Bellarm. Rom. 6. 19. *Exhibete membra veſtra juſtitiæ ſervire in ſanctificationem, Hic per ſanctificationem perſpicuum eſt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

intelligi juſtificationem, quia opponitur iniquitati.

Proteſt. Iuſtificatio non opponitur in Scripturis iniquitati, ſed reatui & condemnationi. Sanctificatio opponitur maculæ iniquitatis immunditiæ reali. Bellarminus igitur ſuam propriam objectionem evertit.

4. Belarm. 2. Cor. 7. 1. *perficientes ſanctificationem in timore Domini.*

Proteſt. Perficere ſanctificationem, eſt magis magiſque ſtudere ut mundi ſimus ab omni inquinamento, quid hoc ad rhombum?

5. Bellarm. 2. Cor. 9. 10. *Augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. Per eleemoſynas igitur juſtitia augetur.*

Proteſt. Sequitur, eos qui pie faciunt Eleemoſynas poſſe à Deo exſpectare, ut ditentur ad omnem benignitatem, & potentes fiant ad plures juſtitiæ fructus proferendos. Ergone juſtificant eleemoſynæ?

6. Bellarm. Ioh. 14. 23. *Qui diligit me, ſermonem meum ſervabit: & pater meus diliget eum. Hæc nova dilectio, quid eſt, niſi dilectionis. ac per hoc juſtitia augmentum?*

Proteſt. Eſt complacentia, & delectatio in benedicendo, ac benefaciendo piis.

7. Bellarm. Apoc. 22. 11. *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.*

Proteſt. ἔτι adhuc juſtificetur, id eſt, incumbat iis ſtudiis & operibus, quibus ſe juſtum eſſe demonſtret. Hoc autem facit, qui ita ſtudet Deo placere, ut Deum de ſe omnia bona, ſe autem à Deo mala ſola meruiſſe agnoſcat.

LIBER SEPTIMVS.

DE MERITIS.

CAPVT I.

Quæſtio prima eſt, an opera juſtorum recte vocentur merita? Pontificii affirmant, Nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

THESIS I.

BEllarm. *Non deſunt teſtimonia ſacræ Scripturæ, ubi ejuſmodi nomen vel apertè contineatur, vel unde facili negotio deducatur.*

Proteſt. I. Si ſemel aut iterum tale quid occurret in ſacra Scriptura, hoc tamen nullo modo excuſaret Ponti-

ficiorum

ficiorum arrogantiam, qui ad tertium quodque verbum ſua ſolent merita prædicare. Ex Scripturis deducitur, quod miniſtri verbi aliquo modo ſervent homines, arrogantiæ notam ſubiter tamen, qui ut ſtilo ſuo ordinario uteretur titulo *ſervatoris*. II. Deeſſe dicimus hujuſmodi teſtimonia, in quibus hoc nomen aperte continetur, neque poteſt nomen aliquod ex teſtimonio deduci, niſi de ſenſu ejus conſtet. Sophiſtice igitur Bellarm. deductionem promittit nominis meriti cujus vim & ſignificationem nullo modo cxplicavit.

2. Bellarm. Hebr. 13.16. *Talibus hoſtiis promeretur Deus.*

Proteſt. Vox græca eſt εὐαρεστεῖται *delectatur*, quæ non minus periculoſe, quam inepte, & barbare vertitur *promeretur*.

Bellarm. 1. *Propriiſſime dicimus latine, unum apud alterum mereri, & eum ſibi obſtringere, qui facit aliquid quod ei placeat, eumque delectet.*

Proteſt. Hoc eſt manifeſte falſum. Nam ſolutio debiti, etiam dimidiata (ſi nomen ſit dubium) placet creditori, nihil tamen apud eum meretur. Gratiarum actio, quatenus agnoſcit beneficium, placet benefactori, ſed nihil apud eum meretur.

Bellarm. 2. *Verbum illud conjunctum cum vocabulo. hoſtiarum ſignificat etiam Deum bonis operibus conciliari & induci ad benefaciendum iis, qui bene operantur. Hoc autem eſt, quod dicimus, opera bona eſſe meritoria.*

Proteſt. I. Opera bona vocantur *hoſtiæ* metaphorice tantum: propria igitur hujus vocis ſignificatio non poteſt rigide urgeri. Vocantur etiam *fructus*. An inde recte quis concluderet, Deum ex operibus noſtris diteſcere, aut utilitatem inde percipere, ſicut agricula ex fructibus terræ quam colit? II. Hoſtiæ euchariſticæ, qua tales, non magis habent vim conciliandi, & ad benefaciendum inducendi, quam gratiarum actiones, III. Hoc non eſt totum quod Pontificii volunt, dum merita ſua jactant, ſicut poſtea patebit.

3. Bellarm. *Nomen dignitatis frequenter invenitur quo Græci meritum deſignare ſolent.*

Proteſt. Dignitas ſæpe notat convenientiam qualitatis, non meriti æqualem quantitatem. Sic Eph. 4. 1. ἀξίως τῆς κλήσεως *ut convenit vocationi.* Phil. 1. 27. ἀξίως εὐαγγελίου, *ut cõvenit Euangelio.* Col. 1. 10. ἀξίως τοῦ κυρίου, *ut convenit Domino.* 1. Theſ. 2. 12. & 3. Ioh. 6. ἀξίως τοῦ θεοῦ, *ut convenit Deo.*

4. Bellarm. *Plurima ſunt teſtimonia Scripturæ, quæ diſertis verbis continent nomen mercedis. At merces & meritum relativa ſunt.*

Proteſt. Apoſtolus ipſe diſtinguendo docet, mercedem fidelium non eſſe ex merito ſed ex gratia, Roman. 4. 4.

CAPVT

Caput II.

Quæſtio ſecunda eſt, an opera bona juſtorum ſint vere, ac proprie merita vitæ æternæ? Pontificii affirmant. Nos negamus.

Argumenta Bellarmini.

BEllarm. 1. *Vita æterna nominatur merces. Bona igitur opera, quibus redditur, ſine dubitatione ſunt merita.*

Proteſt. An igitur ſine dubitatione meruit aliquid à Deo Nabuchodonoſor, quia Ezech. 29. Ægyptus promittitur ipſi tanquam *merces*, ob laborem quem ſubierat adverſus Tyrum? Merces proprie dicta eſt deſideratum, & expectatum commodum opus aliquod conſequens, & ejus dignitati debitum tanquam cauſæ principali. Quia igitur vita æterna quæ promittitur piis, eſt commodum vel bonum longe maximum, quod ab ipſis maxime deſideratur, & exſpectatur, atque etiam promittitur ut conſequens vitæ piæ; idcirco recte & apte vocatur merces, quamvis cauſa ejus non ſit operum dignitas, ſed pura puta gratia Dei in Chriſto Ieſu. Eſt igitur merces ex gratia, non ex merito, ſicut Scriptura Rom. 4. 4. & alibi paſſim tam clare teſtatur, ut mirum ſit Chriſtianum quenquam poſſe de hac re dubitare. Ferus in Mat. 20. 1. bene monet: *Si aliquando mercedem audis polliceri, ſcias non ob aliud eſſe debitam, quam ex promiſsione divina gratis promiſit, gratis reddit. Si igitur Dei gratiam & favorem conſervare cupis, nullam meritorum tuorum fac mentionem.* Veritas hujus reſponſi vel ex eo ſatis apparet, quod vita æterna in Scripturis hæreditas vocatur, quæ pertinet ad filios proprie quia ſunt filii, non quia laborant.

Bellarm. 2. *Voluit Deus filios ſuos, qui uſum rationis habent, propriis laboribus, & meritis illam acquirere, ut duplici titulo illis vita æterna deberetur, titulo videl. hæreditatis, & jure mercedis. Magis enim honorificum eſt, habere aliquid ex merito quam ex ſola donatione; ideo Deus ut filios ſuos magis honoraret, id etiam præſtitit, ut vitam æternam per merita ſibi pararent.*

Proteſt. 1. Apoſtolus innuit cauſam unam cur Iudæi non recipiebant Euangelium, fuiſſe ſuperbiam, qua factum eſt ut noluerint *ſubjecti eſſe juſtitiæ Dei*, Rom. 10. 3. ſed quærere juſtitiam *quaſi ex operibus*. 9. 32. quorũ ſimiles eſſe *ſuperbos Chriſtianos, qui operantur tanquam confidentes in ſeipſis, ratione affectus ad ſeipſos*, recte obſervat Cajet. ibid. Pontificii autem oſtendunt ſe genuinos eſſe filios talium patrum,

quorum

qorum etiam complent menſuram. Magis honorificum eſ(ait Bellarminus) habere vitam æternam ex merito, qm ex ſola donatione. *Abſit ut juſti vitam æternã exſpectent, ſic pauper eleemoſynam: multo namque glorioſius eſt, ipſos quaſi victo s & triumphatores eam poßidere, tanquam palmam ſuis ſudoribus datam, ſunt verba Tapperi, in art. Lovan, tom.2. a.9.* Hæc eſt il paupertas ſpiritus, & abnegatio ſuimetipſorum qua mnachi papales ad perfectionem graſſantur. Sordent ips dona Dei. II. Pudet ipſos vitam ſuam largitioni dinæ debere. Sed bene Bern. in *Ded. Eccl. ſer.5. Si nos pili animoſitate gratis ſalvari nolumus, merito non ſalvamur. Digrio locum non habet, ubi fuerit præſumptio dignitatis.* III. Maneſtior adhuc fiet iſta doctrina gloriationis, ſi attendans ad rationem hujus axiomatis. *Magis honorificum eſt habe aliquid ex merito, quam ex donatione ſola. Ratio eſt (ait Durand. in. d.18) quia nobilius eſt aliquid habere a ſe, & per ſe, quam ab aivel per alium, qui autem habet aliquid per proprium meritum, qlammodo habet illud per ſeipſum, in quantum per actionem ſuam fit illud ſibi debitum.* Si eſſet magis honorificum homini, vitn habere ex merito, eſſet tamen honorificentius Deo, ſitem dare miſeris, quæ ſuperat ſpem omnem, quam ſius quiſpiam ex ſuis meritis concipere poteſt. IV. Hon iſte hominis, diſertis verbis excluditur ab Apoſtolo, a Rom.3.37. *Vbi gloriatio? excluſa eſt.* ubi notatu dignum e, quam pulchre conſentiant Pauli, & Bellarmini ſenſi. Paulus docet, hominem ex operibus non juſtificari, qa tum haberet quod gloriaretur. Bellarminus docet hminem ſuis meritis vitam æternam acquirere debere, qa hoc eſt *magis honorificum*, id eſt, quia debet aliquid habe quo glorietur. V. Bellarm. ipſe lib 4. cap.7. concit non ſolum infantes, ſed etiam *homines adultos, recens btizatos ſalvari, ſi continuo ex hac vita decedant*, ſine meritis. Cærimus igitur à Bellarmino an non æque honorificn ſit illis donatione ſola ſalvari, ac ſi ex lege vitam ærnam acquiſiviſſent? ſi ſic, tum Bellarm. hic ſophiſtic nugatur; ſi non, tum major eſt honor legis, quam Eangelii, quod eſt abſurdum.

2. Bellarm. *Præmium cæleſte dicitur dari hominibus ſecundum mſuram & proportionem operum. Hinc evidenter colligitur, in præn illo conferendo, haberi rationem dignitatis, & efficaciæ ipſorum operm.*

Proteſt. Iſta conſequentia neque eſt evidenter, neque oſcure firma. Imo refutatur ab ipſa meritorum doctri, cui videtur militare. Si enim omnis congruentia proprtionis dignitatem inferret, tum nulla eſſet differentia iter meritum *de congruo, & de condigno.*

3. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

3. Bellarm. *Ratio ipſa cur detur vita æterna, in operibus po[...]tur.* Mat.25.34. *Eſurivi enim & dediſtis mihi. Item* v.21.2[...] *Quia in pauca fuiſti fidelis.* Apoc.7.14. *Venerunt ex tribulation[...] &c. ideo ſunt ante thronum Dei. Particula illa, enim, quia, ideo, ſu[...] omnes cauſales.*

Proteſt. Mat.25.21.23. nulla particula reperitur, niſi i[...] verſione non probanda, Apoc.7.14. particula *ideo* refert[...] ad verba immediatè antecedentia: *laverunt ſtolas ſuas, ac d[...] albarunt in ſanguine Agni.* Mat.25.34. *enim* rationalem vi[...] habet conſequentiæ, ſed non cauſalem conſequentis re[...]ſpectu.

Bellarm. *Enim in ſententia quæ fertur in impios, eſurivi eni[...] & non dediſtis: eſt cauſalis.*

Proteſt. Pro varietate materiæ ſubjectæ, varius eſt uſu[...] particularum, ſicut & aliarum vocum. Hanc autem dif[...]ferentiam eſſe inter ſententiam vitæ, & mortis, didici[...]mus ab Apoſtolo, Rom.6. *ſtipendia peccati mors: donum autem Dei vita æterna. Non dicit* (ait Cajetanus) *ſtipendia juſtitiæ vit[...] æterna: ſed donum Dei: ut intelligamus, non ex noſtris meritis, ſed e[...] gratuito Dei dono, aſſequi nos pro fine vitam æternam. Propter quod & ſubdit: in Chriſto Ieſu. Ecce meritum, ecce juſtitia, cujus ſtipendium eſt vita æterna. Nobis autem eſt donum ratione Ieſu Chriſti.*

4. Bellarm. *Præmium bonis operibus ex juſtitia dicitur eſſe reddendum.* 2.Theſ.1.4.6. 2.Tim.4.8. Heb.6.18. Iac.1.12. Apoc.2.10. Prov.19.17. 1.Cor.9.24. 2.Tim.1.12.

Proteſt. Nulla fit mentio *juſtitia*, niſi 2.Theſ.1.6. 2.Tim. 4 8. Hebr.6.18. Iuſtitia vero aliquando ſignificat *condecentiam divinæ bonitatis. Durandus in* 4.*d*.47.*q*.3. aliquando *fidelitatem, & veracitatem*, ut Filincius *Ieſ.* habet, *tract.*21. *n*.483. qua *Deus non nobis ſimpliciter ſit debitor, ſed ſibi ipſi:* ut Thomas loquitur 1.2.*q*.114.*a*.1.

Bellarm. *Injuriam faceret, qui bravium vincenti non daret, &c.*

Proteſt. Tale quid de Deo dicere, reſpectu hominis, eſt (ut Durandus in 2. *d*.17. *q*.2. profitetur) *temerarium & blaſphemum: quia ſi decedenti in gratia Deus non daret gloriam, nihil injuſti faceret, ſi habenti gloriam auferret illam, non eſſet injuſtus. Inter Deum & hominem, non poteſt eſſe juſtum ſimpliciter, ſicut nec æquale.* Sententia iſta Bellarmini fuit olim ab Academia Pariſienſi damnata, & à Guidone quodam ordinis heremitarum S. Auguſtini, qui illam publicè docuerat, an. 1354. verbis iſtis formalibus revocata: *Dixi contra baccalarium prædicatorum, conferendo cum ipſo, quod homo meretur vitam æternam de condigno, id eſt, quod ſi non daretur ei, fieret ſibi injuria, & ſcripſi quod Deus faceret ipſi injuriam, & hanc probavi. Iſtam revoco, tanquam falſam, hæreticam, & blaſphemiam.*

5. Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

5. Bellarm. *Vita æterna promittitur bonis operibus.* Mat.19.
7.29. 1.Tim.4.8. Iac.1.12. *At promiſsio facta cum conditione*
eris facit ut qui opus impleverit, meruiſſe rem promiſſam, eamque ut
ercedem jure ſuo exigere poſſe dicatur.

Proteſt. I. Quæſtio noſtra de meritis *ſecundum eſſe*, hæc
atem concluſio infertur de meritis *ſecundum dici.* II. Pro-
iſſio eſſentiam Euangelii complectens, non eſt, *fac hoc*
vives, ſed *crede & ſervaberis.* III. Accidentales illæ
romiſſiones, quibus vita promittitur operibus, non jus,
d poſſeſſionem vitæ promittunt: non ſunt igitur ante-
edentes, cauſales, & meritoriæ conditiones opera, ſed
onſequentes, reſpectu juris ad vitam, & præparatoriæ,
uoad ejus poſſeſſionem. IV. Durand. in 2. *d.*27.*q.*2.
uo hæc benè reſpond. 1. *Promiſsio divina in Scripturis ſan-*
is, non ſonat in aliquam obligationem, ſed inſinuat meram diſpoſi-
onem liberalitatis divinæ. 2. *Quod redditur ex promiſsione præce-*
ente, non redditur ex merito operis de condigno, ſed ſolum, vel princi-
aliter ex promiſſo. Et certè vox eſt ſenſus communis, quam
abet alicubi Auguſtinus: *Aliter dicimus homini, debes mihi, quia*
edi tibi: & aliter, debes mihi, quia promiſiſti mihi. Quando dicis, debes
ihi, quia dedi tibi, proceſsit à te beneficium, ſed mutuatum, non dona-
um. Quando dicis, debes mihi, quia promiſiſti mihi, tu nihil dediſti, &
amen exigis. Bonitas enim ejus qui promiſit dabit, ne in malitiam
des convertatur, qui autem fallit, malus eſt.

6. Bellarm. *Variis in locis fit mentio dignitatis. Sed dignum eſſe*
ræmio, & mereri præmium idem ſunt. loca ſunt hæc. 2.Theſ.1.5.
Luc.20.25. Apoc.3.4.

Proteſt. Hoc ſophiſma neque cælum, neque terram at-
ingit. Nihil habet de *operibus*, aut eorum dignitate, ſed de
lignitate perſonarum tantum, quæ præcipue & primario
n fide conſiſtit. Loquitur de præmio, cujus nulla fit men-
io in locis allegatis, neque ulla ratio in dignitate vel
ptitudine perſonæ. Dignationem gratuitam Dei conver-
it in debitum dignitatis noſtræ.

7. Bellarm. *Deus eſt judex juſtus, & non acceptor perſonarum.*
At acceptio perſonarum eſt vitium contrarium juſtitiæ diſtributivæ,
um videlicet judex dat præmium ſine meritis, aut majus præmium mi-
noribus meritis, vel contra. Deus igitur in retributione præmiorum me-
ita hominum conſiderat, & pro meritorum diverſitate, vitæ æternæ
manſiones aſsignat.

Proteſt. I. Non concluditur quæſtio, opera ſcil. me-
reri vitam, ſed pro eorum diverſitate, manſiones aſſignari
in vita. II. Receptiſſimum eſt apud omnes Schola-
ſticos. & alios qui ſcribunt adverſus Pelagianos, *accepta-*
tionem perſonarum non habere locum in gratuitis, ſecundum illud
Domini Matth.20. *annon licet mihi quod volo facere in meis?*

III. Pro

III. Pro conceſſo accipit Bellarminus juſtitiam diſtri butivam ſervari in redditione præmii pro meritis, cu tamen *Durand. in 2. q.27. q.2.* acerrimè contendat, *qu reddere mercedem & ſolarium pro ſervitio impenſo, pertineat ad juſt tiam commutativam, non ad diſtributivam.*

Argumenta noſtra.

8. *Proteſt.* Beatitudo cæleſtis danda ſanctis tribuitu expreſſe *miſericordiæ Dei*, Pſal. 133.4. Mat. 5.7. Iac. 2.13.

Bellarm. 1. *Beatitudo tribuitur miſericordiæ, quia merita ip quorum eſt merces, ex miſericordia data ſunt.*

Proteſt. Merita non propriè dantur ſecundum Pontifi cios, ſed gratia vel facultas merendi, qua homo pro arbi trio ſuo poteſt mereri vel non mereri. II. Si quis don accipiat pecuniã, qua emit ſibi equum, equum illum no habet donatum ſed emtum. Quæ mendici emunt ſibi e pecunia mendicata, non ſunt eleemoſynæ, ſicut nec illu quod quis dat pauperi, aut ſolvit creditori, ex ſtipendi ſui laboris, eſt idcirco ſtipendium.

Bellarm. 2. *Miſericordia illa quæ eſt neceſſaria, bonis meriti d ebetur, & dici poteſt miſericordia juſta.*

Proteſt. Vbi igitur fuit acumen Apoſtoli, cum ſic diſpu tabat: *Si ex debito, tum non eſt ex gratia. Si ex operibus, jam non eſ gratia?* Rom. 4. & 11. Miſericordia quidem omnis De eſt juſta, quoad rectitudinis perfectionem. ſed ut ex ju- ſtitia debeatur meritis humanis, hoc non Scripturæ tan- tum, ſed & rationi communi repugnat. Inter homine fieri non poteſt, ut quis mereatur donum gratuitum.

Bellarm. 3. *Comitatur miſericordia coronam gloriæ, ſed non eſt ipſa corona gloriæ. Corona reſpicit bona merita, miſericordia reſpici peccata venialia, quæ remiſſione delenda ſunt.*

Proteſt. I. Miſericordia quidem Dei non eſt propriè vita noſtra æterna, ſed vita æterna eſt miſericordiæ di- vinæ proprium effectum, Rom. 6.23. *Donum Dei eſt vita æterna. Ex divitiis miſericordiæ, & ſupereminentibus opibus gratiæ ſervamur.* Eph. 2. Hujus ſalutis poſſeſſionem eodem titulo accipimus, quo jus & ſpes ejus nobis communicatur. II. Bellarminus extenuat miſericordiam Dei dum re- ſtringit eam ad *venialia peccata delenda:* Apoſtolus ex ad- verſo totam liberationem ab ira ventura, & gloriæ com- municationem tribuit miſericordiæ. Fideles ſunt *vaſa mi- ſericordiæ*, ex omni parte præparationis ad gloriam. Rom. 9.23. Imo in ipſa gloria, ſunt vaſa miſericordiæ, ſicut im- pii in exitio, ſunt *vaſa iræ.*

9. *Proteſt.* Iſ. 55.1. Emite abſque argento, & abſque ulla commutatione, vinum & lac, Bell.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Bellarm. *Vinum & lac ad gratiam præſentis temporis pertinent: fatemur autem gratiam Dei non acquiri per merita.*

Proteſt. I. Ne illud quidem fatemini: Nam primam gratiam juſtificationis cadere dicitis ſub meritum de congruo, & augmentum ejus ſub meritum de condigno. Filincius *tract.*21. *n.*487.490. II. Per vinum & lac, intelliguntur omnia ſpiritualia bona, quæ *animam faciant, & pinguedine ſua delectant, bona vita, & benignitatum Davidis certiſſimarum, verſ.*23.

10. *Proteſt.* Dan.9.18. Non in juſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras, ſed in miſerationibus tuis magnis.

Bellarm. *Petit liberationem à captivitate.*

Proteſt. An igitur mereri poſſint opera illa vitam æternam, quæ temporalia bona non merentur?

11. *Proteſt.* Luc.17.10. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſervi inutiles ſumus.

Bellarm. 1. *Ex nobis inutiles.*

Proteſt. Loquitur Dominus de diſcipulis etiam cum ſuppoſitione gratiæ faciendi omnia quæ edicta ſunt eis.

Bellarm. 2. *Iubemur agnoſcere, nihil nos Deo utilitatis afferre.*

Proteſt. Loquitur etiam expreſſe de utilitate noſtra ex merito: *num gratiam habet ſervo illi quia fecit quæ ipſi edicta fuerant?*

Bellarm. 3. *Servi inutiles ſumus, quia nihil juſtæ mercedis petere poſſemus, niſi Deus liberali pacto nobiſcum convenire voluiſſet.*

Proteſt. I. Loquitur Dominus de iis ipſis diſcipulis, quibus omnia promiſerat ex pacto liberali, & tamen ſine exceptione aut diſtinctione, negat ipſis ullam gratiam deberi. II. Poſt pactum liberale, manet ratio inutilitatis: *nam quod debuimus facere, fecimus.*

Bellarm. 4. *Non dicit Dominus, ſervi inutiles eſtis; ſed ait: dicite quia ſervi inutiles ſumus.*

Proteſt. I. An juſſit ut diceremus quod falſum eſſe novimus, & cujus contrarium credere debemus? Dicit Dominus in propoſitione comparationis: *num gratiam habet ſervo illi, quia fecit, quæ ipſi edicta fuerant? non puto.* Senſus igitur conditionis eſt: *nam utiles eſtis? non puto.* Puduit Cajetanum hujuſmodi ſubterfugia quærere: ingenuam igitur confeſſionem edidit in iſta verba: *Nota parabolam pro memoria, & concluſionem pro documento. Si ſervando omnia præcepta ſumus inutiles, nec habemus unde ſuperbiamus, quid ſentiendum de nobis ipſis eſt, qui non omnia ſervamus, qui multorum rei ſumus? ſed quid de nobis dico, cum nullus dicere poſſit, quod debebam feci, niſi exemptus ſit a dicendo, dimitte nobis debita noſtra?*

12. *Proteſt.*

12. *Proteſt.* Rom. 6. *ult.* Stipendium peccati mors grotia autem Dei vita æterna.

Bellarm. *Gratia dicitur vita æterna, non quia non eſt merces meriti, ſed quia ipſa merita habemus ex gratia.*

Proteſt. Si verè & propriè dici poſſet: *ſtipendium bonorum operum eſt vita æterna*, antitheſis prioris ſententiæ: *ſtipendium peccati mors*, hoc poſtulaſſet. Omnia opera bona ex gratia fluere Apoſtolus clarè ſatis docuerat. Res eſt manifeſta. *Notandum hic (ait Contaren.) quod innuit Apoſtolus; ex juſtitia peccato deberi mortem, vitam autem æternam eſſe ex dono Dei gratuito. Non dicit (addit Cajetanus) quod ſtipendia juſtitiæ vita æterna: ut intelligamus, non ex noſtris meritis, ſed ex gratuito Dei dono, aſſequi nos pro fine vitam æternam, propter quod & ſubdit: in Chriſto Ieſu, ecce meritum, ecce juſtitia. cujus ſtipendium eſt vita æterna: nobis autem eſt donum, ratione ipſius Chriſti Ieſu.*

13. *Proteſt.* Eph. 2. 8. Gratia ſalvati eſtis. *Tit.* 3. 7. Secundum ſuam magnam miſericordiam ſalvos nos fecit.

Bellarm. *Apoſtolus loquitur de ſalute inchoata, non de ſalute perfecta.*

Proteſt. An igitur quum gratia inceperit ſalutem noſtram æternam, juſtitia eam perfecit? tum opus gratiæ eſt inchoatum tantum & imperfectum; tum perfecta ſalus non ex gratia & miſericordia, tum denique in agone mortis ſperandum eſt potius in juſtitiam quam in gratiam & miſericordiam Dei. Sed in Scripturis jubemur *exſpectare miſericordiam in vitam æternam.* Iud. 21. *& miſericordiam inventuri* dicimur *in die illo.* 2. Tim. 1. 18.

14. *Proteſt.* Lex fidei excludit omnem gloriationem quæ ex operibus naſcitur. Rom. 3. 27. ergo merita etiam excludit.

Bellarm. *Excludit gloriationem eorum qui in ſe gloriantur, non eorum qui juſtitiam & merita, Deo juvante, habere ſe poſſe confidunt.*

Proteſt. Si ille non gloriatur in ſe, qui dicit ſe ſuis meritis feciſſe ut Deus debeat ſibi vitam æternam, id eſt, ut Deum habeat debendi reum, pauci admodum ſunt qui gloriantur in ſe, vix enim fieri poteſt, ut Chriſtianus quiſquam vel iſtam confidentiam in animum & conſcientiam ſuam inducat.

15. *Proteſt.* Injuria fit meritis Chriſti, ſi meritis noſtris tribuatur ſalus, tanquam debita merces: quia hoc eſt proprius finis, & fructus meritorum Chriſti.

Bellarm. 1. *Merita noſtra a meritis Chriſti naſcuntur, & quicquid ipſa juſtorum merita laudis habent, id totum redundat in laudem meritorum Chriſti.*

Proteſt, 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. I. Nova hæc eſt Theologia, Prophetis, & Apoſtolis ignota: *Chriſtus meruit ut nos mereremur nobiſmetipſis vitam æternam.* II. Opera noſtra bona, quæ naſcuntur ex meritis Chriſti, poſſunt ita laudari, ut illud minimè redundet in laudem meritorum Chriſti. Quid ſi diceretur juſtus unus, omnibus, quibus ipſi placet, mereri juſtificationem & vitam æternam?

Bellarm. 2. *Merita hominum non requiruntur propter inſufficientiam meritorum Chriſti, ſed propter maximam eorum efficaciam.*

Proteſt. Contrarium probatur. Si Chriſtus ſufficienter nobis meruit ſalutem perfectam, tum non opus eſt ut nos eam nobiſmetipſis mereamur. Sed hoc vel maximè opus eſſe Pontificii volunt; Ergo ex eorum ſententia, Chriſtus non ſufficienter meruit nobis ſalutem perfectam. Conſequentiæ ratio eſt, quia quod ſufficienter factum eſt, non opus eſt ut denuo fiat.

Bellarm. 3. *Non dividimus gloriam inter Deum & hominem: quia merita noſtra ſunt dona Dei, & ratio cur opus aliquod noſtrum ſit dignum vita æterna, tota pendet a gratia.*

Proteſt. I. Si hæc eſſet veſtra ſententia, non impediret tamen quin gloria merendi à vobis divideretur inter Chriſtum & hominem, quia tribueretur non ſoli gratiæ quæ eſt in Chriſto, ſed & illi gratiæ, quæ nobis inhæret. II. Falſum eſt totam rationem dignitatis à Pontificiis tribui gratiæ. *Efficaciam meriti dicunt ex tribus principaliter venire, ex difficultate operis, ex promptitudine voluntatis, & ex magnitudine charitatis. Bonaventura, & Biel in 2. d. 29.* III. Quod indigniſſimam partitionem gloriæ faciant Pontificii, inter Chriſtum & Chriſtianos, liquido apparet ex Bellarm. Sic enim ille de Indulg. lib. 1. cap. 4. *An applicetur pars una ſatisfactionis ex paſſionibus Chriſti, pars alia ex paſſionibus Sanctorum; non videtur nimis curioſe inveſtigandum,* & de Pœnit. lib. 4. c. 15. *Chriſtus ſolvit pretium, & ſatisfecit, immediatè pro culpa, & reatu mortis æternæ; mediatè autem pro pœna etiam temporali, quatenus gratiam præbet, per quam ipſi nos Domino ſatisfacimus.* Secundum iſtam diſtinctionem, certiſſimè intelligitur doctrina Pontificiorum de meritis; quod ſcil. vitam æternam, & cætera, quæ nos mereri fingunt, Chriſtus non meruerit nobis; niſi mediatè, quatenus gratiam aliquam præbet per quam ipſimet nobis illa meremur immediatè. Chriſtus igitur ſecundum Bellarm. gratiam aliquam meruit immediatè: ſed nos & gratiæ augmentum, & venialium peccatorum deletionem, & etiam vitam ipſam æternam immediate promereri debemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

CAPVT XII.

Quatenus Fiducia in meritis collocari poſſit.

THESIS I.

BEllarm. *Sciendum eſt fiduciam nihil eſſe aliud, niſi ſpem confirmatam atque perfectam.*

Proteſt. De fiducia illa quæ reſpicit futurum, hoc ſcimus, ſed non de omni fiducia.

2. Bellarm. *Sciendum eſt etiam, aliud eſſe, fiduciam naſci ex meritis, aliud, fiduciam eſſe ponendum in meritis. Poteſt enim fieri, ut quis exiguam, ac penè nullam fiduciam in meritis propriis conſtituat, eo quod non certo ſciat, an habeat vera merita, & tamen veris magnisque meritis abundet, & ex illis fiducia in ipſo erga Deum maxima oriatur.*

Proteſt. I. Diſtinctio iſta obſcuritate ſua fit inſidioſa. Non explicat enim Bellarm. quo ſenſu fiducia dicatur *ex meritis naſci*. Si merita proprie dicta intelligantur, tum ſubjectum hujus aſſertionis fuit antea ſublatum & exploſum. Si opera bona intelligantur (quo ſenſu in iſto capite jure noſtro hanc vocem accipiemus) tum dicimus tantam eſſe differentiam inter naſci ex operibus fiduciam, & fiduciam in operibus collocandam, quanta eſt inter argumentum ſuadens fiduciam, & cauſam rei ſperatæ. II. Ratio Bellarm. *poſſe ſcilicet maximam fiduciam ex meritis oriri, in eo qui non certo ſcit an habeat vera merita*, omni rationi adverſatur. Ex meritis enim non oritur fiducia Phyſicè. Illud autem ex quo moraliter oriatur, debet neceſſario cognoſci, & ad maximam fiduciam gignendam, debet certiſſimè cognoſci.

2. Bellarm. *Fiducia Sanctorum, quam in Deo conſtituunt, non ex fide ſola, ſed etiam ex bonis meritis naſcitur.*

Proteſt. Naſcitur ex fide ſola, tanquam ex cauſa apprehendente cauſam tam ſpei, quam rei ſperatæ: ſed naſcitur etiam ex obedientia nova, & conſcientia bona, tanquam ex argumentis confirmantibus, & erigentibus illam apprehenſionem una cum fructu ejus. Bellarm. ambigua vocis generalitate lectoribus illudit.

4. Bellarm. *In bonis meritis, quæ verè talia eſſe compertum ſit, fiducia aliqua collocari poteſt, modo ſuperbia caveatur.*

Proteſt. I. Supponit hic Bellarm. poſſe aliquem certo ſcire, ſe vera & bona merita habere, idque ordinariis mediis, niſi ludat, cum tamen hoc antea impugnaverit, cum de certitudine gratiæ agebatur, & in iſthoc ipſo cap. affirmet,

met, *neminem abſque revelatione certo ſcire poſſe, ſe habere vera merita.* II. Cum *aliquam* fiduciam collocari *poſſe* dicit, non *debere*, in meritis, *modo*, vel ex conditione, non abſolutè, verecunde magis loquitur quam plerique Pontificii ſolent, quorum hæ ſunt voces: *Propria certitudo ſpei eſt ex meritis. Certitudo quæ non eſt præſumptio, ex meritis eſt, & meritis ſe committitur. Alex Al. 3. q. 65. m. 3. Secundum fidem tenendum eſt, quod ſpes non ſolum reſpicit divinam gratiam, & miſericordiam, ſed etiam nititur effectibus ipſius in nobis ab illa productis, per quos meremur gloriam. Bannes in 2. 2. q 18. a. 4. Merita ſunt fundamentum ſpei. Filincius tract. 22. n. 244.* Verecunde magis Bellarminus. Sed tamen eludit. Nam 1. Cum quæſtionem propoſuerit de ſpe conſummata, & perfecta, & talem fiduciam unicam ſimplicem habeamus in miſericordia Dei collocatã, nulla *aliqua* fiducia relinquitur in meritis noſtris collocanda. 2. Illam fiduciam in meritis noſtris collocare, & ſuperbiam cavere, eſt arrogare ſibimet quod proprium eſt Chriſti, & arrogantiam interim diligenter cavere.

5. Bellarm. *Propter incertitudinem propriæ juſtitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutiſſimum eſt fiduciam totam in ſola Dei miſericordia, & benignitate reponere.*

Proteſt. Accidit hic Bellarm. quod maxime celebratur in Balaamo, qui ad execrandum conductus poſt magnum variumque apparatum, & multas captatas incantationes, quibus conatus eſt maledicere Iſraelitis, divinitus tandem eo adigebatur ut benedixerit ipſis. Conſimili planè modo Brllarm. poſtquam integris aliquot libris omnes nervos intenderit, in meritis humanis contra gratiam Dei omni genere ſophiſmatum propugnandis, ſubito hic in fine mutatus meritorum uſum omnem tollit, & ad gratiam ſolam confugit. Nam I. Incertam & periculoſam eſſe doctrinam de juſtificatione & meritis, quam hactenus tradidit, verè agnoſcit. II. Miſericordiæ tribuit, non (ut antea cap. 5.) juſtitiæ vitæ ſperatæ communicationem. III. Huic miſericordiæ ita fiduciam affigit, ut nihil præterea debeat intueri, *totam in ſola.* IV. Quamvis verba ſic ſonent, ut hoc facere non planè neceſſarium, ſed tutiſſimum tantum affirmare videantur, re ipſa tamen officium & neceſſitatem rei docent: quia tutiſſimum eſt nobis fiduciam noſtram collocare, in omni eo quod Deus in verbo ſuo propoſuit, ut ſalutis cauſam, & fiduciæ fundamentum: ſi igitur aliud quidpiam eſſet hujus generis, præter miſericordiam Dei in Chriſto, non eſſet certe tutiſſimum, totam fiduciam in hac ſola collocare. Salutem ſaltem ex miſericordia ſola, *tuto*, potius quam ex meritis, *honorificè* forſan, ut Bellarm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

antea loquebatur, ſed incerte, & periculoſe, ut nunc fatetur, omnes qui ſapiunt quærent.

CAPVT XIII.

Speculationes quædam Bellarmini.

DE NON ENTE.

Hactenus contendit Bellarminus opera bona eſſe merita: ſed necdum explicavit quid ſibi velit iſta voce *meriti*, ne ſcilicet certum & fixum ſcopum haberet, à quo in probationibus non liceret vagari aut aberrare. Iam tandem poſt diſputationem illam peractam, promittit ſe dicturum quid ſit illud de quo diſputavit: ſecundum perverſam & ineptam illam methodum qua primo quæri ſolet *an ſit*, & poſtea *quid ſit*. Neque tamen hoc potuit dicere, ſine novo conflictu cum ſuis gregalibus, inter quos de hac ideo certamen certatur non leve, non unum. Nos hic ſpectatores agemus, illa tantum annotantes, quæ meritorum doctrinam adhuc magis illuſtrare poſſe videntur.

THESIS I.

Bellarm. *Vt aliquod opus dici poßit verè ac propriè meritorium felicitatis æternæ, ſeptem conditiones requiruntur:* 1. *Vt ſit opus bonum.* 2. *Vt fiat in obſequium Dei.* 3. *Vt qui meretur ſit viator.* 4. *Vt ſit opus liberum.* 5. *Vt qui meretur ſit amicus & gratus Deo.* 6. *Vt intercedat promißio.* 7. *Vt opus ex caritatis virtute procedat. Tres priores conceduntur ab omnibus: alia quatuor in controverſia ſunt.*

Proteſt. Apud nos nulla eſt controverſia, quin iſta omnia, requirantur ad meritum: ſed alia etiam requiri dicimus, ad dignitatem, & juſtitiæ obligationem inducendam neceſſaria, quæ in operibus ſanctiſſimorum hominum fruſtra quærerentur.

2 Bellarm. *Catholici omnes agnoſcunt opera bona juſtorum eſſe meritoria vitæ æternæ: ſed tamen aliqui cenſent, non eſſe utendum his vocibus, de condigno, & de congruo: Ita docent Thomas Waldenſis, & Paulus Burgenſis.*

Proteſt. Prima pars hujus ſententiæ evertitur ſatis à poſteriori. Nam iſti aliqui non de voce, ſed de re ipſa contendunt, Sic enim concludit Waldenſis tom.6. de Sacram. tit.1. cap.7. *Reputo igitur ſaniorem Theologum, fideliorem Catholicum, & Scripturis ſacris magis concordem, qui tale meritum ſimpli-*

ſimpliciter abnegat, & cum modificatione Apoſtoli, & Scripturarum, concedit, quia ſimpliciter quis non meretur regnum cœlorum, ſed ex gratia Dei, aut voluntate largitoris. Meritorum noſtrorum in articulo mortis, minime Deus attendit, ſive rationem congrui, vel condigni; ſed gratiam ſuam, aut miſericordiam ſuam. Quomodo ergo non ad injuriam Salvatoris & gratuiti coronatoris accedit, quod gratia ejus tacita, tantum diſputamus de meritis?

3. Bellarm. *Alii volunt opera bona juſtorum eſſe meritoria de condigno, largo modo, ita docent Durandus in 2. d.27. q.2. Gregorius in 1. d.17. q.1. a.2.*

Proteſt. In eo bene & recte volunt, quod merita talia, qualia inter Pontificios vulgo jactantur, negantes, ex Scripturis docent *operibus noſtris non deberi mercedem ex juſtitia, ſed ex ſola Dei liberalitate.*

4. Bellarm. *Communis, & veriſſima ſententia Theologorum admittit ſimpliciter meritum de condigno.*

Proteſt. Communis quidem hæc eſt ſententia inter Pontificios, ſed neque *vera*, neque *Theologorum* dicenda, quia totam Theologiam evertit.

5. Bellarm. *Quod quidam diſtinguunt inter dignum & condignum, nimis leve eſt.*

Proteſt. Levis igitur Sanctus, & Seraphicus Doctor, Bonaventura, qui meritum ubique triplex facit: *congrui, digni, & condigni, in 1. d.41. 8. & 3. d.4. n.27. & d.18. n.14.*

6. Bellarm. *Paucis refutabo quatuor Durandi dicta, quibus potiſſimum ejus ſententia niti videtur.*

Proteſt. Non adeo prolixus eſt Durandus circa iſtam quæſtionem, quin paucis potuerit Bellarm. ad omnia quæ habet ordine reſpondere, niſi aliquid in ipſis fuiſſet, quod Bellarminus tutiſſimum videbatur præteritione ſola refutare. videamus tamen quomodo hæc quatuor dicta refutat.

7. Durand. 1. Temerarium & blaſphemum eſt, dicere, Deum fore injuſtum, quod meritis hominum juſtorum non reddit mercedem promiſſam.

Bellarm. *Non eſt temerarium nec blaſphemum, ſed pium, & ſanctum, dicere, Deum fore injuſtum, ſi non ſervaret promiſſa.*

Proteſt. Durandus loquitur de injuſtitia particulari, quæ reſpicit debitum in alterius dignitate fundatum. Bellarminus reſpondet de juſtitia generali quæ reſpicit rectitudinem in promittentis bonitate & veracitate fundatam. Non magis ex juſtitia tenetur Deus, reddere mercedem benè operantibus, quam (poſtquam id promiſerat) mittere filium ſuum ad mortem pro nobis ſubeundam. Hoc tamen meritis humanis non debebatur. Non malè Medina, *in 1.2. q.114. a.3.* Deus ſine dubio præſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

bit quod promiſit, propter veritatem, non propter obligationẽ: quod ſi non præſtet, mendax erit, non injurius.

8. Durand. 2. Non exſtat in ſacris litteris promiſſio, quæ Deum obligat ad reddendam mercedem, ſed tantum quæ doceat, Deum ordinaſſe, ac diſpoſuiſſe vitam æternam dare eis qui mandata ſervaverint.

Bellarm. 1. *Omnis vera promiſſio fert ſecum obligationem.*

Proteſt. Non juſtitiæ, ex dignitate ejus cui facta eſt promiſſio, ſed fidelitatis, ex perfectione quæ decet promittentem.

Bellarm. 2. *Similitudo bravii, cui comparat Apoſtolus vitam æternam,* 1. Cor. 9. *ſimilitudo denarii diurni,* Mat. 20. *ſimilitudo depoſiti,* 2. Tim. 1. *apertiſſime ſignificant promiſſionem ex debito & obligatione reddendam.*

Proteſt. Similitudines non omnia probant, quæ præ ſe ferunt, ſed illud tantum ad cujus explicationem adhibentur. Debitum autem Dei, & obligatio ejus ex juſtitia, non venit in mentem Apoſtolo, cum ſimilitudines iſtas uſurpavit. II. Bravium nullum debitum aut obligationem juſtitiæ importat, ſed laboris approbationem ſingularem & actum ex condicto. De denario reſpondet Proſper de *voc. gent. lib.* 1. *cap.* 5. *Non labori pretium ſolvens ſed divitias bonitatis ſuæ in eos quos ſine operibus eligit effundens, ut etiam ii qui in multo labore ſudarunt, nec amplius quam noviſſimi acceperunt, intelligant donum ſe gratiæ, non operum accepiſſe mercedem. Depoſitum* 2. Tim. 1. 12. non magis meritum ſonat, quam cum quis fidei ac tutelæ alterius ſalutem ſuam commendat, ab ejus bonitate, & potentia pendens totus.

9. Durand. 3. 2. Tim. 4. 8. Recte ponitur juſtus judex non juſto judicio, quia Deus qui reddit præmia juſtis, & pœnas injuſtis, juſtus & miſericors eſt, & ut juſtus, juſto judicio pœnas reddit injuſtis, ut miſericors, liberaliter præmia tribuit juſtis.

Bellarm. *Quod illa verba ſint accipienda formaliter, planum eſt.*

Proteſt. Sic quidem videtur. Sed vere tamen Durandus negat illam juſtitiam ibi intelligi formaliter quæ opponitur miſericordiæ. Deus enim eſt juſtus judex in coronandis fidelibus rectitudine ſententiæ miſericordis, non judicii diſtricti, aut juſtitiæ quæ in dignitate meriti fundatur.

10. Durand. 4. Nemo poteſt ex juſtitia mercedem ab alio petere, niſi reddat ei omnia, quæ illius ſunt, & aliquid amplius. Nos autem non poſſumus Deo unquam reddere omnia, quæ illius ſunt, nedum aliquid amplius, cum omnia ſint ipſius.

Bellarm. 1. *Abſolute non poteſt homo à Deo aliquid exigere,*

cum

cum omnia ſint ipſius; tamen poſita ejus voluntate, & pacto, quo non vult a nobis exigere opera noſtra gratis, ſed mercedem reddere juxta proportionem operum, verè poſſumus ab eo mercedem exigere. Quomodo ſervus non poteſt abſolute a domino ſuo illud præmium poſtulare, cum omnia quæ ſervus acquirit, domino ſuo acquirat; tamen ſi domino placeat donare illi opera ſua & pro iiſdem tanquam ſibi non debitis mercedem promittere, jure mercedem pro ſuis operibus poſtulabit.

Proteſt. Bellarm. hic variis modis eludit & ſubterfugit. Nam I. Argumentum inſtituitur de eo, qui exigit mercedem ex juſtitia reſpiciente condignum: ille reſpondet de eo qui exigit ex promiſſo. Durandus autem rectè inſtat: Quod redditur non ex debito præcedentis operis, ſed ex promiſſione præcedente, non quidem redditur ex merito operis de condigno, ſed ſolum, vel principaliter ex promiſſo, & ita non eſt ibi illud debitum de quo loquimur. Cur ad iſtam inſtantiam nihil reſpondetur? II. Comparatio ſervi, cui dominus donavit opera ſua, promittens iis mercedem tanquam non debitis, non quadrat homini reſpectu Dei. Deus enim nuſquam unquam promiſit, neque revera poteſt promittere homini mercedem pro operibus tanquam non debitis: ſed opera debita etiam qua talia ex benignitate ſua coronat. III. Maxima eſt diſparitas inter ſervum reſpectu hominis quem dominum habet, & hominis reſpectu Dei. Servus enim non accipit à domino ſuo vires, voluntatem, & actum ipſum operandi: ſed (ut Durand. benè obſervat) illud quod ſumus, & quod habemus, ſive ſint boni actus, ſive boni habitus, ſeu uſus, totum eſt in nobis ex liberalitate divina gratis dante, & conſervante. Et quia ex dono gratuito nullus obligatur ad dandum amplius, ſed potius recipiens magis obligatur danti; ideo ex bonis habitibus, & ex bonis actibus, ſive uſibus, nobis à Deo datis, Deus non obligatur nobis ex aliquo debito juſtitiæ, ad aliquid amplius dandum, ita quod ſi non dederit ſit injuſtus, ſed potius nos ſumus Deo obligati. Quintum hoc Durandi dictum debuiſſet Bellarm. refutare & feciſſet proculdubio ſi potuiſſet.

Bellarm. 2. *Objectio illa Durandi locum haberet, ſi Deus ex juſtitia commutativa mercedem redderet operibus bonis; ſed cum Deus ex juſtitia diſtributiva præmia benè operantibus dare decreverit, non eſt opus ut ei propriè aliquid demus.*

Proteſt. Quare igitur non reſpondet Bellarm. ad argumenta quibus Durandus probat, mercedem reddi meritis, ex juſtitia commutativa, non diſtributiva? Quia ſcil. in hac retributione conſideratur habitudo rei ad rem, ſicut in emptione & venditione, non habito principali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

reſpectu perſonæ ad perſonam, ſed tantum ex conſequenti, in quantum conditio perſonæ facit ad quantitatem rei. Quia etiam in hac retributione, non attenditur proportio perſonarum accipientium ut in juſtitia diſtributiva, ſed proportio merentis & præmiantis, ſeu dantis & accipientis. An ſatis fuit Bellarm. contrarium affirmare? Reſpondiſſet ſaltem ad Thomam ſuum, qui 2.2. *q.61. a.4. ad & 2.* docet expreſſe, *formam divini judicii attendi ſecundum rationem commutativæ juſtitiæ, prout recompenſat præmia meritis, & ſupplicia peccatis; & retributionem pro ſervitio impenſo, non eſſe diſtributivæ juſtitiæ, ſed commutativæ.* Bannes etiam in 2.2. *q.57. a.4. ad 2. Opus meritorium dicitur, de juſtitia commutativa exigere præmium.* An omnibus iſtis præponderat authoritas unius verbi Bellarminiani?

11. Bellarm. *Non deſunt qui cenſeant, opera bona juſtorum eſſe meritoria vitæ æternæ, ex condigno, ratione operis, etiamſi nulla exſtaret divina conventio. ita Cajetanus, & Dominicus a Soto. Alii contra exiſtimant, non eſſe illa meritoria ex condigno ratione operis, ſed tantum ratione pacti, & acceptationis divinæ: ita Scotus, cum aliis è veteribus Scholaſticis, & ex recentioribus Andreas Vega. Nobis media ſententia probabilior videtur, quæ docet, opera bona juſtorum meritoria eſſe vitæ æternæ, ex condigno ratione pacti, & operis ſimul.*

Proteſt. I. Media hæc ſententia eſt medium participans utriuſque extremi abſurditates. Cum priore ſententia opus debitum, & in comparatione nihili, in ſeſe dignum facit vita æterna. Cum poſteriore, acceptationem gratiæ, fundamentum facit dignitatis, & debiti ex juſtitia. Alterutrum horum ſtatuere eſt hominis fatui ac temerarii, ſed utrumque conjungere, eſt hominis planè inſani. II. Eſt aut fuit ſaltem inter Scholaſticos alia ſententia media per abnegationem, omnium veriſſima, quam refert Bonav. in 2. *d.27.* Quidam dicere voluerunt, quod nullus poteſt cæleſtem gloriam mereri ex condigno. Et ad iſtam ſuam poſitionem aſtruendam, multis fulciuntur authoritatibus ſacræ Scriptutæ, & etiam expoſitorum, qui hoc ſentire videntur.

12. Bellarm. *Aliud eſt loqui de merito perſonæ, aliud de merito operis. Et rurſus aliud de vita æterna ut eſt hæreditas, aliud ut eſt merces. Filius Dei per gratiam meretur ex condigno hæreditatem vitæ æternæ, merito perſonæ. ſine alio pacto. Bona opera non requiruntur ad vitam æternam acquirendam, ut hæreditatem, ſed ne filius excidat ab adoptione & jure mereatur exhæredari. Proinde filius Dei adoptivus per bona opera. ſine alio pacto, non meretur vitam æternam acquirere, ſed meretur eam non amittere.*

Proteſt. I. Commentum hoc, de merito perſonæ ut quis ex eo mereatur vitam æternam ex condigno, & habeat

beat eam ſibi debitam ex juſtitia, quia eſt filius per gratiam, eſt una ex præcipuis profunditatibus Satanæ, quarum fit mentio Apoc. 2. 24. II. Non ſatis declarat Bellarm. quomodo filius per opera, ſine novo pacto, mereatur non amittere hæreditatem, an hoc ſit etiam de condigno, vel alio aliquo inaudito modo. III. Dicat etiam Bellarm. an filii talia opera facientes, abſque novo pacto, non ſint digni vita æterna? ſi non, tum ſophiſticè antea cap. 3. probare conatus eſt opera eſſe meritoria vitæ æternæ, ex illis locis, in quibus fit mentio dignitatis. 2. Theſ. 1. *ut digni habeamini*, Luc. 20. *qui digni habebuntur*, Apoc. 3. *digni ſunt*. ſi ſic tum opera ſunt meritoria ex condigno, ſine pacto de illis acceptandis.

13. Bellarm. *Opera bona juſtorum, meritoria eſſe vitæ æternæ, ex condigno, non ſolum ratione pacti & acceptationis, ſed etiam ratione operis, ita ut in opere bono ex gratia procedente, ſit quædam proportio, & æqualitas ad præmium vitæ æternæ, probatur his argumentis.*

Proteſt. Sophiſtica quædam latet ſub illis vocibus: *quædam proportio & æqualitas*, requiruntur enim ad meritum de condigno, æqualitas (ut ita dicam) pretioſitatis. Sed argumenta videamus.

14. Bellarm. *Vita æterna eſt gratia pro gratia*, Ioh. 1. *at inter gratiam, & gratiam, ſine dubio magna ſimilitudo & proportio eſt.*

Proteſt. Tale argumentum ex condigno meretur irriſionem multo majorem, quam illa noſtra ferent. Probat vitam æternam eſſe mercedem pro merito ex condigno, quia eſt gratia pro gratia. Probat opera habere æqualitatem, quia habent ſimilitudinem cum vita æterna. Quaſi ſacrificium Iudaicum æquale diceret morte Chriſti, &c. eandem etiam ex condigno promeruiſſe, quia ſimilitudinem ejus nonnullam habebat.

15. Bellarm. *Vita æterna eſt flumen lætificans civitatem Dei.* Pſal. 46. *gratia vero bene operandi eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ioh. 4. *eſt igitur proportio.*

Proteſt. Hac certè ratione, ſi quid valeret, ſequeretur opera noſtra majoris eſſe pretii, quam vita æterna, ſicut fons flumen ſuperat dignitate. Sed hæc eſt miſeria: nec Ioh. 4. per fontem intelliguntur opera, nec per flumen vita æterna. Pſal. 46.

16. Bellarm. *Denarius diurnus juſtum eſt pretium laboris diurni: ſed vita æterna eſt denarius diurnus.* Mat. 20.

Proteſt. Nemo ſanus dubitare poteſt, quin vita æterna ſit tam ſufficiens pretium laborantium in vinea Domini, ut amplius aliquid non ſit quærendum, neque juſto minus videri debeat primis, quia noviſſimis etiam detur, Amplius aliquid non poteſt probari ex iſta compara-

 tione,

tione, niſi ſimul admittatur, ex verſ. 1. 16. hominem *non electum, cui oculus eſt nequam*, poſſe vitam æternam *auferre, & abire.*

17. Bellarm. *Gratia eſt ſemen gloriæ*, 1. Ioh. 3. *at ſemen eſt æquale rei cujus eſt ſemen quoad virtutem.*

Proteſt. Durand. Metaphoricè dicitur, non enim eſt ſemen, niſi reſpectu eorum quæ educuntur de naturali potentia creaturæ, quod non convenit gloriæ, ſicut nec gratiæ.

Bellarm. *Vt ſemen proprie dictum, phyſica virtute totam arborem, vel animantem continet, ſic etiam caritas morali meritoriaque virtute, gloriam ipſam continet.*

Proteſt. Nos probationem, non illuſtrationem rei non probatæ exſpectamus. De meritoria virtute, nihil omnino innuitur in metaphora ſeminis. Gratia Dei eſt ſemen actionum bonarum: ſed non ex condigno, meritoria virtute.

18. Bellarm. *Vita æterna eſt actio ſupernaturalis. Dilectio eſt actio ſupernaturalis. Ergo proportionem habent inter ſe, & unum ad alterum, quaſi recta via ad ſuum terminum ducit.*

Proteſt. Concluſio apud nos non eget probatione: non probatur tamen: neque maximè probata quidquam facit ad rem, niſi nulla alia ſit proportio, præter æqualitatem dignitatis.

19. Bellarm. *Deus eſt, qui electos per merita, ad vitam æternam ut bravium, perducendos eſſe decrevit. Igitur ſine dubio ejuſmodi merita illis donat, quibus vere, & proprie, atque adeo ex condigno perveniant ad coronam.*

Proteſt. Antecedens petit quæſtionem. Conſequentia etiam nulla eſt: poteſt enim Deus decernere perducendos, & perducere homines ad vitam per merita talia qualia primi Scholaſtici vocabant interpretativa: Meritum interpretativum appellatur, quando non eſt aliqua dignitas in recipiente: & tamen ei exhibet Deus donum ſuum ex ſua liberalitate, ac ſi ille per opera ſua meruiſſet, & tamen in veritate non meruit: unde meritum illud non ponit condignitatem in recipiente, ſed liberalitatem ſolum in dante. *Alex. Al. p. 3. q. 61. m. 5. a. 2.*

20. Bellarm. *Merita noſtra pendent à meritis Chriſti, tum quia ille nobis meruit virtutem merendi, tum quia nos meremur ut membra viva Chriſti per influxum ejus. Igitur detrahitur de gloria Chriſti, ſi merita noſtra ſint ita imperfecta, ut non ſint merita ex condigno, niſi ratione acceptationis Dei.*

Proteſt. 2. Deteſtanda eſt hæc impudentia, qua gloria Chriſti prætextus ſit vaniſſimæ gloriæ mercenariorum hominum & meritorum ipſorum. 1 1. Chriſtus meruit

ruit ſuis diſcipulis donum linguarum: an ideo meruerunt vitam ex condigno qui donum illud exercebant? Neque Chriſtus ut caput influit nobis, & actionibus noſtris, ſuam dignitatẽ, ſed vitam ſua dignitate paratam.

21. Objicit ſibi nomine Scotiſtarum Bellarm. 1. Opera noſtra in Scripturis, & à Patribus indigna dici vita æterna. Reſpondet: *Intelliguntur illa omnia loca de meritis ſecundum ſubſtantiam operum, non ut a Spiritu ſancto, & gratia Dei proficiſcuntur.*

Proteſt. 1. Reſpondet Durandus in 2. *d.* 27. *Quod autem dicitur de motione Spiritus ſancti, non valet, quia valor actus nunquam eſt à motore, niſi ratione alicujus formaliter exiſtentis in actu vel in potentia elicitiva actus: agens enim non perficit paſſum, ſecundum ſeipſum, ſed ſecundum aliquid immiſſum. Spiritus etiam ſanctus movet ad actus qui non ſunt meritorii (ut prophetare) ut apparet de Balaam.* Num. 23. 2. Spiritus ſanctus non facit perſonam unam cũ homine, ut hominis actio ex ejus dignitate æſtimetur. Gratia vero inhærens nobis, provenit à miſericordia Dei, & in eam tendit, neque habet in ſeſe æqualitatem ullam condignam ad vitam æternam, niſi vis quærendi, ſit dignitas merendi.

22. Scot. Deus ab Auguſt. & aliis dicitur reddere debita, nulli debens.

Bellarm. *Deus nulli debet abſolutè, ſed ſolum ex promiſſione & dono ſuo. Non tamen ex ſola promiſſione, ſed etiam ex opere noſtro Deus efficitur debitor.*

Proteſt. Contradictio hæc à ſemetipſa ſatis refutatur. Promiſſio, & donum, non infert, in promittente, & donante. juſtitiæ & debiti obligationem. Sed confutatur tamen à Medina, in *Thom.* 1. 2. *q.* 114. I. *Quia debitor, ut debitor, eſt inferior creditore, & aliquo modo illi ſubjicitur.* II. *Quia debens alteri, ſi non reddit id quod debet injurius eſt, peccat, & in crimine tenetur.* III. *Quia ille qui debet, non eſt ſumme liber.* IV. *Quia nihil ex noſtris meritis Deo accreſcit.* V. *Quia Deus eſt Dominus beatitudinis, & beatorum* 20.

23. Scot. Inter Deum, & hominem, non poteſt eſſe juſtitia, niſi ſecundum quid.

Bellarm. *Iuſtitia ſecundum quid dicitur eſſe inter Deum & hominem, quia præſupponit gratiam, & tamen ſimpliciter eſt juſtitia, ſed minus perfecta, quam ea ſit, quæ nullam gratiam prærequirit.*

Proteſt. An igitur gratia Dei facit, ut Deus ex juſtitia homini deberet? *Iuſtitia ſecundum quid inter Deum & hominem (ait Durand.) eſt dominativum, quia totum bonum quod eſt hominis eſt Dei, & a Deo, & multo amplius quam actiones ſervi ſint ſui domini in humanis, propter quod meritum hominis apud Deum non poteſt eſſe ſimpliciter de condigno,*

 24. Scot.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

24. Scot. Maxima eſt inæqualitas inter opera noſtra, (quamvis ex gratia proficiſcantur) & beatitudinem æternam.

Bellarm. *Non requiritur abſoluta aqualitas inter meritum & pramium, ſecundum juſtitiam diſtributivam, ut dici poßit pramium deberi meritis de condigno, etiam ex parte operis, ſed ſufficit ut ſit proportio quadam. Sic qui doctrina & bonis moribus praditus eſt, & pro Eccleſia aliquandiu laboravit, dignus Epiſcopatu judicari ſolet.*

Proteſt. I. Epiſcopatus non eſt à Chriſto inſtitutus in mercedem, ſed in opus bonum. 1.Tim.3.1. Neque dicitur quiſquam meritis ex condigno, ſed qualitatibus idoneis tali munere dignus. Iuſtitia diſtributiva ex hac quæſtione fuit antea remota. Quælibet proportio non ſufficit in merito ex condigno cui ex juſtitiæ æqualitate præmium quaſi pretium redderetur.

25. Bellarm. *Vita aterna etiam quoad primum gradum, redditur meritis filiorum Dei.*

Proteſt. Ipſa igitur gratia prima meritis debetur. *Gloria enim eſt gratia conſummata, & gratia eſt gloria inchoata*, teſte Bellarm. cap.12. Primus igitur gradus vitæ æternæ eſt gratia.

26. Bellam. *Ille ipſe gradus gloria, qui debetur jure hareditario, retribuitur etiam jure mercedis. Non enim eſt abſurdum, eandem rem duplici jure deberi, titulo videlicet hareditatis, & titulo meritorũ.*

Proteſt. De illa quæſtione in genere, an una eademque res poſſit duplici titulo deberi, non multum contendemus, quamvis propriè loquendo, minus videatur conſentaneum rationi, ut unius & ejuſdem relationis (illius nempe quam habemus ad vitam æternam tanquam poſſeſſionem noſtram) duplex ſit fundamentum. Hoc tamen non poteſt non abſurdum eſſe, ut qui habet titulum hæreditatis, eo non contentus, quærat alium titulum ex miſeris ſuis meritis.

27. Bellarm. *Gratiam juſtificationis non poſſe obtineri, neque ex condigno, neque ex congruo meritis operum, ſolis viribus liberi arbitrii effectorum, docuimus adverſus Pelagianos, lib. 5. de grat. & lib. arbit.*

Proteſt. Inter iſtos Pelagianos ſunt multi Magiſtri noſtri Pontificii. Sic enim Medina in 1.2. *q.* 109 . Durandus, Scotus, & propemodum omnes Nominales, quos ſequitur Adrianus, tenent, quod homo per ſuas vires, ſine ſpeciali auxilio gratiæ, poteſt ſe ad gratiam præparare, ſic ut conſequatur gratiam infallibiliter, & ex merito de congruo.

28. Bellarm. *Eandem gratiam non poſſe obtineri ex condigno, ſed ſolum ex congruo, meritis operum ex fide, & auxilio Dei ſpeciali procedentium, docuimus in lib. 1. de juſtificatione.*

Proteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Proteſt. Verbis tantum differt iſta ſententia ab illa priore, quam Bellarm. ipſe fatetur damnandam. Nam ſpeciale hoc auxilium (ex ſententia Bellarm.) nulli libero arbitrio deeſt, ita ut mereri ex ſolis viribus liberi arbitrii, & mereri ex auxilio ſpeciali omnium hominum communi, ſit unum & idem. Recte igitur Medina, loco citato: Quanto tempore Eccleſia Chriſti perpeſſa eſt bellum Pelagianorum, nemini Pelagianorum, vel Catholicorum venit in mentem hæc diſtinctio meriti, cum tamen eſſet valde neceſſaria: nam vel Pelagiani ſe protexiſſent hoc merito, vel Catholici temperaſſent rigorem cenſendi. Pelagius, vir alias acutus, optime cognoviſſet, inter Deum, & hominem mortalem non eſſe rigorem juſtitiæ, ſed tantum congruentiam.

29. Bellarm. *Non dubium eſt, poſſe unum alteri gratiam ex congruo promereri, quamvis non ex condigno.*

Proteſt. I. Bonaventura hoc meritum vult eſſe *digni*, non *congrui* tantum. in 1. *d* 41. *n*.8. II. Si hoc meritum ſit, vel digni, vel congrui, tum certo & infallibiliter poſſit unus procurare ut alter quem amat convertatur: Deus enim meritis hominum nunquam denegat, quod ipſis ex congruentia vel æquitate debetur. An autem hoc ita ſe habeat, judicet Papa Romanus, qui theſaurum ſatisfactionum, & meritorum, pro arbitrio ſuo diſpenſat.

30. Bellarm. *Poſſe hominem juſtum mereri ex condigno augmentum juſtitiæ, docet Concilium Tridentinum.*

Proteſt. Nemo tamen mereri poteſt augmentum ſtaturæ ſuæ, quæ res eſt minoris multo pretii.

31. Bellarm. *Reparatio poſt lapſum, & perſeverantia uſque in finem, cadunt ſub meritum de congruo.*

Proteſt. Quidni igitur & præſervatio a lapſu caderet ſub aliquod meritum, ut nihil opus eſſet iſto congruo? Mirum tamen eſt, meritorios Doctores, qui communi conſenſu ſtatuunt, Patres meruiſſe de congruo Chriſti incarnationem, nihil amplius tribuere meritis Sanctorum, reſpectu propriæ ſuæ perſeverantiæ, quam eandem congruentiam.

In extremis diſputationibus Bellar. (de oratione, jejunio, & eleemoſyna) nulla eſt controverſia ſpecialis, quæ ex Scripturis & ratione diſceptatur. Eſſet igitur ab inſtituto noſtro alienum in illis diſcutiendis immorari. Percommode etiam finimus in meritorum exploſione, ut omnium clauſula ſit;

SOLI DEO GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

INDEX
LOCORVM SCRIPTVRÆ,
quæ in hoc opere à Bellarmini objectionibus vindicantur, & fuſius explicantur.

Prior numerus deſignat capita, ſecundus verſus, tertius paginas.

GENESIS.

Tomo I.

XXXVII 35 77

Tomo II.

IV 26 117
XLVIII 16 169

Tomo III.

IX 17 7
XIV 18 132
XVII 7 47
XXVII 2 217
XXVIII 2 ibid.

Tomo IV.

III 19 225
XLV 1 242

EXODVS.

Tomo I.

II 22 13
XVIII 16 46

Tomo II.

XX 23 185
XXXII 13 196

Tomo III.

XXII 17 218
IV 25 50

LEVITICVS.

IV. V. VI - 179
V 18 ibid.
VI 6 ibid.
XX 10 214
XVIII 16 219
ibid.

NVMERI.

Tomo I.

XI 17 196
XVI 33 78

Tomo III.

XXX 5 219

DEVTERONOMIVM.

Tomo I.

IV 2 55
XII 33. 185
XVII 8 36
12 182
XXX 11 32

Tomo II.

IV 2 131
VI 13 165
X 20 ibid.
XV 4 145
XVI 16 214

Tomo III.

XXII 3 218
XXV 5 219

I. SCHE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

I SCHEMVELIS.

Tomo I.

XXVII	9	87
XXVIII	13	81
	14	ibid.

Tomo IV.

IX	2	361
XVI	10	343
XXIV	1	ibid.

2 SCHEMVELIS.

Tomo I.

	2	87

I REGVM.

Tomo IV.

XI	37	243
XII	15	ibid.
XXII	20	ibid.

2 REGVM.

Tomo II.

XVIII	4	195

Tomo IV.

X	30	243

IOB.

Tomo II.

V	1	169

Tomo IV.

I	21	243
	22	374
XXIII	20	ibid.
XXXI	14	343

PSALMORVM.

Tomo I.

XIX	5	13
CVII	16	82
CXIX	6	32

Tomo II.

XCIX	5	162

Tomo IV.

VI	7	361
XVIII	21	375
XIX	7	273
	11	
XXV	10	273
XXXVII	40	310
LI	12	293
XCI	14	310
CXIX	121	375
CXLIII	2	377

PROVERBIA.

Tomo IV.

I	20	273
XIV	27	309
XX	8	342
XXVIII	25	310

ECCLESIASTES.

Tomo IV.

I	21	309
	27	ibid.
II	1	342
VII	21	377

IESAIAS.

Tomo I.

IX	6	13
XI	2	65
XIV	15	78
XXIX	13	187
XXXIII	22	ibid.
LIII	14	71
	10	
LIV	13	39
LXIII	5	72

Tomo II.

XL	18	185

xLIII	12	154
LvI	45	120

Tomo III.

I	19	177
I	18	184

Tomo IV.

V	4	261
X	5.15	243
XIII	17	ibid.
LIII	11	332
LV	1	386

IEREMIAS.

Tomo IV.

LI	1	243

EZECHIEL.

Tomo II.

xvIII	22	154

Tomo III.

xxxIII		180

Tomo IV.

xII	13	143
xvIII	24	359
	27	314
xxxIII	11	273
xxxvI	26	292

DANIEL.

Tomo III.

Iv	27	177

Tomo IV.

Iv	24	345
Ix	18	387
xII	5	332

IOEL.

Tomo IV.

II	12	354

IONAS.

Tomo IV.

III	9	345

HABACVC.

Tomo II.

II	18	182

ZACHARIAS.

Tomo I.

Ix	11	81

MALACHIAS.

Tomo I.

Iv	5	145

MATTHÆVS.

Tomo I.

vI	13	15
xI	23	77
xII	40	82
xv	9	187
xvI	18	112
	19	37
xx	26	206
xxII	25–26	104
xxIv	14	144
xxvI	46	74
xxvIII	20	185

Tomo II.

Iv	10	165
v	3	134
	22	151
	25	ibid.
vI	6	207
xII	32	148
xIII	23	121
xvII	26	110
xvIII	17	33
	19	105
	12	139

	19	134
	24	121
	27	103
XXII	37	126
XXIV	27	205
	45	91
XXV	34	154
	41	155

Tomo III.

III	11	15
III	7	222
	8	
	10	
V	12	177
V	32	215
XV	17	92
XVIII	18	173
XIX	24	105
	26	94
XX	29	87
XXIII	26	178
XXVI	27	127
XXVIII	6	97
	19	51

Tomo IV.

V	7	386
	22	230
	22	375
IX	2	310
	28	299
XI	29	370
XVI	16	300
XIX	17	385
	29	ibid.
	37	262
XXIV	12	360
	13	
XXV	34	384

MARCVS.

Tomo I.

XIII	32	68

Tomo II.

X	21	122

Tomo III.

XIV	25	87
XVI	16	16
	1	

Tomo IV.

I	40	299
XI	24	305

LVCAS.

Tomo I.

II	40	67
XII	14	206
XVI	26	81
XXII	32	175

Tomo II.

I	34	17
XII	58	151
XVI	9	ibid.
XVII	10	130
XXIII	42	151
	43	155

Tomo III.

II	37	176
III	8	178
XI	41	ibid.

Tomo IV.

VII	47	310
VIII	13	359
	48	319
XI	14	375
XII	59	231
XIII	4	313
XVII	10	387
XVIII	14	338

IOHANNES.

Tomo I.

IX	34	40
VI	69	118
VII	17	40
	49	21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

x	3	40
	17	96
	18	
xx	3	56
	21	110
	22	120
	23	ibid.
xxI	17	122

Tomo II.

Iv	21	207
x	3	47
xvI	13	20
xx	21	71

Tomo III.

III	5	16
vI	51	71
	53	126
xIv	15	61
	16	ibid.
xv	2	181
xix	19	105
	23	35

Tomo IV.

I	1	374
	9	273
	12	308
III	5	314
	14	311
Iv	14	363
vI	44	278
	45	
xI	16	299
	27	
xIv	17	349
	23	370

ACTORVM.

Tomo I.

II	24	74
	27	83
vI	2	206
vII	19	87
xvII	11	41

Tomo II.

II	24	151
Iv	32	134
v	2	ibid.
vIII	38	85
x	26	166
xIv	23	78
xv	2	12
	4	ibid.
	6	ibid.
	22	ibid.
	23	ibid.
	28	20
xx	17	195
	21	92
	28	195
xx	30	20
	35	146
xxv	11	112

Tomo III.

II	4	56
	8	
	83	17
	42	125
	18	17
xIx	4	15
	5	ibid.
xxII	16	17

Tomo IV.

II	23	242
Iv	28	ibid.
vII	51	262
xI	18	311
xIII	38	337
	39	
xIv	16	276
xv	10	372
xvII	31	276

AD ROMANOS.

Tomo I.

x	15	104
	7	85

xII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

XII 6 41
11 15
XVI 3 133

Tomo II.

I 23 192
VIII 1 155
X 14 170

Tomo III.

I 17 21
IV 11 ibid.
VI 5 158
VII 3 198
XIII 7 182

Tomo IV.

II 4 262
III 24 321
17 318
27 388
IV 5 333
6 334
7 ibid.
16 306
18 305
19 297
20 ibid.
21 ibid
25 326
V 5 324
18 333
19 334
21 326
30 332
VI 12 327
19 385
33 235
VII 7 253
14 254
16 ibid.
17 248
18 ibid.
24 255
23 ibid.
VIII 35 263
15 350
16 ibid.
26 289
29 359
35 363
36 351
38 363
X 10 368
13 308
14 277
XV 17 323
18 ibid.
19 ibid.

I AD CORINTHIOS.

Tomo I.

II 15 41
VII 23 190
33 15
X 11 34
XI 2 51
5 125
XII 10 38
11 42
125
28 107
XIV 2 24
4 ibid.
6 ibid.
7 ibid.
8 ibid
9 ibid.
15 25
16 ibid.
22 ibid.
XV 42 15

Tomo II.

III 12 153
5 100
105
23 138
25 123
35 140

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

	36	142
	40	123
VIII	4	182
IX	5	104

Tomo III.

XIII	3	178
VII	14	47
IX	7	212
VII	39	ibid.
VI	2	192
IX	11	
X	3	30
	4	
	17	18
	21	129
XI	23	127
	24	74
	34	39
XII	13	18
		127

Tomo IV.

I	30	335
II	12	351
III	12	375
IV	4	344
VI	11	325
IX	24	384
	27	360
XI	28	352

2 AD CORINTHIOS.

Tomo I.

IV	4	33
V	19	97

Tomo II.

V	1	156
	6	179
	10	156
VIII	15	146

Tomo III.

I	22	33
VII	11	179
IX	7	174

Tomo IV.

I	12	35[illegible]
IV	17	368
V	19	33[illegible]
	21	33[illegible]
VII	1	380
	10	311
		368
IX	10	380
XIII	5	352

AD GALATAS.

Tomo I.

I	8	56
II	7	125
	9	

Tomo IV.

III	10	373
	21	327
V	4	360
	6	310
	14	370

AD EPHESIOS.

Tomo I.

I	22	107
II	20	43
IV	4	107
	9	85
	11	107
	15	ibid.

Tomo III.

I	13	33
IV	30	ibid.
V	16	177
V	26	22
		158
	31	35

Tomo IV.

I	6	357
II	8	388
III	12	298
		353

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

353
IV 23 327

AD PHILIPPENSES.

Tomo II.

I 1 93
II 10 152
IV 8 131
9 ibid.

Tomo III.

I 17 179

Tomo IV.

II 12 368

AD COLOSSENSES.

Tomo I.

I 18 107
IV 11 134

Tomo II.

II 18 170

Tomo III.

I 10 179
II 11 38
12 38
IV 5 177

I AD THESSALON.

Tomo I.

V 21 42

Tomo III.

II 22 179

2 AD THESSALON.

Tomo I.

II 4
5
6

Tomo IV.

8 4 384

5 385
6 384

I AD TIMOTHEVM.

Tomo I.

II 5 93
VI 20 51

Tomo II.

I 3 94
II 5 171
II 8 208
III 2 103
15 42
IV 13 102
V 9 106
12 139
19 92

Tomo IV.

XIX 19 360
XIV 15 368

2 AD TIMOTHEVM.

Tomo I.

II 4 207
III 15 57
16 ibid.
17 ibid.
IV 13 138

Tomo II.

II 4 100

Tomo IV.

I 12 384
IV 8 ibid.

AD TITVM.

Tomo II.

I 7 92

Tomo III.

III 5 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Tomo IV.

III 5 325
7

AD HEBRÆOS.

Tomo I.

IV 14 97
15 67
V 7 75
VIII 5 101

Tomo III.

V 11 134
VI 8 156

Tomo IV.

VI 4 360
18 384
X 36 367
XI 1 295
308
3 296
7 297
ibid.
XIII 16 381

IACOBI.

Tomo I.

IV 12 187

Tomo II.

I 15 153

Tomo IV.

I 6 305
12 385
14 231
II 13 386
21 378
22
III 2 374

I PETRI.

Tomo I.

III 19 81
86
IV 6 89

Tomo II.

V 2 95
V 3 60

Tomo III.

III 21 18
158

Tomo IV.

V 9 306

2 PETRI.

Tomo II.

II 1 23

Tomo IV.

II 21 360
22

I IOHANNIS.

Tomo I.

II 18 141
IV 1 94

Tomo III.

I 9 156
4 167

Tomo IV.

III 5 353
III 9 363
IV 16 353
V 3 370
V 13 353

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

2 IOHANNIS.

Tomo III.

I	13	66

APOCALYPSIS.

Tomo I.

V	13	80
XII	7	101
XIII	3	151
	13	ibid.
	15	ibid.
XVII	16	150
XXII	18	56

Tomo II.

V	3	152
	13	
XIV	1	201
	4	126
	13	156

Tomo III.

IX	4	216

Tomo IV.

II	10	384
III	4	385
VII	14	384
XXII	11	333
I		380

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 E 3